


LIBRARY OF THE SOCIETY OF WRITERS TO H. M. SIGNET





COLLECTIONIS
BULLARUM
SS. BASILICÆ VATICANÆ
TOMUS SECUNDUS.

COLLECTIONIS
BULLARUM
BREVIUM,
Aliorumque Diplomatum
SACROSANCTÆ
BASILICÆ VATICANÆ
TOMUS SECUNDUS
AB URBANO V.
AD PAULUM III.
PRODUCTUS,
Notis auctus, & illuſtratus.



ROMAE

Excudit Jo: Maria Salvioni Typographus Pontificius Vaticanus
In Archigymnaſio Sapientiæ.
M. DCCL
SUPERIORUM FACULTATE.

Eminentiſs., ac Reverendiſs. Domino

FR. JOACHIMO

S. R. E. PRESBYTERO CARD.

PORTOCARRERO

Sac. Catholicæ Majeſtatis apud S. Sedem Adminiſtro Plenipotentiario, ejuſdemque Regnorum Protectori.

HANNIBAL S. CLEMENTIS CARD. ALBANUS Epiſcopus Portuenſis, & SS. Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyter.

S. P. D.



UR tibi potiſſimum CARDINALIS EMINENTISSIME alterum hoc Collectionis Rerum ac Monumentorum ad Vaticanam Baſilicam pertinentium Volumen inſcriptum, ac dedicatum velim, neque cauſa diutius requirenda eſt, neque conſilii mei ratio pluribus hic explicanda. Etenim ſi

 quibus

quibus magis propria, & convenientiora ſunt, ad eos præ aliis munera deferri par eſt; cum Volumen primum ſuperiore anno editum Sanctiſſimo Domino nuncupatum fuerit, ſecundum hoc Tibi exhibendum eſſe ſtatui iis de cauſis, quæ mihi veriſſimæ ac juſtiſſimæ viſæ ſunt. Ac Pontifici quidem, non ſolum ut ſupremo omnium Eccleſiarum Antiſtiti, ſed etiam ut Baſilicæ Vaticanæ præcipuo etiam jure ſuæ Patrono amantiſſimo, primitiæ illorum Monumentorum merito debebantur, quibus inclyti Prædeceſſores ſui eamdem condecorarunt. Tu autem poſteriora hæc eo titulo proprias atque ad Te valde opportune pertinentes vindicas, quod cum eadem Baſilica quoddam veluti conjunctionis vinculum retineas ea maxime de cauſa, quod ab eo tempore, quo primum ſacris initiatus es, glorioſum quaſi tyrocinium in obeundo Baſilicæ ipſius Vicarii munere poſuiſti. In quo cum Te curæ meæ ſtrenuum conſortem habuerim, & quanto amore ac ſollicitudine in Cleri illius regimen ac moderamen incumberes ipſe ego ſim teſtis; non dubito quin hoc ſecundum Collectionis Monumentorum Volumen ad S. Petri Baſilicam ſpectantium ſis habiturus gratiſſimum; eo vel maxime, quod Tibi præteritæ curæ gratam memoriam revocet; amoremque tuum in illam

magis

magis ac magis confirmet. Et ſic inter cetera munia tam Eccleſiaſtica, quam Publicæ Rei, quibus ex quo in Ampliſſimum Collegium noſtrum digniſſime cooptatus es, & adminiſtrandis Magnorum Regum negotiis præpoſitus, laudabiliter occuparis; memineris ſæpius Vaticanæ Baſilicæ, eodem modo, quo Patruus meus amantiſſimus Clemens XI. nihil meminerat gratius, quam ſe Baſilicæ ejuſdem olim Vicarium fuiſſe; quod ut perenni memoria teſtatum omnibus fieret, ſub ipſum vitæ finem ut Sepulchri ſui monumento inſcribi curarem me enixe rogavit. Ita igitur in te quantus Baſilicæ S. Petri amor & ſtudium permanebit, tanto pluris facies quæcumque ad illius Majeſtatem & ſplendorem conferunt, cujuſmodi eſt præſens, quod tibi exhibeo munus, in conjunctionis noſtræ, ac meæ præcipuæ erga te obſervantiæ monumentum.

APPRO-

APPROBATIONES.

Reverendissimi P. Magistri Sac. Palatii Apostolici jussu secundum Tomum legi Collectionis Bullarum, Brevium, aliorumque Monumentorum, quæ ad Sacrosanctam Basilicam Vaticanam pertinent, cum Notis, quibus eadem illustrarunt Monumenta Eruditissimi Viri ejusdem Sacrosanctæ Basilicæ Beneficiati CAJETANUS CENNIUS *&* ANTONIUS MARTINETTI: *nec quidquam repperi vel ab Orthodoxa Fide vel a bonis moribus alienum. Multa scitu digna e tenebris eruta: obscurioribus quibusque locis lux, qua opus erat, affusa: nihil vel conquirendis monumentis, vel illustrandis prætermissum, quo possit Vaticanæ Basilicæ summus honor & dignitas elucere. Itaque librum hunc dignissimum censeo qui in lucem edatur. Dat. viii. Kal. Januarii M. DCCLI.*

Michael Angelus Giacomellus SS. D. N. BENEDICTI XIV. intimus Cappellanus & Sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ Beneficiatus.

Qum Tomum secundum Collectionis Bullarum SS. Basilicæ Vaticanæ non secus, ac primum, Reverendiss. P. Ursi Sac. Palatii Magistri auctoritate, animo oculisque lustraverim; iterum consilium tot insignium Monumeutorum cum Adnotationibus, in quibus nihil a recta Fide, & bonis moribus alienum deprehendi, in lucem producendorum probo, & commendo: eaque de causa, quod plura in iis sunt, quæ Clarissimorum Hominum memoriæ & Sequiorum temporum cognitioni lucem afferunt, ac decori, dignitatique nostræ SS. Basilicæ, ac vetustis legibus, ac consuetudinibus robur adjiciunt, publicis Typis quæ mandentur digna esse censeo.

Franciscus Marianus Vatic. Basilicæ Benefic., & Bibliothecæ Græcus Scholiastes.

INDEX

INDEX CHRONOLOGICUS
Diplomatum secundi Voluminis.

Bis

					Emphyteusim Domicello cuidam Sulmonen. Domum sitam in Burgo, reparatione indigentem, ita tamen, ut illam instauret, solvatque annuum censum 5. Ducatorum.	65.
Gregorius XII.	I	1407	Martii	1	Decem & octo Pœnitentiarios minores Vaticano Templo, tres Lateranensi Ecclesiæ, ac duos Liberianæ Basilicæ addicendos curat per Prænestinum Episcopum; cui & circa ea, quæ ad eorumdem Pœnitentiariorum officium pertinent, statuenda vel castiganda, omnimodam tribuit facultatem.	66
	II	1408	Septem.	2	Vaticanam Basilicam, ejusque Capitulum & Clerum subdit Apostolicæ Visitationi Card. Antonii Calvi, ipsius Basilicæ Archipresbyteri.	67
Alexander V.	I	1410	Januar.	24	Exemplo Gregorii XII. Basilicam Vaticanam cum Capitulo & Clero visitandam committit Card. Archipresb. Antonio de Calvis, amplissima ei facta potestate.	69
	II	1410	Martii	10	Quæ Pontificii juris sunt ex oblationibus majoris Altaris & aliorum liberaliter concedit per quadriennium in Basilicæ instaurationem: cujusmodi curam exactionis demandat Archipresbytero, qui eam delegat Vicario, & Canonico ejusdem Basilicæ.	70
	III	1411.	Januar.	21	Episcopo Senogallien. Collectori Romandiolæ demandat collectionem censuum &c. ad Basilicas Principis Apostolorum & Lateranensem spectantium, pro Camera Apostolica.	72
Joannes XXIII.	I	1411	Junii	13	Exemplo Innoc. VII. Ecclesiam S. Mariæ Domnærosæ nuncupatam, cum bonis, juribusque suis universis confert Monasterio S. Catharinæ prope Porticum beati Petri de Urbe.	73
	II	1412	Octobr.	18	Sui in spiritualibus in Urbe Vicarii Locumtenentem constituit Petrum Saccum Vaticanæ Basilicæ Canonicum.	75
Martinus V.	I	1421	Januar.	18	Innocentii VII. & Joannis XXIII. constitutiones de unione Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Domnæ Rosæ ratas habet, eamdemque unionem firmiorem reddit.	76
	II	1421	Decemb.	30	Antonio Corario Card. Episcopo Portuensi, & Basil. Vatic. Archipresbytero Apostolicas vices committit, ut reformatione indigentem ipsam Basilicam in personis & rebus, delegata eadem summa potestate restituat.	80
	III	1423	Maji	17	Ratam habet & confirmat commissionem a Sigismundo Imp. electo datam Procuratori Generali Ord. Min. & a Capitulo confirmatam de instaurando Hospitali S. Stephani Protom. per S. Stephanum Hungariæ Regem fundato.	81
	IV	1423	Junii	1	Concedit Capitulo Vatic. Basil. ut quasdam Vineas permutet cum possessionibus aliquot	

Eccle-

				Basil. confirmat Vicariatum ab Archipresbytero ei collatum in ead. Basilica cum amplissimis facultatibus in spiritualibus, & temporalibus.	
III	1460	April.	3	Assignat Fabricæ Principis Apostolorum medietatem oblationum Sanctæ Mariæ de Monte extra Portam S. Mammæ Civitatis Bononiensis, quas Christifideles fecerint ad plenariam Indulgentiam consequendam.	159
IV	1460	Decemb.	19	Majori Pœnitentiario Card. Philippo Calandrino facultatem largitur reformandi minores Poenitentiarios Basilicarum Principis Apostolorum, S. Joannis Lateranen. & S. Mariæ Majoris.	161
V	1460	Februar.	7	Pensiones super Canonicatibus, Beneficiisque Basil Vatic. dimidiam partem reditus excedentes, nullas fore decernit.	162
VI	1461	Julii	2	Falconi de Sinibaldis Canonico S. Petri concedit Cameram Canonicatui ejus adnexam cum officinis ad eam spectantibus.	163
VII	1461	Novemb.	22	Ogerio olim Abbati Monast. S. Martini in Montibus Viterbien. in Commendam redacti, pensionem annuam 200. Florenor. ex Monast. Reditibus elargitur.	164
VIII	1461	Decemb.	7	S. Martini in montibus Viterbien. Monasterii bona distracta & invasa sub excommunicationis pœna reddenda jubet Francisco Piccolomineo commendatario perpetuo ejusdem Monasterii.	165
IX	1461	Martii	1	Thomam Piccolomineum Canonicum Sancti Petri, Clericum Cameræ, & Abbreviatorem creat Notarium Apostolicum, derogans contrariis constitutionibus, ut simul Clericus Cameræ, & Notarius esse posset.	166
X	1462	Maji	13	Causam Odonis de Marcellinis Canonici S. Petri, tanquam complicis homicidii ex Canonicatu dejecti a Vicario Basilicæ, committit Episcopo Beneventano Romæ tum degenti; mandatque eum absolvi, atque in integrum restitui.	167
XI	1462	Decemb.	20	Concedit Capitulo Basil. Principis Apostolorum, ut Francisco Benedicti locare possit ad vitam castrum Jubilæi, derogans constitutioni Bonifacii IX. qua Capitula prohibentur locare ultra triennium.	168
XII	1462	Januar.	5	Cornelium de Planca Canonicum S. Petri, Clericum Cameræ & Abbreviatorem, constituit Pœnitentiarium, & Capellanum suum.	169
XIII	1462	Junii	7	Nautis quibusdam marmora vehentibus Romam pro Fabrica Principis Apostolorum salvum conductum concedit amplissimum.	171
XIV	1462	Februar.	19	Resignationem Capellaniæ olim fundatæ in Basil. S. Petri factam a Petro de Cassano [auctoritate Capituli inter Beneficiatos perpetuos chori Basil. accepto] pro Fran-	172

				de Foro Pompilio Brectonorien. Diœcesis, ad favorem Petri Belli Clerici Forolivien. qui Monasterium idem in Commendam obtinuerat ab Apostolica Sede.	198
IV	1477	Jun.	12	Fundatio Capellaniæ SS. Lamberti & Servatii in S. Mariæ de Febribus cum Jurepatronatus ad favorem Fundatoris Georgii Cæsarini.	200
V	1477	Jul.	20	Confirmat locationem cujusdam loci in Burgo a Capitulo factam Celso Millino ad vitam sub annuo censu libræ piperis: ita tamen ut locum ipsum Basilicæ utiliorem reddi curet proprio sumtu.	201
VI	1479	Sept.	27	Locationem cujusdam domus factam a Capitulo ad vitam conductoris cum onere instaurandi Ecclesiam S. Catharinæ, & solvendi annuum censum, ratam habet, & confirmat.	202
VII	1479	Jun.	25	Fundationem Capellaniæ ad Altare Crucifixi in S. Mariæ de Febribus, hodie Sacrario nostræ Basilicæ, quam hæres Fundatoris executioni non mandaverat, committit exequendam Archiepiscopo Salern. & duobus Episcopis.	203
VIII	1479	Dec.	8	Chorum, seu Capellam Sixtinam ab se fundatam SS. Conceptioni, sanctisque Francisco Assisiati, & Antonio de Padua nuncupatam dedicat, plenariam largitur indulgentiam festis tribus diebus SS. Concept. & Sanctor. Franc. & Antonii, utrique sexui. Mulieres inde arcet quovis alio tempore excommunicatio latæ sententiæ.	205
IX	1470	Maji	26	Tres Dignitates omnium primus instituit in Basilica Vaticana Decani, Archidiaconi, & Altaristæ: suis cuique munebus decretis. Hinc Altarista esse cœpit ex corpore Canonicorum. Plura inde constituit pro Canonicis (quos creat Protonotarios Apostolicos) Beneficiatis, & Clericis.	206
X	1480	Jan.	18	Unio Abbatiæ S. Paterniani Fanen. Diœc. per resignationem Joannis Baptistæ Cardinalis de Sabellis ad favorem Basilicæ S. Petri in compensationem Castri Podii Donadei Sabinen. Diœc. eidem Cardinali Fratribus & nepotibus eorumque successoribus in perpetuum collati pro bono pacis, titulo vicariatus S. Sedis.	210
XI	1480	Jan.	18	Ejusdem Argumenti.	212
XII	1480	Feb.	27	Prædictam unionem Abbatiæ S. Paterniani dissolvit, quod Capitulum inire ejus possessionem distulerit, & Abbatiam eamdem Card. Jo. Baptistæ Sabello iterum commendat.	213
XIII	1481	Dec.	14	Capellaniam perpetuam ante annos 50. fundatam ad Altare, mortuorum nuncupatum, cum onere inserviendi choro una cum clericis perpetuis Basilicæ, confert Matthæo Angeli de Magliano contra mentem Fundatoris, cum debita dispensatione.	215

De-

				Vicarios ejusdem Basilicæ effuderant.	234
IV	1485	Nov.	4	Ecclesiam Parochialem S. Mariæ Reginæ Cœli collationis Capituli confert in Commendam uni e suis familiaribus Clerico Veneto.	236
V	1485	Januar.	15	Ratam habet, & confirmat locationem cujusdam domus sitæ prope S. Michaelem in via sacra.	238
VI	1487	Febr.	28	Usum lacticiniorum Bavaris, aliisque Germaniæ populis concessum quadragesimali tempore cum onere contribuendi certam pecuniam pro Basilica Principis Apostolor. & Ecclesiis Regionum illarum, ratum habet, & confirmat.	239
VII	1486	Julii	30	Francisco de Anguillaria ob rebellionis crimen amoto, Canonicatum, & Præbendam, queis fruebatur in Basilica S. Petri, confert Roberto de Sabellis Baroni Romano.	241
VIII	1486	Octobr.	14	Cassat, irritat, & omnino revocat concessionem a Sixto IV. & ab se factam Episcopo Cerviensi, & hæredibus cujusdam domus cum adnexa Capella S. Zenonis in præjudicium Capituli; ipsumque restituit in integrum, circa jus &c. ejusdem domus &c.	243
IX	1487	Octobr.	25	Monasterium S. Nicolai de Carceribus prope muros Terræ Nursiæ unitum alteri S. Catharinæ a Capitulo S. Petri, cujus juris erat, deinde Fratribus Ord. Prædic. concessum variis ex justis causis, asserit iisdem Fratribus contra Moniales S. Cathtrinæ nequicquam reclamantes.	245
X	1487	Febr.	25	Demetrio de Guasellis Beneficiato confert Capellaniam ad Altare S. Nicolai in Basil. Vat. fundatam in Nicolai V. Fratris ex matre memoriam a Philippo Card. Calandrino, injungitque onera missarum &c.	248
XI	1487	Febr.	18	Usum Lacticiniorum concedit Eysteten. Diœcesis Moguntinæ Metrop. Suffraganeæ incolis & advenis Quadrages. tempore cum onere tres partes certæ pecuniæ impendendi in Ecclesiar. Regionis Fabricis; quartam vero pro Basilicæ Vatic. Fabrica.	249
XII	1488	Mart.	27	Capellaniæ ad Altare S. Nicolai fundatæ assignat pro dote Domum nomine *Stupham* in Burgo, & Vineam extra portam Turrionis: seu potius declarat similem antiquiorem dotem veram & certam esse.	250
XIII	1488	Junii	10	Basilicam Vaticanam a solutione quartæ Canonicæ & funeralis perpetuo eximit & liberat.	252
XIV	1488	Julii	24	Literæ Executoriales præfatæ exemtionis.	253
XV	1488	Julii	12	Prædecessorum more instituit Vicarium suum Generalem cum amplissima potestate in res & personas Basilicæ Vat. & ad eam pertinentium Episcopum Forojuliensem.	255

Pos-

Ca-

III	1525	Febr.	7	Capellaniam ad Altare S. Bernardi & Sociorum confert Octavio de Cæsis literarum Apostolicarum Abbreviatori, & Familiari suo.	378
IV	1525	circit.		Sixti IV. exemplo revocat locationes. & concessiones domorum &c. ad Basilicam spectantium factas Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, eorumque Affinibus, dummodo pro eorum habitatione non sint factæ.	380
V	1526	Sept.	28	Epistola Encyclica omnibus Archiepiscopis, Episcopis &c. per Italiam, qua enunciatur *Bannum* adversus direptores Basilicæ Vat., Palatii Apost., & Civitatis Leoninæ.	382
VI	1526	Dec.	9	Approbat, & roborat venditionem, seu permutationem factam a Capitulo Casalium Quarticioli, Petræ Aureæ, ac Monasteriorum.	382
VII	1526	Dec.	9	Probat, roboratque venditionem, seu permutationem factam a Capitulo Casalium Silicis, Furni Saraceni cum mediet. Muratellæ, suæ portionis Campi Salini, & Riciæ.	385
VIII	1526	Dec.	17	Venditionem, permutatiouem, & compensationem pro prædictis Casalibus infra triennium faciendam roborat, obligatque Cameræ Apostolicæ Bona omnia ad favorem Capituli Vaticani.	385
IX	1526	Dec.	22	Approbat, & confirmat venditionem, seu permutationem Casalis Pisciarelli ad Capellam Juliam spectantis, ad Consensum præstandum non vocato Canonico Administratore ejusd. Capellæ; quippe qui nullatenus assentiri debebat.	388
X	1527	Januar.	2	Approbat, roboratque permutationem a Capitulo factam Casalis *Quarticioli* annui reditus Ducator. 110. necnon venditionem ejusdem factam a Laurentio Cardinali Puccio pro Ducatis duobus millibus.	389
XI	1527	Januar.	4	Approbat, & confirmat permutationem Casalis Silicis annui red. Duc. 350. factam a Capitulo ejusque alienationem factam a præd. Card. Puccio pro pretio his literis non expresso.	390
XII	1527	Januar.	4	Confirmat permutationem factam a Capitulo Casalium Furni Saraceni, & Muratellæ, ac Tenimenti Resachi de Campo Salino annui reditus 333. Ducat. necnon venditionem eorumdem factam a Laurentio Card. Puccio pro pretio his literis non expresso.	390
XIII	1527	Januar.	5	Approbat, & confirmat permutationem factam a Capitulo Terrarum aliquot, queis nomen *le Pediche de Santo Thomao*, annui reditus Ducator. 80. earumque venditionem deinde factam a Cardinale Puccio pro pretio hic minime expresso.	391
XIV	1527	Julii	7	Capellaniam ad Altare S. Petri Ænei vacantem	

				prorogat ad novennium assignationem Casalium, aliorumve bonorum Capitulo Vatic. annui reditus mille Ducatorum in compensationem alienatorum ab Avunculo, ita tamen, ut solvat quotannis eidem Capitulo Ducatos mille, nomine affictus, seu locationis.	
Paulus III. I	1534	Novemb.	3	Capellaniam ad Altare B. Mariæ *de Conventu* in Basilica Vaticana primo vacaturam, a Clemente VII. Valentino Sormeto concessam Paulus approbat, quamvis, ob Clementis obitum, Literæ Apostolicæ conscriptæ non fuerint.	406
II	1534	Novemb.	3	Decretum Clementis VII. qui Prioratum S. Balbinæ Hippolyto Cardinali Mediceo ad sex menses concesserat, Paulus confirmat, quamvis, Prædecessore vita functo, Literæ Apostolicæ conscriptæ non fuerint.	408
III	1534	Decemb.	Kal.	Julii II. Constitutionem de Præfecto Capellæ Juliæ per Capitulum Basilicæ Vaticanæ eligendo, approbat, & confirmat; ideoque Baldum Farratinum a Clemente VII. ejusmodi Præfectura donatum, removendum decernit.	410
IV	1535	August.	10	Franciscum Sibillam commendat, ut in Vaticanæ Basilicæ negotiis expediendis, præsidio juvetur.	412
V	1536	August.	3	Decernit, ut Mensæ Capitularis Prædia rustica novis Colonis ac Conductoribus locari possint, iis, quibus pridem locata fuerant, nequaquam interpellatis.	414
VI	1536	August.	15	Instante Capitulo S. Petri, Locatio Bonorum Abbatiæ S. Martini de Fara, ab eodem Capitulo ad centum annos statuta cum universitate ac hominibus ejusdem Castri, Apostolica authoritate firmatur.	414
VII	1536	August.	15	Judices, qui locationem, de qua in superiori Supplicatione, rite expendant, designantur, quibus necessaria jurisdictio confertur, ut Contractum, ac pacta illi adjecta, authoritate Apostolica approbent; reservata tamen favore Capituli Beneficiorum collatione.	416
VIII	1536	August.	20	Constitutione perpetuo valitura decernit, ut Casalia, Latifundia, ac Prædia quæcumque rustica, ad Basilicas, Ecclesias, sive Monasteria ac pia loca in districtu Urbis posita; novis Conductoribus, antiquis etiam non interpellatis, locari possint.	418
IX	1536	Septemb.	6	Ne superiores Literæ Apostolicæ favore Ecclesiarum Urbis generatim concessæ, ullum inferant detrimentum alteri Constitutioni in commodum Basilicæ Sancti Petri pridem evulgatæ, Capitulum Vaticanum rogat Pontificem; & Pontifex annuit.	420
X	1536	Octob.	3	Alexandro Felici puero novenni conceditur regres-	421

nem

ingreſſus in illam, Plenariam Indulgentiam concedit. Plurium quoque annorum varias Indulgentias elargitur iis, qui erga Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum nonnullos pietatis ac Religionis actus exercent. 453

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſsimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

IMPRIMATUR.

Fr. Auguſtinus Orſi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

URBA-



Haec B. Petri effigies, vetustissimum ejusdem Apostoli Simulacrum ex aere, quod in Vaticana Basilica publicae venerationi prostat, repraesentat.



URBANUS V.

Innocentio VI. vita Functo die 12. Septemb. Anno 1362. Succeſſor creatur abſens. Is erat Guillelmus Grimoaldus Abbas S. Victoris Maſſilienſis: qui Neapoli redux, Florentiæ nuncium ſecreto accepit ſuæ exaltationis. Suprema die Octobris Avenionem perveniens, ſtatim inthronizatur, de more ordinatur die Dominico 6. Novembris, Urbanus V. dicitur. Sedet qua in Provincia, qua in Italia annos 8. menſem, ac dies 14. moritur die 19. Decembris anno 1370.

Pontificium Palatium Vaticano Templo adjacens, & ejuſdem Baſilicæ Turrim Campanariam reparari, ac tria in eo Tintinnabula refici demandat. (*a*)

Ex Regeſto I. Epiſt. Secret. Urbani V. fol. 127. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

N. CH. 1363.). Aprili



Rbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Epiſcopo Urbevetano, noſtro in Spiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Ap. Benedictionem.

Teſtimonio fidedigno percepimus, quod tam Palatium noſtrum ſitum apud Baſilicam Principis Apoſtolorum, (*b*) quam Campanile ipſius Baſilicæ indigent reparari, quodque in Campanili præfato deficiunt tres Campanæ. Volentes igitur ſuper reparatione & defectu hujuſmodi, prout expedit, providere, Fraternitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus de oblationibus Altarium dictæ Baſilicæ ad Cameram Noſtram ſpectantibus Palatium & Campanile prædicta, prout expediens fuerit reparari; ac eaſdem tres Campanas in formis congruis fieri facere, prout poſſibile fuerit, non poſtponas; in hiis ſic te ſolicitum redditurus, quod non poſſis de negligentia reprehendi.

Datum Avinioni 4. Idus Aprilis An. primo.

(*a*) An. 1352. IV. Non. Dec. Fulmen disjecit Turrim, Campanas fudit. Ciac. in Clem. VI.

(*b*) Originem Ædium Pontificiarum nonnulli Recentiores, quos inter Ciampin. *Tom. 3. cap. 4. pag.* 40. nimis alte repetunt: nam Conſtantinum volunt jeciſſe earum fundamenta. Liber Pontificalis, cui tutior fides, ad Symmachum differt earumdem initium: *In eodem loco*, inquit, *Epiſcopia dextra Levaque fecit*. Lævum igitur Epiſcopium factum a Symmacho ſub finem Seculi vi. eſt Palatium Apoſtolicum hîc memoratum, quod ſcilicet Symmachi Succeſſores mirum in modum amplificaverant. Præ aliis Nicolaus III. teſte Ptolomæo Lucenſi, a fundamentis illud Palatium extruxit cum Viridario magnæ amplitudinis, cinxitque omnia muro alto, validiſſimoque ac turribus munito, inſtar Urbium. Viciſſitudines rerum domi & foris prohibuerunt Pontifices Nicolai Succeſſores ampliſſimis iiſdem Ædibus uti. Ibi nihilominus Bonifacius VIII. occubuit mortem: ibique Conclave habitum fuit in electione Benedicti XI. qui ei ſucceſſit. Tum ſequuta eſt Palatii Apoſtolici ſolitudo maxime diuturna. Annis enim amplius ſexaginta Pontifices inde abfuerunt. Eapropter Urbanus V. hoc Diplomate ejus inſtaurationem injungit Epiſcopo Vicario Urbis. Obtemperarit, necne, incertum. Id ſatis liquet ex vitæ Urbani Scriptoribus, quod Urbanus idem Romam veniens anno 1367. *Declinavit ad Vaticanum Palatium, quod vetuſtate, atque inhabitatione quaſi conſumtum, & dirutum ſaltem quoad tecta opere mirabili fecit renovari* (*ap. Pag. Brev. in Urb. V: num.* 31.). Quare neque Epi-

Vaticanum Clerum, necnon ſacras Ædes aliaque Bona ad Capitulum & Baſilicam ſpectantia, ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipit.

Ex Autogr. in Archiv. Capitulari caps. 6. Faſc. 265. (*a*)

AN. CH. 1364. 8. *Jul.*

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Baſilicæ Vaticanæ decus præcipuum.

Inter Orbis Eccleſias, & alia Eccleſiaſtica loca, quorum Nobis ex Paſtoralis Officii debito, cura imminet generalis, Baſilicam veſtram Principis Apoſtolorum ipſius Reliquiis, & vocabulo decoratam, præcipuo affectu proſequimur, & perſonas in ea degentes dilectionis nexu complectimur ſpeciali. Ut igitur effectus indicio, quod mente gerimus, innoteſcat, & excedens dilectio prærogativa Beneficii declaretur; vos, univerſoſque Canonicos, & Beneficiatos, ac Clericos Chori, necnon Capellanos dictæ Baſilicæ, ac Eccleſias, & Monaſteria, Capellas, Hoſpitalia, Beneficia Eccleſiaſtica, & alia quæcumque Bona vobis, & Baſilicæ memoratæ ſubjecta, præſentia & futura, ſub protectione Apoſtolicæ Sedis & noſtra præſentium auctoritate recipimus & hujuſmodi protectionis præſidio, de ſpeciali gratia communimus; volentes, ut hujuſmodi honoris pariter & favoris Privilegio ubilibet gaudeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ receptionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Ejus perſonæ, ac Bona Apoſtolicæ protectioni ſubjecta.

Datum Avinioni VIII. Idus Julii. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Expoſtulantibus Canonicis, Terram Nurſiæ ad eos pertinentem a nonnullis Apoſtolicæ Sedis Officialibus occupatam fuiſſe, Ægidio Sabinen. Epiſcopo rem expendendam ac decernendam committit.

Ex Regeſto Epiſt. de Ind. & Com. Urbani V. Epiſt. 456. an. 2. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1364. 8. *Jul.*

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Ægidio Epiſcopo Sabinen. Apoſtolicæ Sedis Legato; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Terra Nurſiæ Baſilicæ B. Petri pleno jure ſubjecta.

Significarunt nobis dilecti Filii Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod licet Terra Nurſiæ Spoletanæ Diœceſis, ipſiuſque Dominium ad eos pertineat pleno jure, (*b*) & illi, qui eos in dicta Baſilica præceſſerunt, fuerint in pacifica poſſeſſione, vel quaſi, dictæ Terræ ac Juris exercendi Juriſdictionem & Dominium in eadem; tamen Terra & Dominium prædicta, propter diuturnam abſentiam plurimorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum a partibus illis (*c*) per nonnullos Apoſtolicæ Sedis in Ducatu Spoletano Rectores & Officiales fuerunt hactenus, & detinentur ad præſens, indebite occupata; ipſique Capitulum propter ſuam & dictæ Baſilicæ paupertatem ab ipſis Officialibus nec recuperare potuerunt, nec repetere auſi fuerunt temporibus retroactis. Quare pro parte ipſorum Capituli fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut providere ipſis ac dictæ Baſilicæ ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Ideoque Fraternitati tuæ per Apoſtolica Scripta committimus, & mandamus, quatenus vocati qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per Cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, Cenſura ſimili, appellatione ceſſan-

Injuſtè occupatur.

Baſilicæ ju[...] conſulitur.

ſcopus Urbevetanus, ad quem primum his literis, iterumque harum ſimilibus anno 1365. quæ infra habentur, id muneris demandarat; neque Gancelmus de Pradallo familiaris Papæ, quem eadem præſertim de cauſa præmiſerat Romam anno 1366. quicquam perfeciſſe videntur.

(*a*) Extat & in Regeſto Epiſtolarum de Indultis Urbani V. ſub Anno 2. Epiſt. 278. fol. 82. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

(*b*) Quod ſatis conſtat ex compluribus Romanorum Pontificum Conſtitutionibus tom. 1. hujus Operis prolatis, ubi Vaticani Capituli Bona recenſentur. Inſpiciatur præ cæteris Innocentii III. Bulla pag. 84. not. l.

(*c*) Uſque ab anno 305. quum electus fuit Peruſii in Rom. Pontificem Archiep. Burdegalenſis, qui Clemens V. eſt appellatus, Pontifices morati erant ultra Montes. Namque idem Clemens (tantum abeſt, ut Italiam petere, ut æquum erat, voluerit) *poſt Decretum receptum*, ait Ptolom. Lucen. ap. Baluz. *Clemens V. vocatus deliberat in comitatu Veneyſini reſidentiam facere, nec unquam Montes tranſire, ſicut nec fecit, quamvis promiſerat*. Et vero haud ita multo poſt Sedem fixit Avenione, ibique Robertum Carol IV. Regis Neapolitani filium Provinciæ

Comi-

cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Datum Avinioni Octavo Idus Julii anno secundo.

Canonicorum Priori facultatem elargitur, ut aqua per Episcopum benedicta Basilicam, Capellas, necnon Cœmeteria polluta reconciliare queat.

Ex Autogr. (*a*) in Vatic. Bas. Tabular. caps. 6. Fasc. 265.

AN. CH. 1364. 8. *Jul.*

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

...silicam Va...nam com...dat.

Licet ad universas Ecclesias & alia Pia Loca Pastoralis sollicitudinis intuitum dirigamus; vestram tamen Basilicam Beati Petri Apostoli, cui Divina Providentia Nos quamvis indignos succedere in Summi Apostolatus Officio dignanter disposuit, decoratam Reliquiis, & vocabulo insignitam propensiori affectu respicimus, illaque vobis promptiori liberalitate concedimus, per quæ vestris præsertim circa Divini cultus observantiam incommodis obvietur. Sane petitio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod propter multitudinem Peregrinorum utriusque Sexus ad Basilicam confluentium memoratam sæpe contingit, ipsam Basilicam, ejusque Capellas, & Cimiteria per effusionem sanguinis, vel seminis violari, & quod interdum pro reconciliandis eisdem nullus in Urbe Episcopus invenitur: propter quod non sine scandalo Divinæ laudis suspenduntur Organa & pium sepulturæ ministerium impeditur. Nos igitur volentes super hoc de opportuno remedio providere, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, quod tu fili Prior, & Successores tui Basilicæ ipsius Priores, qui pro tempore fuerint, dummodo sitis in Sacerdotio constituti, & nullus tunc Episcopus existat in Urbe, Basilicam, Capellas, & Cimiteria prædicta ipsorumque quodlibet, quotiens vel ea eorum aliquod, ut prædictum est, pollui contigerit, dum tamen prius per aliquem Catholicum Antistitem Aqua, ut moris est, benedicta * reconciliare possitis, tibi, & dictis Successoribus tenore præsentium concedimus facultatem. Per hoc autem Constitutioni (*b*) quæ id præcipit per Episcopos tantum fieri, nullum volumus imposterum præjudicium generari.

...Frequentius ...latur.

A Priore Canonicorum quando possit reconciliari.

** Suppl. fuerit*

Datum Avinioni VIII. Idus Julii Pontificatus nostri Anno secundo.

Exemptiones ac Privilegia Capitulo S. Petri concessa, rata habet atque confirmat.

Ex Autogr. in Vatic. Bas. Tabular. Caps. 4. Fasc. 260.

AN. CH. 1364. 13. *Octobr.*

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per Privilegia seu alias Indulgentias vobis & Basilicæ vestræ concessas, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum, a Regibus & Principibus ac aliis Christifidelibus, vobis & prædictæ Basilicæ rationabiliter indultas, sicut eas juste & pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem Basilicæ auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc

Comitem sibi devinxit, Coronam ejusdem Regni illi largiens an. 1309. Quo ex vivis excedente an. 1343. Joanna ejus neptis ex Filio, hæres tum Regni, tum Comitatus Provinciæ, Urbem ipsam Avenionis cum omnibus suis juribus octoginta millium Florenorum auri pretio vendidit Romanæ Ecclesiæ, anno 1346. Pontifice Clemente VI. quare tum ipso, tum Successoribus Innocentio VI. & Urbano V. potiori jure moram ibi pertrahentibus, tanquam domi suæ, jam nono super quinquagesimum anno ab urbe Roma aberant Pontifices. Quin etiam perpetuum valedicturi Urbi vibebantur: nam Clemens VI. post coemtam Avenionensem Civitatem Pontificias ædes a Benedicto XII. excitatas magnificentissime amplificarat, muniverat, atque ornaverat.

(*a*) Quod cum sit mutilum & exesum; ejus lacunas implevimus ex Originali apud Archiv. Apost. Vatic. existente in Regesto anni secundi Urbani V. Epistola 360. inter eas quæ *de Indultis* appellantur.

(*b*) Quum in Provinciam Bracharen. irrepsisset abusus in reconciliando Ecclesiam pollutam &c: nam simplices Presbyteri id sibi sumebant: Gregorius IX. constituit, ne ita omnino fieret, nisi ab Episcopo (*Decretal. de Consecr. tit. 40. cap. 9.*) Hanc vero Constitutionem jure Urbanus vult indemnem per singulare hoc privilegium. Quinquennio post, anno videlicet 1369. idem Pontifex Privilegium istud ad Altararium extendit: ita tamen ut triennii spatium non excedat. Vide infra.

hoc attentare præfumpferit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoftolorum ejus fe noverit incurfurum.

Datum Avinioni III. Idus Octobris Pontificatus noftri Anno fecundo.

Palatium Pontificium inftaurari mandat: Turris Campanariæ ac Tintinnabulorum reparatio ad quofnam fpectet, fefe certiorem fieri pofcit.

Ex Regefto Epift. fecret. An. III. Urbani V. fol. 147. apud Archiv. Apoft. Vatic.

AN. CH. 1365. 20. *Sept.*

URbanus Epifcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Petro Epifcopo Urbevetan., Noftro in Spiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Apoftolicam Benedictionem.

Teftimonio fidedigno percepimus, quod tam Palatium noftrum fitum apud Bafilicam Principis Apoftolorum, quam Campanile ipfius Bafilicæ indigent reparari; quodque in Campanili præfato deficiunt tres Campanæ. Volentes igitur fuper reparatione & defectu hujufmodi prout expedit providere, Fraternitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus de oblationibus Altarium dictæ Bafilicæ ad Cameram noftram fpectantibus, Palatium prædictum, prout expediens fuerit, reparari facere non poftponas. De reparatione autem Campanilis & factione Campanarum prædictorum, ad quem fpectent plenarie te informes, (*a*) & informationem quam habueris, quam cito poteris, nobis mittas; in hiis fic te folicitum redditurus, quod non poffis de negligentia reprehendi.

Datum Avinioni quarto Idus Septembris. Anno tertio.

Nicolao Marchioni Ateftino, fuifque fociis ac familiaribus Sacram Veronicam oftendi jubet.

Ex Regefto Epift. fecret. Anni IV. Urbani V. fol. 48. apud Archiv. Apoft. Vatic.

AN. CH. 1366. 16. *Febr.*

URbanus Epifcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Bafilicæ Principis Apoftolorum de Urbe; Salutem & Apoftolicam Benedictionem.

Dilectus filius Nobilis Vir Nicolaus Marchio Eftenfis in Civitate Ferrarien. pro Nobis & Romana Ecclefia Vicarius, (*b*) prout Nobis per fuas litteras intimavit, intendit Apoftolorum limina vifitare de proximo, affectatque Sacram Veronicam contemplari. Cum autem idem Marchio, prout eædem fuæ litteræ continebant, ex certis caufis ufque ad diem folitæ oftenfionis præfatæ Veronicæ in Urbe non valeat immorari; volumus, & vobis per Apoftolica Scripta diftricte præcipiendo mandamus, quatenus dicto Marchioni fuifque fociis & familiaribus femel quando voluerit dictam Veronicam (*c*) abfque difficultate qualibet oftendatis.

Datum Avinioni decimoquarto Kalendas Martii Anno quarto.

Vati-

(*a*) Extat in Bafilicæ Vat. Archivo caps. 2. Fafc. 255., ut alias prænotavimus, vetus membrana anno Chrifti 1350. exarata, quæ ita infcribitur: *Exemplum five Tranfumptum quorumdam Capitulorum contentorum in quodam Libello antiquiffimo fuper antiquitatibus & confuetudinibus Sacrofanctæ Bafilicæ Principis Apoftolorum de Urbe per Petrum Mallii tempore fel. record. Domini Alexandri Papæ III. compilato, & ut in eadem Bafilica tutius cuftodiretur, catena ferrea catenato.* Hujus autem Libelli Auctor hæc inter cætera literis commendavit: Omnes *Ecclefiæ* (nimirum Vaticani Templi) *expenfæ, videlicet Nolarii, & omnium Campanarum, tam in funibus, ferramentis & trabibus, quam etiam in ponendo eas & deponendo, necnon expenfæ portarum & fimilia, ab Altari fiunt,* nempe ex oblationibus Altaris beati Petri. Morem hunc æquitati apprime confonum B. Leonis IX. Privilegio to. 1. pag. 35. exhibito niti exiftimamus.

(*b*) Etfi anno 1372. a Greg. XI. Ferrarienfis Præfectura Nicolao & Alberto Marchionibus Ateftinis in fecuturos omnes ipforum vitæ annos tradita fuerit; antea tamen ad decennium vel novennium Præfectura ipfa ab aliis Romanis Pontificibus concedebatur. Vide Raynaldum ad eumdem annum num. 2.; & Jo. Bapt. Pigna lib. 4. de Principibus Ateftinis an. 1329., quo Joannes XXII. Pontifex infigne hoc munus in eofdem contulit.

(*c*) SS. Sudarii, & Veronicæ nomina indifferenter adhibita inveniuntur. Confuetudo ejus temporis femel tantum oftendi Sacratiffimam hanc Imaginem viris Principibus, ac mulieribus illuftribus Romam venientibus notatur fupra (*to. 1. pag. 345.*) Urbani V. tria hujus generis diplomata fuppetunt. Nimirum iftud 16. Febr. 1366. aliud 25. Aug. 1368. ac tertium 17. Jun. 1370.

(*a*) Roma-

Vaticanum S. Petri Capitulum rogat, ut Gancelmo de Pradallo Canonico Anicienſi præſto ſit conſiliis & favoribus.

Ex Regeſto Epiſt. ſecret. Anni quarti Urbani V. fol. 135. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

[…] CH. 1366. […] Jul.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Quia, dilectiſſimi filii, tempus admodo appropinquat, quo, favente Deo, implere intendimus quod de Adventu noſtro ad Urbem ſæpe prædiximus temporibus retroactis; (a) Dilectum filium Gancelmum de Pradallo Canonicum Anicien. familiarem noſtrum, latorem præſentium ad faciendum reparari Palatium noſtrum apud ſanctum Petrum, & quædam alia quæ ſibi commiſimus faciendum, ad dictam Urbem præſentialiter deſtinamus. Ipſum igitur filiationi veſtræ recommendamus, attente rogantes quatenus eum in agendis quæ vobis ſeu aliquibus diſcretis per vos deputandis idem narraverit, fideliter dirigatis, ſibique ac perſonis deputandis per eum aſſiſtatis Conſiliis & ſavoribus opportunis.

Datum Avinioni quarto Kalendas Auguſti Anno quarto.

Concedit, Caſtrum Pennæ rite vendi poſſe Vaticano S. Petri Capitulo, & Baſilicæ nomine a Canonicis emi ac recipi, ſervatis tamen Juribus Apoſtolicæ Sedis.

Ex Autogr. in Baſil. Tabul. caps. 5. Faſc. 262.

[…] CH. 1368. […] Junii

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ad ea, quæ in utilitatem Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum commodum cedere dinoſcuntur, libenter intendimus; & eis, quantum cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum impertimur. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod dilectus filius nobilis vir, Petrus Bovis Civis Romanus Dominus Caſtri Pennæ Amelienſis Dioc., infra Provinciam Patrimonii beati Petri in Tuſcia conſiſtentis, quadam infirmitate detentus de propria ſalute cogitans, & cupiens aliqua Terrena in Cæleſtia felici commercio commutare; prædictum Caſtrum, de quo, ut aſſeritur, a certis perſonis habere poſſet, ſi illud vellet ipſis vendere, circa ſeptem millia Florenorum auri, vobis nomine Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ad quam ſingularem gerit devotionis affectum, pro ſua & ſuorum parentum Animarum ſalute vendere ac tradere vult retento tamen ſibi ad vitam ſuam uſufructu Caſtri ejuſdem pro duobus millibus, & quingentis Florenis auri, ex quibus ipſe Petrus ad præſens mille & quingentos dumtaxat recipere, & reliquos mille uſque ad duos annos poſt ipſius Petri obitum dari aliquibus, prout ipſe ordinandum duxerit, contentatur. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, prædicta Baſilica duo Caſtra diruta prope Caſtrum prædictum habeat, quæ per vaſſallos dicti Caſtri Pennæ, ſi Caſtrum ipſum ad vos perveniat, reparari, & ipſorum Caſtrorum tenitoria utiliter excoli poterunt; voſque ex hujuſmodi emptione, ſi fiat, periculum tirannidis in prædictis duobus veſtris Caſtris evitare, & multa commoda & utilitates vobis & prædictæ Baſilicæ proventura ſperetis; pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut prædicto Petro hujuſmodi Caſtrum Pennæ vobis vendendi, & vobis illud ab ipſo emendi licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi piam voluntatem dicti Petri plurimum in Domino commendantes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, eidem Petro libere vendendi vobis ipſum Caſtrum, vobiſque illud emendi & recipiendi nomine dictæ Baſilicæ, ita tamen quod vos vel Succeſſores veſtri in dicta

[…]ei ſeries, […]ontractus […]s aperi-

Ejus utilitas in Baſilicæ commodum.

Annuit Pontifex certis ſub conditionibus.

(a) Romani, qui ægre admodum ferebant abſentiam Pontificum, legationibus fatigabant recens electos, ut Urbem repeterent. In iis celebrem fuiſſe adornatam conſtat an. 1343. ad Clementem VI. Franciſco Petrarcha, & Nicolao Laurentii, ſeu Rentii inter Oratores numeratis. At ſemper Romanorum votis illuſerunt Pontifices: Clemensque ipſe *acceſſum ad Urbem*, ut tradit Autor tertiæ vitæ, *non poſſe tunc licet velle ſe aſſerens, ad tempus poſſibile reſervavit*. Neque id mirum. Tranquillitatem Provinciæ cum Italiæ moleſtiis commutare haud humani conſilii erat: cælitus impelli oportebat Pontificem, qui priſtinas ſubire mallet ſollicitudines Romæ, aut in Italiæ oppidis, quam in alienos humeros oneri ferendo impares reclinare. Commode, immo divinitus factum, ut Urbanus V. eligeretur Pontifex. Nuncium is acceperat Florentiæ de Innocentii VI. obitu: eaque occaſione dixiſſe fertur, libenter ſe moriturum, ubi vidiſſet creatum Pontificem, qui Romam ad veram Sedem rediret, ac Tyrannos Italiæ opprimeret. Stetiſſe eum dictis nil melius comprobat hoc diplomate, cui fides haud dubie major adhibenda eſt, quam Scriptoribus ejus vitæ, qui in viſionem Minoritæ cujuſdam, ſeu in epiſtolam Franciſci Petrarchæ *lib. 7. Senil.* rejiciunt cauſas ſui adventus Romam. Etenim ſæpe eum prædixiſſe retroactis temporibus de ſuo adventu, mirum in modum quadrat in vota Florentiæ edita.

(a) *Deve-*

dicta Basilica post emptionem eandem, si eam fieri contingat, ad omnia Jura, Servitia, & Deveria (*a*) Nobis, & Romanæ Ecclesiæ, ac Rectori dictæ Provinciæ, qui pro tempore fuerit, teneamini, ad quæ Domini dicti Castri pro tempore existentes nobis & Ecclesiæ ac Rectori prædictis tenentur; & hujusmodi servitia, quæ per vos ipsos præstare non poteritis, per alios præstare teneamini, ut præfertur, plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem.

Datum apud Montemflasconem (*b*) VIII. Idus Junii Pontificatus nostri An. sexto.

Sacri Sudarii ostensionem Catharinæ Marchionissæ Brandeburgensi Caroli IV. Imperatoris filiæ fieri mandat.

Ex Regesto Epist. Secret. Anni VI. Urbani V. fol. 144. apud Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1368. 15. *Aug.*

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum dilecta in Christo filia Nobilis Mulier Catherina Marchionissa Brandeburgensis Carissimi in Christo Filii Nostri Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti nata causa devotionis accedat ad Urbem; discretioni vestræ præcipiendo mandamus, quatenus sacrum Sudarium Domini semel dumtaxat sibi & suis Gentibus ostendatis. (*c*)

Datum apud Montemflasconem decimooctavo Kalendas Septembris Anno sexto.

Altarario & Canonicorum Priori facultatem ad triennium impertitur ut Basilicam, ejus Capellas, ac Cœmeteria polluta reconciliare valeant, aqua prius per aliquem Antistitem benedicta.

Ex Origin. in Basil. Tabul. caps. 6. Fasc. 265.

AN. CH. 1369. 23. *Mart.*

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Altarario, & Antiquiori Canonico, Priori vulgariter nuncupato, (*d*) Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Habentes ad Basilicam Principis Apostolorum de Urbe singularis devotionis affectum, libenter ipsi Basilicæ illa concedimus, per quæ Divina Officia, submotis impedimentis quibuslibet, continuari valeant in eadem. Cum itaque: sicut accepimus, sæpe contingat ipsam Basilicam, ejusque Cimiteria ac Capellas adjacentes eidem, per effusionem sanguinis vel seminis violari, quæ per Antistitem commode reconciliari non possunt; Nos in hac parte de opportuno remedio providere volentes, vobis & cuilibet vestrum indulgemus, quod Basilicam & Cimiteria ac Capellas prædicta per vos ipsos seu vestrum alterum reconciliare valeatis, *Ampli. Jurisdictio Ecclesiam conciliandam*

(*a*) *Deverium* idem est ac debitum, pensitatio: barbara quidem vox, non tamen nova: namque & Joannes XXII. tom. 3. Epist. 1559. bis eadem utitur: *quædam deveria in locis eisdem ..... quædam Casalia terras, Census, & Deveria.* V. Du-Cang.

(*b*) Tum hæc Bulla, tum sequens Diploma datum apud Montemflasconem anno 1368. quemadmodum nonnulla alia per biennium sequens, nos admonent, ut breviter hic indicemus adventum Pontificis in Romanæ Ecclesiæ ditionem, & cætera, quæ commorationem extra Urbem illustrent. Anno igitur 1367. extrema die mensis Aprilis Urbanus Avenione profectus cum aliquot Cardinalibus maritimo itinere Cornetum Patrimonii Urbem tenuit die quarta Junii: ubi Legationem Romanorum cum clavibus Castri S. Angeli suscepit. Inde digressus venit Viterbium die nona ejusdem Mensis, quo & audientiam causarum, & Contradictoriarum Avenione transtulit. Brevi sensit Italorum ingenium nullatenus immutatum. Nam populari excitato tumultu, qui tridui metum incussit, quatuor familiaribus Cardinalium cæsis, suspensisque decem Civibus, Pontifex graviora mala præsagiit, nec præter eam æstatem, Viterbii in posterum diu substitit, quoad in Italia moram traxit: sed curia ibidem, tanquam in commodiori oppido, permanente ipse diversabatur Monteflascone decem millia passuum a Viterbio: quem propterea locum Episcopali Sede ornavit, & commodiorem reddidit Pontificiæ mansioni per æstivos calores. Viterbio non recessit ante medium mensem Octobrem. Tum vero Romam petiit, ubi usque ad mensem Majum sequentis anni commoratus, Montemflasconem primum se contulit, unde Bullam hanc dedit VIII. Idus Junii, & XVIII. Kal. Septemb. Diploma quod sequitur. Inde profectus Romam versus die nona mensis Octob., aliquot dies insumsit Viterbii: Carolum enim IV. Aug. manebat, qui magno cum exercitu in Italiam venerat S. Sedis ditionem, Pontifice sic volente, restituturus. Perinde an. seq. 1369. a die 18. Aprilis ad octavam Augusti moratus Monteflascone, duobus circiter mensibus Viterbii mansit Perusinorum defectionem insequens tum Spirituali, tum temporali potestate. Sequenti anno iter maturavit Montemflasconem, unde plura dedit Diplomata, quæ infra habentur diebus 12. Maji, 17. & 26. Jun. & 10., ac 29. Julii. Extremo autem mense Augusto Cornetum se contulit; Septembris mensis die 5. conscendit in navim, reversusque est Avenionem, unde discesserat ante triennium. Quare in S. R. E. ditione moratus est annos tres, ac totidem Menses, ut patet.

(*c*) Vide sup. to. 1. pag. 345. ubi indicantur plures Clementis VI. hujus generis epistolæ: id enim moris fuit eorum temporum.

(*d*) Singulare hoc Privilegium idem Pontifex concesserat Priori Canonicorum anno 1364. exemplum scilicet sequutus Innocentii VI Decessoris sui, qui anno 1360. omninm primus ejusmodi facultate Priorem impertierat ad decennium *sup. to.* 1. *pag.* 361. Neque illud mirum, quod quatuor tantum annis elapsis Urbanus id privilegii adhuc vigentis novo edito antiquarit: nam Prior, velut re integra, istud petierat a novo Pontifice. Perinde mirandum non est, quod Urbanus ipse quum facultatem istam concesserit absolutam, atque interminatam Priori, & ejus Successoribus: quinto inde anno Privilegium ferat utriusque simile, tametsi triennii dumtaxat spatio definitum. Primo siquidem ante sex menses, superiori nimirum

anno

tis, quotiens fuerit opportunum; aqua prius per aliquem Antistitem ut moris est, benedicta, præsentium auctoritate concedimus facultatem. Per hoc autem constitutioni, quæ id præcipit per Episcopos tantum fieri, nullum volumus imposterum præjudicium generari; præsentibus post triennium minime valituris.

Datum Romæ apud sanctum Petrum X. Kalendas Aprilis Pontificatus nostri Anno septimo.

. Joannes Chambareti Ordinis Fratrum Minorum speciali Privilegio instituitur Altararius Basilicæ Principis Apostolorum, ejusmodi munus declaratur, ac stipendium Florenorum 200. eidem assignatur.

Ex lib. Secretior. ep. 380. ap. Wadding. to. 8. pag. 209.

: CH. 69. Aug.

DIlecto Filio Joanni Chambareti Ordinis Fratrum Minorum Professori Altarario Altaris Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe. (*a*)

rarii ele-

De tuæ probitate fidelitatis, ac circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, ac sperantes, quod ea, quæ tuæ prudentiæ committemus, fidelibus studiis exequeris, te Altararium Altaris Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, usque ad nostrum beneplacitum (*b*) Auctoritate Apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, & etiam deputamus, ibi recipiendi omnes, & singulas oblationes, obventiones, ac fructus, reditus, & proventus ad dictum Altare pervenientes, seu perventuros, ac census debitos per quoscumque Altari prædicto, ac etiam debita & legata ipsi Altari petendi, exigendi, & recipiendi, & de iis dumtaxat, quæ receperis, solventes quietandi, & generaliter omnia & singula, quæ ad dicti Altariatus spectant officium faciendi, & exercendi, non obstante quod Ordinis Fratrum Minorum Professor existis, (*c*) facultatem plenariam concedentes. Volumus insuper, quod tu de *Ejus item emolumenta.*
præfatis oblationibus, obventionibus, ac fructibus, reditibus, seu proventibus, sive censibus, aut debitis, seu legatis dicti Altaris ducentos Florenos auri pro tuis, & familiarium, & aliorum solitorum teneri ad servitia dicti Altaris stipendiis seu expensis, recipias annuatim.

us Juris-

Datum Viterbii xv. Kalend. Septembris Anno septimo. Tri-

anno 1368. die 22. Septembris inter sex, aut octo Cardinales Montefiascone creatos, recensuerat *Franciscum de Tebaldeschis Romanum tunc Priorem Basilicæ S. Petri de Urbe*: quare novo Priori, utcumque in superiori Privilegio comprehenderetur per eas voces *&* *Successoribus tuis*, novum Privilegium daretur necesse erat. Deinde facultas eadem cum Altarario communicanda, quod antea non erat factum, ita faciendum suasit. Illud potius mirari quis posset, cur Pontifex idem, qui Privilegium Decennale, perpetuum quodammodo reddiderat, nunc triennale futurum decernat. At ubi primum Jus istud Episcopale concessum fuit ab Innocentio VI. confirmatumque ab Urbano V., Avenione degebat uterque Pontifex. Nunc contra Urbanus morabatur Romæ, immo in Palatio Apostolico Vaticano: nec deerant in Urbe Episcopi, qui munere illo fungerentur. Quamobrem pluris mihi est triennale istud postremum, quam duo præcedentia, unum decennale, perpetuum alterum. Et vero idem triennale Privilegium evasit perpetuum, hodieque viget: nostrisque auribus quotannis audimus caput istud Constitutionum Basilicæ nostræ: *Privilegio Apostolico licet Altaristæ, seu antiquiori Canonico, qui in Sacerdotio sit, Basilicam Sanguinis & seminis effusione violatam reconciliare, aqua primum per aliquem Antistitem, ut moris est, benedicta.* (*Constit. cap.* 1. *num.* 11.) Quod enim singulare olim fuit, vulgari postea cœptum formula eadem retenta, ut liquet ex Constitut. 45. (*Bullar. Cassin. to.* 1.) qua Abbates &c. idem Privilegium obtinent a Bonifacio IX. an. 1391.

(*a*) Vvadding. an. 1368. n. 8. novum officii genus hoc anno in suum ordinem inductum ait: quasi vero Altariatus Basilicæ Principis Apostolorum exinde ad eumdem Ordinem privative spectarit, quod falsum esse liquet. Falsum utique est, an. 1368. id muneris fuisse concessum. Neque enim idem annus convenit cum VIII. Pontificatus Urbani; neque cum Pontificis commoratione Viterbii: nam an. 1368. die decimaoctava Augusti Pontifex morabatur Montefiascone, ut paulo ante adnotata, necnon Diplomata ibidem data, ostendunt. Cæterum literarum istarum auctoritate Du-Cangius explicat Altariatus munus. Nobis clariora, & uberiora suppetunt ex nostra hac collectione. Primo enim certo didicimus ex Diplomate Joannis XXI. an. 1277. prid. nonas Martii, Custodem tum appellari, annisque circiter quadraginta subsequentibus perinde Custodes vocatos esse, quibus anno 1322. Altararii nomen accesserat: ut testantur Diplomata Joannis XXII. tametsi minus liqueat, quo præcipue anno conversio ea nominis facta fuerit. Namque e vivis ablato Joanne de Tuderto Custode Altaris, qui scilicet erat Canonicus Basilicæ S. Petri, Clemens V. an. 1313. vi. Nonas Martii demandat Neapoleoni Ursino Archipresbytero Jus eligendi Custodem: eodemque Archipresbytero Magister Joannes de Unciola Altararius nuncupatur prædicto anno 1322. Deinde tum Custodis, tum Altararii munus ipsissimum esse compertum habemus, oblationes videlicet, reditus, cæteraque omnia ad Altare S. Petri pertinentia exigendi, & custodiendi. Postremo intelligimus, usque ab an. 1332. Altariatus officio adjunctam esse *fabricam ipsius Basilicæ, ac custodiam Palatii, & Jardinorum Papalium & alia* (*to.* 1. *pag.* 281.) atque ea propter Fr. Chambaretum sequenti anno 1370. per ea Diplomata, quæ suo loco afferentur, nil novi assequutum fuisse.

(*b*) Istud erat Altariatus ingenium ab ipsis temporibus, quum Altararius appellabatur Custos. *In qua* (Basilica) ajebat Clemens V. *Pontifex ipse Custodem pro tempore ponit, & amovet pro suæ libito voluntatis.* Sic docent tam multa Diplomata superiori volumine exhibita; Joannis XXII. qui Altararium instituit (*pag.* 281.) Philippum de Cambarlhaco Archidiaconum Ganden. Basilicæ nostræ Canonicum; & Benedicti XII. qui instituit Joannem de Piscis Rectorem Ecclesiæ de Permhaco, postea Canonicum Narbonen. quare is *de mandato nostro*, ait Pontifex (*to.* 1. *pag.* 312.) *per aliqua tempora gesserat* id muneris: similiterque eidem Altarario suffecit (*ibid. pag.* 308.) Petrum Laurentii Canonicum Atrebatensem, qui pervenit ad tempora Clementis VI.

(*c*) Ante hæc tempora an. videlicet 1350. Clemens VI. Episcopo Urbevetano suo in Spiritualibus Vicario demandaverat, ut *viros probos, Deum timentes, & ab æstu avaræ cupiditatis extraneos, seculares vel regulares, cujuscumque sint professionis, Religionis vel Ordinis Altararios in Basilica* (Vatic.) *&*

Ecclesia

Triginta Unciarum redditum, quo Vaticanam S. Petri Basilicam ejusque Capitulum Jacobus II. Rex Aragonum donaverat, regio inserto Diplomate confirmat.

Ex Regesto Epist. de Indul. & Com. Urbani V, Epist. 47. fol. 13. An. VIII. apud Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1369. 19. Decemb.

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Si juxta susceptum servitutis Officium, Ecclesiarum omnium, quarum cura Nobis imminet generalis, utilitatibus libenter intendamus, & his quæ in personarum Ecclesiasticarum favorem pie facta noscuntur, ut illibata persistant, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem, dum fuerit opportunum; id maxime Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, cujus Vicariatui, licet immeriti, in Terris successimus, ob specialis reverentiæ & devotionis affectum, quem ad Basilicam habemus eandem, ejusque personis libentius impendimus, dum fuerit a Nobis humiliter supplicatum. Sane petitio pro parte dilectorum Filiorum Archipresbyteri & Capituli dictæ Basilicæ nobis exhibita continebat, quod olim claræ memoriæ Jacobus Rex Aragonum pro specialibus donis & beneficiis Dei, ac honoribus quos in præfata Basilica perceperat, videlicet investitura Regnorum Sardiniæ & Corsicæ a fel. record. Bonifacio Prædecessore nostro Papa VIII. sibi facta, (*a*) deinde suscepto Diademate eorumdem Regnorum in ipsa Basilica, volens Deo & Beato Petro propterea gratus esse, quasdam donationem, concessionem, & assignationem fecit Archipresbytero & Capitulo Basilicæ memoratæ, prout in litteris Regiis sub Bulla plumbea, Typario (*b*) Regiæ Majestatis dicti Regis impressa, super hoc confectis, quarum tenorem de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dictorum Archipresbyteri & Capituli Nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum præfata Regna Sardiniæ & Corsicæ, in quibus donatio, concessio & assignatio hujusmodi sunt factæ, ab Ecclesia Romana per Reges Aragonum pro tempore existentes teneantur in feudum, donationi & concessioni & assignationi prælibatis, confirmationis robur Auctoritate Apostolica adjicere dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus benignum impartientes assensum, donationem concessionem & assignationem prædictas ratas habentes & gratas, illas Auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus & præsentis Scripti patrocinio communimus; supplentes de Apostolicæ plenitudine potestatis omnem defectum, si quis forsan intervenerit in præmissis. Tenor vero dictarum litterarum Regiarum talis est. In nomine Domini amen. Noverint Universi, quod Nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum, Majoricarum, Valentiæ, Murtiæ, Sardiniæ & Corsicæ, Comesque Barchinonen., & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vexillarius, Ammiratus, & Capitaneus Generalis; considerantes, quod dextera Domini nobiscum faciente virtutem, Nosque clementer ad Regnorum Sardiniæ & Corsicæ fastigia sublimante apud Principis Apostolorum, & Cælestis Regni Clavigeri Sacratissimam de Urbe Basilicam, per Regnorum ipsorum Investituram solemnem, Nobis a Sanctissimo Patre & Domino Domino Bonifacio octavo sacrosanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ Summo Pontifice gratiose concessam, primum divulgata nostri

Pontificis obsequia in Basilicam.

Jacobus Rex Aragonum in Ecclesiam B. Petri munificus.

Regia d… tio confirma…

Donat… Diploma ex… bitur.

Ecclesia (Lateran.) *prædictis, unam in earum qualibet auctoritate nostra deputaret &c.* (*to.* 1. *pag.* 339.) Hinc patet Urbanum V. haud rem novam præstitisse: tametsi aliunde (*ibidem pag.* 357.) constat, anno prædicto 1350. fuisse Altatarium, Joannem Castellani Canonicum in Vaticana Basilica: quidquid de alio fuerit qui in Ecclesia Lateranensi constituendus erat.

(*a*) Jacobus II. cui Romani Pontifices Honorius IV. & Nicolaus IV. infensi fuerant, tanquam invasori Siciliæ Regni, ac S. Sedis hosti, quemque ea propter excommunicaverant: Alphonso fratri successit in Aragoniæ Regno, non quidem jure propinquitatis, neque Armorum vi, quod utrumque præsidium diu inutile expertus fuit, sed Apostolicæ Sedis beneficio, dum Bonifacius VIII. erat Pontifex. Officiis certando, tum ipse de Ecclesia meritus bene est, quoad vixit; tum ab Ecclesia est beneficiis cumulatus. In his maxime illud insigne, quod Bonifacius in eum contulit anno 1297. (*Ibid. Rainald. n.* 19. *Mariana lib. xv. cap.* 1.) nam vexilliferum, rerumque Maritimarum, & Classis Ecclesiæ Præfectum, sive Ammiratum renunciavit: & paulo post Sardiniæ & Corsicæ Regem dixit, quo eas Insulas ex Invasorum manibus eriperet, Sanctæque Sedi Tributum solveret. Cujus rei monumentum ab oblivione vindicavit Clemens V. (ap. Rain. *an.* 1304. *n.* 16.) *Ne in posterum*, inquit, *rei gestæ memoriam diuturnitas temporis forsan aboleat, præsentium insinuatione testamur, quod accedentes olim ad præsentiam piæ mem. Benedicti Papæ XI. Prædecessoris nostri dilecti filii Vitalis de Villanova miles, & Guillelmus de Lateria Civis Barcinonensis Procuratores, Nuncii, & Ambasciatores carissimi in Christo filii nostri Jacobi Regis Sardiniæ, & Corsicæ illustris, & recognoscentes quod idem Rex ratione Regni Sardiniæ, & Corsicæ ad R. Ecclesiam pertinentis, quod fel. rec. Bonifacius VIII. Prædecessor noster sibi, & hæredibus suis sub certis modis, & conditionibus in perpetuum feudum concesserat: cui quidem Bonifacio prædictus Rex ipse personaliter pro eodem Regno Vassallagium ligium, & homagium fecerat, & juramentum fidelitatis præstiterat, tenebatur cuilibet Rom. Pontifici infra annum post creationem ipsius per procuratorem, seu procuratores suos ad hoc legitime constitutos similiter pro eodem Regno Vassallagium &c.* Hæc vero & illustrant hanc Bullam Urbani V. & ab ea vicissim illustrantur. Regnorum enim prædictorum investituram in Basilica S. Petri esse factam constat; necnon quibus conditionibus ea Regna Jacobus susceperit a Pontifice palam fit. Præcipue vero Donatio, quam Rex monumento esse voluit, luce ipsa clariorem hanc historiam reddit, nec caligare oculos sinit illorum, qui eamdem parum exploratam habentes, a veritate procul abeunt.

(*b*) *Typarium* est sigillum, cui Principis Imago insculpta est.

nostri honoris insignia claruerunt, ac deinde prædictorum Regnorum suscepimus Diadema, necnon & in dicta Basilica idem Sanctissimus Pater prædictæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in multitudine copiosa Nos magnifice honorante, fecit Vexillarium, Ammiratum & Capitaneum Generalem; dignum fore providimus, ut eidem Basilicæ pronis semper famulemur obsequiis, & illi velud Matri strictius obligemur ex debito, a cujus utero per Cælestis adoptionis gratiam quasi nova progenies dinoscitur prodiisse. Hinc est, quod Nos Archipresbytero & Capitulo ejusdem sacrosanctæ Basilicæ & Canonicis tam præsentibus quam futuris imperpetuum donamus, concedimus & assignamus annuum Redditum triginta Unciarum boni auri ad generale pondus Regni Siciliæ, de nostra Camera, cum dicta Regna fuerimus assecuti, persolvendum per Officiales nostros, qui erunt pro tempore, quocumque nomine censeantur, Procuratori vel certo Nuntio Capituli supradicti in festo Beatorum Petri & Pauli Apostolorum annis singulis, donec in prædicto Regno Sardiniæ dictis Archipresbytero & Capitulo certum & determinatum locum, ubi imperpetuum prædictum percipiant Redditum, duxerimus assignandum. Volentes ut hujusmodi pecunia distribuatur hoc modo per Canonicos Basilicæ prælibatæ, videlicet Sacerdoti ad laudem Spiritus Sancti quamdiu vixerimus, & post obitum nostrum pro Defunctis Missam in eadem Basilica cotidie celebranti provideatur de ipsa pecunia competenter. Trium quoque Unciarum summa dicti auri his, qui Missæ de Spiritu Sancto in Annuali Nostro, quod est in festo B. Laurentii, dum vixerimus, annuatim pro Nobis solemniter in sæpedicta Basilica celebrandæ interfuerint, annis singulis erogetur; post decessum nostrum in distributione nostri Anniversarii convertenda: inter illos autem qui Missæ Beati Jacobi Apostoli pro Nobis solemniter annis singulis in eadem Basilica celebrandæ interfuerint, de dicta pecunia juxta ordinationem Capituli duæ Unciæ dividantur: Residuum vero prædictæ pecuniæ inter memoratos Canonicos & Beneficiatos ipsius Basilicæ secundum providentiam dispositionis Capituli in Nativitatis Domini, Octavarum ipsius, ac Epiphaniæ, Resurrectionis Dominicæ, Ascensionis, Pentecostes, ac Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, & Nativitatis gloriosæ Dei Genitricis Mariæ, omniumque Sanctorum festivitatibus, in commemoratione etiam omnium fidelium Defunctorum, necnon in Beatorum Petri & Pauli, aliorumque Apostolorum, ac beati Joannis Baptistæ, sanctorum Marci, & Lucæ Euangelistarum, Natalicii quoque, Inventionis & Translationis beati Stephani Prothomartyris, Clementis, Hipolyti, Dionysii, Eustachii & Georgii Martyrum, Nicolai insuper, Martini, Remigii, Gregorii, & Benedicti Confessorum, ac sanctarum Mariæ Magdalenæ, & etiam Agathæ, Luciæ, & Agnetis, Margaritæ, ac Catherinæ Virginum festivitatibus dividatur. Ut autem hujusmodi nostra concessio, donatio & assignatio, ac alia præmissa perpetuum robur obtineant firmitatis, & tam a nobis quam hæredibus nostris & Successoribus inviolabiliter & perpetuo observentur, præsens Privilegium exinde fieri & plumbea Bulla Typario Nostræ Majestatis impressa jussimus communiri. Actum Romæ apud præfatam Basilicam 8. Idus Aprilis Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, decimæ Indictionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis, Communitionis & Suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

[Margin: Honores Jacobo II. ab Apostolicæ Sede collati.]

[Margin: Tributum ejusd. R. pro R. ... ord. & onus ... it.]

[Margin: Confirmatio ejusd. Tributi perpetui.]

Datum Romæ apud sanctum Petrum XIV. Kalendas Januarii Anno octavo.

Quinquaginta Unciarum donationem a Joanna Siciliæ Regina Vaticano Capitulo factam, ejusmodi concessionis inserto Diplomate, ratam habet & confirmat.

Ex Regesto Epist. Com. & de Ind. Anni VIII. Urbani V. Epist. 156. fol. 38. apud Archiv. Apost. Vatic.

[Margin: AN. CH. 1369. ... Decemb.]

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perptuam rei memoriam. Justis petentium desideriis justum est, Nos facilem præbere assensum, & vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente, complere. Sane petitio pro parte Dilectorum Filiorum Canonicorum & Capituli Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Nobis nuper exhibita continebat, quod Carissima in Christo Filia nostra Joanna Regina

est. Id vidit Ducangius, qui plura affert hujusmodi exempla, admonetque erroris, qui in chartas aliquot Siculas irrepsit Bullar. Cassin. to. 2. in quibus *Stypario* legitur pro *Typario*. Quo scilicet Sigillo aureas plumbeasve Bullas signari consuevisse a Principibus documenta testantur.

na Siciliæ Illuſtris, dum olim in Urbe ad dictam Baſilicam ſe devotionis cauſa conferret, volens Prædeceſſorum ſuorum veſtigia imitari, dictis Canonicis & Capitulo quinquaginta Uncias de Carlenis argenti generalis ponderis Regni Siciliæ in, & ſuper certis Juribus, Redditibus & Proventibus ad ipſam Reginam ſpectantibus in dicto Regno, perpetuo percipiendas per ipſos Canonicos & Capitulum vel eorum Procuratores & Nuntios anno quolibet in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, gratioſe donavit, conceſſit, & aſſignavit; prout in ipſis litteris, quarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. Quare Nobis præfati Canonici & Capitulum humiliter ſupplicarunt, ut conceſſionem, donationem & aſſignationem hujuſmodi, & alia contenta in dictis litteris ad majus robur confirmare Auctoritate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictam conceſſionem, donationem & aſſignationem ac omnia & ſingula in eiſdem litteris contenta, tanquam devote ac provide facta, rata habentes & grata, ea Auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus & præſentis Scripti patrocinio communimus: ſupplentes de Apoſtolicæ plenitudine Poteſtatis omnem defectum, ſi quis forſan intervenerit in præmiſſis.

Donatio Joannæ I. Reginæ Sicil. confirmatur Auct. Ap.

Diploma Reg. Joannæ I.

Tenor autem dictarum litterarum ejuſdem Reginæ talis eſt. Joanna Dei gratia Regina Hyeruſalem & Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Provinciæ & Folcalquerii ac Pedemontis Comitiſſa magnifico Viro Magno Regni Siciliæ Camerario, vel ejus Locumtenentibus Dilectis Conſiliariis ac Secretis ſeu quibuſcumque Perceptoribus Jurium, Reddituum & Proventuum Secretiæ (a) partium Aprutii necnon de Haveriis (b) & Funditariis ac quibuſcumque perceptoribus aliis quocumque nomine cenſeantur deputatis & deputandis ſuper perceptione Jurium, RedditUum & Proventuum Gabellarum Salis, Ferri, & Picis Terræ Ortonæ Membrorum dictæ Secretiæ (c) Cabellotis ſeu Credenceriis (d) præſentibus & futuris fidelibus noſtris gratiam & bonam voluntatem. Scire vos facimus, quod olim juxta præſentem annum ſextæ Indictionis, dum in Urbe feliciter ageremus, ad Baſilicam Principis Apoſtolorum gerentes præcipuæ devotionis affectum & erga illam merito cupientes Prædeceſſorum Noſtrorum veſtigia imitari, Venerabilibus Viris Priori ac Canonicis & Capitulo dictæ Baſilicæ ipſius Principis Apoſtolorum devotis Oratoribus Noſtris Annuas Uncias quinquaginta de Carlenis Argenti ponderis generalis ſuper Juribus Dohanæ ac Bajulationis (e) Terræ Franquavillæ, & aliis fiſcalibus Juribus quæ ibi Curia Noſtra habet, & in ipſorum defectu ſuper Juribus dictæ Secretiæ, ac Gabellarum Salis, Ferri, & Picis ipſius Terræ Ortonæ conceſſimus & donavimus per alias noſtras litteras certo modo, quarum litterarum tenor per omnia talis eſt.

Inſtrumentum Donationis ejuſd. Reginæ.

Joanna Dei gratia Regina Siciliæ & Hieruſalem, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Provinciæ & Folcalquerii ac Pedemontis Comitiſſa. Secretis (f) Aprucii necnon Bajulis & Cabellotis ſeu Credenceriis & quibuſcumque Perceptoriis Jurium, Reddituum & Proventuum Cabellarum Dohanæ & Bajulationis Terræ Franquavillæ ac Cabellarum Salis, Ferri, & Picis Terræ Ortonæ de Juſtitiariatu Aprutii citra Flumen Piſcariæ præſentibus & futuris fidelibus ſuis gratiam ſuam & bonam voluntatem. Etſi alicui Sanctorum Curiæ Cæleſtis ſumus obnoxiæ & devotione piiſſima obligatæ, ad venerationem ejuſdem ad Apoſtolorum Principem, e uſque Baſilicam, in qua ejus Venerabile Corpus celebri memoria requieſcit, & in qua noſtri Progenitores claræ memoriæ Carolus primus & ſecundus Regni nunc noſtri Siciliæ Inveſtituram, Unctionem Sacram & Diademata ſuſceperunt, (g) & per cujus Principis interceſſionem pro Nobis ad Dominum, & preces ſedulas & Devotas miniſtrantium in eadem nos regnaſſe, ac impoſterum regnaturam feliciter Divina favente Gratia confidimus, uberiorem debemus devotionem habere, & ipſos proſequi favoribus gratioſis. Hiis itaque rationibus motæ, & pro animæ noſtræ

(a) *Secretia*, & *Secreta* Ærarium Principis. Du-Cang.

(b) Pro *de Haveriis & Funditariis* haud dubie legendum *Dohaneriis*, *& Fundicariis*, in antiquarium, ſeu in exſcriptorem hallucinationem rejicias. Nam Doanerii ſeu Dohanerii ſunt qui Doanæ tributa & vectigalia exigunt: Fundicarii autem ſeu Fundegarii Officinis Præfecti erant, ſuntque utraque nomina ſatis frequentia in chartis & donationibus medii ævi. Videſis apud Du-Cang. exempla.

(c) *Cabelloti*, qui & *Cabellati*. Vectigalium Redemtores; Publicani, qui & Gabellotti, & Gabellarii. Du-Cang. affert chartam Friderici Regis Siciliæ an. 1305. quæ hunc locum illuſtrat. *Quilibet Mercator ſolvat tantummodo Cabellatis, ſeu Credenteriis Dohanarum Maris, Terrarum, Locorum ejuſdem Inſulæ Siciliæ &c.*

(d) *Credencerii*; qui *Credenzerii* vocantur in charta ejuſdem Reginæ ap. Ughellum to. 9. *Credenſerii* etiam & *Credenterii*, Vectigalium & Tributorum Exactores ſunt. Nomen mutuantur a *Credentia*, ſeu Conventu ejus generis Civium qui artes & opificia tractabant, ex Sigonio de R. Ital. Vide plura apud Du-Cang. V. *Credentia*.

(e) Inter plurimas hujus vocis notiones huc ſpectat quæ Tributum ſeu Vectigal ſignificat; quare quicquid mercium extra terram Francavillæ exportabatur, id genus Tributi conficiebat, quod *Bajulatio* hîc nuncupatur. Inde *Bajulus* paulo infra.

(f) *Secretis* legendum; forte etiam *Secrecis*, tametſi exempla non ſuppetant. Apud Ughell. to. 1. p. 1. pag. 429. *Juſtitiarii*, *Secreti*, *& Officiales alii Aprutii* e re noſtra legitur in charta Caroli II. Regis Siciliæ.

(g) Carolum Andegavenſem ſuſcepiſſe ex more Diadema Regni Siciliæ cis, & ultra Farum in Baſilica Principis Apoſtolorum documenta apud Raynaldum (*an. 1266. num. 2.*) abunde teſtantur: fidemque iis adjungit hæc Bulla. Quamobrem

Raſpo-

nostræ remedio, dictæ Basilicæ Canonicis & Capitulo ipsius Ecclesiæ Annuas Uncias quinquaginta de Carlenis Argenti generalis ponderis percipiendas perpetuo per ipsos vel eorum Procuratores & Nuncios anno quolibet in festo Apostolorum Petri & Pauli de mense Junii occurrente de hoc præsenti anno sextæ Indictionis,& deinceps perpetuo in eodem festo in & super Juribus & Redditibus infrascriptis Terræ Franquavillæ & Ortonæ de Justitiariatu Aprutii citra Flumen Piscariæ præter & ultra alias provisiones & concessiones & largitiones claræ memoriæ dicti Domini Caroli secundi Regis Proavi nostri in dicta Bajulatione per nostrum infrascripti tenoris Privilegium gratiose duximus concedendas, donandas & imperpetuum assignandas, cujus Privilegii tenor dicitur esse talis.Joanna Dei gratia Regina Hierusalem & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ & Folcalquerii ac Pedemontis Comitissa. Universis præsens Privilegium inspecturis tam præsentibus quam futuris. Si converti ad aliquem Sanctorum judicio meliori consulitur, ubi non dubie totum præsidium invenitur, quia mirabilis Dominus in Sanctis suis, quorum persæpe suffragio in partem supervehere ditatis (*a*) assumimur, digne quidem atque præcipue affectus devotionis dirigitur ad Apostolorum Principem Beatum Petrum, Pastorem Gregis Dominici, qui ex Divinæ Potestatis arbitrio ligandi atque solvendi in Terris obtinet potestatem. Hujusmodi itaque considerationis instinctu vobis quidem hactenus constituto, quod claræ memoriæ dictus Carolus primus, Attavus noster, Siciliæ Rex illustris tempore quo in Sacratissimi Principis Apostolorum de Urbe Basilica Regni Siciliæ Investituram, Unctionem Sacram & Dyadema suscepit, Capitulo & Canonicis ejusdem sanctæ Basilicæ imperpetuum gratiose donavit & assignavit in & super Proventibus Dohanæ Neapolitan., aliorumque Fiscalium jurium inibi annuum Redditum Unciarum auri quinquaginta ponderis generalis, distribuendum certo modo per Canonicos dictæ Basilicæ, quem præfati Regis Caroli Primi Attavi nostri Privilegium designabat; ac deinde claræ memoriæ Dominus Carolus Secundus Siciliæ Rex ejusdem Caroli Primi Filius Proavus noster ad ipsius Sacrosanctæ Basilicæ reverentiam debitam præcipua cordis affectione aspirans, & erga illam merito cupiens vestigia

aroli I. & nvestitura asil. S. Perumque Do- nes Basil. factæ.

Paterni affectus & operis imitari, donationem & assignationem ipsius Regis, quamquam ex ejus Auctoritate donantis digne pleni vigoris existerent, idem Proavus Noster duxit ad abundantiorem Cautelam imperpetuum confirmandas; & idem Carolus Secundus Proavus Noster ad ipsam Sacram Basilicam successive effectus devotior, non solum voluit donationem ipsam paternam plene efficacia & firmitate gaudere, sed superaddere plenius ad eandem, ac facere ut integra perceptio & consecutio provisionis ejusdem fiat sine difficultate celerior, & habilior subsequatur, perceptionem annuam dictarum Unciarum quinquaginta in Juribus & super Juribus Bajulationis & Fiscalibus aliis quibuscumque nostræ Civitatis Ortonæ duxit omnimode transferendam, provisione in hoc tunc sublata Paterna, ut scilicet perceptio ipsa in prædictis Juribus Dohanæ & Neapolitan. de cetero non assistat; immo de certa sua scientia & gratia speciali, ad donationem ipsam Paternam alias superaddit annuas auri quinquaginta Uncias,ita quod inter Paternam & suam donationes hujusmodi sunt in summa per totum Unciæ auri centum ponderis generalis percipiendæ singulis annis in præfata Bajulatione Ortonæ ac Juribus aliis quibuscumque Fiscalibus dictæ Terræ; ac idem Proavus Noster debita meditatione perpensans, quod in hoc posset dictis Canonicis vel impendium adjici vel per Officiales suos tunc difficultas opponi, prout multifaria consuevit esse calumnia in solvendo, subjunxit ampliando hujusmodi donationi, ut non solum dictæ Unciæ auri centum ipsis accedant Canonicis, sed totum reliquum valorem annuum ipsius Bajulationis & Jurium eorumdem, quantumcumque plus ultra ipsas centum Uncias valeant, annuatim dictis Canonicis, pro animæ suæ salute in forma præfatorum Regum Privilegiis descripta dedit, donavit & gratiose concessit: subjuncto ad amplius gratiæ suæ donum, ut de venditione vel procuratione Bajulationis aut Jurium eorumdem, nullusque quisque sit Officialis aut Bajulus, qui se imperpetuum quomodolibet intromittat, immo per Procuratorem aut Nuntios Capituli & Canonicorum dictæ Sacræ Basilicæ successive vendantur, locentur, procurentur aut administrentur inantea pro suo beneplacito voluntatis, ordinatione, consuetudine vel Statuto, Mandato vel observantia contrariis non obstantibus quoquomodo,prout hæc

Super provent. Civit. Ortonæ.

Rasponus (*pag.* 144.) hoc unum exemplum arripiens, ut Lateranensi Ecclesiæ afferat, quod debetur Vaticanæ, errat tota via: quod fecerunt & alii, quos jure arguit Franciscus Pag. in Clem. IV. *num.* 9. De Carolo Claudo filio Caroli I. nullum est dubium, quin Diadema acceperit a Nicolao IV. in Vaticana Basilica: de die tantum lis est, alii enim die ipso Pentecostes, alii cum Villanio tunc vivente sequenti die coronatum affirmant,nempe 29. Maji., anno 1288. (Rainald. *an. seq. n.* 1.) Privilegia utriusque Caroli Pontificio Diplomati inserta a Clem. V. anno 1306. Videsis supra *to.* 1. *pag.* 241.

(*a*) Legendum supernæ hæreditatis.

hæc & alia in præfatorum Regum Privilegiis conspeximus clarius contineri. Nos igitur eadem pia devotione accensa, quam Progenitores Nostri præfati ad eandem Basilicam habuerunt, præfatas concessiones, assignationes & donationes ex certa nostra scientia ratas & firmas habentes, propterea de uberioris nostræ gratiæ dono pro Animæ nostræ, nostrorumque Progenitorum Salute damus, concedimus & perpetuo assignamus præfatis Canonicis & Capitulo sæpefatæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ultra & præter dictas centum Uncias & totum supradictum Residuum supradictæ Bajulationis Ortonæ ab eisdem Nostris Prædecessoribus largitas, Uncias quinquaginta in Carlenis Argenti ponderis generalis per Annum in & super Juribus, Redditibus & Proventibus Dohanæ & Bajulationis Terræ nostræ Francavillæ de Justitiariatu Aprutii citra Flumen Piscariæ, & aliis Juribus Fiscalibus quæ habemus ibidem, solvendas & assignandas eisdem vel suis Procuratoribus in festo Apostolorum Petri & Pauli de mense Junii occurrente, & de præsenti anno sextæ Indictionis ac deinceps perpetuo in Festo prædicto dispensandas & destribuendas per eos modo, ordine & Festivitatibus infrascriptis; videlicet die vigesimaprima mensis Martii, qua donationem præmissam dictæ Basilicæ fecimus ex munificentia nostra, volumus quod per prædictos Canonicos, Beneficiatos & Clericos ejusdem Basilicæ, pro manutenenda & conservanda longæva vita & honorifica nostra & aliorum de genere nostro prospera & felici, Missa una de Spiritu Sancto in eadem Basilica solemnissime decantetur, in qua distribuantur Floreni auri quinquaginta, quamdiu vixerimus; post vero mortem nostram dicti quinquaginta Floreni distribuantur in die Anniversarii nostri, quod in eadem Basilica solemniter decantetur. Reliquam vero quantitatem distribui volumus inter Canonicos, Beneficiatos & Clericos ipsos in Festis & Anniversariis infrascriptis, quibus similiter in eadem Basilica Missarum solemnia celebrantur: videlicet in die Anniversarii felicis record. Domini Regis Roberti Avi nostri, sicut in Paterno Anniversario observatur, Floreni Auri quinquaginta. Item in Festivitatibus sancti Petri, sancti Pauli, sancti Benedicti, sancti Loysii de Marsilia, sancti Laurentii, sanctæ Mariæ Magdalenæ, sanctæ Catherinæ, sanctæ Trinitatis, S. Jacobi Apostoli, sancti Antonii Abbatis, sanctorum Martyrum Fabiani & Sebastiani, sanctorum Martyrum Vincentii & Anastasii, Conversionis sancti Pauli, Cathedræ sancti Petri, sanctorum Martyrum Tiburcii, Valeriani & Maximi, Inventionis & Exaltationis sanctæ Crucis, Apparitionis & Dedicationis sancti Michaelis Archangeli, sanctorum Martyrum Joannis & Pauli, Commemorationis sancti Pauli Apostoli, sanctorum Martyrum Processi & Martiniani, sancti Apolinaris Martyris Discipuli Beati Petri, Vinculorum sancti Petri, sanctæ Mariæ de Nive, sancti Augustini Episcopi & Confessoris, Decollationis sancti Joannis Baptistæ, sancti Ludovici Episcopi & Confessoris Germani dicti Domini Regis Roberti, sanctorum Martyrum Mauritii & sociorum ejus, sanctorum Cosmæ & Damiani, sancti Hieronymi Doctoris, sancti Francisci Confessoris, sancti Leonardi Confessoris, Dedicationis Basilicarum Apostolorum Petri & Pauli, sancti Ambrosii Episcopi & Confessoris, Conceptionis sanctæ Mariæ Virginis, sanctorum Innocentium, & sancti Silvestri Papæ & Confessoris. In præmissarum autem Festivitatum diebus singulis fiat aditio cotidianis distributionibus de quatuor Florenis pro quolibet, ut præmissorum Sanctorum Officia solemnius celebrentur, & Ministri ipsius Basilicæ devotius conveniant ad Divina, prælibatique Sancti gloriosissimi ex hoc apud Deum pro Majestate nostra sint perpetui Intercessores in vita pariter & in morte. Quod si forte ad solutionem dictarum quinquaginta Unciarum annuatim de Carlenis Argenti & alterius quantitatis pecuniæ super præfatis Juribus Bajulationis & Dohanæ Erancevillæ stabilitæ & debitæ ipsis Capitulo & Canonicis prætextu Decimæ & duarum Unciarum Auri debitarum Archipresbytero & Ecclesiæ Ortonæ, quæ deducuntur & detrahuntur ipsis Capitulo & Canonicis de Proventibus & Observationibus dictæ Bajulationis Ortonæ, Obventiones, Redditus & Proventus dictarum Bajulationis & Dohanæ dictæ Terræ Francevillæ non sufficerent ad præsens vel etiam quandocumque; Volumus & ex certa nostra scientia præcipimus & mandamus, ut de Juribus & Proventibus secretiæ & Cabellæ Salis, Ferri, & Picis ejusdem Terræ Ortonæ & dependentium ex ea usque ad concurrentem quantitatem dictarum Unciarum quinquaginta & debitum complementum perpetuo dictæ quinquaginta Unciæ vel quod ipsis defuerit, exolvantur ac etiam suppleantur, non obstantibus quibuscumque Regni & Curiæ nostræ Statutis, ordinationibus seu consuetudinibus, Mandatis seu revocationibus quarumcumque gratiarum, generaliter vel specialiter factis seu imposterum faciendis supradictis nostris concessioni, donationi & assignationi contrariis, de quibus etiam non expressis & totaliter non insertis in hoc præsenti Privilegio facienda esset mentio specialis, quæ quantum ad supradictorum omnium perpetuam firmitatem nullius esse volumus roboris vel momenti. In cujus rei testimonium & ad cautelam præsens Privilegium exinde

Donationis solutio annua in festo SS. Apostolor. & ejus finis.

Onus impositum Capitulo:

Donatio[illegible] fundus alius [illegible] signatur de[illegible] ctu primi.

exinde fieri & pendenti Majestatis nostræ Sigillo jussimus communiri. Datum Romæ per manus Viri Magnifici Neapoleonis de Ursinis Manupopuli Comitis Logothetæ (a) & Prothonotarii Regni Siciliæ, Collateralis, Consiliarii & fidelis nostri Dilecti, Anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, die vicesimo primo Martii sextæ Indictionis, Regnorum nostrorum Anno vicesimo sexto. Volentes itaque dictas nostras donationem, concessionem & largitionem debitum effectum sortiri, fidelitati vestræ harum serie, de nostra certa scientia præcipimus & mandamus expresse sub obtentu nostræ gratiæ & pœna Unciarum Auri quinquaginta, quam a Vobis & Vestrum quolibet exigi & extorqueri faciemus irremissibiliter, nisi Mandatis nostris parueritis cum affectu, quatenus vos prædicti Secreti Cabelloti seu Credencerii ac Perceptores Jurium dictarum Cabellarum Dohanæ & Bajulationis dictæ Terræ Francavillæ ac Cabellarum Salis, Ferri, & Picis dictæ Terræ Ortonæ præsentes atque futuri præfatis Canonicis & Capitulo ejusdem Basilicæ vel eorum Procuratoribus seu Nunciis ad hoc specialiter deputatis præscriptum Redditum annuum Unciarum Auri quinquaginta ponderis generalis in dicto Festo Apostolorum Petri & Pauli Anni cujuslibet tam præsentis quam inantea in futurum Officiorum vestrorum temporibus non fueritis exinde requisiti, de pecunia dictorum Jurium, Reddituum & Proventuum præfatorum Dohanæ & Bajulationis dictæ Terræ Francevillæ, & in ipsorum defectu, de pecunia dictorum Jurium, Reddituum & Proventuum præfatarum Gabellarum Salis, Ferri, & Picis dictæ Terræ Ortonæ sistente & futura per manus nostras, prout ad singulos Vestrum prædicto modo spectaverit; de quo, cum opus fuerit, nos invicem certificare curetis, ne in damnum Curiæ contingat fieri exinde solutionem quomodolibet duplicatam; solvere & exhibere integraliter, omni contradictione & difficultate cessante, juxta dicti Privilegii nostri seriem atque mentem penitus studeatis, & recipiatis de hiis quæ provide solveritis suis vicibus debitam Apodixam: (b) Vosque secreti præsentes atque futuri non impediatis in aliquo solutionem eandem, quinimmo Cabellotos ipsos seu Credencerios ad solutionem hujusmodi faciendam in casu renitentiæ, si opus fuerit arceatis, sicut prædictam pœnam & indignationem nostram cupitis evitare; ordinationibus seu Mandatis nostris quibuscumque contrariis factis jam & faciendis inantea sub quacumque forma vel expressione verborum, etiamsi oporteret de illis vel aliqua ipsorum clausula plenam & expressam ac de verbo ad verbum in præsentibus fieri mentionem, per quas & quæ effectus præsentium impediri posset in aliquo vel differri, & specialiter tam Edictis nostris olim factis sub datis Neapoli, altero videlicet eorum die tertio Septembris Anni decimæ, & altero die vigesimo primo Februarii Anni tertiæ decimæ Indictionis nuper elapsarum, de nil solvendo alicui de quacumque fiscali pecunia, sed ea tota ad nostram Cameram destinandam, quam alio Edicto facto sub datum Aversæ die primo Decembris Anni quartæ Indictionis proxime præteritæ de revocatione seu suspensione Provisionum & Gagiorum, (c) quam etiam quibuscumque aliis Edictis seu Mandatis factis vel faciendis sub quacumque distinctione verborum atque dierum executioni præsentium nullatenus obstituris: præsentibus post opportunam & debitam inspectionem earum, transumpto ipsarum per vos & vestrum quemlibet, prout ad eum spectaverit, in publica forma recapto, remanentibus præsentanti efficaciter modo præmisso, cum opus fuerit, inantea valituris. Datum Romæ in Camera nostra Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo die vicesimo secundo Martii sextæ Indictionis, Regnorum nostrorum Anno vicesimo sexto. Noviter autem pro parte dictorum Prioris, Canonicorum & Capituli fuit Majestati nostræ humiliter supplicatum, ut cum ipsi de dictis annuis Unciis quinquaginta eis, ut præmittitur, concessis nihil hucusque perceperint ac possent percipere vel habere, propter provisiones per nos prius super Juribus dictæ Bajulationis Francevillæ concessas Berardo Pisticello & Joanni Minuculo Militibus & Petrillo de Aprano de Neapoli, necnon propter venditionem Jurium dictæ secretiæ Cabellarum ac Jurium dictarum Cabellarum Salis, Ferri, & Picis dictæ Terræ Ortonæ, quorum pecunia pro dicto præsenti anno sextæ, aut pro futuro anno septimæ Indictionis est per præsentem secretum nostris thesaurariis assignata, ex quo dicti Prior, Canonici & Capitulum videntur pro dictis duobus annis prædictarum annuarum Unciarum quinquaginta reali perceptione privari, prout continet expositio eorumdem; providere eis super hoc, ne careant hujus-

Documenta Regia super eadem re.

Capitulum dolet, se nihil percepisse.

(a) *Logothetæ* &c. Passim in Tabulis Siculis hujusmodi subscriptiones Regiis chartis occurrunt. *Logotheta* autem vox græca apud Latinos magnum Cancellarium designabat: tametsi apud Siculos Prothonotarius etiam dicebatur, eratque primus Secretarius, dignitate scilicet major magno Cancellario, nec tamen alter alteri subjiciebatur. Vide plura apud Du-cang. qui ex Vvaddingo affert subscriptionem hujus similem. Data Neapoli per.. Logothetam & Prothonotarium Regni Siciliæ an. 1347.

(b) *Apodixa* est cautio de suscepta pecunia. Apud Vvadding. in Regesto to. 3. pag. 308. est charta ejusdem Reginæ Joannæ, in qua legitur: *Apodixas, finales remissiones, & pactum de ulterius non petendo*. Du-cang.

(c) *Gagium* hic & infra non aliud esse videtur quam mulcta. Nihilominus Consule Du-Cang. V. *Gagium*, & *Vadium*.

(a) Non

hujusmodi gratiæ nostræ fructu per nostras litteras dignaremur. Nos vero nolentes ipsos Priorem, Canonicos & Capitulum earumdem annuarum Unciarum quinquaginta in totum vel in partem reali perceptione carere, de quibus eis intendimus in anno quolibet debitam satisfactionem impendi; decrevimus, quod ipsi Prior Canonici & Capitulum easdem Uncias quinquaginta dicti ponderis generalis per annum eis, ut præfertur, concessas quolibet scilicet anno ab instanti anno octavæ Indictionis inantea numerando, super Juribus, Redditibus & Proventibus dictæ Gabellæ Salis, Ferri, & Picis ipsius Terræ Ortonæ, super quibus erant illas in dicto defectu, sicut prædicitur, percepturi, integraliter velut subsequitur, percipere debeant & habere, eisque de illis tam pro dictis duobus annis præsentis sextæ, & instantis septimæ Indictionis, quam deinde inantea pro futuro tempore imperpetuum sine diminutione qualibet, sicut subsequitur, satis fiat. Quocirca volumus, & fidelitati vestræ sub obtentu nostræ indignationis & gratiæ, ac pœna in dictis nostris litteris declarata de certa scientia harum serie districte præcipiendo mandamus, quatenus dicto adveniente tempore dicti instantis anni octavæ Indictionis vos prædicti Dohanerii & Fundatarii ac Perceptores & Officiales Cabelloti seu Credencerii Jurium dictarum Cabellarum Salis, Ferri, & Picis dictæ Terræ Ortonæ tunc præsentes seu futuri ejusdem anni octavæ Indictionis, præfatis Priori, Canonicis & Capitulo aut ipsorum Procuratori vel Nuntio tam Uncias centum contingentes ipsos pro dictis duobus annis sextæ & septimæ Indictionis, quam alias Uncias quinquaginta contingentes ipsos similiter pro dicto intranti anno octavæ Indictionis, pro quibus illas eis per vos decrevimus exhiberi, instanter de pecunia excalei de pecunia Calei Jurium, Redditüum & Proventuum dictarum Cabellarum Salis, Ferri, & Picis dicti instantis anni octavæ Indictionis proventura ad manus vestras, in jam dicto Apostolorum Petri & Pauli Festo, sicut in præscriptis nostris litteris continetur, statim simul & semel; & deinde tam vos ipsi tunc præsentes, quam vos alii successive Dohanerii & Funditarii ac Perceptores, Officiales, Cabelloti seu Credencerii eisdem Priori, Canonicis & Capitulo aut dicto ipsorum Procuratori seu Nuntio jam dictas Uncias quinquaginta de dictis Carlenis Argenti ejusdem ponderis generalis per annum eis, sicut prædicitur, stabilitas atque concessas, quatenus quolibet scilicet anno imperpetuum a sequenti anno nonæ Indictionis inantea numerando, in præfato scilicet Festo ipsorum Apostolorum Petri & Pauli de dicta pecunia Jurium reddituum & proventuum dictarum Cabellarum salis, Ferri, & Picis ipsius Terræ Ortonæ ad manus vestras primitus etiam proventura, prout ad vos pertinet, Officiorum vestrorum temporibus integre & sine diminutione aliqua, omnique contradicente occasione & difficultate remota, vigore præsentium exsolvatis, & recipiatis ab eis de hiis quæ ipsis solveritis exinde suis vicibus debitam apodixam, quam vobis plene sufficere volumus ad cautelam, illamque una cum solutione hujusmodi in vestro computo acceptari pariter & admitti absque cautelis aliis, quam præsentibus nostris litteris cum apodixa jam dicta a nobis ullo unquam tempore quomodolibet exinde requirendis: Tenorem alias prædictarum litterarum nostrarum in aliis, quibus expedit, efficaciter servaturi; ac attentius provisuri, quod nullum eisdem Priori, Canonicis & Capitulo circa solutionem hujusmodi prætextu cujuscumque Ordinationis seu mandati vel Edicti nostri contrarii vel alio quocumque colore vel causa ingeratis præpedium ac obstaculum vel anfractum, sicut habetis dictam gratiam nostram caram, præfatamque indignationem & pœnam cupitis evitare; cum velimus & expresse pariter intendamus, quod eisdem Priori, Canonicis & Capitulo de dictis annuis Unciis quinquaginta tam pro dictis tribus annis, quam pro futuris temporibus imperpetuum propter præmissas considerationes & causas alias, quæ nos monent visibiliter, sicut prædicitur, satisfiat. Vosque prædicti magne Camerarie, vel Locumtenentes ac Secreti, præsentes similiter & futuri non impediatis in aliquo solutionem eandem immo jam dictos Dohanerios & Funditarios ac Perceptores Officiales Cabellotos seu Credencerios ad illam, sicut prædicitur, faciendam tam per exactionem pœnæ jam dictæ, quam per quælibet alia oportuna remedia, quæ ad id expedire videritis, arctius compellatis ac significetis per litteras vestras Perceptoribus, Cabellotis seu Credenceriis dictæ Cabellæ, Bajulationis ipsius Terræ Francavillæ, quod nihil eisdem Priori Canonicis & Capitulo de dictis Unciis quinquaginta vigore præscriptarum litterarum nostrarum, aut transumptorum, assumptorum vel assumendorum forsan ex illis quoquomodo persolvant, cum ipsos Priorem, Canonicos & Capitulum decreverimus illas super Juribus dictarum Cabellarum Salis, Ferri, & Picis, sicut prædicitur, percepturos; super quo vobis duximus totaliter incumbendum, reservatis dictis Priori, Canonicis & Capitulo integraliter aliis Juribus eis debitis super Bajulatione prædicta Francavillæ vigore aliarum Regalium Litterarum. Et ut dicti Secreti necnon Dohanerii & Funditarii ac Perceptores Officiales Cabelloti seu Credencerii in diffugium satisfactionis hujusmodi causam aliquam non prætendant,

Non solventibus Officialibus interminatur pœnas.

dant; sed ab eis occasio quæque tollatur; volumus, vobisque prædictis Magno Camerario & ejus Locumtenentibus adjicimus expressius in Mandatis, ut singulis vicibus & temporibus, quibus dicta Jura Secretiæ ac dictarum Cabellarum Salis, Ferri, & Picis sive conjunctum simul sive per partes per Curiam nostram vendantur, locentur vel in credentiam committantur, deducatis ac deduci penitus faciatis & in pactis propterea habendis declarari pariter & apponi jamdictam provisionem solvendam dictis Priori, Capitulo & Canonicis tam pro dictis tribus annis, quam pro dictis futuris temporibus imperpetuum, ut est dictum, sic & taliter, quod eis hujusmodi provisio præmisso modo penitus reservetur, ac veniat ab ordinatione qualibet excludenda, illaque eis sine diminutione qualibet, sicut præmittitur, persolvatur: compulsuri alias eosdem Secretos necnon Dohanerios & Funditarios ac Perceptores, Officiales, Cabellotos seu Credencerios ad obligandum se in Camera nostra summarie, tempore scilicet emptionis seu locationis Jurium prædictorum, de dicta provisione eisdem Priori, Canonicis & Capitulo pro dicto præterito & futuro tempore, prout intendimus, integraliter persolvendi: alias * eisdem Secretis necnon Dohaneriis & Funditariis ac Perceptoribus Cabellotis seu Credenceriis tempore competenti eorumdem solutionem aliquam nullatenus acceptetis, nisi prius constet Vobis suis vicibus de satisfactione provisionis ejusdem facta jam forsitan vel de cetero facienda per eos Priori, Canonicis & Capitulo supradictis per Apodixas proprias eorumdem, seu per cautelas & scripturas competentes; quibuscumque ordinationibus, litteris, Mandatis, Cedulis vel Edictis incontrarium forte factis vel inantea faciendis sub quacumque forma vel expressione verborum ac temporum & dierum ac cum quibusvis clausulis derogatoriis generalibus vel specialibus, per quæ & quas effectui præsentium expresse vel tacite posset in aliquo quomodolibet derogari, etiamsi de illis vel aliqua illorum seu illarum clausula de verbo ad verbum esset hîc specialis & seriosa mentio facienda, seu nostra conscientia in scriptis vel oretenus consultanda, & præcipue tam Edictis dudum factis sub Datis Neapoli, altero videlicet eorum die tertio Septembris Anni decimæ & altero die vicesimo primo Februarii Anni tertiædecimæ Indictionum proxime præteritarum de nil solvendo alicui de quacumque Fiscali pecunia, & specialiter supradicta, sed ea tota ad Nostram Cameram destinanda, quam alio Edicto nostro facto sub Datum Aversæ die prima Decembris Anni quartæ Indictionis nuper elapsæ de suspensione provisionum & Gagiorum, quam etiam alio mandato facto die undecimo Aprilis dicti Anni IV. Indictionis de Provisionibus Gagiis non simul & semel, sed per terminos ac pro rata & in concursu cum aliis exsolvendis, executioni præsentium nullatenus obstituris. Præsentes autem litteras post oportunam inspectionem earum, transumpto ipsarum per vos, prout vestra intererit, in publica forma recepto pro cautela, restitui volumus præsentanti, præmisso modo efficaciter inantea valituras. Datum in casa sana prope Castrum Maris de Scabia in Camera nostra anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo octavo die decimaquarta Junii sextæ Indictonis, Regnorum nostrorum Anno vicesimo sexto. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, munitionis & suppletionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Plura in hanc rem Edicta commemorantur.

Confirmatio Pontificia Donationis Regiæ.

…Officia- …in sol- …indi-

…ol. ab.

Datum Romæ apud sanctum Petrum XII. Kalendas Januarii Pontificatus nostri Anno octavo.

Petrum Aragoniæ Regem de solvenda Vaticano Capitulo certa pecuniæ summa, rogat & hortatur.

Ex Regesto Epist. secret. Anni octavi Urbani V. fol. 48. apud Archiv. Apost. Vatic.

…CH. …o. …Mart.

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Carissimo in Christo Filio Petro Regi Aragonum Illustri; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum, sicut pro parte Dilectorum Filiorum Archipresbyteri & Capituli Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe fuit Nobis expositum, ipsi a tua Regia Camera certam pecuniæ summam debeant recipere annuatim, & eam non receperint longo tempore retroacto; Serenitatem tuam rogamus & hortamur attente, quatenus ob reverentiam Dei & ejusdem Principis, dictos Archipresbyterum & Capitulum super exhibitione hujusmodi summæ pro præterito tempore & futuro benigne habeas commendatos, ut per hoc ad Regem Regum præfatum Principem Apostolorum, cujus nomen geris, tibi constituas amplius adjutorem. Super quo Venerabili Fratri nostro Agapito Episcopo Brixien. Apostolicæ Sedis Nuncio Latori præsentium velis fidem credulam adhibere.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Idus Martii Anno octavo.

Ex injuste ablatis incertis medietatem alteram instaurationi Vaticanæ Basilicæ, alteram vero Lateranensis Ecclesiæ reparationi ad biennium erogandam demandat: Pœnitentes divites, ut operibus eisdem pias tribuant eleemosynas, inducendos curat.

Ex Regest. Epist. secret. An. VIII. Urbani V. fol. 84. apud Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1370. 12. *Maji*.

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Universis Pœnitentiariis Nostris tam in Urbe, quam in Romana Curia morantibus, præsentibus & futuris; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad reparationem Venerandæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, quæ in tectis & aliis ædificiis indiget reparari, devotis affectibus intendentes, vias & modos honestos libenter exquirimus, quibus de opportunis pecuniis pro reparatione præfata, quæ magna exigit onera expensarum, providere commode valeamus. Eapropter discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus universis Christifidelibus, qui infra duos annos inchoandos quarto nonas Julii proxime futuri ex tunc immediate secuturos, vobis sua confitebuntur peccata, & restitutionem male ablatorum incertorum facere tenebuntur; ex parte nostra districtius injungatis, quod medietatem ipsorum male ablatorum incertorum pro dicta reparatione Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & reliquam medietatem pro reparatione Lateranensis Ecclesiæ (a) eis, qui ad hoc per nos sunt vel erunt pro tempore deputati, studeant assignare. Nos enim eos de hiis, quæ sic assignaverint absolutos esse censemus, ac si illa proprio Ordinario assignassent. Insuper confitentes eosdem, præsertim illos, quibus hujusmodi supersunt copiæ facultatum, providis vestris persuasionibus inducatis, ut pro dictis reparationibus faciendis celeriter de bonis, eis a Deo collatis, pias elemosynas largiantur.

Pœnæ injunguntur injustis ablatorib. rer. Eccl.

Eæden næ explic

Datum apud Montemflasconem nono Idus Maji Anno Octavo.

Ludovici Hungariæ Regis Oratoribus, eorumque Sociis ac Familiaribus Sacrum Sudarium ostendi præcipit.

Ex Regesto Epist. secret. An. VIII. Urbani V. fol. 105. apud Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1370. 17. *Jun.*

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Quia Venerabilis Frater Noster Joannes Episcopus Vacien., ac Dilecti Filii Nobilis Vir Nicolaus de Zeth Miles Regalis Curiæ Ungariæ Judex, & Magister Cato Præpositus Ecclesiæ Demesien. Vesprimien. Diœcesis Decretorum Doctor, Ambaxiatores Carissimi in Christo Filii Nostri Ludovici Regis Ungariæ Illustris ad nostram præsentiam destinati, harum latores, causa devotionis ad Urbem se conferunt de præsenti; volumus & devotioni vestræ præsentium tenore mandamus, quatenus dictis Ambaxiatoribus & eorum sociis ac Familiaribus sacrum Sudarium hac vice dumtaxat congruo tempore ostendatis.

Datum apud Montemflasconem decimoquinto Kalendas Julii Anno Octavo.

Vaticanæ Basilicæ Oblationes ad Sedem Apostolicam spectantes, ejusdem Templi Fabricæ ad quinquennium addicit.

Ex Regesto Epist. de Ind. & Com. An. VIII. Urbani Papæ V. Epist. 548. fol. 179. apud Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1370.

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni Chambareti Ordinis Fratrum Minorum Professori, Altarario Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem. Illa

(a) Non leviter attendendum videtur discrimen, quod perpetuo occurrit in Bullis & Diplomatibus Pontificum præcipue degentium in Provincia: Vaticanam quippe Ecclesiam Basilicæ semper nomine nuncupatam videmus, Lateranensem vero Ecclesiæ. Idque adeo constanter; ut quoties occurrit utriusque mentio, ut hic videmus, non, nisi servato eodem discrimine, Basilica Principis Apostolorum, & Ecclesia Lateranensis proferatur. Neque enim hic locum habet Valesii, & Launoyi concertatio de Basilicis, Ecclesias nempe monachorum in Galliis appellari consuevisse Basilicas per sextum septimumque seculum; Cathedrales vero, & Parochiales Ecclesias solo Ecclesiarum nomine. Nam præterquamquod seculo XIV. secus se res habebat, Basilica Vaticana amplissimo insignis Capitulo Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum, ejusmodi distinctionem eludit.

(a) Privi-

Illa solidæ dilectionis sinceritas, quam ad Basilicam Principis Apostolorum de Urbe habuimus & habemus, digne nos incitat & inducit, ut ad ipsius Basilicæ honorem & commodum, quantum cum Deo possumus, intendamus. Cum itaque tu ad recipiendum oblationes dictæ Basilicæ Auctoritate Apostolica fueris deputatus; Nos Fabricæ ejusdem Basilicæ de alicujus subventionis auxilio gratiose providere volentes, discretioni tuæ tenore præsentium mandamus, quatenus id quod de hujusmodi oblationibus ad nos pertinentibus, deductis expensis ordinariis, superesse contigerit, in Fabricam dictæ Basilicæ convertas; & in præmissis taliter te habeas, quod de bona diligentia merito valeas commendari. Præsentibus post quinquennium minime valituris.

Pontificis largitio in Fabricam Basil.

Datum apud Montemflasconem sexto Kal. Julii Pontificatus Nostri Anno. octavo.

Reditus Fabricæ Principis Apostolorum exigendi mandantur Altarario Basilicæ ejusdem Princ. Apostol.

Eidem ex eod. Regest. epist. 551. ap. Wadding. *to. VIII. pag.* 522. *n.* 55.

N. CH. 1370. 6. *Jun.*

AD ea ex Apostolicæ Sedis officio nobis immerito commisso, libenter intendimus, per quæ Ecclesiarum utilitas procuratur. Sane nuper ad nostrum pervenit auditum, quod nonnulli, qui gloriantur, cum male fecerint, & quorum oculis Dei timor abscessit, decimas, reditus, census, legata, & nonnulla alia bona, quæ Fabricæ Principis Apostolorum de Urbe præstare tenentur, tibi reddere, seu præstare recusant, in animarum suarum periculum, dictæ Fabricæ præjudicium non modicum & gravamen. Nos igitur volentes dictæ Fabricæ in præmissis de opportuno remedio providere, tibi, quamdiu Altararius dictæ Basilicæ fueris, petendi, & exigendi nomine dictæ Fabricæ decimas, census, reditus, legata & alia bona prædicta . . . receperis, de iis dumtaxat, quæ ex eis recipere te continget, quietandi, liberandi, & absolvendi, ac omnia alia & singula, quæ in præmissis necessaria fuerint, seu etiam opportuna, etiam si talia essent, quæ mandatum exigerent speciale, faciendi, non obstantibus, quod Ordinis Fratrum Minorum Professor existis, necnon constitutionibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dicti Ordinis contrariis, juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, & aliis contrariis quibuscumque, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem.

Absoluta Altararii potestas exigendi omnes reditus pro Fabrica.

Datum apud Montemflasconem VI. Kal. Julii Pontificatus nostri Anno octavo.

Ut Oblationes, quæ obveniebant Episcopo Portuensi in Basilica S. Petri convertantur ab Altarario in beneficium Fabricæ.

Ex eod. Reg. Ep. 552.

Ad futuram rei memoriam.

N. CH. 1370. 10. *Jul.*

I. IN caritatis visceribus gerentes Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, sicut filiam prædilectam, ad ea paternis studiis libenter intendimus, ex quibus ipsius Basilicæ, & ejus statui, honoris, & utilitatis proveniat incrementum, & super hoc, prout expedire conspicimus, providemus auxiliis opportunis.

Oblationes ...sc. Portuen. ...enientes.

II. Dudum siquidem per nos accepto, quod Episcopus Portuen. pro tempore existens, in Festo Nativitatis Domini, necnon in die Ramispalmarum, & quinta, & sexta feria, & Sabbato majoris hebdomadæ, ac in Festo Resurrectionis Domini oblationes in eadem Basilica recipere consueverat; (*a*) nos ex certis causis ad hoc animum nostrum moventibus, dilecto filio Joanni Chambareti, Ordinis Fratrum Minorum Professori Altarario dictæ Basilicæ mandavimus, ut oblationes ipsas alicui Officiali Ven. Fratris nostri Guidonis Episcopi Portuen. recipere non sineret, sed eas reciperet, & deductis oneribus pro Fabrica dictæ Basilicæ convertere deberet.

III. Volentes igitur eidem Basilicæ subsidium aliquod impertiri, Auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, constituimus, & etiam ordinamus, quod idem Guido Episcopus, ac Successores sui Episcopi Portuen., qui erunt pro tempore, nullas unquam oblationes in præfata Basilica recipere, petere,

Iisdem privantur ejus Sedis Episcopi.

(*a*) Privilegium a Joanne XIX. concessum Episcopo Silvæ Candidæ an. 1026. habes (*to.* 1. *pag.* 17.) ibidemque (*not.* e) indicatum videsis, quomodo ad Portuensem Episcopum transierit. Certe ex hoc loco intelligis, quod annis fere 350. idem viguit. Nec vero per hanc Urbani V. constitutionem interiisse illud putes. Etenim ne biennio quidem absoluto Gregorius XI. Portuensium Episcoporum privilegium instauravit, quod infra palam fiet ex ejus Pontificis Diplomate dato Calendis Martii an. 1372.

Exigendi ab Altarario ad prædict. finem. tere, seu exigere possint, ac volumus, quod oblationes prædictæ, quæ per dictum Episcopum Portuen. ibidem recipi consueverant, per Altararium dictæ Basilicæ existentem pro tempore, leventur, recipiantur, & etiam exigantur. Consuetudinibus, Privilegiis Apostolicis, quorumcumque tenorum existant, & si de illis, & totis eorum tenoribus esset præsentibus specialis & expressa mentio facienda &c. quæ omnia & singula in quantum præsentibus obviarent, revocamus, cassamus, irritamus, ac nullius esse volumus roboris vel momenti. Nulli ergo &c. nostræ constitutionis, ordinationis, revocationis, cassationis, irritationis & voluntatis infringere &c.

Datum apud Montemflasconem VI. Idus Julii anno octavo.

Privilegium singulare concessum Episcopo Aretino Vicario Urbis in Spiritualibus: ut valeat ostendere populo Sacrum Sudarium.

Ex Jacobo Grimaldo (a)

AN. CH. 1370. 29. Jul.

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Viro Jacobo Episcopo Aretino, nostro in Spiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Apost. Benedictionem.

Cum non deceat, quod tua Fraternitas, quæ gerit in Urbe in Spiritualibus vices nostras, ab ostensione Sacri Sudarii Domini Nostri Jesu Christi consuetis facienda temporibus excludatur; Fraternitati tuæ dictum Sudarium semel in quolibet infrascriptorum dierum, videlicet quartæ feriæ, Cœnæ Domini, Parasceve, ac Sabbati Sancti Majoris Hebdomadæ, necnon Festi Ascensionis Dominicæ, & primæ Dominicæ post Octavam Epiphaniæ Domini diebus, quibus consuevit præfatum Sudarium ostendi populo; per te ipsum libere eidem populo ostendendi; ac contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi; non obstante si eis vel eorum aliquibus conjunctim, vel divisim a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; plenam concedimus tenore præsentium facultatem.

Dies, quibus ostendebatur SS. Sudarium.

Censura compescendi qui obsisterent.

Datum apud Montemflasconem IV. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno octavo.

GREGORIUS XI.

Mortuo Urbano V. anno 1370. die 19. Decembris continuo eligitur Gregorius XI. ex diacono Card. tit. S. Mariæ Novæ. Consecratur die 5. Januar. seq. anni 1371. sedet annos 7. m. 2. d. 23. moritur die 27. Martii anni 1378. in Palatio Apostolico Vatic. effertur ad S. Mariæ Novæ, ubi quiescit. Perpetuum S. Sedis ab eo Romam reductæ monumentum ipsius tumulo insculptum visitur.

Ad numerandum certam pecuniæ summam, Vaticani Templi fabricæ addictam, Nicolaum de Sabellis debitorem cogendum præcipit.

Ex Reg. Epist. secret. & de Cur. Anni I. Greg. XI. fol. 182. apud Arch. Apost. Vatic.

AN. CH. 1371. 16. Maji.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Jacobo Episcopo Aretino Vicario nostro in Urbe, qui nunc es, & qui pro tempore fuerit; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Exhibita nobis pro parte Dilectorum Filiorum Altararii, & Capituli Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe petitio continebat, quod olim quondam Paula Uxor Dilecti Filii Nobilis Viri Nicolai de Sabello de Urbe, condens de bonis suis in sua ultima voluntate testamentum, de dictis bonis certam pecuniæ quantitatem in Testamento & Codicillis scriptam in certos pios usus convertendam reliquit seu legavit: quodque postmodum, cum dictus Nicolaus, qui præfatæ Paulæ bonorum Possessor existebat, prout existit, ad cujus manus eadem bona pervenerant, atque ex

Testamentaria Legatio pro Basil. S. Petri.

(a) Qui has literas desumsit ex Regesto seu Libro Secret. Urbani Papæ V. anni octavi fol. 133. easque attexuit Operi de SS. Sudario pag. 54. a terg. & 55.

(a) Vulgo

ex defunctæ ultima voluntate eidem Nicolao hujus pecuniæ erat onus solutionis adjunctum, dictam pecuniæ summam juxta piam voluntatem dictæ Paulæ solvere indebite recusaret; tuque, qui tunc in Urbe Vicarius Apostolicæ Sedis existebas, prout existis, eundem Nicolaum ad exequendum hujusmodi piam voluntatem dictæ Paulæ compelleres; præfatus Nicolaus asserens se tunc impotentem ad solvendum tantam pecuniæ quantitatem, ad Fel. Rec. Urbanum Papam V. Prædecessorem nostrum super hoc recursum habuit, petens humiliter, sibi certos terminos assignari, in quibus hujusmodi pecuniæ summam commode persolvere posset; Idemque Prædecessor Venerabili Fratri Nostro Philippo Episcopo Sabinen. commisit, ut se de præmissis informaret, ac eidem Nicolao certos terminos præfigeret, in quibus idem Nicolaus prædictam pecuniæ quantitatem, quam idem Prædecessor, non obstante hujusmodi ultima voluntate dictæ Paulæ, in Fabricam ac Reparationem Basilicæ supradictæ converti voluit & mandavit, commode solvere posset: & licet dictus Episcopus juxta hujusmodi commissionis tenorem præfato Nicolao certos terminos competentes statuerit, in quorum singulis certam partem dictæ quantitatis pecuniæ, donec de tota summa esset integre satisfactum, persolveret Altarario supradicto nomine Fabricæ prælibatæ, prout in publico Instrumento inde confecto dicitur plenius contineri; tamen ipse Nicolaus in quibusdam ex hujusmodi terminis jam elapsis de hujusmodi partibus in dictis terminis debitis satisfacere indebite recusavit, & recusat in animæ suæ periculum & prædictæ Basilicæ non modicum detrimentum. Quare pro parte Altararii & Capituli prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati Fraternitati tuæ, & Vicario nostro in Urbe, qui pro tempore fuerit, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus prædictum Nicolaum ad satisfaciendum eidem Altarario de hujusmodi pecuniarum summis, juxta ordinationem dicti Episcopi auctoritate nostra, prout justum fuerit, appellatione remota compellas & compellat, invocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Volumus autem, quod si tu præsentes litteras non potueris seu nolueris exequi, Dilecti Filii .... Rector Provinciæ Campaniæ pro Nobis & Romana Ecclesia, ac Conservatores & Executores Justitiæ Urbis, qui sunt & erunt pro tempore, & eorum singuli litteras ipsas ac omnia & singula in eis contenta secundum ipsarum litterarum tenorem exequi possint & debeant: super quo eis & eorum cuilibet tenore præsentium mandatum damus & etiam potestatem. Non obstantibus tam Felicis Record. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, qua cavetur ne aliquis extra suam Civitatem & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam Dietam a fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur; seu ne Judices a Sede Apostolica deputati, extra Civitatem & Diœcesim in quibus deputati fuerint, & alibi quam in Civitatibus & locis insignibus procedere, vel alias vices suas committere, aut aliquos ultra unam Dietam a fine Diœcesis eorundem trahere præsumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur; quam aliis quibuscumque Constitutionibus a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus, tam de personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, quam aliis editis contrariis quibuscumque, quæ nostræ possent in hac parte Jurisdictioni, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare; seu si aliquibus communiter vel divisim &c. quod interdici &c. aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas: non &c.

[H]æredis pe[tit] dilationis [sol]vend. — *[N]on præstat.* — *Deliberatio Pontificis in non solventem.* — *Constitutionibus derogat, quæ obstare possent.*

Datum apud Pontem Sorgie Avinion. Diœcesis 17. Kal. Junii anno primo.

Joannem Chambareti Altararium, patrati in Vaticano Templo facinoris cujuspiam reos etiam Clericos verberantem, ab Anathematis pœna eximit.

Ex Regesto Epist. Secret. & de Curia Anni I. Gregorii XI fol. 185 ap. Archiv. Apost. Vatic.

[A]N. CH. 1371. [...] Maji.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni Chambareti, Ordinis Fratrum Minorum Professori, Altarario Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Cappellano Nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Sincere devotionis affectus, quem ad nos & Romanam geris Ecclesiam; non indigne meretur, ut in hiis, quæ digne possunt fieri, tibi simus opportuno tempore gratiosi. Sane petitio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod sæpe contingit, quod tu in nonnullos malefactores, etiam Clericos, qui in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, cujus Altararius existis, furta & alia maleficia perpetrant; manus, etiam usque ad sanguinis effusio-

effusionem, quandoque inicias seu inici facias violentas. Nos animæ tuæ saluti in hac parte providere volentes, ut propter injectionem hujusmodi, dum tamen hujusmodi injectio enormis non fuerit, excommunicationis sententiam non incurras, tibi concedimus de gratia speciali. Nulli ergo &c.

Datum apud Pontem Sorgie Avinion. Diœcesis XII. Kal. Junii anno primo.

Reparandis Basilicæ tectis vetustate consumtis, nisi proventus Aræ principis sufficiant, Cameræ Apostolicæ pecuniam erogari mandat.

Ex Regesto Anni II. Epist. Secret. Gregorii XI. fol. 245. apud Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1372. 17. Januar.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Geraldo Abbati Monasterii Majoris Monasterii (*a*) pro nobis & Romana Ecclesia in partibus Italiæ Receptori Generali; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Capitulum supplex petit Basilicæ reparationem.

Nuper Dilecti Filii Prior, Canonici & Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe per litteras suas, quas tibi mittimus præsentibus interclusas, significare curarunt, quod Basilica ipsa in tectis suis nimia vetustate consumptis ac pro magna parte etiam discopertis subjacet pluviis atque ventis, & est pro magna parte ipsorum tectorum in periculo corruendi. Quare nobis humiliter supplicarunt, ut eis pro reparatione dictorum tectorum subvenire de aliquo pecuniali subsidio dignaremur. Nos itaque ad Basilicam ipsam sincerum atque præcipuum gerentes devotionis ac dilectionis affectum, volumus & intendimus reparationi præfatæ, quantum necessarium fuerit, providere: Ideoque discretioni tuæ mandamus, quatenus, si commode poteris, ad Basilicam ipsam te personaliter conferens, diligenter inspicias, vel per alium cui commiseris & de quo plene confidas, inspici & videri facias, quid & quantum peculiale subsidium, ultra partem Altaris Beati Petri Nostram Cameram contingentem, si pars ipsa non sufficit, fuerit pro reparatione hujusmodi opportunum: quod quidem subsidium per te in reparatione hujusmodi de pecuniis jam dictæ Cameræ ad manus tuas perventis vel perveniendis, si pars Altaris præfati non sufficit, ut præfertur, volumus exhiberi & solertem diligentiam, & studiosam operam adhiberi. Tu itaque Mandatum Nostrum hujusmodi, prout de discretione tua plene confidimus, effectualiter & fideliter exequaris, rescribendo Nobis quid repereris & tibi videbitur de præmissis.

Pontificis subsidium pro reparatione.

Datum Avinioni decimosexto Kalendas Februarii anno secundo.

Ecclesiam S. Joannis in Laterano de Urbe supremum locum tenere super omnes Ecclesias urbis & orbis. (*b*)

Ex Tabula Marmorea ante ingressum Tribunæ S. Jo. Later. apud Raspon. l. 1. c. 4. pag. 17. Extat etiam *in Bullar. Rom. tum Cherubini, tum novissimo to. 3. par. 2. pag. 335.*

AN. CH. 1372. 23. Januar.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Super universas orbis Ecclesias Romanus Pontifex a Domino constitutus circa ea, de quibus dubitari dicitur, ut evitari possint quæcumque dispendia, declarationem suam, ubi expedit, suamque provisionem adjicit, prout fore conspicit opportunum. Sane dudum dum minori fungebamur officio, percepimus, quod de Ecclesia Lateranensi (quam cl. me. Constantinus fidelissimus Imperator, in Lateranensi Palatio suo ubi miraculose mundatus a lepra, (*c*) & Sacri baptismatis fonte renatus, construxit sub vocabulo Salvatoris, statuens, quod ex tunc unicuique esset libera potestas per urbem & orbem Ecclesias construendi, quod antea imperialis prohibitio inhibebat) a quibusdam curiosis dubitatur, ac

(*a*) Vulgo appellatur *Marmoutier*. Ejus Abbas Geraldus ante octo menses Romam venisse videtur: nam Grimaldus *pag. 75. de Veronica*, laudat Diploma ejusdem Pontificis datum apud Villam novam Avenionen. Diœc. III. nonas Jul. an. 1. ex Regesto Bullar. an. 1. Greg. XI. fol. 200. quo mandat ostendi Veronicam semel tantum Geraldo Abbati Monasterii Majoris Monasterii prope Turonis Apostolicæ Sedis Nuntio. Eodemque loco Grimaldus aliud laudat Diploma datum Avenione 2. non. Febr. an. 4. ex Regest. Secretor. Greg. XI. anni IV. pag. 221. Dilectis Filiis Capitulo Principis Apostolor. de Urbe: per quod mandat ostendi Veronicam Nobili Viro Rigaldo militi S. Papuli Diœc. sibi suisque sociis ac familiaribus semel tantum clausis januis Basilicæ. Quæ quidem Diplomata indicasse satis erit, quum ejusmodi plura jam allata fuerint, queis abunde illustratur hoc caput.

(*b*) Martini V. & Pauli III. constitutiones, quibus hæc Gregorii XI. confirmatur, tum a Cherubino, tum ab editore nuperrimi Bullarii prætermittuntur, utpote confirmatoriæ dumtaxat hujus Constitutionis. Et nos eorum exemplum sequemur. At S. Pii V. multo ampliorem suo loco afferemus, ne integritati nostræ objici quippiam possit.

(*c*) Em. ac Ven. Card. Baronius, qui tribus integris seculis

ac etiam in præſenti in dubium revocatur, ſi ipſa in urbe, & orbe terrarum, præeminentiam, & honoris prærogativam a Romana Eccleſia, & a cunctis Chriſticolis obtinere debeat potiorem. Nos igitur volentes huic dubio finem imponere, & ſuper hoc amputare materiam hæſitandi, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, decernimus, & etiam definimus, Sacroſanctam Lateranenſem Eccleſiam præcipuam Sedem noſtram inter omnes alias urbis & orbis Eccleſias, ac Baſilicas, etiam ſuper Eccleſiam, & Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe ſupremum locum tenere, (*a*) eamque de jure majorem eſſe omnibus aliis Eccleſiis, ac Baſilicis ſupradictis, ac ſuper omnes & ſingulas præfatas Eccleſias, & Baſilicas prioritatis, dignitatis, & præminentiæ honore lætari. Et ſi quid contra hujuſmodi noſtram declarationem, determinationem, & definitionem, a quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum fuerit, id irritum decernimus, & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, conſtitutionis, ac definitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſe noverit incurſurum.

Datum Avenione X. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Miniſtris Epiſcopi Portuenſis, ſtatis anni diebus Vaticana Oblata percepturis nullum a quoquam impedimentum afferri mandat.

Ex Reg. anni 2. Epiſt. ſecret. Gregorii XI. fol. 116. apud Tabular. Apoſt. Vatic.

. CH. ;72. Mart.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Jacobo Epiſcopo Spoletano Noſtro in Spiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Ap. Benedict.

Cum dudum Venerabilem Fratrem noſtrum Guidonem Epiſcopum Portuenſem, & ejus ſucceſſores Epiſcopos Portuenſes, ad levandum, percipiendum, petendum & exigendum oblationes, quæ in Feſto Nativitatis Domini, necnon in die Ramis palmarum ac quinta, ſexta & ſeptima feriis Hebdomadæ Paſſionis necnon in Feſto Reſurrectionis Domini in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe fiunt, & quas idem Epiſcopus recipere conſueverat, quaſque felicis record. Urbanus Papa V. prædeceſſor noſter per Altararium dictæ Baſilicæ pro tempore exiſtentem recipi ſtatuerat (*b*) & ordinaverat; reintegraverimus & reſtituerimus,

---

lis poſt Gregorium XI. floruit, Acta S. Silveſtri falſata, & interpolata eſſe multis in locis agnovit. (*an.* 315. *n.* 10. & *ſeqq.*) Nihilominus (*an.* 324. *n.* 31. & *ſeqq.*) pro lepra & baptiſmo Conſtantini acerrime pugnat. Quid vero? Eruditi recentiores, præque iis Papebrochius (*to.* 5. *Actor. SS. Maji in vita S. Conſtantini M.*) partem quoque illam Actor. Silveſtri rejiciunt. Quod maxime attendi debet, notat Ant. Pagius (*an.* 324. *n.* 5.) quod præter Euſeb., Socratem, Sozomenum, Hieronymum, antiquoſque alios, S. Ambroſius: *Quando*, inquit, *adhæret Conſtantino, cui licet baptiſmatis gratia in ultimis conſtituto omnia peccata dimiſerit: tamen quod primus Imperatorum credidit, & poſt ſe hæreditatem fidei Principibus dereliquit, magni meriti locum meruit*. Ita de Conſt. ſenſerunt veteres, juxta eorum temporum diſciplinam, quam poſtea pernicioſam deprehendentes Romani Pontifices, cæterique Epiſcopi, per Sacras Leges cohibuerunt. Quanti igitur noſtro ævo ſint quæ amplectitur parentheſis, liquet. Id vero haud novum eſſe in rebus facti paſſim docent Theologi Catholici Romani.

(*a*) In miſcellanea Documentorum Archivi Baſil. Vatic. *pag.* 239. legere eſt: *Super hac præcedentia pronuntiatum fuit ad favorem Canonicorum S. Joannis Laterani: qua de re mentio habetur in quodam Chronico Diariis Stephani Infeſſuræ inſerto pag. 207. a tergo per hæc verba*: „ 1568. Alli 15. di maggio „ fu riſoluto nella Rota Romana, che il Capitolo di S. Giovanni Laterano precedi a quello di S. Pietro, non oſtante „ che la Chieſa di S. Pietro ſia più degna. E nel medeſimo „ giorno il Card. di Como ottò il titolo di S. Agata vacato per „ traſlazione del Card. S. Clemente alla Chieſa Sabineſe. „ *Liber Infeſſuræ aſſervatur in Archivo Caſtri S. Angeli Arm. IX. ord.* 1. *lit. F Ita eſt. Raphael Fabrettus Urbinas Canonicus S. Petri, & prædicti Archivi Præfectus*. Teſtimonium graviſſimi viri a nobis collatum eſt cum Decretis Capitularibus ab eo ſignatis, quo eidem tutius inniteremur. Quare nullatenus dubitamus, quin cuivis Archivum Caſtri S. Angeli adeunti prædicta incurrant in oculos loco indicato. Ughellus apud Ciacconium unius diei diſcrimine poſtremam documenti partem ita enarrat: *Die Veneris 14. Maji .... Ptolomæus Card. Gallius dimiſſo titulo S. Pancratii optavit titulum S. Agathæ vacantem per optionem Card. Cicadæ ad Sabinenſem Eccleſiam*. Quæ ſane conſenſio non modicam adjungit fidem huic rei. Et hæc quidem differri poterant ad S. Pii V. conſtitutionem, qua hæc Gregorii XI. confirmatur: namque ejus tempore evenerunt, quæ huc attulimus. Eorum tamen meminiſſe in anteceſſum non erit inutile. Eo ſiquidem tempore magnæ hæ concertationes inter utramque Baſilicam contigerunt, quum Canonici Seculares ſub ipſum limen migrationis S. Sedis in Galliam ſubſtituti Regularibus S. Auguſtini in Eccleſia Lateranenſi a Bonifacio VIII. omnem moverunt lapidem, ut Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum præferrentur, quod tandem evicerunt, poſtquam eos inter & Regulares alternante ſæpius fortuna, anno demum 1471. Sixti IV. beneficio rebus compoſitis, ſedem ſtabilem nacti ſunt in illa Eccleſia. Cujuſmodi vero eſſent concertationes eorumdem cum Canonicis S. Petri habemus ex integerrimo Autore Synchrono Antonio Petri, de quo infra ſermo erit. Hic ſiquidem in ſuo Diario ad an. 1412. diemque 14. April. deſcripta proceſſione Joannis XXIII. cum univerſo Clero Urbis pro inchoatione Concilii in Baſilica S. Petri: *Illi* inquit, *de Eccleſia S. Joannis de Laterano volebant intrare Baſilicam S. Petri ante dictum Dominum noſtrum, & illi Domini de S. Petro nolebant. De mandato Domini Papæ illi de Eccleſia Lateranenſi obtinuerunt & intraverunt cum Domino Papa dictam Baſilicam S. Petri*. Quæ quum ita ſint, compertum atque exploratum habemus; Baſilicæ Principis Apoſtolorum neque ex hac Gregorii XI. Conſtitutione, neque ex aliis Succeſſorum, ſi quæ ſunt, uſque ad S. Pii V. tempora, quum Rota Romana modum impoſuir concertationibus, detrimenti quicquam eſſe illatum: hujus autem Capitulo prælatum illud; qua quidem prærogativa centeſimo jam octogeſimo primo anno ſumma cum tranquillitate fruitur. Cæterum Baſilicæ Vaticanæ præcipua merita, ut fuerunt hucuſque tot in Conſtitutionibns, Diplomatis, Privilegiis; ita perſpecta nobis erunt in poſterum ipſo ex Gregorio XI. qui omnium primus ita ſanxit.

(*b*) Hanc Urbani V. Bullam quæ incipit: *In charitatis viſceribus*: attulimus ſupra *pag.* 17. hujus to. eam conſule ſis. Ex iſto autem & ſequenti Diplomate intelligis, quod vetuſtiſſimum Epiſcopi Portuenſis Privilegium duodeviceſimo ſilentii menſe inſtauratur.

(*a*) Ab

rimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus gentes dicti Portuensis Episcopi in perceptione oblationum hujusmodi, quas ipse & Prædecessores sui in dicta Basilica prædictis diebus ante hujusmodi statutum & ordinationem dicti Urbani Prædecessoris recipere consueverant, per dictum Altararium aut alios nullatenus impediri permittat: sed gentes ipsas habeas favorabiliter commendatas; in hoc taliter te habendo, quod devotionis tuæ promptitudinem non immerito commendare possimus.

Ep. Portuen. asseruntur antiqua Jura in oblation.

Datum Avinioni Kalendis Martii anno II.

Ejusdem argumenti literæ ad Altararium datæ.

Ex Reg. anni 2. Epist. secret. Gregorii XI. fol. 116. apud Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1372. 1. *Mart.*

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni Chambareti, Ordinis Fratrum Minorum Professori, Altarario Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Cappellano nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum dudum Venerabilem Fratrem nostrum Guidonem Episcopum Portuensem & ejus successores Episcopos Portuenses ad levandum, percipiendum, petendum, & exigendum oblationes, quæ in Festo Nativitatis Domini, necnon in Die Ramis palmarum, ac quinta, sexta, & septima feriis Hebdomadæ Passionis, necnon in Festo Resurrectionis Domini in Basilica Principis Apostolorum de Urbe fiunt, & quas idem Episcopus recipere consueverat, quasque felicis recordationis Urbanus Papa V. Prædecessor noster per Altararium dictæ Basilicæ pro tempore existentem recipi statuerat & ordinaverat, reintegraverimus & restituerimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur; discretioni tuæ &c. *usque* commendare possimus, *ut in supra proxima Epist.* Gregorii XI. *fol.* 116.

Datum Avinioni Kalendis Martii an. II.

Quæ addicta erat Basilicæ lampadibus pecunia, non alii quam huic operi impendenda.

Ex Reg. Epist. secret. anni 2. Gregorii XI. fol. 84. apud Arch. Apost. Vatic.

AN. CH. 1372. 8. *Nov.*

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Altarario Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Admodum displicenter ad nostrum pervenit auditum, quod Luminaria Basilicæ Principis Apostolorum, non absque gravi scandalo Cleri & Populi, sunt nimium diminuta; quodque asseris pecuniam expendendam in dictis luminariis, in reparationem Castri Sancti Angeli ac Viridarii nostrorum de Urbe te expendere oportere; quod non solum nobis non est gratum, sed grave nimis ferimus & molestum. Quare tibi districte præcipiendo mandamus, quatenus ante omnia absque quocumque defectu, penitus fieri facias dicta luminaria consueta.

Datum Avinioni sexto Idus Novembris anno secundo.

Laudat Jubilæum a Bonifacio VIII. institutum pro centesimo, seu seculari quovis anno; & per Clementem VI. coarctatum ad quinquagesimum. Præterea quum Basilicis SS. Petri & Pauli Clemens addiderit Ecclesiam Lateranensem, ipse inserta ejusdem Clementis Bulla, S. Mariæ Majoris Ecclesiam adjungit. (*a*)

Ex Reg. Epist. secret. & de Cur. Anni 3. Greg. XI. fol. 125. apud Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1373. 29. *April.*

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Salvator noster Dominus JESUS CHRISTUS humanam creaturam divinæ imagini & similitudini figuratam misericordi pietate respiciens, & collapsam fore prothoplasti lapsu considerans, illam miro decrevit consilio relevandam. Volens sub forma servi carnem nostræ mortalitatis assumere, ut mortem nostram moriendo destrueret, ac damnationis sententiam, quam incurrisse per reatum hominis, humani generis posteritas videbatur, clemens

(*a*) Ab hoc anno 1373. Pontificum omnium, qui ad nos usque sequuti sunt Gregorium, nemo duabus Basilicis SS. Petri & Pauli totidemque Ecclesiis Lateranensi, & S. Mariæ Majoris aliam adjunxit. De an. Jubilæi secus est. Namque Urbanus VI. Grego-

...rginis ...merita ...mitu...

clemens hominis Incarnati bonitas aboleret; elegit Sanctam & Immaculatam ex clara stirpe, Reginamque Virginem, in cujus utero, mystico spiramine, veram carnem susciperet, ut egrederetur juxta verbum propheticum Virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascenderet, ac requiesceret Spiritus Domini super eam; profecto Reginam in Matrem eligens, quæ tanto Regi dignum habitaculum præpararet. Hæc est enim Virgo venustissima & omnium virtutum floribus insignita, cujus precibus juvatur Populus Christianus, & quæ Redemptorem Nostrum ineffabili Spiritus Sancti cooperatione produxit; ob cujus reverentiam Virginis loca ejus vocabulo insignita sunt a Christifidelibus veneranda, ut ipsius piis adjuti suffragiis æternæ retributionis præmia consequi mereantur. Sane dudum felicis record. Clemens Papa VI. prædecessor noster de Fratrum suorum consilio & Apostolicæ potestatis plenitudine Indulgentiam, quam felicis record. Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Basilicis de Urbe in anno a Nativitate Domini Millesimo trecentesimo, & ex tunc quolibet anno Centesimo secuturo certo modo visitarent, concessit; ad annum quinquagesimum duxit reducendam; statuens quod quicumque vellet Indulgentiam hujusmodi assequi, Basilicas prædictas, ac Lateranensem Ecclesiam in anno a Nativitate ejusdem Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo ex tunc proxime secuturo & etiam ex tunc de quinquaginta in quinquaginta annis certo modo visitare deberent, prout in litteris ejusdem Clementis Prædecessoris super hoc confectis plenius continetur, quarum tenor talis est. Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Unigenitus Dei Filius de sinu Patris in uterum dignatus est descendere Matris, in qua & ex qua nostræ mortalitatis substantiam divinitatis suæ in suppositi unitate ineffabili unione conjunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat assumens, ut haberet, unde hominem lapsum redimeret & pro eo satisfaceret Deo Patri. Ubi enim venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret & adoptionem reciperent filiorum. Ipse namque factus nobis a Deo sapientia, & justitia, sanctificatio, & redemptio non per sanguinem Hircorum aut Vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa; non enim corruptibilibus auro & argento, sed sui ipsius Agni incontaminati & immaculati precioso sanguine nos redemit, quem in Ara Crucis pro Nobis Innocens immolatus non guttam sanguinis modicam, quæ tamen propter unionem ad verbum, pro redemptione totius humani generis suffecisset, sed copiose, velut quoddam profluvium, noscitur effudisse; ita ut a planta pedis usque ad verticem nulla sanitas inveniretur in ipso. Quantum ergo exinde ut nec supervacua, inanis, aut superflua tantæ effusionis miseratio redderetur thesaurum Militanti Ecclesiæ acquisivit, volens thesaurizare Filiis pius Pater, ut sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui usi sunt, Dei Amicitiæ participes sint effecti: quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum, sed per Beatum Petrum Cæli clavigerum, ejusque Successores suos in Terris Vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum & pro piis & rationabilibus causis nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter quam specialiter, prout cum Deo expedire cognoscerent, vere pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum. Ad cujus quidem Thesauri cumulum Beatæ Dei Genitricis & omnium electorum, a primo justo usque ad ultimum merita adminiculum præstare noscuntur, de cujus consumptione seu diminutione non est aliquatenus formidandum tam propter infinita Christi, ut prædictum est, merita, quam pro eo quod quanto plures ex ejus applicatione trahuntur ad justitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum, quod fel. record. Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster pie, sicut indubie credimus, considerans & attenta meditatione revolvens, quanta apud homines gloriosi Principes Terræ Petrus & Paulus, per quos Evangelium Christi Romæ resplenduit & per quos Ecclesia Religionis sumpsit exordium, qui facti Christiani populi per Euangelium genitores, gregisque Dominici Pastores, Fidei lucernæ, Ecclesiarum Columpnæ præ ceteris, peculiari quadam prærogativa in Christo Salvatore fidei virtute præcellunt, quorum uni scilicet Apostolorum Principi sicut bono dispensatori Claves Regni Cælorum commisit, alteri tanquam idoneo Doctori Magisterium Ecclesiasticæ eruditionis injunxit, in speciali veneratione haberi debeant

Merita J.C. sunt Ecclesiæ thesaurus.

Summi Pontifices ejus Thesauri dispensatores.

Eximia laus SS. Apostolor. Petri, & Pauli.

Gregorii hujus Successor D. N. J. C. ætatem summa veneratione prosequens, tertio & tricesimo quoque anno Jubilæum celebrandum instituit, primumque indixit an. 1389. pro anno sequenti. Quare & anno 1390. & 1400. decem annorum tam modico intervallo Jubilæum est celebratum: nam nova Urbani VI. Constitutio per se ipsa corruit. Neque usque ad 1449. quum Nicolaus V. quinquagenarium indixit pro sequenti anno, alius Jubilæi mentio est. Qui ad vicesimum quintum quemvis annum illud redegit, est Paulus II. in Bulla quæ incipit *Ineffabili providentia*: an. 1470. & qui omnium primus novam hanc institutionem exequutioni mandavit, est Pauli ejusdem Successor Sixtus IV. qui anno 1475. primum hujusmodi Jubilæum celebravit.

(a) Hu-

debeant & debita honorificentia venerari pro ipsorum memoria recolenda crebrius, & reverentia a cunctis Christifidelibus eis devotius exhibenda, ipsorumque patrocinio favorabilius assequendo, inconsumptibilem thesaurum hujusmodi pro excitanda & remuneranda devotione fidelium voluit aperire, decernens de Fratrum suorum consilio, ut omnes, qui in anno a Nativitate Domini Millesimo Trecentesimo, & quolibet anno Centesimo ex tunc secuturo, ad dictorum Apostolorum Basilicas de Urbe accederent reverenter ipsasque, si Romani ad minus Triginta, si vero Peregrini aut forenses quindecim diebus continuis vel interpolatis saltem semel in die, dum tamen vere poenitentes & confessi existerent, personaliter visitarent; suorum omnium obtinerent plenissimam veniam peccatorum. Nos autem attendentes quod annus quinquagesimus in lege Moysayca quam non venit Dominus solvere, sed spiritualiter adimplere, Jubilæus remissionis & gaudii sacerque dierum numerus quo lege fit remissio, censebatur; quodque ipse quinquagenarius numerus in Testamento veteri quidem ex legis datione, in novo ex visibili Sancti Spiritus in discipulos missione per quam datur peccatorum remissio, singulariter honoratur: quodque huic numero plura & grandia adaptantur mysteria scripturarum; & clamorem peculiaris Populi Romani, videlicet hoc humiliter supplicantis ac nos ad instar Moysi & Aaron per proprios & solemnes Nuntios ad hoc specialiter destinatos orantis pro toto Populo Christiano & dicentis Domino, aperi eis thesaurum tuum, fontem Aquævivæ, desiderantes benignus exaudire, non quidem ut sicut illius Populi Israelitici indurati cesset murmuratio, sed ut istius prædilecti Populi & cunctorum fidelium augeatur devotio, Fides splendeat, Spes vigeat, Charitas vehementius incalescat. Volentesque, quam plurimos hujusmodi Indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitæ hominum brevitatem valeant ad annum Centesimum pervenire, de Fratrum nostrorum Consilio prædictam concessionem ejusdem Indulgentiæ ex suprascriptis & aliis justis causis ad annum quinquagesimum duximus reducendam: statuentes de Fratrum Consilio prædictorum & Apostolicæ plenitudine potestatis, ut Universi Christifideles, qui veræ poenitentes & confessi in anno a Nativitate ejusdem Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo proxime futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem Apostolorum Petri & Pauli Basilicas, ac Lateranen. Ecclesiam (quam inclitæ recordationis Constantinus, postquam per B. Silvestrum, sicut per eosdem Apostolos Deo revelante cognovit, renatus fonte Baptismatis fuerat, & Contagio Lepræ mundatus, in honorem Salvatoris construxisse, quamque idem Beatus Silvester novo sanctificationis & crismationis genere dedicasse leguntur, & in cujus Ecclesiæ parietibus præfati Salvatoris Imago depicta primum toti Populo Romano* verisimiliter apparuit devotius veneranda, quam ex hiis & aliis certis & rationabilibus causis, ut ipsa Ecclesia pariter Indulgentiæ prædictæ Privilegio decoretur & devotus Populus ab eodem Salvatore, qui in præfatis Apostolis mirabilis prædicatur, eorum meritis & precibus Indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc censuimus honorandam) causa devotionis modo præmisso visitaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur. Ita videlicet ut quicumque voluerint hujusmodi Indulgentiam assequi, si Romani, adminus Triginta continuis vel interpolatis saltem semel in die, si vero Peregrini aut forenses, modo simili quindecim diebus ad prædictas Basilicas & Ecclesiam accedere teneantur; ac adjicientes, ut hii etiam qui pro ea consequenda ad easdem Basilicas & Ecclesiam accedentes post iter arreptum impediti legitime, quo minus ad Urbem illo anno valeant pervenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo in dicta Urbe decesserint vere poenitentes ut præmittitur & confessi, eandem Indulgentiam consequantur. Omnes nihilominus & singulas Indulgentias per nos vel Prædecessores nostros Romanos Pontifices tam prænominatis, quam aliis Basilicis & Ecclesiis de dicta Urbe concessas ratas habentes atque gratas, ipsas auctoritate Apostolica confirmamus & approbamus ac etiam innovamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Reductionis, Constitutionis, Adjectionis, Confirmationis, Approbationis & Innovationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinioni VI. Kal. Februarii Pontificatus nostri anno primo. Considerantes igitur & intra nostræ mentis arcana revolventes, qualiter gloriosus Deus in sanctis suis & in Majestate mirabilis, opera manuum suarum mirificans, olim miro disposuit ordine, Ecclesiam Beatæ Mariæ Majoris de Urbe fundari ac construi & subsequenter etiam dedicari, & qualiter etiam ipse Omnipotens Deus in Ecclesia ipsa omni veneratione colenda ob intercessionem ejusdem Beatæ Virginis, ut pie creditur, multa operatur miracula; & ideo ex hiis & ex aliis certis ac rationabilibus causis cupientes, ut dicta Ecclesia Beatæ Mariæ Majoris pariter cum eisdem Basilicis, ac Ecclesia

Bonif. VIII. Institutio anni Jubilæi.

Clemens VI. movetur ad coarctandum Jubil. Romanor. precibus.

Basilicis Apostolorum addit Eccl. Lateranensem.

* *visibili*

Indulg. plenar. a... quendi ra...

Indul... ab se, v... decessori... cessas con...

Grego... prædict... licas & ... siam L... addit ... M. Ma...

ſia Lateran. præfatæ Indulgentiæ Privilegio decoretur, Auctoritate Apoſtolica & ex certa noſtra ſcientia volumus, ſtatuimus & etiam ordinamus, quod quicumque Chriſtifideles, qui hujuſmodi Indulgentiam in præfatis litteris ejuſdem Clementis prædeceſſoris noſtri declaratam aſſequi voluerint, præfatam Eccleſiam Beatæ Mariæ Majoris, ſicuti & Baſilicas ac Eccleſiam Lateranenſem prædictas viſitare debeant & etiam teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, ordinationis & ſtatuti infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis &c.

Datum Avinioni 3. Kal. Maji Anno tertio.

Bis centum florenorum auri, quos Galliæ Rex Capitulo & Baſilicæ dono miſerat, uſum declarat; munifici Principis memoriam ſervandam curat.

Ex Reg. Epiſt. ſecret. anni 3. Gregorii XI. fol. 52. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

[…]. CH. […]373. […] Maji.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Canonicis & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſt. Benedictionem.

[…]oli V. R. […] donatio […] Vatic.

Cum Cariſſimus in Chriſto Filius noſter Carolus (a) Rex Franciæ Illuſtris, intentus operibus pietatis, ex devotione, quam habet ad Baſilicam Principis Apoſtolorum, mittat ad eam ducentos Florenos auri, videlicet quinquaginta inter vos, & reliquos quinquaginta inter Beneficiatos, Capellanos & Clericos dictæ Baſilicæ Reſidentes in ea more ſolito legaliter dividendos; alios vero Centum pro Fabrica Baſilicæ memoratæ; diſcretioni veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus hujuſmodi pecuniam modo prædicto fideliter dividatis, præfatoſque Centum Florenos miſſos pro dicta Fabrica in illam converti quamcito & quanto utilius poteritis faciatis, & de totius prædictæ ſummæ receptione concedatis quitationis Inſtrumentum, vel litteras oportunas, & pro dicto Rege ejuſque natis & Regno Altiſſimum exoretis, & nomen ejus ſcribatis in libro Benefactorum præfatæ Baſilicæ, ut de ipſo in dicta Baſilica perpetua memoria habeatur. *Quo fine innitatur donatio eadem.*

Datum apud Pontem Sorgiæ Avinionen. Diœceſis VI. Kalendas Junii anno tertio.

Archipresbytero, Canonicis, & aliis, qui divinis Officiis adeſſe neglexerint, quotidianas diſtributiones impertiri vetat.

Ex Autogr. in Baſ. Arch. Capſ. 7. Faſc. 268. (b)

[…]. CH. 374. Maji.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori, Canonicis & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Abuſus Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Sacræ Baſilicæ Principis Apoſtolorum, in qua Deo, & ipſi Principi, cujus licet indigni, Succeſſor exiſtimus, deſervitis, & a qua alíæ Eccleſiæ Urbis, & Orbis (c) debent exemplum Laudabilis imitationis recipere; merito deteſtantes, illos deſideramus radicitus extirpare. Cum itaque admodum diſplicenter ad noſtrum ſit perductum auditum, quod vos aliquibus Archipresbyteris dictæ Baſilicæ, qui fuerunt pro tempore, licet abſentibus, ſive voluntarii ſive inviti, contra jus tamen & Statuta ipſius Baſilicæ ac generalem conſuetudinem univerſalis Eccleſiæ, quotidianas diſtributiones, quæ conſueverunt dari ſolis Canonicis & aliis Perſonis Eccleſiarum in eis intereſſentibus Divinis Offitiis, dediſtis interdum; in quo merito gravati fuiſtis, & malum exemplum faciendi ſimiliter aliis præbuiſtis: vobis, & cuilibet veſtrum ſub pœna vigintiquinque Florenorum auri, applicandorum Fabricæ Baſilicæ memorat, & quam quemlibet veſtrum facto vel conſenſu ſecus facientem incurrere volumus ipſo facto, nulla remiſſione ſuper hoc ſibi aliquatenus valitura, Auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus, ne de cætero cuicumque Archipresbytero, etiamſi ſit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, aut Canonico, vel alteri Perſonæ dictæ Baſi-

[…]aſil. Vat. […]l. Eccle- […] Urbis &

Pœna eorum qui Divinis offic. non interſunt.

(a) Hujus nominis *Quintus* cognomento *Sapiens*, qui ab anno Chriſti 1364. ad 1380., quo e Vivis abiit, Galliæ Regno potitus eſt.

(b) Extat & in Regeſto epiſt. ſecr. & de Curia Gregorii XI. pag. 18. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

(c) Penſanda Sententia! Idem quippe ille Pontifex, qui concertationibus modum allaturus ante biennium aliquanto ſecus de Principis Apoſtolorum Baſilica ſentire omnium primus aut potuit, aut debuit: nunc medicam quaſi manum afferens novo illi ſentiendi generi, cum ſuis Prædeceſſoribus Innocentio III. Gregorio IX. Urbano IV. Joanne XXI. Nicolao III. Nicolao IV. Joanne XXII. & Clemente VI. (quorum Bullæ & Diplomata extant to. I. pag. 77. 123. 143. 156., & ſeqq. 175. 202., & ſeq. 214. 216., & ſeq. 257. 329., & 343.) apprime conſentit: neque ullatenus diſcrepat a Succeſſoribus Urbano VI. Eugenio IV. &c. ut videbimus ſuis locis.

Basilicæ hujusmodi distributiones, seu eorum quamcumque partem de cætero tribuatis. Alioquin secus præsumentes, præter pœnam prædictam, quam districte exigi & fideliter converti, ut præfertur, præcipimus, nostram indignationem poterunt merito formidare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, voluntatis, & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum apud Villam novam Avenionen. Diœcesis, tertio nonas Maji Pontificatus nostri anno quarto.

Ad solvendam non modicam florenorum summam, Basilicæ lampadibus addictam, Colam de Sabello debitorem cogendum jubet.

Ex Reg. Epist. secret. anni V. Gregorii XI. fol. 27. apud Archiv. Apost. Vat.

AN. CH. 1375. 1. *Maji*

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Lucæ Episcopo Nucerin. nostro in Spiritualibus in Urbe Vicario, & Dilecto Filio ejus Auditori; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad auditum nostrum pervenit, quod Dilectus Filius Nobilis Vir Cola de Sabello (*a*) Domicellus Romanus pro quodam legato per quondam ejus uxorem facto pro luminaribus Basilicæ Principis Apostolorum debet solvere Altarario dictæ Basilicæ non modicam florenorum quantitatem, quam, licet sæpius ab eodem Altarario requisitus, solvere non procurat; & quod propterea eadem Basilica grande patitur in hujusmodi luminaribus detrimentum. Quare discretioni vestræ præcipiendo mandamus, quatenus super hoc vos vel alter vestrum faciatis expeditæ justitiæ complementum; & si fuerit necesse, ex parte nostra requiratis brachium seculare.

Datum Avinioni Kalendis Maji anno quinto.

Ejusdem argumenti literæ ad Senatorem Urbis.

Ex Reg. Epist. secret. anni V. Gregorii XI. fol. 27. apud Archiv. Apost. Vat.

AN. CH. 1375. 1. *Maji*

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Nobili Viro Senatori Urbis; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Quia ad nostrum pervenit auditum, quod Dilectus Filius Nobilis Vir Cola de Sabello Domicellus Romanus pro quodam Legato per quondam uxorem ejus facto pro luminaribus Basilicæ Principis Apostolorum debet solvere Altarario dictæ Basilicæ Florenorum non modicam quantitatem, quam, licet sæpius ab eodem Altarario requisitus, solvere non procurat, & quod propterea eadem Basilica grande patitur in hujusmodi luminaribus detrimentum; Nos Venerabili Fratri Nostro Lucæ Episcopo Nucerin. Nostro in Spiritualibus in Urbe Vicario, & Dilecto Filio ejus Auditori per alias nostras damus litteras in mandatis, ut ipsi vel alter eorum super hoc faciant expeditæ justitiæ complementum; et si necesse fuerit invocent brachium seculare. Quare Nobilitatem tuam hortamur mandantes, quatenus si dicti Vicarius & Auditor, seu alter ipsorum te requisierint, sententiam & mandatum eorum seu alterius ipsorum contra dictum Colam facias executioni debitæ demandari. (*b*)

Datum Avinioni Kalendis Maji anno quinto.

Bene-

(*a*) Habes supra (*to. 1. pag. 319.*) Jacobum de Sabello invasisse Castrum Buccejæ (ex Diplomate Benedicti XII. an. 1341) idemque ausu temerario expilasse per suos milites, & concremasse. Ex alio Diplomate Pontificio, Gregorii nimirum XI. an. 1371. vidisti Nicolaum Jacobi F. pium suæ uxoris Legatum solvere recusantem Basilicæ Principis Apostolorum. Eumdem Nicolaum, qui vetusto horum temporum more nuncupatur *Cola* (ut *Cola* vocabatur Nicolaus Laurentii plebejus ille seditiosissimus, quem sui obtruncarant imperii nescium paucis abhinc annis) sus deque habuisse Pontificis, ejusque Vicarii præceptum hinc intelligis. Causa autem præsto est ipso ex hoc Diplomate, & ex sequenti ad Senatorem Urbis. Et Sabella scilicet gens inter Domicellos, seu nobiliores, potentioresque Romanos Cives, qui Sanctæ ipsius Sedis ditioni infensi sæpe fuerunt, recensebatur. Non igitur mirum, si uxoris suæ Legatum fraudulenter retinet Cola Sabellus, non mediocrem per injuriam Principis Apostolorum Basilicæ, quæ per ea tempora maximam ad inopiam redacta erat, ut constat ex Diario Antonii Petri, aliisque documentis.

(*b*) Summa hinc licet Auctoritas Senatoris Urbis posse colligi videatur: tamen id temporis admodum angusta eadem erat. Cæso siquidem a Romanis turbulentissimo, & juxta audacissimo Tribuno Pl. Cola Rienzi, seu Nicolao Laurentii filio, an. 1354. Populus Ro. Auctoritate Apostolica Senatorem creavit annuum Guidonem Jordanum, cui successerunt eadem in auctoritate annua Lucas Sabellus, & Franciscus Jordani Sabelli, pari uterque dignitate: hos exceperunt Sciarra Columna, & Nicolaus ex illustri Ursinorum genere Comes Nolæ: ac demum anno quarto post Colæ necem, Ursus Ursi filius, & Petrus Capocius summa omnes potestate, absentibus Pontificibus. Hisce autem postremis Rempublicam administrantibus, nova orta seditio. Nec Pontifices peregrinis creatis Senatoribus fregerunt audaciam populi. Quin ansam illi dederunt popularem creandi Magistratum *Banderensium* appellatum, apud quos Urbis Regimen stetit, dum Senator Justitiam administrabat. Hujusmodi erat Senator, ad quem Gregorius has literas dedit; tantæ quidem auctoritatis, quanta opus erat in re gerenda: modo secus non videretur populo, ejusque fautoribus, quos Domicellos, Barones &c. appellatos sæpe sæpius invenimus.

(*a*) To. 1.

Beneficiatis indulget, ut iis alia Beneficia etiamsi residentiam poscant, obtinere liceat.

Ex Reg. VI. Epist. de Indul. & Privilegiis Gregorii XI. Epist. 326. apud Arch. Apost. Vat.

CH. 6. ſan.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Sedis Apostolicæ gratiosa benignitas honestis petentium votis libenter annuit, illaque prosequitur favoribus oportunis. Olim felicis recordationis Nicolaus Papa IV. (a) Prædecessor noster ex certis causis ad hoc ipsius inducentibus animum sub certis pænis statuit & etiam ordinavit, ut nullus Presbyter seu Clericus perpetuus Beneficiatus in Basilica Principis Apostolorum de Urbe aliquod aliud beneficium Ecclesiasticum, quod de Jure aut Statuto vel consuetudine personalem residentiam requireret, obtinere posset. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum Capituli dictæ Basilicæ petitio continebat, in eadem Basilica sint nonnulli Presbyteri & Clerici perpetui Beneficiati, qui de redditibus & proventibus Beneficiorum suorum, quæ in eadem Basilica obtinent, propter eorum tenuitatem nequeunt congrue sustentari: Nos volentes dictorum Beneficiatorum necessitatibus salubriter providere, prædictorum Capituli in hac parte supplicationibus inclinati, volumus, & tenore præsentium concedimus, ut quilibet Presbyterorum seu Clericorum, qui in eadem Basilica perpetui Beneficiati ad præsens existunt, & qui usque ad triennium a data præsentium computandum pro tempore fuerint, unum Beneficium & plura alia Beneficia Ecclesiastica sine cura, si invicem compatientia, quæ ut præmittitur, residentiam requirerent, si eis alias canonice conferantur, libere recipere & una cum hujusmodi perpetuo Beneficio quod in dicta Basilica obtinet, seu infra dictum triennium obtinebit, licite retinere valeat, prædicto & aliis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ contrariis, Juramento, Confirmatione Apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo &c. nostræ voluntatis, concessionis & statuti infringere &c. si quis &c.

… III. … Benefi- … aliud be- … nere.

Gregorius eosdem liberat illo interdicto.

Datum Avinioni 2. Kal. Febr. an. sexto.

URBA-

(a) To. 1. pag. 216. & seq. duo attulimus Nicolai IV. Diplomata, per quæ Canonicis conceditur idem Privilegium quod hîc Beneficiatis & Clericis. Item pag. 244. Bullam protulimus Clementis V. qua non solum Canonici, sed Beneficiati etiam ejusmodi Privilegio impertiuntur. Quamobrem mente non assequimur, quis derogationi locus debeatur Constitutioni Nicolai IV. qui Clementem V. præcessit annis pluribus. Huc accedit, quod ejusmodi constitutionem nusquam invenire datum fuit: nec divinare possumus causam, cur ita persuasum fuerit Pontifici. Itaque legendum: Nicolaus III. qui ipsa in Bulla Institutionis (to. 1. pag. 193. num. XVIII.) Beneficiatos, (non autem Clericos, qui nondum instituti erant) vetat Beneficium aliud cum cura, vel sine cura obtinere, quin vacet ipso jure Benef. Basilicæ. Nil autem mirum, Alienigenam peregrinari in re Rom.

URBANUS VI.

Post Gregorii XI. mortem haud diu vacavit sedes. Nam Banderesiis, aliisque Magistratibus Urbis seditiose flagitantibus, ut Romanus, aut saltem Italus eligeretur Successor: die 9. Aprilis an. 1378. emortualis Gregorii creatur Urbanus VI. ex Archiepiscopo Barensi. Coronatur ipso die Paschatis 18. ejusdem mensis. Instabili semper loco sedet an. 11. m. 6. dies 7. Romæ moritur die 15. April. anni 1389. Schismate, eoque maxime diuturno annor. videlicet 50. paulo post ejus electionem laborare cœpit Ecclesia. Eodem quippe anno 1378. creatur Anagnæ Clemens VII. Antipapa, qui Avenionem se confert, superstesque est ad an. 1394. Hunc excipit per annos 30. Petrus de Luna, quem sequitur Ægidius Munnos usque ad annum 1429. quum schisma ipsum quinquagenarium extinctum fuit.

Cives nonnullos Veliternenses, qui Pontificia jussa violarant Joanni Paulini Basilicæ S. Petri Canonico judicandos & plectendos demandat.

Ex Reg. 2. Epist. secret. Urbani VI. fol. 164. apud Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1382. 13. *Febr.*

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni Paulini Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostol. Benedictionem.

Ad Audientiam nostram pervenit, quod nonnulli Cives Velletren., Dei timore postposito, etiam post & contra mandatum nostrum nuper iniquitatis filium Nullum de Anticulo Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augustini professorem, qui suis culpis & demeritis exigentibus captus in Civitate Velletren. de mandato nostro detinebatur, ab eisdem carceribus relaxare, eumque libertati pristinæ restituere præsumpserunt, seu eum dimittentibus aut eidem fugienti dederunt consilium & favorem, diversas pœnas & sententias tam a Jure, quam ab homine inflictas & promulgatas damnabiliter incurrendo. Nos itaque nolentes, prout nec velle debemus, talia oculis conniventibus pertransire, discretioni tuæ contra omnes & singulos in præmissis culpabiles, de quibus tibi videbitur, auctoritate nostra procedendi & inquirendi etiam summarie & de plano ac sine strepitu & figura Judicii, ipsosque & eorum quemlibet, quos in præmissis vel eorum aliquo culpabiles repereris, ut præfertur, prout Juris fuerit, puniendi & condemnandi ac Contradictores quoslibet & Rebelles auctoritate nostra per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi; ac invocandi ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis, omniaque alia & singula faciendi, quæ in præmissis fuerint opportuna; non obstante si eorum aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari aut ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de Indulto hujusmodi mentionem; plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem.

Quidam Cives Velitern. Religiosum reum carcerib. liberant.

Pontifex C nonico S. Pe committit ha causam sum Jure cognosce dam.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Februarii Anno IV.

Beneficiatis & Clericis indulget, ut alia Beneficia residentiam quoque exigentia obtinere possint. (a)

Ex Autogr. in Vatic. Basil. Tabular. caps. 6. fasc. 266.

AN. CH. 1382. 23. *Decemb.*

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati Monasterii Sancti Pauli extra muros Urbis, & S. Eustachii, ac Sanctorum Celsi & Juliani de eadem Urbe Ecclesiarum Archipresbyteris; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ille, qui solus Romanam fundavit Ecclesiam, & supra Petram Fidei erexit, Beato Petro æternæ vitæ clavigero, Cælestis & Terreni simul Imperii jura committens, insignem ejus

(a) De hujusmodi Privilegio aliquid diximus supra ad Bull. Gregorii XI. an. 1376. 31. Januar. Sermo iterum incidet de eadem re, quum proferetur Privilegium Bonif. IX. an. 1389. 9. Novemb. per quod confirmatur aliud Urbani VI. quod minime extat.

(a) Joca-

...ſtantia ...at. fu... ...es Eccl. ejus Baſilicam ad honorem ipſius in Urbe conſtructam, ac ſui nominis Titulo inſignitam, tanto veneratione majori conſtituit digniorem, quanto ipſam cæteris dignitate præexcellere voluit, & prærogativis pluribus decoravit. Cupientes igitur, Divini Nominis Cultum diligenter in eadem Baſilica exerceri, eoque devotius inibi devotas Deo Laudes exolvi, quo ipſius Baſilicæ Benefitiati Chori, qui nunc reſident & pro tempore reſidebunt in ea, majorem a Sede Apoſtolica fuerint gratiam conſecuti, auctoritate aliarum noſtrarum Literarum Dilectis Filiis univerſis Clericis perpetuis Benefitiatis, Benefitiatis Chori nuncupatis, in prædicta Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe præſentibus & futuris indulſimus, ut ſinguli eorum in ea reſidendo, & ibidem in Divinis Offitiis continue ſerviendo, fructus, redditus, & proventus omnium, & ſingulorum Benefitiorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura, quæ in quibuſvis Eccleſiis, ſive locis obtinent, & impoſterum obtinebunt, etiamſi dignitates, perſonatus & offitia forent; & ad illas, illos, vel illa qui conſueviſſent per electionem aſſumi, dummodo aliqua dignitatum hujuſmodi in Cathedrali major vel in Collegiata Eccleſiis principalis non exiſteret; cum ea integritate libere percipere valerent, quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent ſi in eiſdem Eccleſiis ſive Locis perſonaliter reſiderent, & ad reſidendum interim in ipſis Eccleſiis ſive Locis minime tenerentur, nec ad id, a quoquam inviti valerent quomodolibet coartari. Non obſtantibus, tam felicis recordationis Bonifatii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri, per quas conceſſiones hujuſmodi fieri abſque præfinitione temporis prohibentur, quam aliis quibuſcumque Conſtitutionibus Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus per dictam Sedem ſeu Legatos ipſius aut in Provincialibus vel Synodalibus Conciliis editis, & quibuſvis aliis ſtatutis & conſuetudinibus ipſarum Eccleſiarum ſeu Locorum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica vel quavis alia firmitate vallatis, etiamſi de illis ſervandis & non impetrandis Literis Apoſtolicis contra ea, & ipſis literis non utendo etiam ab alio vel aliis impetratis vel alias quoquomodo conceſſis prædicti Benefitiati Chori per ſe vel Procuratores eorum præſtiterint forſan vel impoſterum eos præſtare contigerit juramenta; aut ſi iidem Benefitiati Chori vel aliqui eorum in eiſdem Eccleſiis ſive Locis vel eorum aliquo primam non fecerint perſonalem reſidentiam conſuetam; ſeu ſi Locorum Ordinariis vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a præfata Sede indultum exiſtat vel medio tempore indulgeri contingat, quod Canonicos, Rectores, & Perſonas Eccleſiarum, ſeu Locorum ſuarum Civitatum & Diœceſum etiam in Dignitatibus, Perſonatibus aut Offitiis conſtitutos per ſubtractionem proventuum ſuorum Eccleſiaſticorum, aut alias compellere poſſint ad reſidendum perſonaliter in eiſdem; aut ſi eiſdem Ordinariis, & Dilectis Filiis Capitulis dictarum Eccleſiarum, vel quibuſvis aliis communiter & diviſim ab eadem ſit Sede indultum vel impoſterum indulgeri contingat; quod Canonicis, Rectoribus, & Perſonis dictarum Eccleſiarum etiam in Dignitatibus, Perſonatibus, aut Offitiis conſtitutis non reſidentibus in eiſdem Eccleſiis ſive Locis, vel qui primam perſonalem in eis reſidentiam non feciſſent, fructus, redditus, & proventus Eccleſiarum, Dignitatum, Perſonatuum, vel Offitiorum, aut Benefitiorum ſuorum miniſtrare minime teneantur, & ad id compelli non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem; & quibuſlibet aliis Privilegiis, Indulgentiis & Literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ noſtris Literis non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus debeat in eiſdem noſtris Literis fieri mentio ſpecialis. Proviſo, quod Eccleſiæ, Dignitates, Perſonatus, Offitia, ac Benefitia hujuſmodi debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur, ſed per bonos & ſufficientes Vicarios, quibus de Benefitiorum ipſorum proventibus neceſſaria congrue miniſtrentur, & diligenter exerceatur, & deſerviatur inibi laudabiliter in Divinis. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios eiſdem Clericis, Benefitiatis vel Procuratoribus ſuis eorum nominibus faciatis fructus, redditus, & proventus præfatos auctoritate noſtra, juxta hujuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem, integre miniſtrari; non permittentes eosdem Benefitiatos per dictos Ordinarios ſeu quoſcumque alios ad reſidendum in dictis Eccleſiis ſive locis compelli, vel alias contra hujuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem quomodolibet moleſtari. Non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi præfatis Ordinariis & Capitulis vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a dicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem: Contradictores, auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo.

...oncedit ... & Cle... ...equendi ... Benefi... ...a cura, ...cura.

...e digni... ...jores ...alium.

...bſtacula ...tollit.

Nullo prorſus excepto, ad eumdem finem.

Modo per Vicarios idoneos cura forſan adnexa adimpleatur.

Ordinariis reſidentiam ut exigant non permittendum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Decimo Kalend. Januar. Pontificatus noſtri an. V.

Baſi-

Basilicæ res ac bona alienantes, aut alienata recipientes, Anathemate plectit.

Ex autogr. in Capitulari Archivo Capf. 8. Fasc. 14.

AN. CH. 1387. 7. Febr.

Res & bona Ecclesiar. alienare prohibentur omnes quacumq. dignit. præfulgeant.

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Pro conservatione rerum & bonorum Ecclesiarum omnium, quarum ex injunctæ Nobis Apostolicæ servitutis officio cura imminet generalis, & præsertim Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, paternis affectibus intendentes, & ne res & bona earum per quosvis alienari contingat, Apostolicæ provisionis remedium adhibere volentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium inhibemus, ne quisquam hominum utriusque sexus, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerit, etiamsi Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, Senatoria, vel quacunque alia Ecclesiastica vel mundana præfulgeat dignitate, etiamsi fuerit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Jocalia, (a) imagines, anulos, vasa aurea, & argentea, Gemmas, Paramenta, ornamenta, res & bona ipsius Basilicæ aut aliquid earum rapere, vendere, alienare, seu distrahere, vel rapta, alienata scienter recipere & receptare, seu alias emere quomodolibet præsumat. Quod si secus quis attemptare præsumpserit, etiamsi, ut præfertur, Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, Senatoria, vel quacunque alia Ecclesiastica vel mundana dignitate præfulgeat, etiamsi fuerit dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, incurrat excommunicationis sententiam eo ipso, a qua a nullo, quam a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium valeat obtinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sub pœna Ex comm. latæ sen

Datum Lucæ 7. Idus Februarii Pontificatus nostri anno nono. (b)

Sepulturam in Cœmeterio apud S. Catharinæ Monasterium omnibus liberam esse, salvo Parochorum jure, concedit.

Ex autogr. in Archiv. Capitul. Capf. 28. Fasc. 109.

AN. CH. 1389. 20. Dec.

URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ & Conventui Monasterii Sanctæ Catharinæ de regione Pontis almæ Urbis, Ordinis sancti Augustini; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Sacræ Religionis, sub qua devotum & sedulum exhibetis Domino famulatum, promeretur honestas, ut vos & Monasterium vestrum specialis favoris gratia prosequamur. Cum itaque, sicut accepimus, vos in Ecclesia vestri Monasterii seu prope illam, nisi pro vobis ipsis, Cimiterium hucusque non habueritis; nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut apud ipsam Ecclesiam de cetero Cimiterium (c) pro omnibus Christifidelibus ibidem sepeliri eligentibus possitis habere, jure Presbyterorum Parochialium semper salvo, vobis & ipsi vestro Monasterio Auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum XIII. Kal. Februarii Pontificatus nostri Anno undecimo.

BONI-

(a) Jocalia ex Du-Cang. nomen est generale amplectens monilia, gemmas, anulos, & id genus alia. Quod allatis exemplis comprobat.

(b) Difficillimis hisce Ecclesiæ temporibus, quum Antipapa Clemens omnia ad suas partes trahebat, Urbano haud licebat certo loco consistere. Sed modo huc, modo illuc necessitate rerum raptus, Roma plerumque absens Ecclesiæ rerum satagebat. Luca ex Etruriæ Urbe consulere eum vides Basilicæ nostræ an. 1387. Eo scilicet mense Decembri superioris anni se contulerat Genua. Rursusque hinc post Menses novem discedens Perusium petit: nec nisi Octobri mense insequentis anni revertitur Romam.

(c) Occasione hujus Privilegii, quo Cœmeterium omnibus Christifidelibus commune conceditur Monialibus S. Catharinæ; ad levandam videlicet earumdem inopiam, quo alia inferius proferenda spectant: operæ pretium fiet, si Privilegium aliud huc afferatur, quo eædem Sanctimoniales ab Isnardo Archiep. Thebano Vicario simul Urbis, & Basilicæ Vatic. Cœmeterium pro se ipsæ, suisque anno 1310. obtinuerunt. Inde enim nupera Monasterii Fundatio dignoscitur; necnon alia quædam ad duplicis Monasterii S. Catharinæ cognitionem aptissima. Ejus autem Privilegii transumtum extans in Archivo nostræ Basil. caps. 28. fasc. 110. est hujusmodi.

In nomine Domini Amen. Nos Frater Isnardus miseratione Divina Archiepiscopus Thebanus Domini Papæ in Spiritualibus in Urbe Vicarius generalis necnon Reverendi Patris Domini N. Sancti Adriani Diaconi Cardinalis Archipresbyteri Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Vicarius præsentis Scripti serie notum facimus universis quod cum nuper novum sit Monasterium in honore sanctæ Catharinæ constructum, ac etiam ordinatum in Urbe, & per nos confirmatum, ut convenit. Volentes igitur Abbatissæ, & Monialibus ipsius Monasterii statui maxime ubi

neces-

BONIFACIUS IX.

Poſt Urbani VI. obitum vacavit Sedes Menſes ſex, Dies octodecim, a die videlicet 15. Aprilis 1389. ad 2. Novembris ejusdem anni; quum Bonifacius IX. antea Petrus, ſeu Perinus, Tomacellus ex Presbytero Card. tit. S. Anaſtaſiæ tandem eligitur, ac die 9. ejuſdem Menſis conſecratur. Eccleſiæ præfuit annos 14. menſes fere undecim: ſupremum diem obiit an. 1404. Calendis Octobr.

Bonifacii IX. Bulla per quam incorporatio Eccleſiæ & Hoſpitalis S. Thomæ in Formis, ab Urbano VI. favore Capituli S. Petri facta, confirmatur, etiamſi Literæ Apoſtolicæ ſuper præfata incorporatione ab Urbano VI. confectæ non fuerint. (a)

Ex Autogr. Archiv. Baſil. capſ. 38. faſc. 149. lib. A. fol. 26. lib. I. fol. 138.

Bonifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Rationi congruit & convenit æquitati, ut ea quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet Literæ Apoſtolicæ confectæ non fuerint, ſuper illis ſuum conſequantur effectum. Sane dudum pro parte veſtra expoſito fælicis recordationis Urbano PP. VI. Prædeceſſori noſtro, quod vos, & Baſilica veſtra propter Guerras, quæ in Territorio, & Districtu Almæ Urbis, & circumvicinis partibus diutius viguerant, vos, & dicta Baſilica damna plurima paſſi eratis in detrimentum etiam Divini Cultus, & ſcandalum plurimorum, idem Prædeceſſor vobis affectu Paterno compatiens veſtris ſupplicationibus inclinatus in aliqualem recompenſationem damnorum hujuſmodi, Eccleſiam, & Hoſpitale ſancti Thomæ in Formis de dicta Urbe Ordinis Sanctæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, quorum Trecentorum, & quinquaginta cum omnibus Juribus, & Pertinentiis ſuis, Menſæ Capitulari ejuſdem Baſilicæ, ac ipſi Baſilicæ, quarum octo millium Florenorum Auri, fructus, Redditus, & Proventus, ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut aſſerebatur non excedebant, donec de æquali, vel majori ſumma Redditụum vobis, & eidem Baſilicæ per Apoſtolicam Sedem provideretur videlicet 18. Kal. Decembris Pontificatus ſui Anno decimo Auctoritate Apoſtolica incorporavit, annexuit, & univit, ita quod cedente, vel decedente, vel illo alias quomodolibet dimittente, dilecto filio noſtro Poncello Tituli Sancti Clementis Presbytero Cardinali, qui Eccleſiam, & Hoſpitale prædicta uſque ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum, ex conceſſione, & diſpenſatione dictæ Sedis in Commendam tenebat, prout tenet, poſſetis Eccleſiæ, & Hoſpitalis, ac Jurium, & pertinentiarum prædictorum, poſſeſſionem libere apprehendere, & donec vobis, & ipſi Baſilicæ de æquali, vel majori Summa hujuſmodi, ut præmittitur, provideretur, licite retinere, & debita, ac conſueta hoſpitalitate ibidem obſervata de reſiduis Fructibus, Redditibus, & Proventibus Eccleſiæ, & Hoſpitalis prædictorum, diſponere ſicut veri Rectores dictorum Eccleſiæ, & Hoſpitalis, qui pro tempore fuerant, ordinare, & diſponere potuerant, ſeu etiam debuerant; alienatione tamen Bonorum immobilium, & precioſorum mobilium ipſorum & Eccleſiæ, & Hoſpitalis, vobis penitus interdicta. Proviſo, quod Eccleſia præfata debitis obſequiis non fraudaretur, ſed deſerviretur inibi laudabiliter in Divinis. Næ autem, pro eo quod ſuper incorporatione, annexione, & unione hujuſmodi ipſius Prædeceſſoris literæ confectæ minime extiterunt, Vos, & dicta Baſilica earumdem incorporationis, annexionis, & unionis effectu fruſtremini: Volumus, & Apoſtolica Auctoritate decernimus, quod eædem incorporatio, annexio, & unio, per eumdem

Rationem exponens, qua Baſil. iniret, ac retineret poſſeſſion.

Sed Diploma ab eo datum non fuit.

neceſſitas incumbit præcipue, ſalubriter providere eiſdem Abbatiſſæ, & Monialibus harum ſerie indulgemus, & concedimus, auctoritate qua fungimur de ſpeciali gratia poteſtatem, ut eis liceat intus Monaſterium ipſum, vel Eccleſiam ibi conſtructam, vel conſtruendam locum eligere ſpecialem ubi ipſarum, earumque familiarium corpora, cum a Domino de inſtanti vita contingerit revocari, honeſte valeant ſepelliri ipſumque locum, quem duxerint eligendum pro earum Sepulturis duximus miſericorditer concedendum, ut quod in vita tenetur incluſum, in morte in publicum non trahatur. Præſentibus vero tantummodo valituris ſi Presbyteri ſancti Martini Parochialis Eccleſiæ dicti Loci ad id voluntas acceſſerit, ac conſenſus. Nolentes propter hæc alicui præjudicium aliquod generare. In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras facimus noſtri Sigilli appenſione muniri.

Datum Romæ apud ſanctum Baſilium anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo Indictione nona, die primo Octubris Pontificatus Domini Clementis Papæ V. Anno quinto.

Sequitur Legalizatio, & Approbationes quatuor publicorum Notariorum, quæ brevitatis, ergo prætermittimus.

(a) Conſule not. (b) ad Honorii III. Diploma, *to.* 1. *pag.* 100. ubi de Eccleſia & Hoſpitali ſermo in anteceſſum eſt factus.

Supplet defectum Diplomat. & ab an. & die annexionis valere illud statuit.

eumdem Prædecessorem, ut præmittitur factæ perinde a dicta die, videlicet, 18. Kal. Decembris, valeant, & suum consequantur effectum, ac si super eis ejusdem Prædecessoris Literæ sub ipsius diei dat. confectæ fuissent, prout superius enarratur, quodque præsentes Literæ ad probandum plene incorporationem, annexionem, & unionem prædictas, ubique sufficiant, & ad id probationis alterius adminiculum minime requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum II. Idus Novembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Confirmat Privilegium ab Urbano VI. concessum Beneficiatis & Clericis, ut alia Beneficia etiam residentiam exigentia obtinerent.

Ex Autogr. in Vatic. Basil. Tabular. caps. 17. fasc. 266. lib. 1. fol. 138.

AN. CH. 1389. 9. Nov.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Rationi congruit, & convenit æquitati, ut ea, quæ de gratia Romani Pontificis processerunt, licet Literæ Apostolicæ confectæ non fuerint super illis, suum consequantur effectum. Dudum siquidem felicis recordationis Nicolaus Papa tertius Prædecessor noster Auctoritate Apostolica per suas Literas statuit, & etiam ordinavit, ut quicumque Benefitiatus (*a*) in Basilica Principis Apostolorum de Urbe reciperet aliquod Ecclesiasticum Benefitium, sive curam haberet Animarum, sive non, in quo de jure eum oporteret, vel de facto etiam personaliter residere, & eum a tali residentia consuetudo juste, ac rationabiliter nullatenus excusaret, eo ipso absque monitione, sententia, judicio, vel processu in ipsa Basilica Benefitium suum vacaret alii libere conferendum. Benefitiatorum quoque Benefitia, si qua talia forsan haberent eo tempore, quo in Benefitiatos ejusdem Basilicæ admitterentur, pro renuntiatis haberentur ab eis, & vacarent, ac vacare ipso jure intelligerentur per illos, ad quos illorum collatio pertineret libere ordinanda, prout in eisdem Literis plenius continetur. Postmodum vero pro parte dilectorum filiorum universorum Clericorum perpetuorum Benefitiatorum, Benefitiatorum Chori nuncupatorum (*b*) in eadem Basilica felicis recordationis Urbano Pap. sexto Prædecessori nostro exposito, quod ipsi, qui Chorum præfatæ Basilicæ in Divinis Offitiis nocturnis pariter, & diurnis regebant, ex fructibus, Redditibus, seu Proventibus, quos ex dicta Basilica perciperent se commode substentare non poterant; Idem Prædecessor votis eorumdem Clericorum perpetuorum Benefitiatorum in ea parte favorabiliter annuens videlicet Kalendis Julii Pontificatus sui Anno sexto, voluit, & concessit, ut ipsi Clerici, qui tunc erant, & alii, qui pro tempore essent in eadem Basilica perpetui Benefitiati, in ipsa Basilica residendo, & ibidem in Divinis Offitiis continue serviendo, quæcumque Benefitia Ecclesiastica, cum Cura, & sine Cura se invicem compatientia, etiamsi dignitates, personatus, vel offitia forent, & ad illos, illas, vel illa, qui consuevissent per electionem assumi, dummodo aliqua dignitatum hujusmodi in Cathedrali major, vel in Collegiata Ecclesiis principalis non existeret, si eis alias canonice conferrentur libere recipere, illaque una cum Benefitiis, quæ in eadem Basilica obtinebant, & imposterum obtinerent licite retinere possent; & illa quæ in dicta Basilica obtinerent, ut præfertur, necnon & alia Benefitia, quæ alibi eos pro tempore obtinere contingeret Statuto, & ordinatione prædictis, ac aliis contrariis nequaquam obstantibus vacare minime censerentur. Proviso tamen, quod dignitates, Personatus, Offitia, & alia Benefitia supradicta debitis non fraudarentur obsequiis, & Animarum Cura in eis, quibus illa immineret nullatenus negligeretur; sed per bonos, & sufficientes Vicarios, quibus de Benefitiorum ipsorum Proventibus necessaria congrue ministrarentur diligenter exerceretur, & deserviretur inibi laudabiliter in Divinis. Ne autem pro

Nicolai III. Constit. de aliis beneff. non obtinendis.

Urbani VI. alia eidem derogans.

Conditi[...] tamen app[...]

(*a*) Memoria tenebuntur quæ ad Gregorii XI. Privilegium hujus simile paulo ante adnotavimus: ubi Nicolaum III. non IV. haud dubie legendum monebamus. Recte hîc Bonifacius locum inibi indicatum laudat; & Urbani VI. Privilegium confirmans, eidem derogat, nulla mentione facta Bullæ Clementis V. (*to.* 1. *pag.* 244.) quod forte eam non produxerint Beneficiati, & Clerici supplices.

(*b*) Tam hîc, quam in Diplomate Urbani VI. subobscure nominantur Beneficiati & Clerici: nam Clerici perpetui Beneficiati utrique nuncupantur. Ne autem de solis Clericis agi putemus, Nicolai III. Constitutio, cui derogat, palam facit. Clericos enim Bonifacius VIII. instituit: propterea eorum meminisse non poterat Beneficiatorum Institutor Nicolaus III. Postea vero tum Clemens V. solos Benficiatos recensens; tum Urbanus VI. & Bonifacius IX. Clericos tantum Beneficiatos memorantes utrumque cœtum suis quisque Privilegiis amplectuntur: quemadmodum Gregorius XI. eorum Decessor distincte Presbyteros, & Clericos enuncians omne dubium amovit.

(*a*) Quæ

pro eo, quod super voluntate, & concessione prædictis literæ dicti Prædecessoris confectæ non fuerunt, dicti Clerici Benefitiati hujusmodi voluntatis, & concessionis frustrentur effectu, volumus, & Auctoritate Apostolica decernimus, quod voluntas, & concessio præfatæ perinde (*a*) a dicta die, videlicet Kalendis Julii, suum consequantur effectum, ac si super eis prædicti Prædecessoris Literæ sub ipsius diei data confectæ fuissent, prout superius enarratur. Quodque præsentes Literæ ad probandum plene voluntatem, & concessionem præfatas ubique sufficiant, & ad id probationis alterius adminiculum minime requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Constitution. prædict. roborat, & confirm.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, quinto Idus Novembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Monasterium S. Catharinæ V. & M. eximit a Quarta Funerali, Paupertatis causa.

Ex Autogr. in Archiv. Basil. caps. 28. fasc. 109.

CH. 9. Dec.

BOnifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad statum Monasterii sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris gloriosæ de Regione Pontis Almæ Urbis Ordinis sancti Augustini, quod ante Basilicam Principis Apostolorum de dicta Urbe (*b*) quasi in conspectu Romipedum (*c*) ipsam Basilicam causa devotionis peregre visitantium, situm est, dirigendum salubriter intendentes, libenter operarias manus apponimus, ut ipsi Monasterio in suis, & personarum in eo degentium commoditatibus utiliter consulatur. Sane dilectarum in Christo filiarum Abbatissæ, & Conventus dicti Monasterii exhibitæ nobis petitionis series continebat, quod Monasterium ipsum tanta paupertate gravatur, quod ipsæ, quæ pro majori parte earum de nobilibus Generibus Roman. traxerunt originem, de ipsius Monasterii fructibus non possint vivere in communi, nec alias commode substentari, neque alia incumbentia ipsis, & dicto Monasterio onera supportare, nisi Apostolica beneficentia subleventur. (*d*) Nos itaque ipsarum Abbatissæ & Conventus in hac parte supplicationibus inclinati, quod ipsæ, & dictum Monasterium de legatis, donatis, & relictis eisdem, & Monasterio supradicto, vel ejus Ecclesiæ etiam ratione Funeralium personarum pro tempore decedentium, quæ in ipsa Ecclesia, vel in Cimiterio ejusdem Monasterii Ecclesiasticam sepulturam elegerint, Quartam, vel aliam Canonicam portionem non teneantur alicui, vel aliquibus exhibere, Auctoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ indulgemus, Constitutionibus Apostolicis, ac aliis, necnon Statutis, & consuetudinibus contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu teme-

...onast. ...r.

Summa ejusd. inopia.

(*a*) Quæ semel & iterum literæ indicantur, nec sunt quas attulimus ab Urbano datas Abbati S. Pauli X. Cal. Januar. Pontif. A. 5. nec quæ ibidem memorantur, tanquam aliquanto antea a Pontifice eodem datæ: sed quæ sexto post mense Calendis Jul. Pontif. A. 6. conficiendæ erant, causisque nobis ignotis non prodierunt. Quamobrem Urbani VI. Privilegium trinis nititur Litteris: unis videlicet, quas ipse testatur se dedisse; alteris, quas dedit ad Abbatem S. Pauli; ac demum iis, quæ hîc confirmantur a Bonifacio IX.

(*b*) Superiori Volumine (pag. 324.) mentio incidit hujus Monasterii. Nuper ad Urbani VI. Constitutionem documentum attulimus, quo aliquanto illustrius redditur Monasterium S. Catharinæ de Portica S. Petri. Hinc multo plura ex hujus & sequentium Pontificum Bullis suppetent, non prætereunda. Primo igitur situm hîc innui vides, non autem describi. Dextero a peregre venientium latere; sinistro autem extremæ areæ Vaticani Templi, non longe ab initio augustæ Porticus, quam Alexander VII. extrui utrimque voluit maximo cum Ædificiorum excidio, exiguæ admodum molis extabat id Monasterium, quod aliquanto auctius videbimus sequenti Bulla propter adnexum Monasteriolum S. Mariæ de Virginibus, cujus sedes seu situs hodieque conspicuus est, quo loco duas domunculas cernimus num. 91. & 92. Deinde (quod maxime notari velim, & infra uberius explanabitur) Ordo S. Augustini, ut constanter in omnibus Archivi Bas. N. documentis a fundatione Monasterii, sub initia hujus Sec. XIV. expresse enunciatur: ut nempe ab alio Monasterio Ordinis S. Benedicti, juxta Porticum, secernatur.

(*c*) Si Glossarium consulas mediæ & infimæ Latinitatis studio Monachorum Congreg. sancti Mauri uberrime auctum, *Romipetæ*, & *Romipedæ*; quin etiam *Romipetus* una eademque significatione occurrent multa auctoritate multisque exemplis illustria nomina. Eapropter Peregrinos pœnitentiæ, seu etiam devotionis ergo accedentes ad Basilicam Principis Apostolorum cæterasque Urbis Ecclesias, præcipue appellatos Romipedas intelliges. Unum, præ aliis, exemplum notari velim (quid enim Grammaticorum legibus diutius insistam?) Itinerarium Gregorii XI. habet *Pedester incedit per Scalenta Deserti velut Romipeda*. Hæc vero comparatio pedestri incedentium itinere cum Romipedis, austerioris ejus disciplinæ nos admonent, quæ ad peregrinationes redigens pœnitentiam Canonicam, minime eam disjunxit ab afflictione corporum. Quodque est magis notandum, exeunte Seculo XIV. ejusmodi disciplinam vigere hoc Diplomate edocemur. Etenim pœnitentiæ licet Pontifex non meminerit: peregrinatio ipsa pœnitentiam importat, aut publice, aut secreto a Confessario injunctam. Ita certe admonemur disciplina eorum temporum.

(*d*) Hunc locum oppido illustrat concessio Indulgentiæ a duobus Episcopis facta iis qui summam Monasterii hujus inopiam eleemosynis sublevassent. Quod quidem accidit 64. annis ante hæc tempora non multo post fundationem Monasterii, anno videlicet 1325.

Indulgentiam hujusmodi ipsissimis conceptam verbis ab utroque

temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ ap. sanctum Petrum XV. Kalendas Januarii, Pontificatus nostri Anno primo.

Unionem cujusdam Loci sanctæ Mariæ de Virginibus nuncupati cum horto, & aliis favore Monasterii S. Catharinæ de Regione Pontis facta, necnon compensationem pro tali adnexione sancitam approbat atque confirmat.

Ex Autogr. in Bas. Archiv. caps. 28. Fasc. 109.

AN. CH. 1391. 14. *Jul.*

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Hiis, quæ pro Piorum Locorum, & Personarum Ecclesiasticarum, & maxime sub Religionis habitu Dño famulantium quiete, & concordia terminantur, ne in recidivæ quæstionis scrupulum relabantur, quin potius illibata persistant, libenter cum a nobis requiratur, adjicimus Apostolici muniminis firmitatem. Dudum siquidem exposito felicis recordationis Urbano Pap. VI. Prædecessori nostro, quod Locus Sanctæ Mariæ de Virginibus de Regione Pontis Almæ Urbis, Ordinis sancti Augustini, (*a*) Monasterio sanctæ Catharinæ de Regione prædicta ejusdem Ordinis, mediante pariete jungebatur, & propter contiguitatem hujusmodi inter dilectas in Christo filias Abbatissas, & Moniales Loci, & Monasterii prædictorum plurimæ seditiones, clamores, & scandala sæpius insurgebant,

---

utroque Episcopo Titulari, atque uno eodemque die, in hospitio S. Mariæ Armenorum, ubi morabantur; post annos 21. paucis admodum immutatis expressam videre est a Raymundo Episcopo Reatino Vicario Urbis per Clementem VI. instituto, ad quem Diplomata aliquot data habentur (*tom.* 1. *pag.* 330. & *seqq.*) Exempla autem tam utriusque Titularis Episc. quam Vicarii Urbis, excepta in charta pergamena cum tribus magnis & oblongis Sigillis pendentibus, servantur in Archivo Basil. Vatic. *Caps.* 28. *Fasc.* 110. ex quorum Autogr. hîc eadem recitamus.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis. Apostolus Archiepiscopus Ternoben. Salutem in Domino.

*Divini muneris donativa, tanto uberius incrementa suscipiunt quanto in proximorum subsidiis dilatata liberalius diffunduntur. Cum itaque nuper in Urbe novum Monasterium sit constructum prope Ecclesiam sancti Petri de Urbe; & juxta Ecclesiam Sanctæ Mariæ Virginum, quod sanctæ Catharinæ vocabulo nuncupatur; in quo Moniales nigri habitus sub regula sancti Augustini ad famulandum Altissimo perseverant, & Monasterium prædictum divitiis non habundet, imo indigeat elemosinis Christifidelium, sine quibus Abbatissa, & Moniales ipsius commode substentari non valent. Universitatem vestram harum serie requirimus in Domino, & hortamur, ac in remissionem vobis peccaminum injungimus quatenus eidem Monasterio sanctæ Catharinæ, ejusque Abbatissæ, & Monialibus, earumque nuntiis pro Animarum vestrarum salute de bonis vobis a Deo collatis juxta vestram possibilitatem Divino obtentu dignemini misericorditer subvenire. Nos enim omnibus qui, vel quæ Ecclesiæ, Monasterio, ac Abbatissæ, & Monialibus * visitabunt, & ipsis, earumque nunciis manus porrexerint adjutrices, & caritatis subsidia largientur de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi quadraginta dierum Indulgentiam, auctoritate qua fungimur, duximus concedendam. In cujus rei testimonium præsentes Literas fecimus nostri Sigilli appensione munitas.*

* Sic

Datum Romæ apud Ecclesiam sanctæ Mariæ de Harmenis de Portica Sancti Petri in nostræ habitationis Hospitio. Sub anno Domini a Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo XXV. Indictione octava die XIII. mensis Apr. Pontificatus Domini Johannis Papæ XXII. anno ejus nono.

Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis. Frater Stephanus Episcopus Berien. Salutem in Domino ut supra.

Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis, ac etiam audituris. Raymundus Dei gratia Episcopus Reatinus, necnon Almæ Urbis in Spiritualibus Summi Pontificis Vicarius Generalis Salutem in Domino, ut supra.

Datum Romæ apud S. Petrum in nostræ habitationis Pallacio, & hospicio sub anno Domini a Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto. Indictione XIV. die IX. Mensis Madii Pontificatus Domini Clementis Papæ VI. anno ejus quarto.

Hujus documenti edendi in lucem præcipuus finis est fundatio nupera Monasterii S. Catharinæ de Portica S. Petri ejusque conditio, quare nihil moramur cætera tum de Episcopalibus Sedibus titularium Antistitum, tum de iis quæ ad historiam pertinent illius ævi, siquidem ad nos nihil: historia vero haud ita multo post fusiori calamo tractanda erit. Illud præteriri non debet, quod *Nuntii*, seu *Nuncii*, utroque enim nomine occurrunt in monumento, aliud non sunt, quam mercenarii, seu servi Monialium ad annum conducti. Cujus quidem rei testimonium suppetit apud Du-Cangium, quod est hujusmodi (*ex Statut. Arel. MSS. art.* 154.) *De Nunciis locandis in festo S. Andreæ. Statuimus, quod illi qui conducent de cetero aliquem, vel alios mercenarios, vel mercenarium ad annum, quod illos conducant a festo S. Andreæ; & idem dicimus de furneriis, & posteriis, & quod omnes Nuncii qui modo sunt locati ad festum S. Michaelis ad alium terminum teneantur stare usque ad festum S. Andreæ ... Ab hoc statuto excipimus pastores ovium, & hoc continere volumus omnes mercenarios, qui ad annum starent cum domibus religiosis*. Et ne forte aliquis putet, hujusmodi exemplum minus conducere ad rem nostram; ex iisdem Patribus Maurinis, qui Glossarium tot præstantissimis monimentis cumularunt, continuo exemplum aliud suppetit; quod non modo Monasteriis congruit, sed ejusdem fere ætatis est, atque illud, quod versamus impræsens. Est enim sententia arbitralis anni 1292. inter Abbatem & Consules de Gimonte, hæc præ aliis continens: *Quod si forte pastores, Nuncii, vel alii Conductitii dicti Domini Abbatis & Conventus dicti Monasterii & Grangiarum ejusdem inveniantur aliquam talam facientes, vel damnum aliquod dantes in vineis, ortis, bladis, &c.* Quæ quidem satis sunt ad illustrandum documentum tot capitibus certum, nullique omnino dubitationi obnoxium. Ex iis unum, in hujusmodi rebus maxime attendendum, est exactissima chronologia tum utriusque Privilegii antiquioris Titularium Episcoporum; tum recentioris, quod dedit Vicarius Urbis. Nobis autem, qui sæpe illud versavimus, non minorem facit fidem characteris varietas: nam chartæ eidem Pergamenæ post annos unum & viginti inscriptum perspeximus.

(*a*) Allatum est supra to. 1. pag. 334. Diploma Clementis VI. unde constat, & locum hunc plenæ Jurisdictionis esse Capituli S. Petri; & excommunicationem ab eo latam in Presbyterum Paulum de Podio Donadei, qui cum iis mulieribus fundare nitebatur eo loci Monasterium Ordinis S. Augustini. Quam quidem excommunicationem Clemens Auctoritate Apostolica confirmavit anno 1344.

(*a*) Carac-

bant, ipſæque Abbatiſſæ, & Moniales vivere non poterant in quiete, nec abſque Animarum periculis virtutum Domino famulari; idem Prædeceſſor per eum, ſuper hiis & aliis tunc expreſſis per bonæ memoriæ Nicolaum (*a*) Tituli ſancti Cyriaci Presbyterum Cardinalem Commiſſarium in hac parte per eumdem Prædeceſſorem ſpecialiter deputatum, plenaria informatione recepta, eaſdem Abbatiſſam, & Moniales dicti Loci ſanctæ Mariæ, de Loco ipſo per eumdem Nicolaum Cardinalem mandavit, & fecit excludi, ac etiam Auctoritate Apoſtolica decerni & ſtatui, quod in Loco Sanctæ Mariæ prædicta Abbatiſſa & Conventus Monialium de cætero non eſſent; ſed Abbatiſſa, & Moniales ipſius Loci ad Monaſterium ſancti Pauli de Podio Donadei dicti Ordinis Sabinen. Diœc., a quo Locus ipſe tunc temporis dependere dicebatur, reverterentur, in eo perpetuo remanſuræ. Et cum deinde ipſæ Abbatiſſa, & Moniales dicti Loci de Loco ipſo propterea receſſiſſent, ac idem Locus vacuus remanſiſſet, idem Urbanus Prædeceſſor bonæ memoriæ, Lucæ (*b*) tituli ſancti Sixti Presbytero Cardinali uniendi, & incorporandi præfatum Locum Sanctæ Mariæ cum Horto ſibi contiguo, & aliis Juribus & pertinentiis ſuis dicto Monaſterio Sanctæ Catharinæ cum competenti recompenſatione facienda per eum de Bonis ipſius Monaſterii Sanctæ Catharinæ præfatis Abbatiſſæ, & Monialibus Loci prædicti, necnon dicto Monaſterio ſancti Pauli, & alias, prout ipſi Lucæ Cardinali videretur, conceſſit liberam poteſtatem. Et tandem dictus Lucas Cardinalis pro pace, & quiete Perſonarum dicti Monaſterii Sanctæ Catharinæ, & illarum, quæ locum præfatum reliquerant, ut præfertur; Locum ipſum cum Horto, Juribus, & pertinentiis ſuis prædictis, quorum decem, eidem Monaſterio Sanctæ Catharinæ, cujus centum & viginti Florenorum auri, ſecundum communem extimationem, fructus, Redditus & Proventus, valorem annuum, ut ipſæ Abbatiſſa & Conventus dicti Monaſterii Sanctæ Catharinæ aſſerunt, non excedunt, cum infraſcripta recompenſatione facta per ipſum Lucam Cardinalem de Bonis prædictis de communi conſenſu & voluntate Abbatiſſarum ſancti Pauli, & Sanctæ Catharinæ Monaſteriorum prædictorum, & eorum Conventuum prædictorum, ac etiam earum quæ dictum Locum reliquerant, ut præfertur, Auctoritate Apoſtolica incorporavit, annexuit, & univit, prout in quibuſdam Litteris, & publico Inſtrumento inde confectis, præfatorum Nicolai, & Lucæ Cardinalium Sigillis munitis, quorum tenores

...anus VI. ...xcluſit ...les pere-...

...um ipſum ...t Monaſt ...bar. Ord.

Eſtimatio ...tum, & ...penſatio ...da.

de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dictorum Abbatiſſæ, & Conventus ejuſdem Monaſterii Sanctæ Catharinæ fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut incorporationi, annexioni, & unioni prædictis, ac aliis in præfatis Litteris & Inſtrumento contentis robur Apoſtolicæ firmitatis adjicere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, incorporationem, annexionem, & unionem hujuſmodi, & quæcumque in Litteris & Inſtrumento prædictis contenta, rata habentes & grata, illa ex certa ſcientia Auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis Scripti patrocinio communimus; ſupplentes omnem defectum, ſi quis intervenerit in eiſdem. Tenores vero Literarum, & Inſtrumenti prædictorum tales ſunt. Nicolaus miſeratione Divina tituli ſancti Cyriaci, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, Commiſſarius ad infraſcripta per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum Dominum Urbanum Divina Providentia Papam VI. ſpecialiter deputatus, dilectis in Chriſto filiabus Franciſcæ Abbatiſſæ Colaſiæ de Palombaria, Catharinæ de Herola, Barbaræ de Podio Donadei, Bartholomææ Mei, Lellæ Fratris Antonii, & Angelæ Converſæ in Loco Sanctæ Mariæ de Virginibus nuncupato de Regione Pontis Almæ Urbis, Ordinis Sancti Auguſtini degentibus; Salutem in Domino, & Mandatis noſtris, imo verius Apoſtolicis, firmiter obedire. Cordi nobis adjacet, in cunctis quæ Miniſterio noſtro imminent peragenda, Deum habere præ oculis, ſine quo nullum rite fundatur exordium, & a perſonis præſertim Sacræ Religioni obnoxiis ſuccidere ſcandalorum materiam, ac Piorum Locorum turbationibus, animarumque periculis, quantum nobis ex alto conceditur, obviare; ſed ipſi cordi potiſſime inſidet juſſa Vicarii Jeſu Chriſti, qui ſupra montem Catholicæ Fidei ſuperna diſpoſitione locatus, Chriſtianæ Religionis eſt poſitus fundamentum, exactæ diligentiæ ſtudio ad ipſius Dei noſtri laudem & gloriam percomplere. Illud autem diræ punctionis aculeo ſauciat mentem noſtram, cum de perſonis quæ Divinis ſunt deputatæ obſequiis, & per vitæ meritum & exemplum tenentur cæteros erudire, talia referuntur, per quæ bonæ voluntatis Hominum turbatur auditus, & inſolentibus datur materia delinquendi. Olim ſiquidem ad audientiam Domini noſtri Papæ prædicti per lamentabilem querelam dilectorum in Chriſto Venerabilis Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & devotarum Servarum Chriſti

Prædicta confirmantur auct. Apoſtol.

Inſtrum. Urbani VI. auct. confectum inſeritur.

Inde patet Capitul. S. Petri opem tuliſſe Monial. S. Cathar.

(*a*) Caracciolum olim Prædicatorum Ordinis Generalem Magiſtrum. (*b*) De Gentilibus Lucerino Epiſcopo.

Christi Abbatissæ & Conventus Monasterii Sanctæ Catharinæ de Regione Pontis Urbis, & Ordinis prædictorum, ac Consanguineorum singularium Personarum Capituli, & Conventus prædictorum, quam plurium videlicet Nobilium Romanorum, ac aliarum spiritualium Personarum non sine turbatione perducto, quod ad ipsum Locum Sanctæ Mariæ de Virginibus, in quo tunc degebatis, prout adhuc degitis, & qui dicto Monasterio Sanctæ Catharinæ solo mediante pariete jungitur; de Monasterio Sancti Pauli de Podio Donadei dicti Ordinis Sabinens. Dioec. a quo ipsum Monasterium Sanctæ Mariæ dependere dinoscitur; per Abbatissam & Conventum ipsius Monasterii S. Pauli mittebantur sæpius scandalosæ & plurimum dissolutæ sorores, viventes adeo inhoneste, quod pudor erat de ipsarum moribus per religiosas, & honestas personas aures suæ Sanctitatis implere: & quod Locus ipse in Monasterium canonice fundatus non erat, nec aliqua dote dotatus fuerat, nec debita clausura vallatus, ut dicebatis, extiterat; ipsumque Locum minus canonicum habuisse principium, quodque muri dicti Loci Sanctæ Mariæ adeo bassi erant, quod per eos undique insolentibus & dissolutis Personis fere liber & scandalosus plurimum ipsis Abbatissæ & Conventui Monasterii Sanctæ Catharinæ, patebat ascensus; ac propter contiguitatem Loci Sanctæ Mariæ, & Monasterii Sanctæ Catharinæ prædictorum a dissolutis Personis ex errore, vel ut in eo personæ hujusmodi usque ad horam dispositam intrandi ad personas Loci hujusmodi, latitarent, non sine gravi infamia visitabantur; & quandocunque nephanda Ensenia(a) quæ personas dicti Loci sanctæ Mariæ per dissolutos eosdem mittebantur, per errorem hujusmodi portabantur ad Monasterium Sanctæ Catharinæ prædictum; ac eleemosynæ & pia suffragia Christifidelium, Abbatissæ & Conventui dicti Monasterii Sanctæ Catharinæ transmissa, propter dictam contiguitatem ex errore simili Personis hujusmodi Loci præfati deferebantur; & quod multa nephanda a Sacris Virginibus dicti Monasterii Sanctæ Catharinæ ex dicto Loco Sanctæ Mariæ quasi continue percipiebantur, & abinde talia etiam, dum Sacris instarent officiis, audiebantur, & quod ipsa Abbatissa, & singulares Personæ Conventus Monasterii Sanctæ Catharinæ præfati, quæ, ut asseritur, sexdecim numero & de Nobilium Romanorum generibus procreatæ existunt, non sperabant, se in Monasterio posse salvari, nisi per dictum Dominum nostrum de salubri remedio provideretur eisdem; idem Dominus noster Capituli, Abbatissæ & Conventus ac Nobilium prædictorum audita querela hujusmodi, nobis dedit vivæ vocis oraculo in mandatis, ut super hiis per nos, & alios inquireremus diligentius veritatem, & informati plenarie de præmissis, quæ super hiis reperiri contingeret, sibi referre summopere curaremus. Et nihilominus idem Dominus noster de omnibus & singulis supradictis, ac de statu tam moderno quam præterito dicti Loci Sanctæ Mariæ informari voluit a pluribus ad majorem rei certitudinem per ipsum. Nos igitur hujusmodi commissione, & mandato dicti Domini nostri Papæ recepto, prout ad hoc tenemur, cum debita reverentia supra Caput, tandem quia aliis ejusdem Domini nostri Papæ, & S. Romanæ Ecclesiæ eramus occupati negociis, etiam inquisitioni hujusmodi non poteramus continue personaliter interesse, nos Venerabilibus Fratribus nostris Augustino Pennen., Curam Pænitentiariæ Domini nostri prædicti regenti, & Antonio Theanen. Episcopis, causarum Curiæ nostræ Auditori, & eorum singulis divisim commisimus, ut ipsorum quilibet de præmissis, ac de toto statu Loci præfati se diligentius informarent, & quæ super hiis reperirent, nobis referre curarent. Cumque tam ex relationibus Commissariorum hujusmodi, quam alias per facti notorium, & famam publicam idem Dominus noster, & nos etiam talia de Personis vestris, & statu dicti Loci comperimus, quæ merito limam Apostolicæ correctionis exposcunt, & non sunt ulterius, ne inficiant plurimos, toleranda, cautiusque honesto tenentur silentio, quam ad vestræ Religionis obprobrium in publicum deducantur; Nos de speciali mandato Domini nostri Papæ prædicti, super hoc denuo vivæ vocis oraculo nobis facto, vobis & cuilibet vestrum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub perpetui carceris & excommunicationis poena, quam, Canonica monitione præmissa, contrafacientes ex vobis incurrere volumus ipso facto, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra unum mensem, videlicet triginta dierum spatium, quorum decem pro primo, decem pro secundo, & decem pro tertio, ultimo, & peremptorio termino vobis, & vestrum singulis præfigimus in his scriptis, dictum Locum Sanctæ Mariæ expeditum & vacuum penitus relinquatis; vosque Francisca Abbatissa, & aliæ ex vobis, quæ a dicto Monasterio Sancti Pauli inconsulte venistis, ad ipsum Monasterium Sancti Pauli infra hujusmodi terminos consultius accedatis, in

Contra peregrinas quar. indoles describitur.

Incommoda Monast. S. Cath. ob vicinitatem.

Card. N. Ca racciol. Commis sar. deput.

Commissio de legat. duob Episc.

Suo jure uten peregrinas ex pellit.

(a) Vox Du-Cangio ignota, quem nihilominus Enseniator non latuit. Utramque autem vocem ab Italico *Insegna* derivatam quis putet? Quid vexillis equestribus cum mulierculis. Equidem Encenia, seu Encænia, Exenia, aut Xenia ejusdem sententiæ voces interpretor, neque a veritate longe abire mihi videor. Nefanda enim munuscula, peccati pretium, recte ab Eleemosynis secernuntur.

(a) Flora-

in eo perpetuo Domino servituræ; tuque filia Bartholomæa, cui in hac parte citra condignum meritum parcimus, ad Monasterium sancti Urbani de dicta Urbe præfati Ordinis, in quo quædam tua Soror eundem Ordinem professa morari asseritur, te personaliter conferas, & resideas in eodem ad pœnitentiam, usque ad ejusdem Domini nostri beneplacitum peragendam. Nos enim de speciali Mandato prædicto dilectis in Christo Abbatissis, & Conventibus sancti Pauli, & sancti Urbani Monasteriorum prædictorum;simili monitione præmissa, sub eadem excommunicationis pœna, tenore præsentium mandamus, ut infra hujusmodi terminos vos & singulas vestrum, prout superius ordinatum est, & ad eas pertinet, recipiant in Monachas, & Sorores, ac de communibus ipsorum Monasteriorum proventibus, sicut aliis Sororibus Monasteriorum eorundem, provideant & faciant provideri, vosque alias sincera in Domino charitate pertractent; privilegiis ac statutis & consuetudinibus Monasteriorum & Ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam de Armenis (*a*) prope Sanctum Petrum an. Domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo die tertia mensis Februarii quint. Indict. Pontificatus præfati Domini nostri Papæ anno quarto. In quorum omnium testimonium præsentes fieri fecimus, & nostri Sigilli appensione muniri. = Lucas miseratione Divina tituli Sancti Sixti, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, & ad infrascripta a Sanctissimo in Christo Patre, & Domino nostro Domino Urbano Divina Providentia Papa VI. Commissarius specialiter deputatus: Dilectis in Christo Abbatissæ, Monialibus & Conventui Monasterii Sanctæ Catharinæ de Regione Pontis almæ Urbis, ac Abbatissæ, Monialibus & Conventui Monasterii Sancti Pauli de Podio Donadei Sabinen. Dioec. Ordinis Sancti Augustini, a quo Monasterio Sancti Pauli Locus Sanctæ Mariæ de Virginibus de Urbe prædicta dependet; Salutem & perpetuum Altissimi famulatum. Dudum fuit dicto Domino nostro Papæ humiliter supplicatum, quod cum dictus Locus Sanctæ Mariæ de Virginibus, qui dicto Monasterio Sanctæ Catharinæ, mediante pariete, jungitur, propter dictam contiguitatem multa scandala, ac clamores inter ipsas Moniales Monasterii, & Loci prædictorum sæpe sæpius insurgebant, propter quæ ipsa Abbatissa & Conventus Sanctæ Catharinæ, ac Abbatissa, & Moniales dicti Loci Sanctæ Mariæ de Virginibus non poterant in pace & quiete, & sine scandalo ac periculo animarum ipsarum in dictis Monasterio, & Loco vivere, ac Domino famulari, nisi per dictum Dominum nostrum Papam adhiberetur super prædictis remedium oportunum; & dictus Dominus noster Papa commiserit oraculo vivæ vocis Reverendissimo Patri Domino Nicolao tituli Sancti Ciriaci Presbytero Cardinali, ut super hiis per se & alios inquireret diligentius veritatem; & informatus plenarie, quæ super hiis reperiret, eidem Domino nostro Papæ referret; & recepta informatione per dictum Dominum Cardinalem de prædictis, & ipso referente dicto Domino nostro Papæ ea, quæ invenerat de prædictis, dictus Dominus noster Papa mandaverit, per eundem Dominum Cardinalem ipsas Abbatissam & Moniales dicti Loci Sanctæ Mariæ de Virginibus de Loco ipso sub certis pœnis, & terminis exire, prout in patentibus litteris mandati dicti Domini Cardinalis jam divulgati, & executi plenius continetur; & ipsæ Abbatissa, & Moniales dicti Loci Sanctæ Mariæ de Virginibus de eo jam exiverint, ipsumque Locum omnino vacuum, in parte discoopertum, ruinosum & conquassatum dimiserint; & dictæ Abbatissa, Moniales & Conventus dicti Monasterii sanctæ Catharinæ dubitent, ne ipse Locus sic vacuatus & conquassatus ad manus aliquorum deveniat, qui præfatis Abbatissæ & Conventui Sanctæ Catharinæ scandalosi existant, quæ desideranter affectant in quiete spiritus, & observantia Regulari virtutum Domino famulari; dignaretur Sanctitas dicti Domini nostri Papæ Locum ipsum, antequam per alios occupetur, eisdem Abbatissæ, & Conventui ac Monasterio Sanctæ Catharinæ unire, annectere, & incorporare, ita quod liceat eisdem Abbatissæ, & Conventui possessionem realem, & corporalem ipsius Loci cum ejus Horto, & aliis juribus & pertinentiis suis absque alterius licentia recipere & perpetuo retinere, ut in ipso Monasterio Sanctæ Catharinæ pro eadem S. perpetuo celebris haberetur memoria in obsequiis Divinorum, cum omnibus non obstantibus, & clausulis oportunis: idem Dominus noster Papa nobis Lucæ Cardinali prædicto vivæ vocis oraculo super hoc nobis facto commisit, ut dictum Locum, Ecclesiam, Domos & Hortum dicti Loci Sanctæ Mariæ de Virginibus cum juribus & pertinentiis suis eisdem Abbatissæ, & Conventui ac Monasterio Sanctæ Catharinæ unire, annectere, & incorporare deberemus, cum competenti remuneratione & recompensatione fienda

Moniales S Cathar. relictum ab iis locum petierant ab Urbano VI.

Qui Card. Lucæ Gentil. rem commisit.

(*a*) Floravantes Martinellus in sua *Roma ex Ethnica Sacra* cap. 12. *de Templis Sanctorum obsoletis in Urbe* pag. 369. ait Ecclesiam S. Mariæ Armenorum extitisse *ultra pontem inter S. Mariam Transpontinam & S. Catharinam Seniorem*.

(*a*) Domum

fienda per dictas Abbatiſſam & Conventum dicti Monaſterii Sanctæ Catharinæ eiſdem Abbatiſſæ & Monialibus Loci Sanctæ Mariæ de Virginibus, ſeu dicto Monaſterio Sancti Pauli de Podio Donadei, a quo Locus ipſe dependet, ſecundum, & prout nobis melius videretur, & placeret. Nos igitur Lucas Cardinalis & Commiſſarius prædictus volentes dictum mandatum Apoſtolicum nobis in hac parte factum reverenter exequi, ut tenemur, & poſt commiſſionem hujuſmodi nobis factam, pro parte veſtra pluries requiſiti, ſuper hiis mature & diligentius inquirentes, ipſum Locum Sanctæ Mariæ de Virginibus cum Domibus & Horto prædictis per certos expertos Magiſtros, quos ibidem miſimus cum noſtro Notario infraſcripto, videri, & appretiari fecimus, & ipſis nobis referentibus, poſt prædicta nos perſonaliter acceſſimus ad Locum prædictum, & ipſum Locum, Domos, & Hortum inſpeximus diligenter, & volentes vobis pacem & quietem, quantum in nobis eſt, dare, ex prædictis & aliis certis, legitimis, juſtis, & rationabilibus cauſis ipſam unionem facere decrevimus, cum muneratione, & recompenſatione, & conceſſione, ac permutatione infraſcriptarum Domorum, quas per expertos Magiſtros videri, & appretiari etiam fecimus diligenter, eaſque decrevimus pro recompenſatione, & remuneratione Loci, Domorum, & Horti prædictorum ipſis Abbatiſſæ & Conventui Loci de Virginibus, ſeu Monaſterii Sancti Pauli prædictorum concedere, & aſſignare. Et ideo auctoritate Apoſtolica prædicta, qua fungimur in hac parte, dictum Locum Sanctæ Mariæ de Virginibus cum Eccleſia, Domibus, Clauſtro, Horto & aliis juribus, & pertinentiis ſuis, poſit. in Regione Pontis in hos fines, videlicet, ab uno latere tenet, & eſt dictum Monaſterium Sanctæ Catharinæ; retro ſunt muri urbis, via mediante; ab aliis lateribus ſunt viæ publicæ, vel ſi qui alii ſunt, vel eſſe poſſunt ad prædicta plures aut veriores confines antiqui vel moderni, vobis Abbatiſſæ, & Conventui ac Monaſterio Sanctæ Catharinæ, veſtriſque, ac illis quæ vobis in officiis, dignitatibus, & locis ſucceſſerint, canonice intraturis, tenore præſentium, omnibus modo, via, jure, & forma, quibus melius poſſumus & debemus, auctoritate prædicta perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus; ita quod liceat deinceps vobis Abbatiſſæ & Conventui dicti Monaſterii Sanctæ Catharinæ vel veſtro Syndico aut Procuratori, ipſius Loci Sanctæ Mariæ de Virginibus cum ejus horto, & Domibus ac Eccleſia, & aliis juribus & pertinentiis ſuis abſque alterius licentia poſſeſſionem corporalem & realem recipere, & perpetuo retinere, dantes, concedentes, & aſſignantes auctoritate prædicta dictis Abbatiſſæ, Monialibus & Conventui dicti Loci Sanctæ Mariæ de Virginibus, & dicto Monaſterio Sancti Pauli de Podio Donadei, a quo dictus Locus Sanctæ Mariæ de Virginibus, ut præfertur, dependebat, pro remuneratione, & recompenſatione, & permutatione dicti Loci, ac Domorum, & horti Sanctæ Mariæ de Virginibus perpetuo Bona omnia infraſcripta dicti Monaſterii Sanctæ Catharinæ, videlicet; unam Domum cum tribus oſtiis ante terrineam, (*a*) & ſolaratam, cum Salis & Cameris in ſe; & cum Puteo communi cum Nardo de Lulibiis intra ſe, & cum quadam Domo terrinea retro ſe, juncta cum dictis Domibus, & cum horticello poſt eas, poſitas in Regione Parionis in Parochia Eccleſiæ Sancti Laurentii in Damaſo inter hos fines, videlicet; ab uno latere tenet Nardus de Lulibiis; ab alio latere tenent hæredes quondam Colæ Philippi; ante eſt via publica; retro eſt Domus infraſcripta. Item unam Domunculam terrineam poſitam in dicta Regione & Parochia, junctam cum Domo prædicta, dicto horto mediante, inter hos fines, videlicet; ab uno latere tenet & eſt Domus Eccleſiæ Sancti Laurentii prædicti, retro eſt hortus prædictus, ante eſt via publica: Item medietatem unius Domus, ſive Palatii terrinei, & ſolarati cum Salis & Cameris intra ſe, & cum duobus vallatoriis (*b*) retro eas verſus flumen, cum oſtiis & introitibus a parte anteriori & poſteriori, poſitas in Regione Sancti Angeli in loco, qui dicitur Lotepio, inter hos fines, videlicet; ab uno latere tenet Paulutius Petrucciæ Molendinarius; ab alio latere eſt viculus, & via, per quam itur, & deſcenditur in ripa fluminis, antea eſt Platea Mercatelli Judæorum; retro eſt dicta ripa fluminis, junctam pro indiviſo cum alia medietate ipſius Domus ſpectante ad Canonicos, Capitulum ac Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe; vel ſi qui ſunt vel eſſe poſſunt ad omnes ſupradictas Domos, plures aut

Ejuſd. Card. decretum pro annexione

Loci ipſius fines deſcribuntur.

Remuneratio ex parte Monial. pro loco Virgin.

(*a*) Domum *Terrineam* & *Solaratam* non ſemel legimus hoc in docum. infra etiam Palatium perinde *Terrineum* & *Solaratum*. Solaratam quidem domum nulla chartarum veterum ope aſſequimur Solariis inſtructam. Quid autem ſibi vult *Terrinea* domus? Du-Cangius exemplis rem obſcuriorem ſibi & nobis reddit, nec tamen fatetur incompertam. *Terream* explicat. Profert nihilominus ex Ughello hoc exemplum: *Oratorium S. Pantaleonis ſuper puſterula cum Scala marmorea, duobus Cubucellis, uno Terrineo, & alio Solarato*. In re tam imbecilla ſi divinandum eſt, divinet Lector.

(*b*) Pergulæ, ſeu potius Mœniana ſunt hæc Vallatoria. Eadem italice *Ballatoj* voce haud abſimili appellantur. A Mœnio cenſore profectum id nomen Feſt. & alii teſtantur. Situs hujus domus ſatis minute hîc deſcriptus commentariis non indiget; quum nullius interſit quiſquilias legere, ubi non deſunt meliora, & graviora, quæ colligantur. Unicam hodie poſſidet Capitulum in regione S. Angeli, quæ eſt intra clauſuram Judæorum, pertinuitque ex Grimaldo ad Monaſt. S. Catharinæ Ord. S. Benedicti de quo infra.

(*a*) Nempe,

aut veriores confines antiqui vel moderni; ad veram & mundam proprietatem, perpetuamque hereditatem, liberas & exemptas ab omni onere servitutis & Census, ita quod liceat dictis Abbatissæ, Monialibus & Conventui dicti loci sanctæ Mariæ de Virginibus, & Abbatissæ, Monialibus & Conventui dicti Monasterii sancti Pauli, a quo dictus locus sanctæ Mariæ de Virginibus dependebat, vel earum Syndico seu Procuratori, dictarum domorum, & medietatis dicti Palatii supra confinatarum, (a) cum Juribus & pertinentiis suis, absque alterius licentia, possessionem corporalem & realem recipere, & perpetuo retinere: alioquin ex nunc unionem, annexionem, incorporationem, recompensationem, & permutationem hujusmodi decernimus esse nullas &
...xionis invalidas, & nullam eas volumus obtinere
...& fir- roboris firmitatem. Prædictas autem unionem, annexionem, incorporationem, necnon remunerationem, recompensationem, & permutationem per nos ex causis rationabilibus, ut præmittitur, factas, & ordinatas cum solemnitatibus in talibus opportunis, auctoritate prædicta pro evidenti bono, commodo, honestate dictorum Monasteriorum, & loci, ac pro salute Animarum dictarum Abbatissarum, & Monialium præsentium & futurarum habere volumus, & decernimus, ac omnia supradicta perpetuam & inviolabilem roboris firmitatem. Quæ omnia sic per nos gesta Abbatissa, & Moniales prædictæ, ac earum Successores teneantur & debeant inviolabiliter perpetuis temporibus observare. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præsentes nostras Litteras seu præsens publicum Instrumentum, dictas unionem, annexionem, incorporationem, necnon remunerationem, recompensationem, & permutationem per nos, ut præmittitur, factas in se continens, per Sabbam Notarium publicum, nostrumque Scribam infrascriptum fieri, scribi & publicari mandavimus, nostrique Sigilli fecimus appensione muniri. Datum, & actum Romæ in hospitio nostræ solitæ habitationis contiguo Basilicæ duodecim Apostolorum de Urbe sub anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo tertio, Indictione sexta, mensis Martii die *A. 1383. 31. Mart. absoluta commissio.*
Martis ultimo, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Urbani Divina Providentia Papæ VI. an. quinto, præsentibus ibidem Venerabilibus & discretis Viris Nicolao Galiocti de Balionibus de Perusio, Dompno Angelo Laurentii Archipresbytero sancti Secundi de Lacu Perusinæ Dioecesis, Dño Scutio Archipresbytero Viterbien. Decretorum Doctore, Dño Antonio Petri de Gualdo Auditoribus dicti Domini Cardinalis, & Dompno Guidone Contosoni de Camerino Canonico Nucerino Cappellano dicti Domini Cardinalis, Testibus ad prædicta vocatis specialiter, & rogatis. Ego Sabbas Nicolai Pauli *Stipulatio & robur Instrum.*
de Gractulis Civis Romanus, Dei gratia, Apostolica & Imperiali Auctoritatibus publicus Notarius, & Scriba dicti Domini Cardinalis, quia prædictis omnibus & singulis, dum sic, ut præmittitur, agerentur & fierent per dictum Dominum Cardinalem, præsens interfui, eaque vidi & audivi, ideo prædicta scripsi, & publicavi rogatus, meumque signum una cum appensione Sigilli dicti Domini Cardinalis apposui consuetum in fidem & testimonium veritatis omnium præmissorum. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, nec ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem *Auctor. Apost. omnia confirmantur.*
Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum II. Idus Julii Pontificatus nostri an. secundo. (b)

Barthol. Placentino & suis Successoribus concedit Jus Patronatus Ecclesiæ, & Hospitalis S. Peregrini, quod utrumque propriis sumtibus instaurarit.

Ex Autogr. Archiv. Bas. Vat. Caps. 10. Fasc. 17.

CH. ... ug.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Hiis, quæ ad usum pauperum pie facta sunt, ut illibata permaneant, libenter cum a nobis requiritur, adjicimus Apostolici muniminis firmitatem. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Bartholomæi dicti Placentini Civis Placentin. Palatii nostri Porterii petitio continebat, quod olim ipse zelo piæ devotionis accensus de propria salute recogitans, & cupiens terrena in cælestia, & transitoria in æterna felici commercio commutare pro suæ, suorumque Animarum salute de Bonis sibi a Deo collatis Ecclesiam sancti

(a) Nempe, quarum domorum, & medietatis Palatii confinia sunt designata.

(b) Hanc Constitutionem Bonif. IX. laudat Florav. Martinellus, cap. 12. pag. 352. *S. Catharinæ*, inquiens, *de regione Pontis Monasterio Monialium uniuntur bona suppressi Monasterii Monialium S. Mariæ de Virginibus de eadem regione Ordinis S. Augustini a Bonif. IX. Const. dat. 2. Id. Jul. Pont. a. 2.*

(a) De

S. Peregrin. olim extramœniana.

ſancti Pelegrini (*a*) extra muros Almæ Urbis, & portam Viridariam juxta viam, qua itur ad noſtram Civitatem Viterbien. ſitam, (*b*) quæ nullos, ut aſſeritur, fructus habet, tunc fere deſolatam, & Rectore carentem, ac reparatione indigentem de noſtra licentia reparavit, & in Hoſpitale pauperum erexit, ac ei unam domum de novo adjunxit, in qua octo Lecti cum eorum Lectiſterniis (*c*) pro receptione pauperum prædictorum ad illud confluentium deputavit. Quare pro parte præfati Bartholomæi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut erectioni, & deputationi hujuſmodi robur Apoſtolicæ Firmitatis adjicere, & jus Patronatus Hoſpitalis ejuſdem ſibi, & Succeſſoribus ſuis utriuſque ſexus perpetuo reſervare de Benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi pium opus plurimum in Domino commendantes, hujuſmodi ipſius Bartholomæi ſupplicationibus inclinati, erectionem, & deputationem prædictas gratas habentes, & ratas, eas Auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus, jus Patronatus prædictum ſibi & Succeſſoribus eiſdem perpetuo reſervantes. Jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuſlibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, communitionis, & reſervationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Eccl. & Hoſpit. jus patronatus.

Salvo jus paroch.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum XVII. Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Indulgentiam Annor. 7. & totidem quadragenarum concedit omnibus Chriſtifidelibus ſubſidium allaturis prædicto Hoſpitali, & Eccleſiæ.

Ex Autogr. Archiv. Bas. caps. 2. faſc. 2.

AN. CH. 1392. *16. Aug.*

Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Literas inſpecturis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ, miſericordiæ operibus prævenire, & æternorum intuitu id ſeminare in Terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in Cælis; firma ſpe, fidutiaque tenentes, quod qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in Benedictionibus de Benedictionibus & metet vitam æternam. Hodie ſiquidem pro parte dilecti filii Bartholomæi dicti Placentini Civis Placentini, Palatii noſtri Porterii, nobis expoſito, quod olim ipſe zelo piæ devotionis accenſus de propria Salute recogitans, ac cupiens Terrena in Cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commertio commutare pro ſuæ, ſuorumque Animarum Salute de Bonis ſibi a Deo collatis Eccleſiam ſancti Pelegrini extra muros Almæ Urbis, & portam Viridariam juxta viam, qua itur ad noſtram Civitatem Viterbienſem ſitam, quæ nullos, ut aſſerebatur fructus habebat, tunc fere deſolatam, & Rectore carentem, ac reparatione indigentem de noſtra licentia reparaverat, & in Hoſpitale Pauperum erexerat, ac

ei

(*a*) De hac Eccleſia Deo in honorem S. Peregrini Epiſcopi Altiſſiodoren. dicata non ſemel occurrit mentio in ſuperiori volumine. In Bullis præcipue S. Leonis IX. an. 1053. Hadriani IV. 1158. Innocentii III. 1205. Gregorii IX. 1228. Repetenda hîc memoria ſunt, quæ adnotantur (*pag.* 29.) ad Bullam S. Leonis IX. in qua Eccleſia iſta una cum Hoſpitali memorantur. Quo inopiæ & Eccleſia & Hoſpitale 340. circiter annorum ſpatio devenerint, ſatis liquet ex hac Bulla. Privati hujus Placentini Civis opibus in aliquo ſtatu eſſe cœpiſſe perinde conſtat ex eadem Bulla. Quum autem Bonifacius uno eodemque die bene de Eccleſia & Hoſpitali meritum civem honore proſequatur; omneſque Chriſtifideles hortetur, atque Indulgentiæ largitione alliciat, ut eleemoſynis inſiſtant in idem opus: hinc facile quiſque colligat, quanti fuerit inſtauratio, dotatioque hujuſmodi. De Jure item Patronatus inſtauratori conceſſo in Eccleſia, quam tot Pontificum Bonifacii Prædeceſſorum Bullæ Capitulo Baſilicæ S. Petri vindicant, incompertum mihi eſt quid evenerit. Id certum ſcio, quod anno 1658. die 29. Octobris idem Capitulum utens jure ſuo, ejuſdem Eccleſiæ cum quibuſcumque adnexis domibus &c. conceſſit uſum Cohorti Prætoriæ, ſeu Cuſtodiæ Helveticæ ſub annuo Cenſu Scutor. 20. ſolven. in feſto S. Peregrini.

(*b*) Quam hodie videmus prope Eccleſiam S. Annæ Parafrenariorum nuncupatæ, extramœniana erat Bonifacii tempore; quum Leonina Civitas nec continenti nec tam amplo murorum ambitu cingebatur. Paulus III. an. 1543. Alexandro Vitellio præſidiis, bellicisque operibus præfecto id munus impoſuit primus: ſubſequuti deinde Pontifices in adeo neceſſarium opus inſtiterunt, quoad Urbanus VIII. perfecit quale, & quantum cernimus noſtro ævo. Bonifacio autem IX. præcipua illa laus debetur, quod munita mole Hadriani, mœnibuſque ac turribus antiquis, Populi Rom. vires fregit, ac verum Urbis Dominum ſe præbuit. Quæ dicta velim, ne quis forte topographiam Urbis eorum temporum parum callens, tum de hac S. Peregrini Eccleſia extramœniana Bonifacium loquentem parum aſſequatur: tum S. Catharinæ Monaſterium ab Urbis mœnibus via dumtaxat publica disjunctum audiens, erraſſe nos putet, ubi exiguæ admodum molis illud fuiſſe diximus.

(*c*) Superſtitioſa Rom. reip. voce, quum falſis numinibus pulvinaria, & epulas parabat in re trepida, non ſolum Bonifacius utitur, ſed multo antiquiora exempla ſuppetunt apud Du-Cang. Id tamen diſcriminis notandum, quod Eccleſiaſticis in documentis Lectiſternium pro iis dumtaxat quæ ad lectum pertinent, accipitur, & plerumque pro omni apparatu ipſius lecti, ut in hac Bonifacii Bulla. Huc accedit Auctoritas Petri Amelii in ſuo Ord. Rom. cap. 149. apud Mabill. Mus. Ital. to. 2. pag. 532. *Faciant parari Cameras ſuas cum Cortinis ſuis, & Lectiſterniis ſine palea, niſi eſſet in frigoribus.* De Conclavi rem habet.

(*a*) Duo

ei unam domum de novo adjunxerat, in qua octo Lectos, cum eorum Lectisterniis, pro receptione Pauperum prædictorum ad illud confluentium, deputarat. Nos erectionem, & deputationem hujusmodi gratas habentes & ratas, eas auctoritate Apostolica confirmavimus, & Jus Patronatus Hospitalis ejusdem sibi, & successoribus suis utriusque sexus perpetuo reservavimus. Jure tamen Parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo, prout in nostris inde confectis Literis plenius continetur. Cum itaque sicut accepimus ad sustentationem, & recreationem Pauperum prædictorum Christifidelium suffragia sint plurimum opportuna, Universitatem vestram attente requirimus, & hortamur in remissionem peccaminum; vobis nihilominus injungentes, quatenus de Bonis vobis a Deo collatis ad sustentationem, & recreationem Pauperum prædictorum pias eleemosynas, & grata caritatis subsidia erogetis, ut per vestram subventionem hujusmodi iidem Pauperes inibi sustentari & recreari valeant, & vos per hæc, & alia bona opera, quæ inspirante Domino feceritis, possitis ad æternæ Felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad sustentationem, & recreationem prædictas, manus porrexerint adjutrices, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus. Præsentibus post decennium minime valituris. (*a*) Quas mitti per quæstuarios districtius inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Volumus autem, quod si alias ad sustentationem, & recreationem prædictas seu ad conservationem, vel Fabricam dicti Hospitalis, aut alias inibi pias eleemosynas erogantibus, seu aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum lapsum duratura per nos concessa fuerit, hujusmodi præsentes Literæ nullius existant roboris, vel momenti.

...tronat. ...concef. ...ndator.

Indulgent. 7. annor. concedit contribuentibus eleemos.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, decimoseptimo Kalendas Septembris, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Monasterii in Roto dicti Ecclesiam septies visitantibus & in ejusdem Cœnobii reparationem subsidia conferentibus, plenissimam culparum remissionem perinde ac si ad Basilicas SS. Petri & Pauli, necnon Ecclesiam Lateranens. & Liberianam anno Jubilæi 1390. accessissent, elargitur ad tempus, eaque lege, ut ex pecuniis quas cum in itinere ad Urbem, tum in Religiosis oblationibus ibidem faciendis expensuri fuissent, pars quidem altera ipsi Monasterio reficiendo, altera vero Sacrarum Ædium Romanarum Fabricis insumatur.

Ex Regesto 3. Epistol. divers. Bonif. IX. fol. 374. apud Archiv. Apost. Vatic.

CH. ...95. ...ug.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Universis Christifidelibus præsentes Litteras inspecturis; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ecclesiarum & Monasteriorum restaurationibus & aliis necessitatibus manus porrigere adjutrices, pium apud Deum & meritorium reputantes, frequenter Christifideles ad impendendum Ecclesiis & Monasteriis ipsis auxilium nostris Litteris exhortamur; & ut ad id eo ferventius animentur, quo majus ex hoc Animarum commodum se speraverint adipisci,

Orditur a meritis contribuentium in pia opera.

(*a*) Duo hîc suppetunt notatu digna; quantitas indulgentiæ; & ejusdem modus certus. Ad quantitatem quod spectat, superiori seculo seu decimo tertio D. Thomas (*dist.* 20. *q.* 1. *art.* 3.) testis erat, Romanum Pontificem consuevisse indulgere septem annos de injunctis pœnitentiis: *sicut*, inquit, *Papa dat, ut qui vadit ad unam ecclesiam habeat septem annos de indulgentia.* Perinde hîc vides, Bonifacium seculo XIV. exeunte, majoris etiam momenti causa accedente, septem dumtaxat indulgentiæ annos ac totidem quadragenas elargitum; ut an. 1351. Clemens VI. fecerat (*sup.* to. 1. *pag.* 343.) & Clemens IV. ante eum meminit, instauravitque similem antiquiorem Indulg. *pag.* 213. ne fierent scilicet, ut ait Baronius (*an.* 847. *n.* 4.) remissiores vasta Indulgentiarum laxitate fideles. Quam proinde laudabilem consuetudinem revocare aggressum esse, idem Em. ac Ven. Annalista testatur Clementem VIII. divino instinctu. Plenariam vero Indulgentiam anno Jubilæi adnexam a Bonifacio VIII. sancte adeo coluerunt Successores, ut idem Bonifacius IX. Jubilæi annum 400. celebrari permiserit; tametsi ante annos decem dumtaxat, Urbano VI. indicente, ut monui supra, aliud Jubilæum celebratum fuerat cujus plenariam Indulgentiam extendit post quinquennium ad Diœcesim Constantiensem: ut mox videbimus. Caput alterum est de septennis Indulgentiæ modo: ut nimirum ultra decennium ea largitio non extenderetur, quamquam perpetuæ etiam paulo infra fiat mentio: quod invaluisse jam consuetudinem, ut Indulgentiæ non modo ad certum tempus, sed etiam in perpetuum concederentur, ostendit. Consule *to.* 1. *pag.* 124. *not.* (*a*) ipsa in Vatic. Basilica omnium Ecclesiar. principe intelliges, perpetuas hujusmodi Indulgentias admodum tenues extitisse. Quamobrem neque iis faciles præbendæ aures sunt, qui suppositis freti documentis, Indulgentias perpetuas, & plenarias ab ipsa S. Silvestri ætate revocant: neque iis qui sequiorum ætatum abusu a quibusdam Episcopis in Ecclesiam invecto male utuntur in S. Sedem. Ea siquidem & ejusmodi abusum condemnavit; & summam semper moderationem adhibuit hac in re. Nostro autem ævo haud nimia videretur laxitas ipsa in S. Sede: ubi sanctissi-

adipiſci, nonnunquam pro hiis temporalibus ſuffragiis Spiritualia eis munera, videlicet remiſſiones & Indulgentias elargimur. Sane dudum felicis record. Urbanus Papa VI. Prædeceſſor noſter ex certis rationabilibus cauſis ad id ſuum inducentibus animum, de fratrum ſuorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ex quorum numero tunc eramus, conſilio & Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine ſtatuit, ut univerſi Chriſtifideles vere pœnitentes & confeſſi, qui in anno a Nativitate Domini noſtri Jesu Christi milleſimo trecenteſimo nonageſimo præterito, tunc futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de trigintatribus annis in trigintatres annos, Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Baſilicas ac Lateranen. & S. Mariæ Majoris de Urbe Eccleſias, cauſa devotionis perſonaliter viſitarent pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum veniam conſequerentur: ita videlicet, quod quicumque vellet hujuſmodi Indulgentiam aſſequi, ſi Romanus, ad minus triginta continuis vel interpellatis ſemel ſaltem in die; ſi vero Peregrinus aut Forenſis exiſteret, modo ſimili quindecim diebus ad eaſdem Baſilicas & Eccleſias accedere teneretur, prout in dicti Prædeceſſoris inde confectis Litteris plenius continetur. Cum itaque, ſicut tam Litteris nonnullorum Ducum & Principum & aliorum Dominorum nonnullarum partium Alamanniæ, quam fidedignorum relatione diſplicenter percepimus, Monaſterium in Rot Præmonſtraten. Ordinis, Conſtantien. Dioceſis, quod olim inter opulentiora & ſolemniora ipſarum partium Monaſteria reputabatur, & in quo non modicus Monachorum & Miniſtrorum numerus ſuſtentabatur, & Divinus Cultus devotiſſime peragebatur, ac magna Hoſpitalitas ſervabatur; adeo propter guerras, quæ ipſas partes inhumaniter afflixerunt, & ſterilitates fructuum ac alia inconvenientia ſit in ſuis facultatibus diminutum, & ad tantam devenerit inopiam; quod vix unus Abbas cum duobus Monachis inibi poſſunt commode ſuſtentari: & quod, niſi per Apoſtolicæ Sedis clementiam & Chriſtifidelium pia ſubſidia de alicujus ſubventionis auxilio ei provideatur, de ejus totali exterminio ſine ſpe recuperationis veriſimiliter formidatur: Nos cupientes, prout ex debito Paſtoralis Officii tenemur, quod Monaſterium ipſum decenter reſtauretur, dignum cenſemus & congruum, ut ipſos Chriſticolas ad pie ſubveniendum eidem Monaſterio excitemus, & eos de theſauro Sacroſanctæ ac univerſalis Eccleſiæ & pretioſi ſanguinis Domini noſtri Jesu Christi & Apoſtolorum & Martyrum, quorum patrociniis gloriamur, ditemus ac ſpiritualium gratiarum muneribus confoveamus, ut omnibus proficiat ad ſalutem, & ad eandem ſubventionem eo ferventius animentur, quo ex hoc majoris retributionis merita ſe ſperaverint adepturos. Horum igitur conſideratione inducti, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus, ut Confeſſor, quem ex viginti aut paucioribus vel pluribus, ſi neceſſe fuerit, preſbyteris idoneis, ſecularibus vel regularibus, quos dilecti Filii Abbas & Conventus dicti Monaſterii, ac fructuum & Proventuum Cameræ Apoſtolicæ in illis partibus debitorum Collector ad hoc duxerint in eodem Monaſterio deputandos, quælibet perſonarum Civitatis & dictæ Dioceſis Conſtantien. & circumſtantium partium per tres dietas vulgares vel uſuales a finibus Civitatis & Dioceſis prædictarum immediate computandas, & etiam forenſium Nobilium Mercatorum & aliorum ibidem caſualiter venientium, ac etiam illarum perſonarum, quæ dictas Baſilicas prædicto anno viſitarunt, aut alias hujuſmodi Indulgentiam auctoritate Apoſtolica obtinuerunt, & quæ hujuſmodi Indulgentiam aſſequi voluerint, utriuſque ſexus; etiamſi alicujus Religionis vel Ordinis fuerint, & etiamſi Pontificali vel alia præfulgeant dignitate, elegerit; perſonis eiſdem & earum cuilibet, quæ hoc humiliter voluerint ſeu noverint, vere pœnitentibus & confeſſis, eadem auctoritate Apoſtolica concedere valeat, quod ipſæ perſonæ & earum quælibet vere pœnitentes & confeſſæ, quæ Eccleſiam dicti Monaſterii ſeptem aut paucioribus, ſi, & prout idem Confeſſor duxerit ordinandum, diebus continuis vel interpolatis ſemel ſaltem in die a die prima menſis Octobris proxime futuri uſque ad tres Menſes ex tunc immediate computandos incluſive viſitaverint, & ad reſtaurationem hujuſmodi manus porrexerint adjutrices, illæ videlicet ex dictis perſonis, quæ commode poterunt, quæ vero propter ſenectutem vel adverſam valitudinem ſeu Religionis honeſtatem aut aliud impedimentum legitimum, viſitationem hujuſmodi decenter & commode facere nequiverint, loco viſitationis ipſius alia opera pietatis fecerint, aut orationes dixerint, ſeu aliam perſonam, quæ dictam viſitationem pro

Ann. Jubil. 1390. ab Urbano VI. celebr. mentio.

Monaſt. prædicti status infelix.

Eidem re... rando Fidel... opem expoſc...

Pro ii... læum pro... extendit.

ma Concilii Trid. decreta, & doctiſſimorum ſententiæ Theologorum de infinito Chriſti meritorum theſauro attenderentur. Vere enim pœnitentibus & confeſſis quo majora parantur præſidia, eo tutior ad cæleſtem patriam via ſternitur. Cœterum Bonifacii IX. ævo ea erat Indulgentiæ diſciplina, quam D. Thomas agnovit ſuperiori ſeculo: quicquid ſit de perpetua indulgentia, quam hîc, & infra Boniſacius commemorat, & de alia Indulgentia portiunculæ, quam pariter novit Bonifacius, ut infra palam fiet. Non unum ſuperiori volumine nobis ſuppetit teſtimonium Pontificiæ illius moderationis. Illud præcipue notari velim *pag.* 262. quod Joannes XXI. an. 1322. omnibus Chriſtifidelibus eleemoſynas ſuppeditantibus pro inſtauratione Baſilicæ Vatic. indulgentiam unius anni ad biennium concedit. Paulo infra de eadem re agendum erit.

(*a*) Magna

ipsis faciat, ad ipsam Ecclesiam destinaverint, prout dictus Confessor, qui etiam ad dictas Personas taliter impeditas causa earum confessionem audiendi, & hujusmodi Indulgentiam eis concedendi, ac præmissa omnia & singula faciendi, accedere possit, eis taliter impeditis duxerit injungendum, hujusmodi Indulgentiam per dictum Urbanum Prædecessorem nostrum ut præfertur concessam, plenissimam consequantur, & earum quælibet consequatur, prout illi qui infra annum hujusmodi per dictum Prædecessorem deputatum, ut præfertur, ad ipsam Urbem propterea personaliter venerunt & Basilicas & Ecclesias Urbis prædictas visitarunt, consecuti fuerunt. Sic tamen, quod labore personali, quem Personæ hujusmodi passæ fuissent, si ad ipsam Urbem propterea personaliter venissent, & Basilicas ac Ecclesias Urbis prædictas propterea visitassent, ut præfertur; juxta arbitrium Confessoris ejusdem, eisdem Personis in alia opera pietatis commutato, ipsæ Personæ expensas quas Personæ ipsæ in itinere ad ipsam Urbem veniendi & in ea morandi ac de ea ad propria redeundi secundum sui decentiam facturæ, & oblationes quas Basilicis & Ecclesiis Urbis prædictis si ad illas dicta de causa personaliter venissent, donaturæ fuissent, duabus idoneis & fidelibus Personis per ipsos Abbatem & Conventum ac Collectorem ad hoc deputandis; quæ quidem Personæ sic ad hoc deputatæ, hujusmodi expensas arbitrio suo, prout sibi secundum condecentiam personarum hujusmodi Indulgentiam assequi volentium videbitur faciendum, moderare, taxare, & cum ipsis Personis super eis componere & ordinare, ac Pauperibus & Religiosis Personis hujusmodi expensas solvere non valentibus in totum vel in parte remittere valeant, super quibus ipsarum & Personarum deputandarum hujusmodi Conscientias oneramus; assignare fideliter teneantur: quodque omnia & singula, quæ propterea fuerant assignata, eisdem Abbati & Conventui ac Collectori per easdem Personas, quibus fuerint assignata, integraliter tradantur & assignentur; quæ per eosdem Abbatem & Conventum ac Collectorem in loco tuto penes ydoneam, seu ydoneas & fideles ac sufficientes Personam seu Personas, ad ea conservandum integraliter deponantur. Volumus etiam, quod medietas assignatorum hujusmodi necnon oblationum, quæ per hujusmodi Personas super Altaribus ipsius Monasterii fient, per ipsos duos Receptores prædictorum assignatorum, aut alios per Abbatem & Conventum ac Collectorem prædictos ad hoc deputandos, integraliter colligendarum, ad eandem Urbem in Basilicarum & Ecclesiarum dictæ Urbis, earundem Fabricis, sicut duxerimus ordinandum, convertenda quantocitius commode & secure fieri poterit, integre & fideliter per Abbatem & Collectorem prædictos transmittatur. Alia vero medietas in ejusdem Monasterii restauratione per eosdem Abbatem & Conventum integre omnimode convertatur, eorum & cujuslibet ipsorum super hoc Conscientias onerando. Nulli ergo &c. nostræ Constitutionis & ordinationis ac voluntatis &c. Siquis &c.

Ejusdem pius usus pro Fabricis Sacris Urbis & Monast.

Datum Romæ apud sanctum Petrum II. Nonas Augusti Anno sexto.

Indulgentiam Ecclesiæ S. Mariæ de Angelis dictæ in Portiuncula olim concessam elargitur Monasterii S. Catharinæ Ecclesiam visitantibus die ejus festo quotannis.

Ex Autogr. Archiv. Bas. Caps. 2. fasc. 2.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Splendor paternæ gloriæ, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius Majestate sperantium tunc benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas Sanctorum precibus, & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut Ecclesia Monasterii Monialium Sanctæ Catherinæ de Urbe Ordinis Sancti Augustini congruis honoribus frequentetur, & ut Christifideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem, quo ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui in festivitate beatæ Catherinæ Virginis, & Martyris a primis Vesperis usque ad secundos Vesperos ipsius festivitatis prædictam Ecclesiam devote visitaverint annuatim illam Indulgentiam, & remissionem peccatorum concedimus, quam Ecclesiam B. Mariæ in Portiuncula dictam de Angelis extra muros Assisinat. primo, & secundo diebus mensis Augusti visitantes annuatim quomodolibet (a) consequuntur. Volumus autem quod si alias visitantibus dictam Ecclesiam Sanctæ Catherinæ

Portiunculæ Indulg. concedit.

(a) Magna utitur prudentia Pontifex. Vulgata jam tum erat Indulgentia non ab Romano ullo Pontifice (id enim moris nondum

rinæ, vel ad ejus Fabricam manus porrigentibus adjutrices, aut alias inibi pias eleemosinas erogantibus, seu alias inibi aliqua alia Iudulgentia imperpetuum, vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, præsentes Litteræ nullius existant roboris, vel momenti.

Datum Romæ apud sanctum Petrum X. Kal. Decembris, Pontificatus nostri Anno septimo.

Monasterii S. Margaritæ Ord. Bened. in civitate Perusii unio cum Monast. S. Bernardi Ord. S. Aug. extra Perusium juris Capituli S. Petri. Abbatissæ & Monialibus S. Margaritæ duplex tributum injungitur solvendum quotannis Capitulo: quare quod hucusque mediam libram croci a Monialibus S. Bernardi consuevit accipere, hinc annuam libram a Monialibus S. Margaritæ post factam hujusmodi unionem accepit. Præterea Capitulum acquirit jus confirmandi electionem Abbatissæ & visitandi Monasterium &c. una cum Episcopo.

Ex Autogr. in Archiv. Basil. Caps 5. fasc. 262.

Copia cujusdam Papalis bullæ Scriptæ in carta pecudin. cum bulla plumbea pendente ad Cordulam Canapis, cum visibus Beatorum Petri & Pauli, ac Litteris sic dicentibus: S. pa. S. pe. ab una parte sculptis, ab altera vero parte ipsius Bullæ erant Litteræ sic dicentes V. Bonifatius P. P. IX. cum signis, & Literis in carta ipsa repertis, est hæc videlicet.

AN. CH. 1396. 26. Aug.

Bonifatius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Nicolao Episcopo Calien. in Civitate nostra Perusin. commoranti; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dudum per nos accepto, quod Monasterium sanctæ Margaretæ Perusin., Ordinis sancti Benedicti, in quo dilectæ in Christo filiæ.. Abbatissa, & singulæ Moniales ejusdem Monasterii sub perpetua Clausura Domino

---

nondum invaluerat) sed ab ipso Jesu Christo Dei Filio mirabiliter concessa Ecclesiæ S. Mariæ in Portiuncula, quam confirmatam ajunt ab Honorio III. Ipsissimam vero Indulgentiam quæ vulgabatur, Bonifacius concedit Monasterio S. Catharinæ. Non autem plenariam, nec certi alîus definiti annorum numeri Indulgentiam declarat: ne infrequentior fieret, ni fallor, Christifidelium accessus ad sacram illam ædem sanctissimi viri Francisci, Ordinis Minorum Institutoris, pretiosa morte conspicuam. Qualis vulgo habebatur, ab eo relinquitur: *quomodolibet*, inquit, *consequuntur*. Qualem vero is crederet, tum ante tres menses demonstrarat; ubi plenariam ut largiretur Indulgentiam, extendit illam, quæ anno Jubilæi ante annos quinque celebrati adnexa erat, quemadmodum nuper vidimus; tum præcipue palam facit hac in Constitutione, quam nullius vult esse roboris, si alia Indulgentia aut perpetua, aut ad certum tempus nondum elapsum Monasterio eidem concessa fuerit. Neque enim præclara deerant vestigia Prædecessorum, quæ legeret, de Indulgentiis præcipuæ ipsi Ecclesiarum urbis adnexis. Quam ad rem satis est repetere quas nostra in collectione vulgavimus.

Anno 1240. (*pag.* 123. *to.* 1.) Gregorius IX. visitantibus Basilicam Principis Apostolor. a festo Pentecostes ad octavam Apostolorum concedit perpetuam Indulgentiam trium annorum & totidem quadragenarum. Eamdem Urbanus IV. an. 1263. (*pag.* 143.) usque ad festum B. Petri ad vincula extendit. Ante Urbanum Alexander IV. an. 1260. (*pag.* 141.) annos duos, totidem quadragenas indulserat visitantibus Basilicam in festo S. Marci. Anno 1279. Nicolaus III. (*pag.* 202.) annum unum dies quadraginta indulsit visitantibus Altare S. Nicolai ab se erectum & ipso die, & in Anniversario dedicationis. Plures concessit Nicolaus IV. an. 1279. & sequenti (*pag.* 213. 214. & 221.) Eidem Basilicæ, nullam vero ampliorem annis septem, ac totidem quadragenis. Notanda autem sunt verba Constitutionis: *Sicut ad nos tam ex Scriptis antiquis in Basilica ipsa repertis, quam ex seniorum Canonicorum ejusdem Basilicæ relatione pervenit, prædicti Prædecessores omnibus vere pœnitentibus & confessis* &c. Deinde enumerat dies certos, queis Indulgentiam adnectit. Bonifacius VIII. primus omnium Basilicæ Principis Apostolorum Indulgentiam plenariam concessit centesimo quoque anno, idque primum an. 1300. *remissiones magnas & Indulgentias peccatorum* concessas memorans, & confirmans (*pag.* 225.) visitantibus Basilicam B. Petri; eamdemque extendit ad B. Pauli: quæ est institutio anni Jubilæi. Præter hanc anni Jubilæi, nequaquam invenietur alia plenaria Christifidelibus Ecclesias visitantibus aut pias pro iis eleemosynas conferentibus concessa, ante hæc tempora, quibus versamur. Namque Joannes XXII. vix annum unum *de injunctis pœnitentiis* indulsit an. 1322. (*pag.* 262.) conferentibus pias eleemosynas ad instaurandam Basilicam S. Petri, per biennium: & Benedictus XII. an. 1337. (*pag.* 301.) centum solos dies ad biennium pro eadem causa. Omnium liberalissimus fuisse videtur Clemens VI. qui an. 1351 (*pag.* 342.) septem annos, ac totidem Quadragenas indulsit ad decennium subsidia conferentibus in eamdem rem. Bonifacium IX. jam superius vidimus extendisse Indulgentiam plenariam anni Jubilæi. Atque hæc satis sunt, inquam, ad demonstrandum, qualem Bonifacius idem crederet Indulgentiam ab se concessam monialibus S. Catharinæ.

Et vero neminem omnium latet, quanti tum esset plenaria Indulgentia, quæ Canonicam disciplinam Apostolica auctoritate tollebat. Saluberrime eam quidem excogitatam sub finem seculi XI. ad obsistendum hostibus Christiani nominis Victor II. elargitus est crucem & arma sumentibus in Saracenos Africæ: Urbanus II. idem præstitit, ut Sacra Jerusalem loca ex ejusdem sectæ hominum manibus eriperentur. Hos subinde imitati sunt Successores: unde celeberrima illa nomina *Cruciatæ*, *Passagii*, *Belli Sacri* omnibus nota. Hujusmodi plenariæ Indulgentiæ retinentissimi per duo sequentia secula fuerunt Pontifices, ne in maximis Ecclesiæ necessitatibus evulgata, Passagia, seu Cruciatas infrequentes redderet. Ejusdem veluti consectaria est plenaria Jubilæi, quam Seculo XV. ad quintum & vicesimum annum reduxerunt Pontifices pro communi Christifidelium utilitate. Indulgentiæ cæteræ aut perpetuæ illæ essent, aut ad certum tempus, vix septem annos de injunctis pœnitentiis, immo ne vix quidem excessisse inveniuntur. Ab ipsis Ecclesiæ incunabulis & Pontifices, & Episcopi pro sua auctoritate indulserunt plures paucioresve annos pœnitentibus, pro illorum fervore atque constantia in obeundis pœnitentiis. At Romani Pontifices, ad quos unos plenariæ Indulgentiæ pertinet elargitio, supremæ suæ potestati diutissime temperarunt, tum ne nuper allatis causis detrimentum inferrent; tum ne nimia facilitate disciplina Ecclesiastica enervaretur, ut ait Concil. Trident. (*sess.* 25. *decr. de Indulg.*)

(*a*) De

mino famulabantur, adeo existeret in suis facultatibus diminutum, quod Abbatissa, & Moniales præfatæ exinde substentari, & onera eis incumbentia supportare congrue non possent, ac pro supportatione commodiori onerum prædictorum eisdem Abbatissæ, & dilectis in Christo filiabus & Conventui dicti Monasterii Apostolicum suffragium esset non mediocriter opportunum, ac etiam in Monasterio sancti Bernardi extra muros Perusin. Ordinis sancti Augustini, quod Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe subesse dicitur, dilectæ in Christo filiæ . . Abbatissa, & Conventus dicti Monasterii sancti Bernardi, quæ in signum subjectionis hujusmodi dilectis filiis Capitulo ejusdem Basilicæ censum mediæ libræ Croci singulis annis solvere tenerentur, infra viginti annos tunc proxime præteritos, aut circha, residentiam non fecissent, neque facerent personalem; sed interim in privatis ædibus in Civitate nostra Perusin. moram traxissent, & traherent, & de hujusmodi Conventu Monasterii sancti Bernardi quinque Moniales ætatis maturæ adhuc reperirentur, dumtaxat in eadem Civitate, ut præmittitur, commorantes, quodque si prædictum Monasterium sancti Bernardi, eidem Monasterio sanctæ Margaretæ uniretur, per hoc cultus Divinus in eodem Monasterio sanctæ Margaretæ accresceret, ac ipsæ Abbatissa, & Moniales sanctæ Margaretæ sustentari, & hujusmodi eis incumbentia onera commodius supportare, ac utique prædictæ quinque Moniales dicti Monasterii sancti Bernardi in eodem Monasterio sanctæ Margaretæ sub regulari observantia quiete ac decenter Domino famulari pro tempore possent, quas ipsæ Abbatissa, & Conventus Monasterii sanctæ Margaretæ benigne tractare ipsisque quoad viverent de communibus ipsorum Monasteriorum proventibus vellent congrue providere. Nos tibi per alias nostras Litteras commisimus, ut prædictum Monasterium sancti Bernardi cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem Monasterio sanctæ Margaretæ auctoritate Apostolica perpetuo unires, & annecteres; ita quod prædictæ Abbatissa, & Conventus Monasterii sanctæ Margaretæ corporalem possessionem Monasterii sancti Bernardi, juriumque, & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria apprehendere, nec non hujusmodi fructus, redditus, & proventus ejusdem Monasterii sancti Bernardi, in earum, & dicti Monasterii sanctæ Margaretæ usus, necnon supportationem onerum prædictorum convertere libere, & licite pro tempore valerent Diocesani Loci, & alterius cujuscumque super hæc licentia, seu consensu minime requisitis. Ita tamen, quod prædictæ quinque Moniales ejusdem Monasterii sancti Bernardi ad dictum Monasterium sanctæ Margaretæ non obstante quod alterius coloris, & formæ in eodem Monasterio sancti Bernardi, quam in dicto Monasterio sanctæ Margaretæ habitus gereretur, & haberetur, transire, ac in eo pro tempore hujusmodi habitum, qui in eodem Monasterio sanctæ Margaretæ gerebatur, & habebatur portare, ac institutis regularibus ejusdem Monasterii sanctæ Margaretæ una cum eisdem Abbatissa, & Conventu dicti Monasterii sanctæ Margaretæ vivere tenerentur, quas per easdem Abbatissam, & Conventum dicti Monasterii sanctæ Margaretæ recipi voluimus in eodem Monasterio sanctæ Margaretæ in Moniales, & Sorores, sibique juxta consuetudinem ipsius Monasterii sanctæ Margaretæ proventibus, sicut aliis ejusdem Monasterii sanctæ Margaretæ' Monialibus integre provideri, easque inibi sincera in Domino caritate tractari, Contradictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Ita tamen quod de cetero non reciperetur aliqua in Monialem dicti Monasterii sancti Bernardi, sed de ipsius Monasterii sanctæ Margaretæ proventibus ipsis per ydoneum Sacerdotem in Ecclesia dicti Monasterii sancti Bernardi Missæ, & alia Divina Offitia pro tempore celebrentur, & ne prædictum Capitulum querelari possent, se per hujusmodi incorporationem, annectionem, & unionem fore gravatos, voluimus etiam, & auctoritate prædicta decrevimus quod si te incorporationem, unionem, & annectionem præfatas facere contigeret, quod Abbatissa existens pro tempore dicti Monasterii sanctæ Margaretæ ac hujusmodi Conventus loco dictæ mediæ libræ nomine dicti census, singulis annis integram liberam croci perpetuis futuris temporibus eisdem Capitulo in solutionis termino consueto efficaciter solvere forent astrictæ, prout in ipsis Litteris plenius continetur. Cum autem sicut nuper accepimus tu in hujusmodi executionis procedens negotio, quia præmissa reperisti veritate fulciri, dictum Monasterium sancti Bernardi eidem Monasterio sanctæ Margaretæ auctoritate dictarum Litterarum perpetuo univeris, annexueris, & incorporaveris, & nonnullos processus feceris in talibus fieri consuetos, monens inter cætera prædictas quinque Moniales, ut ad dictum Monasterium sanctæ Margaretæ transirent ibidem cum Abbatissa, & Conventu prædicti Monasterii sanctæ Margaretæ, quoad viverent Domino famulando; Alioquin in ipsas Moniales ac Contradictores quoslibet, & rebelles diversas excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias promulgando, sed prædictæ quinque Moniales, ac etiam Capitulum hujusmodi asserentes se per Litteras, & processus antedictos indebite fore grava-

Professionis diversit. non obstante.

Census dupl. illi post union. impositus.

Pœnæ proposita Monial. S. Bern. non obtemperan.

gravatos, ab eisdem ad Sedem Apostolicam appellarint. Nos causam appellationis hujusmodi, & negotii principalis dilecto filio Magistro Jacobo de Aquila Capellano nostro, & Auditori causarum Palatii Apostolici ad instantiam Capituli, & quinque Monialium hujusmodi audiendam commisimus, & fine debito terminandam, qui quidem Auditor in causa hujusmodi ad nonnullos actus dicitur processisse. Nos hujusmodi causam coram eodem Auditore inter partes ipsas indecise pendentem, auctoritate Apostolica extinguimus per præsentes, ac volentes quod prædicta unio sortiatur effectum; Motu proprio, non ad ipsarum Abbatissæ, & Conventus dicti Monasterii sanctæ Margaretæ, vel alterius pro eis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, fraternitati tuæ per Apostolica Scripta mandamus, quatinus ad ulteriorem executionem prædictarum Litterarum per nos tibi directarum auctoritate nostra procedens, & legitimis super hiis habitis processibus hujusmodi observatis, eos quotiens expedierit, aggravare procures, invocato ad hoc si erit opus auxilio brachii secularis, præmissis & Litteris revocatoriis dictarum Litterarum alias per nos tibi directarum sub quibuscumque tenore, & forma verborum per nos forte concessis, quas etiam, & dictam appellationem motu simili ex nunc cassamus, & annullamus, ipsasque, & inde secuta nullius esse decernimus roboris vel momenti, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Seu si eisdem Capitulo & Monialibus, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede prædicta sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod prædicti Capitulum in dicto Monasterio sanctæ Margaretæ pro medietate jurisdictionem una cum Episcopo Perusino pro tempore existente in confirmando electionem Abbatissæ ipsius Monasterii sanctæ Margaretæ, ac visitando illud & recipiendo procurationes debitas ratione visitationis hujusmodi, & alias jurisdictiones habere debeant, prout in dicto Monasterio sancti Bernardi hactenus habuisse dicuntur.

Vana ear. appellatio ad S. Sedem.

Autor. union. co... mat.

Capitul... suum ... vat. nov... dito.

Datum Romæ apud S. Petrum VII. Kal. Septemb. Pontificatus nostri Anno septimo.

Ego Jacobus quondam Butii Ture de Civitate Perusii publicus Imperiali auctoritate Notarius & Judex ordinarius prædicta omnia prout reperii scricta in dicta Carta cum signis infrascriptis a tergo positis prout ibi ita hæc transcripsi, copiavi, & fideliter exemplavi nil addens, vel minuens, per quod effectus Originalis præsentis transumpti in aliquo mutari valeat, vel vitiari, & signum meum apposui consuetum.

Monasterium SS. Alexii, & Bonifacii Ordinis S. Augustini Præmonstrat. adnectit, & incorporat Mensæ Capitulari maxime tum inopi ob temporum difficultates non modicas: cum onere consulendi Monasterio pro Divinorum celebratione.

Ex Autogr. Archiv. Bas. Caps. 3. Fasc. 8. Itemque in Regesto quinto Epist. de Curia Bonifacii IX. pag. 49.

AN. CH. 1398. 18. Apr.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis, quem Pastor ille cælestis & Episcopus animarum Ecclesiis & Monasteriis prætulit universis, providentia circumspecta circa statum Ecclesiarum & Monasteriorum omnium, & personarum eis præsidentium commoda, prout locorum & temporum qualitas exigit ac utilitas persuadet, diligenter intendit; & sicut Ecclesiis, Monasteriis, ac personis eisdem conspicit expedire, satagit salubriter providere. Cum itaque, sicut accepimus, in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, ad cujus conservationem pro Divini nominis cultu oculos convenit propensius nostræ considerationis extendere, propter guerrarum turbines, temporum malitias, occupationes bonorum, demolitiones ædium ipsius, & angustias varias & diversas, quibus retrolapsis temporibus extitit inæstimabiliter lacessita, ac damnis & jacturis diutius afflicta innumeris, prout affligitur de præsenti, fructus, redditus & proventus mensæ Capitularis ejusdem adeo diminuti, & substantiis ac obventionibus mensa ipsa annichilata existant, quod dilecti filii Prior, Canonici, Beneficiati, & alii ipsius Basilicæ ministri ac servientes ex hujusmodi fructibus, redditibus, proventibus, & obventionibus secundum eorum dignitatum decentiam congrue nequeunt substentari, Divinusque cultus in ipsa propter eorumdem proventuum diminutionem decenter servari non poterit, nisi de alicujus subventionis auxilio eidem Basilicæ salubriter occurratur. Ex hiis igitur, & aliis certis causis quæ ad hoc rationabiliter nos inducunt, super præmis-

Status infelix Basil. S. Petri.

præmiſſis providere volentes, motu proprio, non ad præfatorum Prioris, Canonicorum, Beneficiatorum, & ſervientium, vel alicujus alterius pro eis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate Monaſterium Sanctorum Alexii, & Bonifacii (*a*) de Urbe Ordinis S. Auguſtini Præmonſtraten. cum omnibus ſuis bonis, juribus & pertinentiis univerſis, quæ omnia alias per loca, vocabula, confines quantitates, qualitates, & valores præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis ac ſpecificatis, Baſilicæ ac Menſæ Capitulari prædictis auctoritate Apoſtolica de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine ex certa ſcientia imperpetuum annectimus, unimus & incorporamus, ac in proprios uſus concedimus & aſſignamus. Ita quod cedente vel decedente, aut ipſum Monaſterium alias dimittente Dilecto filio noſtro Chriſtophoro Tituli ſancti Ciriaci Presbytero Cardinali ipſius Monaſterii Commendatario, (*b*) liceat ipſis Priori & Capitulo, qui erunt pro tempore, poſſeſſionem prædicti Monaſterii, bonorum, Jurium ac pertinen. prædictarum libere apprehendere & licite retinere noſtri, vel alicu us alterius licentia, aut conſenſu ſuper hæc minime requiſit., & in uſus Capituli ac menſæ prædictorum convertere: reſervata tamen de ipſis fructibus, redditibus & proventibus ſingulis annuatim perpetuo Vicario ibi inſtituendo congrua portione, videlicet ducent. Flor. de auro, ex quibus ipſum Monaſterium pro celebratione Divinorum; & hujuſmodi perpetuus Vicarius cum quatuor Monacis dicti Ordinis. (*c*) ſervientibus, quorum duo ſaltem eſſe debeant Sacerdotes, reliqui in Sacris Ordinibus conſtituti, & cum aliis inibi Miniſtris inſtituendis ibidem valeant congrue ſuſtentari. Epiſcopalia autem jura ſolvere, & alia incumbentia onera Baſilica, & menſa Capitularis prædictæ debeant ſupportare: Non obſtantibus ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Monaſteriis vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales & generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiamſi ſuper eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem Litteras, & proceſſus per eas habitos ad ipſum Monaſterium volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Monaſteriorum, ac Beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuſcumque privilegiis, ac Indulgentiis, & Litteris Apoſtolicis

---

(*a*) De celebri hac Eccleſia in monte Aventino ita Floravantes Martinellus ad hujus Conſtitutionis illuſtrationem. *In vico aut monte Aventino olim Herculis victoris ſatis pulchrum: poſtea templum S. Bonifacii, ubi S. Dei genitricis imago ex Edeſſa allata, conſervatur. Hic ſcala lignea, ſub qua in domo paterna diu delituit, & obiit S. Alexius; olim fuit ſub cura Monachorum Benedictinorum. Sub Bonifacio IX. Monaſterio præficitur Chriſtoforus Maro Card. poſt cujus obitum illud Baſilicæ Vaticanæ adjectum eſt. Nunc eſt ſub regimine Monachorum S. Hieronymi. Sub Altari majori ſunt corpora SS. Bonifacii Mart. & Alexii Conf. Aglaæ, & Hermetis Mart. Idem altare templumque univerſum nobili opere, magnoque ſumptu perpolivit Card. a Balneo Titularis, puteumque obſoletæ venerationis ornavit.* (Rom.Sac. cap. 9. pag. 54.)

(*b*) Mirabitur fortaſſe aliquis, & quidem jure; cur Chriſtoforum Maronum Romanum non vocet hic Pontifex Baſilicæ noſtræ Archipresbyterum, Nam ſuperiori anno, videlicet 1397. ſuffectus erat Philippo de Alenzonio Gallo, qui Baſilicæ præfuerat annos duodeviginti. Chriſtoforus autem Archipresb. munere defunctus annos ſeptem, menſes tres, ſupremum diem obiit, Ciaconio teſte, prid. non. Decemb. an. 1404. ac proinde nono jam menſe erat Archipresb. Baſilicæ, quum Bonifacius dabat hanc Conſt tutionem apud S. Petrum.

(*c*) Semel, & iterum laudari audis ordinem S. Auguſtini Præmonſtratenſis: quum tamen, Martinello teſte, SS. Bonifacii & Alexii Eccleſia ſub cura olim fuerit Monachorum Ord. Bened. Repetenda igitur memoria eſt hiſtoria Eccleſiæ vetuſtior. Ex ea ſcilicet Baronius (*an.* 977. *n.* 1.) teſtatur Sergium Damaſci Epiſcopum, Benedicto VII. concedente, & annuente, collegiſſe Monachos, Regulamque Benedictinam conſtituiſſe. Inſcriptio ibidem extans, quam Card. recitat, fundationem perſpicue memorat:

Temporibus pii Benedicti Præſulis almi,
Martyris hoc templum ceſſit Monachoſque vocavit
Cœnobium S. Benedicti condidit ipſe.

Mabillon. (*Ann. Bened. an.* 975.) iiſdem ex Baronio relatis de fundatione Monaſterii, addit Sergium hunc laudari a B. Petro Damiani in epiſt. ad Nicol. II. ex qua utique intelligi, *eum a Benedicto Papa SS. Bonifacii, & Alexii Baſilicam petiiſſe Sacerdotalibus pene officiis deſtitutam, ut Monaſterialem ibi regulam conſtitueret.* Hæc de fundatione. Benedictinam vero Regulam ibi ſervatam ad ſeculum uſq. duodecimum in dubium nemo revocat. Ordo enim Præmonſtratenſis, in id Monaſterium poſtea inductus, originem habuit an. 1120. quum Callixtus II. eumdem Ordinem a S. Norberto inſtitutum ſub Regula S. Auguſtini approbavit. De eo quidem Ordine Anton. Pagius ex Spicileg. Dacher. to. XII. hæc affert, (*an.* 1120. *n.* 20.) *Quum necdum converſionis ejus triceſimus annus ſit, jam fere centum Monaſteria a ſequacibus ejus per diverſas Orbis partes conſtructa audivimus; ita ut etiam in Hieruſalem uſque Regula ſervetur.* Natalis Alexander (*Sec.*XI. & XII. *cap.* 7. *artic.* 7.) iiſdem verbis (quæ ſunt Herimanni) præmittit S. Norberti converſionis hanc cauſam: quia nempe ſpectator fuerat facinoris Henrici IV. in ſummum Pontificem Paſchalem II. pro inveſtituris; ac proinde relicto Imp. cui erat a ſacris, ſimulque ſeculari vita, in Franciam ſe contulit &c. Quam funeſtiſſimam Romæ hiſtoriam late deſcribit Card. Noris (*de Inveſtitur. cap.* 13. *pag.* 431. & *ſeqq. to.* 5.) oſtenditque an. 1111. inſigne id facinus ab Henrico perpetratum eſſe. Quare triginta illi anni poſt converſionem S. Norberti ab inſequenti forte iniri poſſent: fundatio autem Monaſteriorum nonniſi ab anno prædicto 1120. quum Callixtus II. eum Ordinem approbavit. Hæc vero ſatis ſuperque explicant allatam Martinelli ſententiam de antiqua Ordinis Benedictini cura: neque enim ex Mabillonii Annalibus Abbates, aliaque id Monaſterium ſpectantia huc afferre ad noſtrum pertinet inſtitutum: multo autem minus ad Bullæ hujus explicationem. Perinde eſt de Monachis S. Hieronymi, qui omnium poſtremi S. Alexii Monaſterium tenuere, ut adhuc retinent. Hunc ſane ordinem in Hiſpaniis cœpiſſe noſtræ gentis auſpiciis, teſtis eſt Mariana (*lib.* 17. *cap.* 18.) fuiſſeque a Gregorio XI. confirmatum: *Quidam viri Itali*, inquit, *pietatis ſtudio incenſi non procul Toleto ad Pagum, cui Siſlæ nomen tunc erat, domicilium conſtituerunt ab hominum conventu ſecretum &c.* id contigit anno 1374. quum nobilibus ex hiſpania viris ſimul junctis cum illis Italis, Gregorius XI. Avenione tum degens dedit Regulam S. Auguſtini, quam hodieque profitentur. Et vero quatuor & viginti annis poſt hunc ordinem inſtitutum, Præmonſtratenſes, qui duobus circiter ſeculis ante, Benedictinis ſucceſſerant in Monaſterio SS. Alexii, & Bonifacii, eodem in Commendam tum redacto utebantur, tamquam hoſpitio. Ejuſdem autem Monaſterii ejuſque bonorum omnium, cujus poſſeſſionem inire debuit Capitulum S. Petri anno ad ſummum 1404. emortuali Card. Commendatarii, num vere inierit Monimenta nulla nos edocent. Conceſſio illius in perpetuum ipſi facta eſt evidens. Quæ autem poſtea evenerint, ut Monachorum S. Hieronymi ibi degentium juris fieret, petendum ex eorumdem hiſtoria.

(*a*) Supe-

ſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterii, & Ordinis prædictorum quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda eſſet in noſtris Litteris mentio ſpecialis. Volumus autem, quod propterea Monaſterium ipſum debitis non fraudetur obſequiis, & Animarum cura, ſiqua imminet, nullatenus negligatur; & inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ unionis, & incorporationis, præſervationis, conſtitutionis, decreti; & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Conſulitur Monaſt. muniis.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum decimoquarto Kal. Maji anno nono.

Fr. Joannes Julianus de Bononia Ordinis Minorum fit Pœnitentiarius Baſilicæ Principis Apoſtolorum.

Ex Regeſto Vatic. lib. 2 an. 15. fol. 105. ap. Wadd. to. IX. pag. 488.

AN. CH. 1403. 17. *Decemb.*

Dilecto Filio Joanni Juliano de Bononia Ordinis Fratrum Minorum profeſſori. Sacræ Religionis &c. honoremus. Hinc eſt quod nos de perſona tua, præmiſſorum obtentu, plenam in Domino fiduciam obtinentes, te in noſtrum Pœnitentiarium Minorem (*a*) in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe cum omnibus emolumentis, honoribus, & oneribus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium conſtituimus, facimus, ac etiam deputamus: tibi eadem auctoritate concedentes, quod tu hujuſmodi officium Pœnitentiariæ, ſicut alii minores Pœnitentiarii noſtri, in prædicta Baſilica fideliter gerere, & exercere libere, & licite poſſis: conſtitutionibus. &c.

Datum Romæ apud S. Petrum XVI. Calend. Januar. anno XV.

DISSER-

(*a*) Superiori volumine (*pag.* 343.) vidimus, Clementem VI. an. 1342. redegiſſe Pœnitentiariorum numerum, nimis auctum, ad paucitatem priſtinam: ut duo videlicet in Baſilica S. Petri exiſterent, unus in Eccleſia Lateranenſi. Pari modo vidimus (*pag.* 360.) eorum numerum quinquennii ſpatio ad octo excreviſſe: quare Innocentius VI. an. 1357. juxta Clementis Decretum, tres ſolos Pœnitentiarios in poſterum futuros decrevit. Senſim eſſe iterum auctum eorum numerum conſtat ex hoc diplomate. Poſt triennium, Innocentii VII. teſtimonio, ad exceſſum uſque excreviſſe compertum erit; quare decerni oportuit, ut ſenarium numerum non præterirent Pœnitentiarii S. Petri. Talis ac tanta inconſtantia inde duxit originem, quod, quum nullus eſſet certus eorum numerus, pluresque id muneris qua privatis, qua alienis precibus aſſequi conarentur, de minuendo, quam de augendo illorum numero magis ſollicitus quiſque Pontifex fuiſſe videtur: quia forte omnes rejicere neque humanitatis, nec clementiæ eſſe duxerint. Id conſtat ex Diplomatibus hujus generis tam multis apud Vvaddingum; in Bullario Caſſinenſi to. 2.; & in Bullar. FF. Ordinis Prædicatorum: ex quibus nonnulla tantum afferemus, quæ novi aliquid præſeferant, ne oneremus magis hoc volumen, quam ornemus.

(*a*) Conſu-

DISSERTATIO

De duobus Monasteriis Virginum in Civitate Leonina sub uno eodemque Titulo S. Catharinæ, sed diversi Ordinis.

Quæcumque hactenus monimenta vetera sunt allata de Monasterio Virginum sub titulo S. Catharinæ de Portica S. Petri, *aut* de regione Pontis, *ea omnia æque perspicue, ac constanter id Monasterium vindicant Ordini S. Augustini. Atque ea quidem monimenta intra unius Seculi decimi quarti fines continentur. Hinc vero, seu ab ineunte Seculo XV. veluti silentio indicto hujusmodi documentis, novum eorum genus incipit, quæ pari perspicuitate, & constantia Monasterium ejusdem tituli appellant* prope porticum S. Petri *asseruntque Ordini S. Benedicti. Quæ plane monimentorum successio mutationem potius Ordinis videtur innuere; quam Monasterii alterius admonere. Nihilominus sub S. Benedicti Regula olim Monasterium extitisse in civitate Leonina & qui mea provincia defunctus est volumine primo* (pag. 27. not. *a*) *deprehendit, & ipse comperi; mutationem Ordinis, seu Regulæ nusquam vidi. Quamobrem tum nequis sibi facile persuadeat, sanctimoniales Ordinis S. Augustini a Regula quam professæ erant, descivisse, aliamque, omnium nemine id testante, amplexas esse; tum ne sanctimoniales aliæ Ordinis S. Benedicti longe antiquiores, atque illustriores ex vulgari opinione hominum detrimenti quid accipiant; tum præcipue ne tantæ antiquitatis, tantique nominis Monasterium quod una cum Monasterio altero minoris gloriæ interiit, ex memoria hominum deleatur; statui aliquid in utriusque Monasterii ætatem, conditionem, situm, ac vices inquirere. Equidem post tantam locorum, atque ædificiorum inversionem exiguas meas vires periclitari non ausim; nisi Pontificiis Constitutionibus, quas illustrandas suscepi, id facere juberer. Qui enim hæreant Benedicti XII., Urbani VI, & Bonifacii IX. Diplomata & Constitutiones jam allatæ, in legentium animis: si Diplomata, & Constitutiones Innocentii VII, Joannis XXIII, Martini V, Pauli II, & uno verbo Documenta omnia quæ deinceps proferentur, pugnare cum iisdem existimentur? Ita fortasse accideret, nisi per me planum fiat discrimen, quod uni Monasterio cum altero intercedit. Id vero præstans, nequaquam deseram Documentorum ordinem, quamquam præposterum differendi genus sequi debeam. Recentius Monasterium, unoquoque capite, antiquiori præmittam. Quæ enim prolata sunt, prius illustrari oportet, quam quæ afferentur.*

Ætas Monast. S. Cath. Ord. S. Aug.

II. *Ante annum* 1342. *hac nostra in collectione* (to. I. pag. 324.) *nulla occurrit Constitutio, nullumque Diploma Pontificium ad istud S. Catharinæ Monasterium pertinens. Secus est de alius generis monimentis. Talia enim suppetunt, quæ fundationem ipsam nos edocent; ut neque de illius ætate, sive origine dubitari ullatenus possit, neque cum antiquioris Monasterii principio eadem confundi impune valeat. Et vero ex duobus iis Privilegiis quæ supra attuli* (pag. 30. & 34.) *primum est concessio sepulturæ sanctimonialibus facta, ne videlicet earum funera ad parrochialem Ecclesiam S. Martini oporteret efferri. Privilegium hujusmodi datum anno* 1310. *ab Isnardo Archiep. Thebano, quem simul Clemens V. Vicarium Urbis, & Neapoleo Ursinus Archipresbyter Vaticanæ Basilicæ Vicarium constituerant, insignem hanc rei testificationem præsefert:* Quum nuper novum sit Monasterium in honore S. Catharinæ constructum, ac etiam ordinatum in Urbe, & per nos confirmatum, ut convenit &c. *Et infra:* Concedimus autoritate qua fungimur de speciali gratia potestatem, ut eis liceat intus monasterium ipsum, vel ecclesiam ibi constructam, vel construendam locum eligere &c. *Num desideratur quicquam illustrius ad nuperrimam Monasterii fundationem in urbe Leonina a Vicario Archipresbyteri confirmatam deprehendendam? Neapoleonem creavit Archipresbyterum Clemens V. anno* 1306. *die* 19. *Sept. ut patet ex Diplomate superius allato* (to. I. pag. 246.) *Quare Monasterii fundatio, quod anno* 1310. *ecclesiam nondum extructam habebat, intra id quadriennium coarctatur, quod inter Archipresbyteri creationem, & Privilegium laudatum intercessit. Profecto ex Privilegio altero pariter allato, Monasterium istud vel anno* 1325. *erat nuperum: nam Titulares Episcopi:* Quum nuper, *inquiunt,* in Urbe novum Monasterium sit constructum prope ecclesiam S. Mariæ Virginum, quod S. Catharinæ vocabulo nuncupatur; in quo Moniales Nigri habitus sub Regula S. Augustini ad famulandum Altissimo perseverant &c. *Itaque sub ipsa initia migrationis S. Sedis in Gallias istud Monasterium emersit.*

Alterius Monast. Ord. S. Ben. antiquitas.

III. *Alterius Monasterii, cujus mentio est in nostra collectione aliquanto posterior, (puta expressam & singularem mentionem; nam generalis sæpe sæpius est facta, ubi ecclesias & monasteria civitatis Leoninæ ad jurisdictionem Archipresbyteri, & Capituli pertinere est declaratum) longe antiquior origo est: quippe in quo S. Galla vidua (incertum, eane fundatrix ejusdem sit) filia Symmachi Consulis obiit supremum diem, cujus rei testem habemus integerrimum S. Gregorium Magnum.* (Dial. lib. 4. cap. 13. *Baron.* an. 504. n. 62.) *Multa is quidem mirabilia narrat,*

narrat, quæ huc non spectant. De iisdem vero, tanquam in Monasterio, de quo agimus, patratis: Quod factum, *inquit*, nunc usque in eodem Monasterio manet memorabile. Sicque hoc a præcedentibus matribus traditum narrare illic solent subtiliter juniores, quæ nunc sunt, Sanctimoniales Virgines, acsi illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipsæ affuissent. *At missa fiant in præsens sanctæ hujus viduæ Consularis recessus, Principis Apostolorum, quæ fertur, apparitio, cæteraque mirabilia. Sane quidem S. Gregorii ævo florebat id Monasterium, in quo mulier illa illustris mortua est. Deque eodem, licet insciens, loquebatur Jacobus Grimaldus, (qui pervenit ad annum 1623.) Quare Floravantes Martinellus* (cap.IX. pag. 87.) S. Catharinæ, *inquit*, in Vaticano olim Monialium Nobilium de Cavallerottis Ordinis S. Benedicti. Hujus autem Monasterii fuisse Monialem S. Gallam Patritiam testatur Jacobus Grimaldus. *Itemque* (cap. XII. pag. 348.) *de eodem loquens, sententiam eamdem profert, eumdemque testem adhibet,* Fuit antiquissimum Sanctimonialium nobilium Monasterium, in quo vixit, & vitam finivit S. Galla Patritia. Grimald. *Perinde Grimaldi autoritate nititur* (*eod. cap. pag.* 352.) *ubi clare, & distincte utriusque Monasterii S. Catharinæ mentionem facit. Eratque usque adeo persuasum Martinello, duo ejusdem nominis Monasteria esse; ut de S. Maria Armenorum* (ibid. pag. 369.) *dixerit*: Erat ultra pontem inter S. Mariam Transpontinam, & S. Catharinam Seniorem. *At de his, quæ ad situm spectant, dicam inferius. Nunc illud ratum certumque haberi velim, quod Monasterium S. Catharinæ Ord. S. Benedicti fuit ex antiquissimis Monasteriis Urbis, ante etiam quam Regulam S. Benedictus conderet, quam postea Sanctimoniales illæ sunt amplexæ. Symmachi enim filia florebat sexto seculo ineunte: & idcirco octingentis circiter annis præivit fundationem alterius Monasterii Ordinis S. Augustini. Ætatem jam tenemus utriusque Monasterii: spectemus modo conditionem.*

Conditio Monast. Ordin. S. Augustini.

IV. Quod primum occurrit de conditione Monialium S. Catharinæ de Portica S. Petri, in altero ex laudatis Privilegiis, maxime inopes rerum omnium eæ Moniales declarantur: Monasterium divitiis non abundat, immo indiget eleemosynis Christifidelium, sine quibus Abbatissa & Moniales ipsius commode sustentari non valent. *Deinde illarum vita communis juxta S. Augustini Regulam* (epist. 109.) Non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia *in omnibus fere Documentis laudatur: & in Diplomatis Benedicti XII. conceptis verbis Canonicæ appellantur, tum ubi Pontifex* certum Canonicarum numerum *definiri mandat pro maxime tenui adolescentis Monasterii penu; tum ubi novum fieri Monasterium vetat* in ipsarum Canonicarum præjudicium (tom. 1. pag. 324.) *Tertio: non modo Nobilibus Virginibus; sed humiliori etiam loco natis patebat aditus in id Monasterium: quare ne majori vexarentur inopia modum finiri petunt a Pontifice recipiendis Sororibus*: Ipsæ per nobiles viros de dicta urbe, & alios partium vicinarum in receptione personarum in Canonicas ejusdem Monasterii pluries molestantur, & etiam adgravantur. *Cum quibus haud pugnat Documentum insertum Constitutioni Bonifacii IX.* Sexdecim numero, & de Nobilium Romanorum gentibus procreatæ: *nam ibi eæ Canonicæ nominantur, quæ nobilium parentum ope vehementer obsistebant conatibus earum, quæ per fas, nefasque monasterium prope S. Catharinam extruere nitebantur, omissis reliquis. Cæterum Bonifacius idem alia in Constitutione, quam dedit anno* 1389. *illarum genus mixtum luculenter aperit*: Pro majori parte earum, *inquiens*, de nobilibus generibus Romanis traxerunt originem. *Denique ex omnibus, quæ allata sunt, documentis; de concessione videlicet Sepulcreti pro humandis quorumvis corporibus; de exemtione a Quarta funerum; de eleemosynis Indulgentiarum largitione Monasterio quæsitis; deque aliis omnibus, quæ ociosum est repetere, perpetuum ab ipsa fundatione ingenium hujus Monasterii, summa rerum inopia, est evidens.*

Monast. Ord. S. Bened. Conditio.

V. Secus omnino esse de Monasterio altero S. Catharinæ, ad inopiam quod spectat, patebit infra, tum ubi de situ, ac vicibus ejusdem sermo erit; tum præcipue ubi Constitutiones Pontificum proferentur. Regulam, quam hæ moniales profitebantur, ab Augustiniana diversam esse nemo unus nescit. Eam vero nonnisi post S. Gregorii obitum, septimo forte seculo in Monasterium istud, ut in Romana cætera, inductam esse ratio ipsa docet. Qua super re Thomassinus (de Benef. I. l. 3. c. 24. n. 12.) *Equidem iis seculis, quæ quintumdecimum præcessere, nullum deprehendi vestigium, quo insisterem. Quin etiam video, Mabillonium* (Annal. lib. 27. n. 43.) *ad quem maxime id spectabat inquirere, ubi de Leonis III. rebus gestis loquitur, an.* 805. *Martinelli verbis de Monasterio loqui*: Gallam Sanctimonialem fuisse in Cœnobio S. Catharinæ, seu S. Benedicti in Vaticano auctor est Floravantes Martinellus, qui hoc cænobium nobilium Sanctimonialium de Cavallerottis Ord. S. Benedicti vocat. *Verum & Mabillonii, & Martinelli affirmata ad suum Auctorem redeunt Grimaldum, ut paulo ante diximus. Missa igitur divinatione, num una cum nomine etiam Regula S. Benedicti illuc venerit; quando in S. Catharinæ mutatum vetus nomen; & cur altum adeo silentium de iis monialibus per tot secula factum sit; exploremus reliqua. In Monasterium istud nullis patebat aditus, præterquam nobili, immo principe natis genere. Hinc est*

est, quod unanimi consensu ajunt Pontifices: De nobilibus civibus Romanis, Cavalerottis vulgariter nuncupatis procreatæ estis..... Vestri vicini nobiles, seu Barones. *Hos vero Cavalerottos, seu Barones ex familiis Principibus esse testatur Antonius Petri in Diario (de quo infra) ubi sermonem habet de Innocentio VII.* Cum eo, *inquiens,* equitaverunt multi Barones de domo Ursinorum, & de domo Columnæ. *Hæ scilicet duæ familiæ factionibus tum in Italia celeberrimis erant implicitæ. Ursini Guelforum Duces Pontificum, & Ecclesiæ partes acerrime tuebantur. Columnenses, cumque iis Sabelli, Gibellinis præerant, qui Ladislao Rege Neapolis impellente, libertatis & Banderensium causam summis viribus sustinebant. Armorum sedes plerumque civitas Leonina. Quare nobilitas princeps non levi erat incommodo iis monialibus: Lege enim naturæ tam victis, quam victoribus perfugio, aut præsidio essent oportebat. Fœda tunc divinarum humanarumque rerum facies ibi erat. Divina officia in Leoninæ civitatis ecclesiis remittebantur: Apostolicum Palatium invasioni, ac direptioni erat obnoxium: incolarum omnium fuga; præsertim Sanctimonialium, de quibus agimus, fiebat; uno verbo generalis ubique solitudo ex intestinis hisce discordiis erat in Civitate Leonina. Huc vero Constitutiones Pontificum, quæ afferentur, collineant, & quibus Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti conditio refertur accepta. At de his hactenus. Agendum modo est operosiori aliquantum calamo de utriusque Monasterii situ; idque in eorum gratiam, quibus sapiunt res veteres: non enim desunt, qui ea, quæ interierunt, prætereunda sentiunt, non minus propriæ, quam alienæ industriæ, ut arbitror, tædio; neque enim miseratione dixerim.*

Situs Monast. Ord. S. Aug. Descriptio Porticæ.

VI. Duplici hujus Monasterii situs appellatione prodit in Constitutionibus Pontificum, alteri videlicet succedente altera. Nam Benedictus XII. an. 1342. *vocat Monasterium* de Portica B. Petri *Successores autem post annos* 40. *idem* de regione pontis *appellant. Utraque explicanda mihi erit; obscuritatis enim nonnihil inconstans loquendi genus præsefert, quod historiæ præsidio indiget. De antiquiori primum dicam, ut ratio rerum exposcit. Nihil aliud esse* Porticam *in documentis seculi XII. atque aliorum trium quæ sequuntur, quam Civitatem ipsam Leoninam compertum mihi atque exploratum est. Id pro certo affirmare non ausim; num per eadem tempora* Porticus, *ut est in Collectione Conciliorum, an* Portica, *ut aliis in documentis, eadem Civitas appellaretur? Documenta siquidem tum edita in hac Collectione, tum MSS. in Tabulario nostræ Basilicæ propriis vidi oculis* Porticæ *semper appellatione uti: quæ autem ex Conciliis suppetunt testimonia, quis tuto affirmet, non visa esse mendosa collectoribus, suoque ipsorum arbitrio emendata? Mihi quidem ita videtur: tametsi affirmare, inquam, non ausim, utri appellationi fidendum magis sit. Utquumque se res habeat, &* Portica *in nostris documentis, & in collectione conciliorum* Porticus *per tempora prædicta erant Civitas Leonina, quod mox patebit. Est Canon Concilii Lateranensis I. an.* 1122. *celebrati* (can. 12.) *conceptis his verbis:* Defunctorum Porticanorum consuetudinem, quæ hactenus ibi fuit... removendam censemus, ut Porticanorum habitatorum sine hæredibus morientium bona, contra morientium deliberationem minime pervadantur. Ita tamen, ut Porticani in Rom. Ecclesiæ, & nostra, nostrorumque Successorum obedientia & fidelitate permaneant. *Hunc Canonem Du-Cangius etiam recitat; interpretari tamen non audet. Maurini ipsi Patres rem veluti explicatu difficilem, allatis Macrorum fratrum, aliorumque aliis opinionibus, relinquunt integram. Verum ante id Concilium generale, Lateranense aliud celebratum erat a Paschali II. an.* 1112. *unde non modica lux affulget prædicto Canoni. Agitur de Henrico V. Germaniæ Rege* (Concil. to. X. pag. 774. & 776.) *Civitatem Leoninam ingrediente; indeque postmodum jure expulso:* Duo ex more juramenta, unum juxta ponticulum, alterum ante Porticus portam populo fecit. *Et infra:* In hostes Ecclesiæ impetum facientes de Porticu fugere compulerunt. *Quem sane locum per se satis planum minime est assequutus clariss. nostra ætate Annalista Italicus, multa cæteroqui virtute, atque eruditione præditus* (*Murat.* Annal to. VI. pag. 366.) *Quare immerentibus eorum temporum Romanis duplicem hanc notam inussit: ut Porticum, seu Quadriporticum Basilicæ cum armis ingressos, ibique avide intentos ad scrinia hostium infringenda, atque expilanda, rem male gessisse affirmaverit: quo quidem duplici piaculo non affecisset Romanos, si per Porticum innui Leoninam Civitatem intellexisset. Quid vero? Ne is quidem, qui eadem versavit documenta quibus ipse utor, rem istam (haud certe obviam) assequutus est. Nam* (to. I. pag. 208. & seq.) *interpretans Diploma Honorii IV. datum an.* 1287. *in quo sæpe nominatur,* Archipresbyter S. Michaelis Frisonum (*idem, ac in Saxia*) de Porticu S. Petri de Urbe, *rem esse putat de Porticu, quæ ab Hadriani mole ducebat ad S. Petrum. Quare operæ pretium facturus mihi esse videor, si extra omnem aleam rem posuero.*

Portica idem erat ac Burgus.

VII. Inter plurima eaque summæ auctoritatis monimenta, quæ in Tabulario nostræ Basilicæ servantur extat Diarium MS. Antonii Petri Beneficiati ejusdem Basilicæ, rudi quidem stylo conscriptum; sed casto atque integro: quod quippe obversata omnia Auctoris oculis comprehendit a die 19. *Octobris anni* 1404. *ad* 25. *Septembris* 1417. *quæ nimirum evenerunt in urbe extremis annis*

diuturni Schismatis. Ex hoc autem Diario, ad rem nostram quod attinet, non modo nomen, sed fines ipsos Porticæ *luculente descriptos habemus, ut palam fiet ex summis capitibus, quæ ipse legam. Anno igitur* 1409 (pag. 16.) *agens de R. Vincislao*: Exivit, *inquit*, per portam Settignani, & equitavit versus Porticam S. Petri. (*pag* 18. *& seqq.*) Fuit posita tota Portica a Saccomanno... & omnes gentes habitantes in Portica S. Petri fuerunt expulsi.... Campanæ S. Petri non fuerunt pulsatæ, nec ulla alia de Portica S. Petri.... Dominus Comes Trogiæ, Dominus Nicolaus de Columpna, & Bacilieri, cum bene centum homines armorum equestres, & bene ducenti pedestres exiverunt per portam Settignani, & intraverunt Porticam S. Petri cum multis magistris Falenamis, & ordinaverunt facere vertescas in multis locis dictæ Porticæ S. Petri, videlicet campanilis S. Petri, in Campanili S. Spiritus.... & ita Portica S. Petri fuit totaliter destructa.... Totaliter fuerunt completæ verteschæ in Campanili S. Petri, & S. Spiritus, & in multis aliis locis S. Spiritus, & positæ custodiæ.... Fuit Festum S. Catharinæ V. & M. Fuit factum dictum festum in Monasterio della Rosa; quia in Portica S. Petri non potuit fieri propter maximam guerram.... Fuit invertescata porta nova retro S. Spiritum, quæ porta fuit combusta, & sic totaliter Portica S. Petri fuit destructa.. Vidi etiam ego Antonius omnes turres & turricellas S. Spiritus invertescatas totaliter de tabulis domorum Porticæ S. Petri contra Castrum S Angeli, & Metam.... Vidi projicere domos totaliter Porticæ S. Petri. *Hæc Diarii Auctor anno* 1409. *indicato non solum mense, sed diebus singulis, quum evenerunt: quæ ego summatim legi: non enim veritati rerum minus, quam brevitati studui, ne molestus essem.*

Quod luculente demonstratur.

VIII. *Per triennium sequens quievisse videtur Leonina Civitas ab intestinis malis. Secus est subsequutis temporibus. Namque anno* 1413. *testatur idem Auctor* (pag. 42.) quod die 29. Septembris, quæ fuit festum S. Michaelis de Portica S. Petri, non fecimus dictum festum propter maximam tribulationem, quæ tunc tempore erat in dicta Portica de gentibus armorum Domini Regis Venceslai. *Longe graviora enarrat incommoda* (pag. 46.) *anno sequenti terminatque etiam distinctius Civitatem istam*: Sciatis, quod tunc tempore Portica S. Petri erat totaliter derclicta, & nullus habitabat in dicta Portica S. Petri, nisi Petrus Toti in contrata S. Spiritus, & tres Cionchi in platea castri S. Angeli, quos regebat Castellanus, & me Antonio Petri omnia supradicta vidente, & scribente. *Modum faciam exscribendis hisce inconcinnis æque ac veridicis narrationibus, nonnulla proferens ex postremo Diarii anno, nempe* 1417. (pag. 60.) *quæ totius Civitatis fines absolvunt*; Dominus Castellanus Castri S. Angeli capuit Metam in Portica S. Petri, & fecit eam custodire pro dicto Castro S. Angeli, & fecit ponere unam funem in dicto C. S. Angeli usque ad dictam Metam pro porrigendo panem & alia necessaria custodientibus dictam Metam... In Palatio Papæ, videlicet in Portica S. Petri... Intraverunt per portam Viridariam Porticam S. Petri. *Tenemus jam topographiam Leoninæ antiquæ Civitatis, qualem Leo IV. ejus conditor esse voluit, teste Anastasio* (Sect. 534.) *& cujus limites eruuntur a tribus portis, quas olim habuit: primam videlicet*, quæ respicit ad S. Peregrinum: *alteram* ubi mirum in modum Castellum præeminet, quæ vocitatur S. Angeli; *ac demum tertiam*, quæ respicit ad scholam Saxonum, quæ ex eorum vocabulo Saxonum Posterula appellatur. *Quamvis enim & porta nova S. Spiritus, qua itur ad portam Septimianam, postea addita, & instaurationes nonnullæ identidem factæ fuerint: de antiquo tamen murorum ambitu nihil adhuc mutatum fuerat. Romanorum ordinum auctoritate id facile demonstrari potest: quorum omnium instar mihi erit editus ab electo Corcyrensi, quem Augustinus Patritius collegit exeunte eodem seculo XV. ubi res est* (lib. 1. c. 3.) *de Imperatore Leoninam Civitatem ingrediente*; Portam ipsam, *ait*, qua sub Arce ingrediuntur, nostri Codices falso Collinam appellant, Collina autem porta non est in novis Leonis Papæ suburbiis, sed in antiqua Roma. *Hanc vero portam hodieque conspicuam in Burgi exitu, cui nomen S. Angeli ab Ecclesia hujus nominis ibidem ædificata, (quemadmodum Viridariam, seu quæ S. Peregrini extramænianam Ecclesiam respiciebat prope S. Annæ Parafrenariorum) reddunt duo arcus suppositi Ambulacro, quod a Palatio Apostolico ad castrum S. Angeli perducit; nimirum qui est penes Custodiam Helveticam, & qui adhæret prædictæ Ecclesiæ S. Angeli. Qui sane arcus num portæ ipsæ essent, incompertum nobis esse voluerunt Pontifices Ambulacri ejus instauratores: ita ut una supersit* Posterula, *ex tribus Leoninis intacta, prope Palatium S. Inquisitionis, vulgo* equitum Levis armaturæ.

Ambulacrum a Palatio ad Castr. S. Ang. sunt antiqui muri Civitatis Leon.

IX. *Ambulacri, seu* Curritorii, *ut vulgo audit, instauratores Pontifices appello eos, quorum stemmata superposita ejusdem arcubus visuntur, ne Alexandro quidem sexto excepto, quem falso conditorem appellant cum Panvinio Recentiores omnes. Namque octoginta ante eum annis, nempe* 1411. *Joannes XXIII. qui Bononia venerat Romam eodem anno, ipsisque oculis viderat vastitatem Leoninæ Civitatis, & damna ingentia, quæ a factionibus inlata fuerant ædificiis; præ aliis, quas fecit, instaurationibus, ambulacrum id, totum quantum est, designavit, jussitque quan-*

quantocyus fieri: quare Joannes, non Alexander illius conditor jure per me dicitur. Teste siquidem utor, in cujus oculis facta hæc sunt, laudato nimirum Autore Diarii, qui anno 1411. (pag. 33.) *ita rem narrat*: Die Lunæ 8. mensis Junii Dominus noster Papa Joannes XXIII. fecit incipere per Magistrum Antonium de Tuderto cum suis sociis facere murare muros Civitatis Leonianæ, videlicet pro Andareneo, incipiendo de Palatio Apostolico, & sequitandum versus Castrum S. Angeli... Die Lunæ 15. dicti Mensis dictus D. N. Papa fecit incipere murare, & fieri facere murum & Andarineum de Palatio Apostolico usque ad Castrum S. Angeli per multos Magistros. Fuit incœptum fundamentum inter Palatium Apostolicum, & Portam Viridariam. *Turrigius in narratione Archiconfr. SS. Sacram. non Joanni XXIII. sed Poncello Ursino Card. designationem tribuit hujus ambulacri. Utri autem tribuatur designatio, certe Joannes conditor est habendus. Profecto ab incepto Ambulacro ad recessum Pontificis ab Urbe, duo fere anni excurrerunt: non enim recessit Joannes, nisi exeunte mense Aprili (forte etiam mense Majo) anni* 1413. *Præterea substructiones non fuerunt opus, quarum vicem explevere antiqui muri urbis, quos Leo IV. posuerat quingentis fere ac septuaginta annis ante, successoresque ejus sæpe sæpius instauraverant: quæ autem pars substructionibus indiguit, ut a Palatio Apostolico Ambulacrum conjungeretur cum ipsis muris urbis, jam factas audivimus spectante, ac scribente Antonio Petri. Nihilominus absolutum a Joanne esse non constat. Id vero animadvertendum, quod stemmata superposita arcubus Ambulacri, qui necessario aperiendi fuerunt in muris post amplificatam Leoninam urbem, novoque validiorum Mœnium ambitu circumdatam, instauratores faciunt Pontifices, non Conditores. Joannes enim XXIII. quantamcumque partem ejus fecerit, Conditor, inquam, est habendus. Quorsum hæc? Ut scilicet certum sciamus, quod muri civitatis Leoninæ iis temporibus, quo spectant Pontificiæ constitutiones, & cætera Documenta, ex quibus eruendus est situs Monasterii S. Catharinæ de Portica D. Petri, erant ipsissimi, quos hodie cernimus suppositos Ambulacro. Turrigius quoque id vidit* (pag. 400. & seqq.) *præterea inscriptionem antiquam affert iisdem muris affixam, qua omne dubium amovetur, quin ambulacrum nobis exhibeat Leoninæ civitatis prima illa mœnia post annos circiter mille extantia, nostrisque posteris futura monumentum tantæ rei.*

X. *Quæ quum ita sint, spectandus modo est locus ipse Monasterii: nam generale illud nomen* de Portica S. Petri *æque congruit uni atque alteri Monasterio, quod utrumque in Civitate Leonina, seu in Burgo erat. Fines autem Monasterii suppetunt ex altero e Documentis insertis Bullæ Bonifacii IX.* (sup. pag. 37.) *& sunt hujusmodi*: Ab uno latere tenet, & est Monasterium S. Catharinæ, retro sunt muri Urbis, via mediante; ab aliis lateribus sunt viæ publicæ. *Res heic est de pseudo-Monasterio S. Mariæ de Virginibus, cujus non ignota vestigia supersunt, ubi nunc duæ visuntur domunculæ 91. & 92. juris Basilicæ nostræ. Itaque a meridionali parte versus plateam, cui postea nomen accessit* Rusticuccii, *protendebatur non magnæ molis id Monasterium, cui versus Boream adnectebatur locus S. Mariæ de Virginibus, quem vidimus unitum eidem esse: ex partibus vero aliis viæ publicæ Monasterium ab ædificiis, quæ tum erant, disjungebant. Ab occidua tamen parte ulterius se extendisse Monasterium, aut saltem ejus Ecclesiam, ac prædictæ superstites duæ domunculæ videantur innuere, habemus testem Martinellum in eo parvo Itinerario, quod vocavit* Roma ricercata nel suo sito &c. *inque advenarum gratiam conscripsit. Primo enim die hæc habet vernaculo idiomate, quæ summa cum fide latine facio*: Dextrorsum invenies Ecclesiam Caudatariorum DD. Cardd. (*olim S. Sebastiani, nunc S. Mariæ puritatis*) deinde palatium Card. olim Rusticucci, unde habet nomen platea anterior. Eadem ex parte dextra erat Oratorium S. Catharinæ, quam tenuit Confraternitas laica SS Sacramenti Basilicæ Vatic. Quod scilicet oratorium solo æquatum fuit, quippe impedimento erat construendis amplissimis Vaticanis porticibus, quæ cœptæ jam sunt ædificari ex mandato D. N. Alexandri VII. qui die 25. Augusti (*puta ann. 1661.*) coram Emm. Cardd. & Romm. Principibus, multa in earum fundamentum projecit numismata &c. *Ex hoc Synchroni Scriptoris testimonio accipimus, Ecclesiam Monasterii spatii aliquantum occupasse ubi nunc cernimus augustam Porticum incipere: assequimur etiam, quare Bonifacius IX. sua in Constitutione an.* 1389. *Monasterii situm indicans dixerit*: Quod ante Basilicam Principis Apostolorum de dicta Urbe, quasi in conspectu Romipedum ipsam Basilicam causa devotionis peregre visitantium situm est. *Etenim antequam Alexander VI. viam a suo nomine Alexandrinam nuncupatam aperiret, quam dicimus* Burgum novum, *peregrini per porticum ad gradus usque Basilicæ productam incedentes, quæ scilicet porticus ex adverso sinistro latere erat, Ecclesiam, & Monasterium S. Catharinæ fere in conspectu habebant, ut cuique per Burgum Veterem (antiquæ Porticus locum ædificia occupant) venienti ad Basilicam patet.*

Situs ipse Monast. S. Cathar. Ord. S. Aug.

XI. *Jamvero quæ de situ Monasterii S. Catharinæ de Portica dicenda erant, dixisse mihi videor quam uberrime. Quum autem idem non modo de* Portica S. Petri, *idest de Civitate Leonina; sed etiam de* Regione Pontis *nuncupatum inveniatur; idque post annum* 1342. *necessario hæc quoque*

Quare idem dicatur de Regione Pontis.

quoque historiæ pars breviter illustrari debet: nihil enim antiquis in Documentis abs re, nihilque ociosum reperitur: modo conniventibus illa oculis, acieve mentis obtusa non perlegantur. Post Colæ *igitur* Rienzi, *aut Nicolai Laurentii temeritatem & eadem, circa medium seculum XIV. eo potentiæ venerat Senator Urbis, ut de eadem infringenda Pontifices Avenione tum degentes deliberaverint. Quambrem Senatoriam dignitatem, quæ Civium Romanorum præpotentiæ addita, Dominationi Pontificum noxia erat, in peregrinos, eosque conspicuos viros, quæ ejus suprema auctoritas erat, contulit omnium primus Innocentius VI. anno* 1358. *Sed male admodum res cessit Pontifici. Romana enim plebes Majorum forte ingenii non immemor, vetustas Augusti regiones jamdiu obsoletas inscite reputans,* Riones *(ita vulgo appellantur) omnino tredecim ab Augusteis regionibus prorsus alios excogitat, totidemque in partes divisa urbe,* Caporiones *seu capita regionum cuique singulos præficit, quorum sit administratio reipublicæ, dum Senator justitiæ tantum satagat. Sunt ii scilicet* Banderenses, *seu* Banderesii *tota eorum temporum historia celebres, quos paulo ante vidimus Factionis Gibellinæ ac libertatis vindices, adversus Guelfos, & ecclesiasticam potestatem. Hujusmodi popularem ostentationem adeo nunquam Pontifices aversati sunt; ut illo ex tempore hanc Regionum divisionem suis in constitutionibus sint amplexi, & Sixtus V. quasi insaniæ illorum favens quartamdecimam antiquioribus illis addiderit, nempe Burgum, suum & ipsi vexillum, sive insigne concedens* Leonem pyra tenentem. *Quare & nostris temporibus, ut liquet, suo quæque cum vexillo, umbratilique jure perseverat. Cæterum qua versamur ætate Porticæ seu Burgi pars (haud dubie illa, quam minime incolebant exteri ad quos nihil attinebat res Romanorum publica) una cum Regione pontis censebatur; ac duodecimo quidem loco, ut ex catalogis sæpe laudati Diarii constat, cui major fides, quam antiquariis nuperis secus tradentibus. Eapropter, Porticæ licet nomine non obsoleto, ab anno* 1382. *in Pontificum Bullis & Diplomatis semper occurrit Monasterium S. Catharinæ* de Regione Pontis: *neque illud ipsum, cujus meminit Benedictus XII., sciremus esse, nisi id serie rerum edoceremur. Sed spectari jam tandem oportet situm alterius Monasterii prope porticum.*

Situs alterius Monast. indagatur.

XII. *Monasterii S. Catharinæ prope porticum est adeo certa ætas, & conditio; ut qui antiquitatem ejus neget, mendacii arguat temere S. Gregorium M. Non enim sanctus hic Pontifex, ut in libris Dialogorum sæpe, rem aut memoriæ traditam, aut ab aliis acceptam refert; sed quæ ipse certo sciebat, suisque obversabantur oculis, ea narrabat:* Juniores, *ait*, quæ nunc sunt Sanctimoniales Virgines. *Quamobrem non ut controversum illud Monasterium Jerusalem, quod Ughello est S. Teclæ (* Bullar. nostri to. 1. pag. 17. & seqq. *) neque ut alterum S. Petronillæ, in quo versata esse dicitur Agnes Imperatrix (Mabill.* Annal. lib. 61. n. 86. & lib. 63. n. 21. *) sed fuit Monasterium maxime certum, fundatumque, ut alia Romæ non pauca, ante S. Benedicti ævum, cujus res gestæ eidem S. Gregorio referuntur acceptæ. Qui autem conditionem hujus Monasterii Sanctimonialium cum alterius monialium conditione misceat; aut tot Pontificum constitutiones & diplomata, quæ Canonicas S. Augustini a Sanctimonialibus Ordinis S. Benedicti secernunt, falsitatis; aut ignorantiæ ipsos Pontifices insimulare eum oportet. Equidem de duplici S. Catharinæ Monasterio in Portica seu in civitate Leonina nullatenus dubitari posse pro certo habeo. Sed situm Monasterii Ord. S. Benedicti nonnisi conjectando assequi quisquam valeat. Non enim modo multiplex locorum atque ædificiorum inversio studium, operamque omnem eludit; sed etiam quæ literis mandata a Recentioribus, in Archivo extant. Unius enim Monasterii S. Catharinæ, de quo hactenus sum locutus, & quæ adhuc extant domus, & quæ sunt excisæ, dicuntur fuisse. Eapropter ad situm antiquissimi Monasterii Ordinis S. Bened. quod attinet, serio animadverti primum debet constans Innocentii VII. ac Successorum sententia:* Monasterium S. Catharinæ prope Porticum S. Petri de Urbe Ordinis S. Benedicti. *Deinde secum ipse indagator diligens ita disserat necesse est. Profecto illud* prope porticum *non innuit* Porticum, *neque* Porticam, *quæ duo nomina Civitatem Leoninam, seu Burgum definiebant, ut ipsis manibus jam tenemus: secus enim constitui oporteret Monasterium extra ipsam civitatem, quod aperte pugnat cum Documentis, maximeque ab omni veritate abhorret. Itaque in ipsa* Porticu *seu* Portica *quærenda est porticus proprie dicta, unde sequioribus seculis minus proprium id nomen accessit toti civitati: etenim prope eam porticum proprie dictam Monasterium istud situm erat.*

Duæ porticus Civit. Leoninæ expenduntur.

XIII. *Antequam conderetur Leonina Civitas duæ erant porticus, utraque celebris, ad Principis Apostolorum Basilicam pertinentes. De harum altera, quæ incipiens ab Hadriani arce perveniebat ad gradus Basilicæ, non semel mentio facta est superiori volumine, nec semel erudite actum de eadem est in notis, præsertim (* pag. 25. lit. *n.* & pag. 208. lit. *e) sed quum ibi parum curæ esset locum ejus certum explorare, quod maxime heic necessarium est, Anastasii verbis illum proferam. Is igitur primum loquitur de Porticu in Hadriani vita (* sect. 341. *) exeunte nimirum octavo seculo in hunc modum:* Considerans plurimi populi salutem, super ripam fluminis porticum, quæ ducit ad B. Petrum Apostolum arctam, & angustam existentem, per quam viam transeuntes ad eumdem beatum Apostolorum Principem perveniebant, pluf-

plusquam duodecim millia tufos in littore Alvei fluminis in fundamentis ponens, a solo usque ad summum tectum miræ magnitudinis porticum reparavit, & usque ad gradus B. Petri restauravit. *Iterum de eadem loquitur sub initia sequentis Seculi in vita S Paschalis* (Sect. 432.) *excidium ejus memorans*: Per quorumdam gentis Anglorum desidiam ita est omnis illorum habitatio, quæ in eorum lingua Burgus (*notanda origo nominis hodie vulgaris*) dicitur, flamma ignis exundante combusta; ut etiam nec vestigia pristinæ habitationis in eodem loco inveniri potuissent. Cujus exuberantis incendio pene totam porticum, quæ duxit ad Basilicam Principis Apostolorum ignis fomes devastavit. *Instauratam postea fuisse, & post Civitatem a Leone IV. conditam frequentiorem esse factam mansiunculis vendentium coronas, quas vocant* (Paternostrarios *appellat Antonius Petri*) *aliaque id genus, ac superstitem fuisse ad tempora quibus versamur, nihil attinet huc ostendere. illud notari imprasens debet, quod pone Burgum, ut hodie res sunt, S. Spiritus, protendebatur ea Porticus ad gradus S. Petri, neque impedito ejus tractu ædificiis, quæ postea emerserunt in Burgo veteri; neque ita accedente ad contrariam partem; ut S. Catharina de regione Pontis prope hanc porticum statui posset. Namque hinc assequimur, quare Bonifacius IX.* quasi in conspectu Romipedum *ejus situm posuerit. Idque erit cuique patens, si tractum Porticus, sive ejus continuationem concipiens, ubi nunc existit militum statio in capite plateæ Rusticucciæ, tum ubique ædibus occupatæ, intueatur e regione situm quem descripsimus, S. Catharinæ, simulque Basilicam S. Petri. Altera vero porticus longe celebrior ista: quippe quæ erat Atrium a Magno Constantino constructum; cui postmodum accessit nomen Quadriporticus, & Paradisi pro veteri Basilicarum forma, satis perspicua est in Tabulis Ichnographicis Alpharani, & Joannis Baptistæ Costaguti, quæ etiam prostant apud Ciampinum* (to. 3. cap. 4. pag. 35. & seqq.) *Quare operæ nostræ minus indiget. Satis modo sit utriusque porticus meminisse: quod exquirenti situm S.Catharinæ* prope porticum *necessarium fuit.*

XVI. Hactenus persequutus sum quæ tum secernant Monasterium S. Catharinæ de Portica *ab altero ejusdem tituli* prope Porticum, *tum lucis nonnihil afferant Pontificiis constitutionibus, & Auctorum testimoniis tam perspicue Ordini S. Augustini ex iis alterum, S. Benedicti alterum asserentibus. At locum ipsum statuere, ubi situm id Monasterium fuerit, haud facile negocium est. Certe S. Gregorii ævo, quum quicquid nunc est Leonina civitas, magna solitudo erat, Monasteria tum virorum, tum virginum, quam fieri potuit propius Basilicæ adhærebant. Idemque S. Pontifex de eo Monasterio agens, quo se recepit S. Galla, quodque tum florebat*: Sese, inquit, apud beati Petri Apostoli Ecclesiam Monasterio tradidit. (Dial l. 4. c. 13.) *Isti autem Monasterio quemadmodum nonnisi post S. Gregorii tempora, agnitamque S. Benedicti Regulam, Benedictinus ordo tribui potest: ita nec S. Benedicti antiquum nomen, quod Martinellus a Grimaldo didicit, eidem adscribere quisquam ausit ante seculum septimum jam adultum. Atqui eodem seculo, ac sequentibus usque ad quintumdecimum quum Paulus II. id Monasterium perpetuo concessit Canonicis & Capitulo, S. Catharinæ novo nomine conspicuum, (quia sola jurisdictio spiritualis in Ecclesias, & Monasteria omnia, civitatis præsertim Leoninæ capitulo eidem tribuebatur, præter nonnullas Ecclesias, quæ illi penitus subjiciebantur una cum Monasteriis aliquot exoletis) nequicquam quæritur Monasteriorum tunc extantium expressa mentio. Idque est evidens ex Constitutione Innocentii VI.* (tom. 1. pag. 363.) *qua memorantur, atque firmantur singulæ quæ præcesserant, enumeratis sacris ædibus, quæ juris erant Canonicorum S. Petri. Namque ex duobus Monasteriis S. Catharinæ maxime tum florentibus, nullum recensetur. Huc accedit mira Scriptorum dissensio, seu inconstantia, nec non hallucinatio. Martinellus siquidem (prætereo quod* Cavallerottam familiam *ipse unus interpretatur vulgare omnium Monialium nomen) prius S. Benedicti, deinde S. Catharinæ titulum Monasterio tribuit, idque Grimaldi auctoritate. Torrigius autem in Instrumento Pergameno Archivi se legisse ait* Incarceratas S. Mariæ de Portica, *quo appellarentur nomine Sanctimoniales eædem de Cavallerottis. Quare juvat nostri olim Canonici verba de conditore Monasterii S. Stephani usurpare* (*Maph. Veg.* lib. 4.) Cujus fundatorem quum studiose inquisierim, nunquam tum invenire potui neque apud historicos, neque apud Privilegia Pontificum, in quibus magna horum habetur notitia. *Et quamquam nostra causa melior sit: nam certum scimus ex Pontificum Constitutionibus, id Monasterium fuisse situm prope porticum: tamen in tanto ædificiorum excidio exquirendum aliis relinquimus, quam illud sedem occuparet in dextra, seu meridionali parte prope Porticum: Ichnographicæ enim tabulæ tum Alpharani, tum Costaguti nullo nobis præsidio sunt: nec divinationi operam unquam dedimus. At fortasse quæ mox afferentur divinationem rejicient.*

Prope quadriporticum collocari debet monasterium.

XV. Per totum fere Seculum XIV. Constitutiones ac Diplomata Romanorum Pontificum, necnon Documenta alia superius allata Sanctimoniales seu Canonicas S. Augustini, earumque Ecclesiam adeo celebres reddiderunt, ut tota in Civitate Leonina nihil iis præstantius existere videretur. Sed quanta rerum inversio sequenti Seculo! Eodem ineunte desertum omnino est Monasterium:

Vices Monast. S. Cath. Ord. S. Augustini.

Ecclesia

Ecclesia ipsa, in quam Pontifices Indulgentias profuderant, ut S. Catharinæ dies festus frequenti Christifidelium concursu celebraretur, ad allevandam scilicet Monialium egestatem oblationibus, deserta erat. Quamobrem anno 1409. *ipsa Sanctæ Virginis & Mart. imago a piis mulieribus alio translata est, ut debitus eidem cultus adhiberetur:* Isto die (19. Octob. 1409.) Catherina Domini Stephani Pauli cum aliis mulieribus iverunt cum dicta scorta ad Monasterium S. Catherinæ in dicta Portica, & receperunt S. Catherinam de dicto Monasterio, & portaverunt eam in domo supradicti Domini Pauli in Regione Transtiberim, & ibi stetit per quinque horas vel plus, & postea supradictæ mulieres portaverunt dictam sanctam Catherinam ad Monasterium quod dicitur della Rosa. *Ita Antonius Petri, qui anno sequenti ad diem* 22. *Novembris festum S. Cæciliæ narrat, quomodo:* fuit portata imago S. Catherinæ de Monasterio della Rosa ad Monasterium S. Catherinæ in Portica S. Petri, & posita in loco suo. *Ex quibus liquet, tam Monasterium, quam Ecclesiam S. Catharinæ desolationem, quam Civitati Leoninæ factiones attulerunt, minus sensisse: quare quum anno post, seu* 1411. *Romam venisset Joannes XXIII., eodem Antonio teste,* De S. Catherina usque ad scalas S. Petri adextravit eum Dominus Rex Luysius. *Num ante, an post hæc tempora Ecclesia ista quæ præcedenti Seculo erat Canonicarum Monasterium, cum adnexis domibus unita fuerit nostræ Basilicæ incompertum est. Illud certum, quod haud ita multo post inibi habitabat Nicolaus Episcopus Phariensis vel Farensis, Archiepiscopi olim Salonitani, postea Spalatensis in Dalmatia Suffraganeus, qui nimirum conduxerat a Capitulo ædes illas, quæ ut diximus, hodie extant, fuerantque adnexæ Monasterio S. Catharinæ post ejectas Moniales S. Mariæ* de Virginibus. *Post Phariensem vero Episcopum easdem a Capitulo esse locatas Bartholomæo Episcopo Ferrariensi perspicue ostendit Constitutio Sixti IV. an.* 1477. *quam dabimus suo loco. In ea siquidem hæc præ aliis leguntur:* Dilecti filii Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe provide attendens, quod licet olim ipsi certam partem domorum ad Ecclesiam, olim Monasterium Monialium S. Catherinæ sitam in platea dictæ Basilicæ, & ipsi Basilicæ canonice unitam, bonæ mem. Nicolao Episcopo Faren. ad ejus vitam tantum sub certo annuo censu modis & conditionibus tunc expressis locavissent, ipseque Nicolaus Episcopus tunc in humanis agens, omne jus sibi in dictis domibus competens in præfatum Bartholomæum Episcopum transtulisset: tamen postmodum dicto Nicolao vita functo, dicta pars domorum ei concessa ad eosdem Capitulum devoluta erat, quodque tam prædictæ, quam nonnullæ aliæ domus ad dictam Ecclesiam pertinentes, pro earum conservatione & reparatione, non modica continue egebant impensa, quæ præfatis Capitulo nimium onerosa, & dispendiosa foret, &c.

Grimaldi & aliorum hallucinatio.

XVI. Hanc sane Constitutionem Grimaldus non vidit, quippe quæ nunc prodit ex Archivo Vaticano. Inde autem factum, ut is nescio quo documento insistens, in Censuali libro Archivi Basilicæ affirmare non dubitarit, quod anno 1481. *Capitulo data fuit facultas locandi eas domos, de quibus res est: namque aliter conciliari non poterat Constitutio Pauli II. qui an.* 1469. *concessit Capitulo Monasterium alterum S. Catharinæ (ita tamen ut habitationes in eo fierent pro Canonicis & Beneficiatis absque facultate ullam ejus partem locandi, ut paulo infra palam erit) Quod si vidisset, Sixtum IV. confirmasse locationem pro Ferrariensi Episcopo ante quinquennium, seu an.* 1477. *quum usque ad extremum vitæ diem fruitus illa esset Farensis Præsul, neque ipse deceptus esset, neque alios decepisset, qui auctoritate ejus freti, duo ut Monasteria in unum coalescerent, effecerunt. Neque enim minus absurdum est, Capitulum petiisse, atque impetrasse a Paulo II. illius Monasterii usum, ut tempestive adesset Divinis Officiis, eique postmodum illusisse; quam S. Gallam, quæ floruit sexto Seculo, supremum obiisse diem in Monasterio post octingentos fere annos erecto; & Canonicas S. Augustini in Sanctimoniales Ord. S. Benedicti conversas esse. Cæterum Ecclesia ista S. Catharinæ superstes fuit, quoad Alexander VII. dejici eam jussit anno* 1659. *Pontificatus quinto. Extatque in libro censuum memorato hujusmodi monimentum sub die* 17. *mensis Decembris prædicti anni:* Ecclesia S. Catharinæ V. & M. prope forum Vaticanum demolita fuit pro novis porticibus fabricandis magnis columnis circumseptis: pro qua Ecclesia cum suis annexis nostrum Capitulum habuit pro æstimatione valoris loca quatuordecim, & centes. decem & novem unius alterius loci montis fabricæ quartæ erectionis. *Quam quidem tam modicam æstimationem memoria teneri velim, conferendam scilicet cum Pauli II. sententia mox recitanda de alterius Monasterii vicibus. Ecclesia vero eadem anno* 1609. *concessa fuerat Archiconfraternitati SS. Corporis Christi, quum Pauli V. jussu dejectum fuit Oratorium celebre ex tabulis ichnographicis Costaguti, in dextera parte quadriporticus a sodalitate constructum anno* 1584. *prope gymnasium Cappellæ Juliæ. Prædicto autem anno* 1659. *Archiconfraternitas obtinuit a Capitulo precario jure antiquissimam Ecclesiam S. Michaelis Archangeli in Saxia, quam hodieque retinet. Neque illud præteriri debet, quod in Documento, sive Instrumento concessionis Ecclesiæ S. Catharinæ Archiconfraternitati prædictæ* appel-

appellatur Ecclesia S. Catharinæ sitæ in platea dictæ Basilicæ, *quod factum nuper vidimus a Sixto IV. in sua Constitutione: iterumque sita esse dicitur* prope plateam dictæ Basilicæ *in eodem Instrumento* (Archiv. Basil. capf. 27. fasc. 314.) *quod perinde animadvertimus factum in recentiori Documento. Itaque nullum omnino dubium remanet, quin hactenus enarratæ vices spectent ad Monasterium S. Catharinæ de Portica Ordinis S. Augustini. Restat nunc, ut de alterius Monasterii Ord. S. Benedicti vicibus dicendum esse aliquid videatur, quas profecto admodum certas suppetere compertum erit; ut minus dolendum sit, situm ejus certum, ut nunc res sunt, deprehendi non posse.*

XVII. Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti vices persequi haud difficile negotium est: quas enim infra producemus constitutiones, eæ omnes & Sanctimonialium, & Monasterii earum vices præseferunt. Illarum primam dedit Innocentius VII. ineunte anno 1405. *quum æquissimis earum petitionibus annuens, Collegiatam S. Mariæ* Domnæ Rosæ *de regione Campitelli iis concessit, ut procul a Leoninæ civitatis motibus degentes, Deo, & S. Benedicti Regulæ summa cum tranquillitate vacarent. Constitutionis effectum præsto habemus ex Diplomate Joannis XXIII. an.* 1411. *quum Romæ erat, degebatque in Palatio Apostolico Vaticano. Nam concessionem eamdem renovans ab illius collegiatæ canonicis disturbatam:* Non obstantibus, *inquit*, quod quondam Innocentius in sua obedientia Papa VII. nuncupatus, dictam Ecclesiam cum domibus &c. eidem Monasterio vestro per quasdam suas litteras univerit & incorporaverit, quarum litterarum vigore possessionem Ecclesiæ, & domorum prædictarum fuistis assequutæ, easque per triennium tenuistis, ac exposuistis pro reparatione ipsarum Ecclesiæ & domorum circa trecentos ducatos; ortaque propterea fuerit inter vos, & dilectos filios &c. *Itaque Sanctimoniales post triennium, anno videlicet* 1408. *apud Vicarium Urbis, ut legi potest infra in Diplomate ex quo pauca hæc decerpsimus, turbatæ quidem a Canonicis illis fuerunt, non autem deturbatæ ex possessione:* ad nonnullos actus citra tamen conclusionem fuerit processum, *quemadmodum prosequitur Pontifex, qui unionem confirmat, novamque ut ineant possessionem decernit. Quam cæteroqui continuatam fuisse ab anno* 1405. *testatur Martinus V. sua in Constitutione, per quam præcedentes confirmat an.* 1421. In vim, *inquit*, earumdem litterarum dicti Innocentii VII. tunc hujusmodi guerris & necessitatibus occurrentibus possessionem quarumdam domorum dictæ Ecclesiæ comprehendentes, illas per aliquot tempora inhabitarunt, etiam postquam nos tunc Divina favente clementia ad apicem summi Apostolatus assumti: *tametsi eo se minime contulisse Sanctimoniales, nisi urgente necessitate, factionum videlicet, quæ omnia miscebant, atque pessumdabant in civitatate Leonina, & ex Martini Prædecessorum, & ex Martini ipsius constitutionibus intelligimus. Quia vero Ecclesiæ Reformatores unionem ab eodem Martino confirmatam ausi erant rescindere: nova is constitutione an.* 1427. *unionem illam perpetuo confirmat: videnturque deinceps eæ Sanctimoniales deseruisse vetus Monasterium prope Porticum S. Petri; Ecclesiamque S. Mariæ* Domnæ Rosæ *atque ejus domos inhabitasse. Certe post annos quinquaginta duos Paulus II. in constitutione, qua anno* 1469. *Monasterium illud vetus concedit Capitulo, jampridem fuisse desertum, eoque devenisse declarat, ut supprimi idem posset, aliosque in usus converti. Non pigeat heic nonnulla ex eadem in antecessum decerpta animadvertere: inde enim Monasterii vices illustriores fient; fortasse etiam detegetur melius Grimaldi, & aliorum hallucinatio, per quos duo monasteria in unum coaluerunt.* *Vices Monast. S. Catharinæ. Ord. Bened.*

XVIII. Ex ea Constitutione, quæ extat in Nostræ Basilicæ Tabulario (capf. 28. fasc. 109.) *& suo loco proferetur, constat, Canonicos, Beneficiatos, & Clericos exposuisse, quod habitationum inopia Divinis Officiis opportune adesse non poterant;* quodque si in Monasterio Monialium S. Catherinæ Ordinis S. Benedicti prope ipsam Basilicam sito, & dudum eorumdem Capituli curæ commisso, ac jam Abbatissa & Monialibus destituto, Abbatissalis dignitas, & dictus Ordo supprimerentur, ac penitus extinguerentur, illiusque structuræ & ædificia, ac bona omnia dictæ Basilicæ applicarentur, & appropriarentur, ac quamplurimæ Cameræ, & mansiones infra ambitum ædificiorum prædictorum existentes, quæ propter illorum vetustatem dirutæ, & in seipsis collapsæ, repararentur, & instaurarentur, ac ad ipsorum usum.... assignarentur &c. *Votis eorum annuit Pontifex:* Abbatissalem, *inquiens*, dignitatem & Ordinem hujusmodi Apostolica auctoritate, tenore præsentium supprimimus, ac penitus & omnino extinguimus, ipsiusque Monasterii structuras, & ædificia ac bona omnia immobilia cum omnibus juribus, & pertinentiis suis dictæ Basilicæ perpetuo applicamus &c. *ut videlicet possent* ædificia prædicta inhabitare, *eaque fructibus ac reditibus prædictorum Bonorum reparare: idque tanta cum celeritate; ut* infra trimestre, a data præsentium computandum, ædificia prædicta reparare teneantur, & procurent cum effectu, alioquin illo elapso præsentes litteræ, & omnia in eis contenta nullius sint roboris vel momenti. *Tanta illi cura erat, ut qui Canonici, cæterique carebant domibus, aut domiciliis prope Basilicam (id enim moris jam invaluerat, ut cuique aut domus integra,* *Idem supprimitur, & in habitationes Capituli convertitur.*

aut ejus pars una cum Canonicatu, Beneficio, aut Clericatu ad inhabitandum assignaretur) eas quantocyus obtinerent, sicque Divinis Officiis tempestive adessent: ad eum quippe finem, non ad alium, suppressio Monasterii, ejusque applicatio facta fuerat. Itaque Monasterii nomen prorsus evanuit, & quamplurimæ illæ Cameræ & Mansiones *veteris Monasterii evaserunt in Cameras, & domos Canonicales, & Beneficiales, ut tum res erant, quarum locupletissima exempla suppetent ex Pontificiis constitutionibus, quæ afferentur. Interea promenda mihi sunt nonnulla ad rem nostram ex Ritibus Ecclesiasticis Augustini Patritii collectis anno* 1488. *subdoleque vulgatis* 1516. *ab Electo Corcyrensi. Igitur* sect. 2. cap. 3. *juxta edita exempla, ita legimus de coronatione Pontificis post consecrationem:* Quoniam plerumque antequam hæc completa sint, hora est satis tarda, & longa ad Lateranum restat via, multaque adhuc ibi sunt peragenda, consueverunt aliquando Pontifex, & Patres sustentationis gratia aliquantulum cibi sumere. Paratur refectio in Atrio domus Archipresbyteri Basilicæ (*in meridionali, seu dextra parte Quadriporticus erat ostium ducens in id Atrium:* tab. ichnogr. Costag. & Ciamp.) pro Pontifice, & Cardinalibus: pro aliis Prælatis in vicinis domibus Canonicorum. *Has autem vicinas domos ociosum esset exquirere in fori Vaticani extremo, sive, ut clarius loquar, a dextro venientium latere plateæ Rusticucciæ. Quodvis enim vetus documentum, maxime autem liber censualis, ejusmodi domos prope antiqua Monasteria Basilicæ, & prope Campum Sanctum, Sanctæque Inquisitionis palatium fuisse testantur.*

Ante eam suppressionem aliud monast. concessum erat Capit.

XIX. *Prædicto autem ex libro Censuali, quem Grimaldus conscripsit* 140. *& amplius annis post suppressionem Monasterii S. Catharinæ Ord. S Benedicti, nulla suppetit domus ejusmodi, quæ hanc provinciam explicet. Quin etiam pauca inde habentur exempla Præbendarum Canonicalium, ut is appellat* (pag. 69. & seqq.) *domos* 31 *&* 35. *quarum exhibet successiones. Estque id oppido mirandum, quod Pauli II. constitutionem de Monasterio S. Catharinæ Ord. S. Augustini intellexerit: quum nullum omnino vestigium Præbendæ Canonicalis aut Beneficialis deprehenderit in domibus ad id Monasterium pertinentibus, quas recenset* (a pag. 226. ad 252. & seqq.) *Et vero domum num.* 100. *a Capitulo locatam ait Mario de Vulterris: Domum* 105. *subrogatam docet alteri venditæ Petro de Accoltis Cardinali Anconitano: indicatque Decretum Capituli super ejusdem* locatione fienda Catherinæ Bosnæ Reginæ ad vitam. *Domum quidem num.* 91. *Alexandro Saliceto Canonico locatam reperit an.* 1508. *verum hanc sicut alias sub annuo Canone plurium pauciorumque ducatorum. Quæ si ullam habeant connexionem cum Constitutione Pauli II. lectori judicandum relinquo. Cujusmodi essent assignationes domorum Canonicis &c. jam dixi, ex Constitutionibus infra promendis clam nemine futurum esse. Innuisse heic sufficiat, quod Sixtus IV.* domum, hortulum, vineam *anno* 1482. *Joanni Jacobo de Sclafanatis utendam prorogavit etiam postquam ex Canonico Parmensem Episcopum eum elegit. Ampliores enim, angustioresque domus, aut cameræ tribuerentur huic, vel illi Canonico, Beneficiato, aut Clerico, naturam Canonicatus, Beneficii &c. induebant, acsi pars præbendæ essent, nullamque ad locationes relationem habent. Eapropter locationes domorum Ecclesiæ S. Catharinæ in platea Vaticana (præterquam quod cœptas eas diximus ante Pauli II. constitutionem prolato exemplo Farensis Episcopi) satis superque detegunt hallucinationem eorum, qui quod certo convenit Monasterio S. Catharinæ Ordinis S. Benedicti, tribuunt Monasterio alteri Ordinis S. Augustini. Neque propterea Grimaldo, Turrigio, aliisque succensendum est, multo autem minus damnanda eorum summa industria. Si enim præsto habuissent Documenta, quorum ipsi habemus copiam, rem secus tradidissent; At enim vero quem non decepissent tot circumstantiæ in unum veluti Monasterium confluentes? Unam S. Catharinæ Ecclesiam Documenta exhibent: Vices utriusque Monasterii eodem difficillimo tempore incipiunt: Ad S. Mariæ* Domnæ Rosæ *transeunt Sanctimoniales Ord. S. Benedicti, ad S.* Mariæ della Rosa *transfertur Imago S. Catharinæ Ord. S. Augustini: denique utrumque Monasterium in Capituli potestatem, atque usum cedit. Eæ vero explicandæ heic demum sunt.*

Quæ contra aff[illegible] possent, rejiciuntur.

XX *Ad Ecclesiam quod spectat, quamvis Martinellus non semel, ut est demonstratum utriusque S. Catharinæ meminerit tamen Paulus II. Monasterium supprimens, Ecclesiam vocat absque tituli ullius mentione:* Proviso, *inquiens,* quod Ecclesia dicti Monasterii ad profanos usus non redigatur, sed missæ & alia divina officia in ea decenter celebrentur: *Quamobrem aut Sanctimonialium privata intra Claustrum Ecclesia fuerit; aut S. Catharinæ nuperrimum nomen, quippe quod S. Benedicti antiquiori successerat, haud prævaluerit* S. Catharinæ Seniori, *ut eam Martinellus appellat* (Rom. Sac. pag. 369.)*: aut festum illud celebrari in civitate Leonina non consueverit antequam Pontifices privilegiis, & indulgentiis prosequerentur Ecclesiam Monialium Ord. S. Augustini: aut demum quæcumque alia fuerit causa nobis seris posteris ignota, illud compertum atque exploratum est, autore integro Antonio Petri, quod una Ecclesia S. Catharinæ de Portica frequenti patuit populo die illius festo. Vices autem Monasterii utriusque peperit eadem discordia Banderensium cum Pontifice, quæ quum cœpisset anno* 1394.

& sub

& sub finem ejus seculi XIV. compressa fuisset a Bonifacio IX. qui simulando & cunctando Pontificiam autoritatem restituit Romæ, extincto Banderensium dominatu: habuit tamen novas vehementioresque vires an. 1405. post cædem undecim Seditionis capitum a Ludovico Meliorato Pontificis nepote patratam; namque urbe pulso Pontifice, Vaticanæ ædes ab hostibus occupantur: quare a die 6. Augusti ejusdem anni Leonina Civitas raro, brevique admodum quievit. Neque aliud utrumque inter Monasterium discrimen intercedit, quam istud; quod Sanctimoniales Augustinianas, serius ocyus deseruerint sedem suam, abiisse certum est, quo confugerint incertum: Contra, Benedictinæ haud dubie in Collegiatam Ecclesiam Domnæ Rosæ se receperunt. Quæquidem collegiata (estque hæc ex allatis circumstantiis tertia, & præcipua) in quibusvis constitutionibus, quæ mox afferentur, ita describitur: Ecclesia S. Mariæ Domnæ Rosæ in regione Campitelli de Urbe, quæ Collegiata, & Parochialis existit, & in qua ab antiquis temporibus unus Primicerius, ac quinque Canonici &c. *Super eo nomine* Domnæ Rosæ, *quod antiquariorum, seu librariorum incuria, forte etiam inscitia,* Donnerosæ, Dunerosæ, Nerose *occurrit, nec dubium est, quin sit Ecclesia, quæ hodie audit:* S. Catharina de Funariis; *alii alia congerunt, rem autem assequuti haud videntur. Ipse Famianus Nardinus tanti vir ingenii* (lib. 6. cap. 2. p. 330.) *putat, Ecclesiæ huic fuisse olim nomen:* S. Rosa in castro aureo: *quod quam omni ab veritate abhorreat, edocemur Diplomate Cælestini III. quod prodiit ex Archivo Basilicæ* (to. 1. pag. 74.) *in nostra hac Collectione:* In scriptis authenticis, *ait Pontifex,* a bonæ mem. Gratiano, Gregorio, & Domina Rosa, & Imilla ipsarum Ecclesiarum (*S. Mariæ Dominæ Rosæ, & B. Laurentii in Castello aureo*) fundatoribus continetur, &c. *Itaque fundatrix* Domna Rosa *male convertitur in S. Rosam, quasi dicata eidem prius fuerit tantæ vetustatis Ecclesia.*

Idem urgetur & concluditur.

XXI. Nec vero super nomine tantum discordia, seu hallucinatio Scriptorum est: verum etiam ipsa super re. Ea siquidem Collegiata modo Ecclesia dicitur, ut in nostræ Collectionis Documentis; modo Monasterium, ut in Chronico Romualdi II. Archiep. Salern. (cod. Vatic. 3973.) In monasterio dicto Nerose Castellum aureum, *& in Ordine Romano Cencii capitib. XVIII. & XXXIX.* Monasterio Dominæ Rosæ. [*Mus. Ital.* to. 2. pag. 191. & 206.] *Id autem fit pro usu recepto a Seculo nono, quod notat Mabillonius* [Ibid. pag. 54. ad ord. Ro. III.] *Quare, aut Monasterium, aut Ecclesia Collegiata nuncupetur, parum id refert, ipsissima illa Ecclesia est, quam in Circo olim Flaminio excitavit* Domina Rosa *una cum aliis Fundatoribus. Illud autem mente non assequor, cur Floravantes Martinellus nactus in Ordine Romano, ut ait* [pag. 374.] *in sua Roma sacra,* Sanctam Mariam de Rosa, *quæ ab Antonio Petri, ut vidimus, appellatur* della Rosa, *dubitationem suam jure pandat;* Forte S. Maria Domnæ Rosæ: *attamen paulo ante affirmaverit de alia Ecclesia:* S. Maria in Castro aureo, nunc S. Petrus in Monte aureo, ut Pancirolus. Verum credimus esse S. Mariam de Rosa in Castello aureo .... nullibi enim legimus, Montem aureum fuisse a quoquam appellatum Castrum aureum. *Nam & Panvinius apud Turrig.* (pag. 179.) *Abbatiam monet* S. Mariæ in Castro aureo *sitam fuisse in Monte aureo: cui scilicet Petrus Mallius ap. Mabillon.* (Mus. Ital. to. 2. pag. 161.) *sedem propriam non assignat. Eapropter tutius, ut in re inexplorata, Castrum aureum interpretatus esset cum Pancirolo, & Panvinio Montem aureum, quam Castellum aureum; tametsi neutrum Scriptorum, aut documentorum veterum autoritate nititur. Attamen quod de Monasterio diximus, idem de Abbatia* [*ægre id quidem & dubitanter*] *affirmemus: ut Ecclesiam S. Mariæ* Dominæ Rosæ *& Monasterium, & unam de Abbatiis Urbis intelligamus. Quid?* Domnæ Rosæ, *&* de Rosa *unum atque idem erit? Equidem Transtiberinam Ecclesiam interpretor, eoque allatam S. Catharinæ imaginem, autore Antonio Petri affirmo. Ex recensitis circumstantiis suprema per se patet: nam Capitulum S. Petri locabat domus S. Catharinæ de Portica, antequam Paulus II. illi uniret* quamplurimas cameras & Mansiones *Monasterii S. Catharinæ prope Porticum ab eodem Pontifice suppressi. De his hactenus.*

INNOCENTIUS VII.

Qum Bonifacius IX. vita defunctus eſſet Calendis Octobr. 1404. ſextodecimo inde die, ſeu 17. ejuſdem Menſis, eligitur Innocentius VII. antea dictus Coſmas Melioratus presb. Card. tit. S. Crucis in Jeruſalem. Ante electionem jurat, ſe abdicaturum, ſi e re erit Eccleſiæ. Conſecratur die 2. Novembris; ſedet annos 2. dies 4. moritur an. 1406. die 6. Novembris. (a)

Eccleſiam Collegiatam S. Mariæ Domnæ Roſæ de regione Campitelli concedit cum ſuis bonis, & juribus Monialibus S. Catharinæ prope Porticum S. Petri, Ordinis S. Benedicti.

Ex Autogr. Archiv. Baſil. Vat. caps. 28. faſc. 109.

AN. CH. 1405. 10. *Febr.*

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Sanctæ Catharinæ prope porticum Beati Petri de Urbe Ordinis Sancti Benedicti; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. (b)

Apoſtolicæ Sedis benignitas prudentes Virgines, quæ ſe parant accenſis Lampadibus obviam ire ſponſo, tanto propenſiori debet ſtudio proſequi caritatis, quanto majori propter fragilitatem ſexus indigere ſuffragio dinoſcuntur. Sane petitio veſtra Nobis nuper exhibita continebat, quod in Monaſterio veſtro tu filia Abbatiſſa, & dilectæ in Chriſto filiæ Moniales dicti Monaſterii, quæ de nobilibus Civibus Romanis Cavalerottis vulgariter nuncupatis, procreatæ eſtis, in magno timore quotidie vivitis, propter multitudinem gentium armigerarum illic pro tempore confluentium, præſertim cum aliqui veſtri vicini Nobiles, ſeu Barones, aut alii potentes Urbis ejuſdem invicem diffidentes eorum ſubditos, & ſequaces etiam illic faciunt convenire, vel inſimul conturbantur, cum vos Abbatiſſam, & Moniales prædictas, quæ alium locum tutum in ipſa Urbe pro manſione veſtra non habetis, oporteat tunc ab ipſo Monaſterio recedere, atque per alienas habitationes in ipſa Urbe diſcurrere non abſque veſtrarum ſtatus, & animarum periculo, & parentum, de quibus eſtis genitæ, ſcandalo, & in qua ad Dei laudem deputatæ fuiſtis, turbatione quietis; Quodque Eccleſia Sanctæ Mariæ Donneroſæ (c) in Regione Campitelli de Urbe præfata, quæ Collegiata, & Parrochialis exiſtit, & in qua ab antiquis temporibus unus Primicerius, ac quinque Canonici fuerunt, & ſunt, & cujus facultates in ſeptem partes, quarum duas Primicerius pro ſe, & ſinguli quinque Canonici ipſius Eccleſiæ, qui fuerunt, & ſunt pro tempore, ſingulas alias portiones recipiunt, hactenus dividi conſueverunt annuatim, & quæ quidem facultates adeo diminutæ ſunt, quod dilecti filii Primicerius, & Canonici ipſius Eccleſiæ, qui nunc ſunt, exinde non poſſunt congrue ſuſtentari; quodque Divinus cultus in ipſa Eccleſia non uſquequaque ſolemniter peragitur, & animarum cura dilectorum filiorum Parrochianorum ipſius Eccleſiæ minus diligenter exercetur, immo ipſa Eccleſia Primicerio, & Canonicis ipſis, atque Clericis, necnon domus infra clauſtrum ejuſdem Eccleſiæ olim pro manſione dictorum Primicerii, & Canonicorum deputatæ jamdiu fuerunt, & ſunt habitatoribus derelictæ, & quæ quidem domus pro manſione veſtra ingruente neceſſitate forent accommodæ, ſi per Sedem prædictam Eccleſia ipſa ad ſimplicem Parrochialem Eccleſiam reduceretur, & eidem Monaſterio uniretur, ita videlicet quod eadem Eccleſia, deficientibus, ſeu ſuppreſſis ipſo Primiceriatu, & Canonicatibus, ac Præbendis ejuſdem Eccleſiæ, per duos ydoneos Presbyteros, ſeu Rectores ipſius Eccleſiæ per eoſdem Parrochianos hac prima vice, ac deinde ſingulis vacationum temporibus eligendos, & Vicario in Spiritualibus Generali Summi Pontificis pro tempore exiſtenti præſentandos, ſive nominandos & per eundem Vicarium inſtituendos de cetero gubernetur, ac animarum cura

Cauſæ a Monialibus adductæ.

Earumdem æqua petitio.

Statu… giataEc… Donner…

Ejus… enda…

(a) Franciſcus Maria Turrigius (*de crypt. Vatic. par* 2. *c.* 7. *pag.* 421.) de ſepulchro hujus Pontificis mentionem faciens, Epigraphem illi impoſitam confractam fuiſſe ait, artificum incuria, ſub Pontifice Julio II. ſeque in modico ejus fragmento legiſſe teſtatur: *ſplendida. Sedit an. 2. dies 21.* Quare conſtat liquido, Pontificatus tempus eſſe initum ab ipſa die electionis, ea videlicet in Epigraphe. Neque aliter factum novimus in Documentis majoris fidei. Satis ſit ex Regeſto Pontif. ap. Raynald. (*an.* 1404. *num* 16. & *ſeqq.*) mutuari extrema fœderis inter Pontificem & Po. Rom. *Anno a Nativ. D. N. J. C.* 1404. *Indict. XII. die undecima aſſumtionis SS. in Chr. Patris & Domini noſtri, Domini Innocentii Papæ VII. ſupradicti & 27. menſis Octobris dicti anni.* Quamobrem aut conſecratus is fuerit prædicta die 2. Novemb. aut, quod alii malunt, die Martis 11. ejuſd. menſis in feſto S. Martini, parum refert. Idem videtur eſſe factum a Martino V. ut infra adnotabibus.

(b) Conſulenda diſſert. ſuperior (*pag*: 49. & ſeqq.) *num.* III. & V.

(c) Vide collect. noſtræ to. 1. *pag.* 74. & Diſſert. *num.* XX. & ſeq.

(a) De

cura hujusmodi exerceatur, nec non deserviatur inibi laudabiliter in Divinis. Quare pro parte vestra Nobis fuit humiliter supplicatum, ut prædictam Ecclesiam, cujus Centum eidem Monasterio, cujus etiam Centum Ducatorum auri, secundum communem extimationem, (a) valorem annuum, ut asseritis, non excedunt, perpetuo incorporare, annectere, & unire, & alias in præmissis vestro, nec non Ecclesiæ, & Monasterii prædictorum statui utiliter providere de speciali gratia dignaremur. Nos igitur, qui de præmissis per relationem Venerabilis Fratris nostri Francisci Episcopi Sabinen. (b) cui examinationem hujusmodi negotii commiseramus Nobis factam informati sumus, Vobis paterno compatientes affectu, ac volentes Vobis de alicujus subventionis auxilio providere, hujusmodi supplicationibus inclinati ex nunc dictam Ecclesiam cum eisdem domibus, aliisque possessionibus, nec non bonis, & juribus, ac pertinentiis suis universis eidem Monasterio auctoritate præfata perpetuo incorporamus, annectimus, & unimus. Ita quod liceat Vobis ex nunc corporalem possessionem dictarum Ecclesiæ, & domorum infra dictum claustrum existentium, ut præfertur, auctoritate propria libere apprehendere, (c) nec non pro usu, & eadem habitatione vestris perpetuo retinere, quodque cedentibus, vel decedentibus eisdem modernis Primicerio, & Canonicis, vel Primicerio Primiceriatum, ac Canonicis ipsis Canonicatus, & Præbendas suos antedictos alias quomodolibet dimittentibus fructus, redditus, & proventus, nec non aliæ possessiones, & bona supradicta ad eosdem Primicerium, & Canonicos ratione Primiceriatus, ac Canonicatuum, & Præbendarum suorum præfatorum, & ad eandem Ecclesiam quomodolibet pertinentia Vobis, & eidem Monasterio vestro applicentur. Ita tamen quod ex tunc dicta Ecclesia per eosdem duos Presbyteros sive Rectores ydoneos per dictos Parrochianos eligendos, seu nominandos, & præsentandos præfato Vicario existenti pro tempore, & per eum instituendos in eadem Ecclesia, qui hujusmodi curam animarum Parrochianorum prædictorum gerant, ac eisdem Parrochianis in ipsa Ecclesia ministrent Ecclesiastica Sacramenta, nec non Missas, & alia Divina Officia diebus singulis, & horis consuetis in eadem Ecclesia decenter, & laudabiliter celebrare, nec non apud eandem Ecclesiam personaliter residere teneantur in aliis habitationibus congruis per vos eis deputandis, qui quidem Presbyteri omnes oblationes, & elemosinas, quæ fient in eadem Ecclesia pro tempore, nec non alios minores introitus, sive redditus ipsius Ecclesiæ inter se æqualibus portionibus dividant, & ultra hujusmodi portiones quilibet dictorum Rectorum de grossis fructibus ejusdem Ecclesiæ annuatim percipere debeat triginta Florenos ad rationem, & usum monetæ currentis Romanæ, ac residuum eorumdem majorum fructuum, siquod fuerit, annis singulis cedat integre Monasterio memorato, unde vos, & ille, quæ vobis successerint in eodem Monasterio Ecclesiam, ejusque domos, hujusmodi teneamini, & teneantur restaurari, & refici facere oportune, prout vobis, & eis melius videbitur expedire, sed alia possessiones, & bona hujusmodi vos, & illæ, quæ vobis successerint, ac duo Rectores ejusdem Ecclesiæ, qui erunt pro tempore antedicti locare libere, & licite valeatis, & valeant personis cum quibus Monasterii, & Ecclesiæ prædictorum conditionem facere potueritis, & poterunt meliorem.

Onus injunctum Monial.

Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, privilegiis, & litteris Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus Ecclesiæ, Monasterii, & Ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut si aliqui Apostolica, vel alia quavis auctoritate in eadem Ecclesia in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant. Seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus, & Præbendis, ac dignitatibus personatibus, vel Officiis, ipsius Ecclesiæ speciales, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, & quæcumque inde secuta ad hujusmodi Primiceriatum, nec non Canonicatus, & Præbendas volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Canonicatuum, & Præbendarum, ac dignitatum, personatuum, & officiorum, nec non beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuscumque Privilegiis, Indulgentiis, & litteris Apostolicis

Derogatio iis, quæ obessent unioni.

Primicerio & Canonicis Collegiatæ consulitur.

(a) De Ducatis & Florenis infra opportunius agam ad Bullam Pii II. an. 1462. 20. Decemb.

(b) Difficillimis iis temporibus, quum maxime frequens erat sacer Senatus: nam Urbanus VI. in Italia, Avenione Clemens VII. certatim creabant Cardinales, idem Urbanus detecta conjuratione Cardinales aliquot exautoravit, novosque alios in Sacrum Collegium cooptavit anno 1385. mense Januario, in castro Nuceriæ. Hos inter Franciscus Carbonus, seu Carbonarius, raro tunc exemplo, usque ad hunc annum superstes, Episcopus Sabinensis, & major Pœnitentiarius obiit supremum diem XIV. Cal. Jul. seu 18. Junii, ut Ciacon testatur. Ughellus perperam vult creatum a. 1384. mortuum 17. Cal. Jul.

(c) Locus hic illustratur Constitutionibus Joannis XXIII. an. 1411. 13. Jun. & Martini V. 1421. 18. Januar. ac 1427. 13. Maji. eas consule infra.

licis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ translationis, incorporationis, annexionis, unionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum IV. Idus Februarii, Pontificatus nostri anno primo.

Fr. Laurentius de Sabina Ord. Min. ex Pœnitentiaria Ecclesiæ Lateranensis transfertur ad Pœnitentiariam Basilicæ Principis Apostolorum. (a)

Ex Reg. Vat. lib. 3. Innoc. VII. fol. 97. ap. Wadd. to. IX. pag. 494.

AN. CH. 1405. 12. Nov.

Dilecto Filio Laurentio de Sabina de Urbe Ordinis Fratrum Minorum professori in Basilica Principis Apostolorum de Urbe Pœnitentiario nostro.

Merita hujus Pœnitentiarii min.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, providentia Spiritualium, & alia multiplicia probitatis, & virtutum tuarum merita, quibus personam tuam fide dignis percepimus insignitam testimoniis, promerentur, ut te gratiis, & condignis favoribus honoremus. Hinc est, quod nos de persona tua prædicta, præmissorum obtentu, plenam in Domino fiduciam obtinentes, te qui ordinis Fratrum Minorum professor existis, &, ut asseris per plures annos in Ecclesia Lateranensi Pœnitentiarius fuisti, in Pœnitentiarium nostrum in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, usque ad beneplacitum nostrum constituimus, & etiam ordinamus, tibi, tenore præsentium committentes, ut hujusmodi officium Pœnitentiariæ in eadem Basilica, sicut alii nostri in dicta Basilica Pœnitentiarii illud &c. exequaris &c.

Diu in Ec. Later. eode. mun. functu. erat.

Datum Viterbii (b) II. Idus Novemb. Pontificatus nostri anno II.

Absolvit Capitulum S Petri ab excommunicatione, quam inscienter incurrerat ob violatam Constitutionem Bonifacii IX. de non infeudando &c. nec locando nisi ad triennium; locans scilicet quamdam domum ad conductoris vitam.

Ex Autogr. Archivi Bas. Vat. caps. 6. fasc. 265.

AN. CH. 1406. 10. Maji.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Jacobo Episcopo Adrien. (c) in Romana Curia commoranti; Salutem, & Apost. benedictionem.

S. Sedis caritas erga errantes.

Sedes Apostolica pia mater recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum libenter se propitiam exhibet & benignam. Dudum siquidem ad notitiam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIIII. prædecessoris nostri deducto, quod nonnulli Abbates Priores, Capitula, & Conventus Monasteriorum, Prioratuum tam regularium, quam Sæcularium etiam Ordinum diversorum, & quamplures alii in dignitatibus, & administrationibus, ac officiis constituti, ac etiam Rectores tam Parrochialium, quam aliarum Ecclesiarum, ac hospitalium tam in Alma Urbe, quam in territorio, seu districtu ejusdem Urbis situatorum bona stabilia ad Monasteria Prioratus, & Ecclesias, seu hospitalia hujus-

Bonif. Constit. d. infeud.

(a) Ex hujusmodi Diplomatis multa ultro omittuntur ne oneretur nostra collectio rebus vix, immo ne vix quidem necessariis. Hoc prætereundum non fuit: nam illustrat Constitutionem Gregorii XI. quam protulimus supra (*pag.* 20.)

(b) Eo se recipere erat compulsus ingenti Romanorum motu, post cædem undecim capitum seditionis die 5. Augusti jussu Ludovici Meliorati Pontificis nepotis, in suis ædibus ad S. Spiritus in Saxia.

(c) In notitia Ecclesiar. ab Schelestratio edita (*to.* 2. pag. 747.) quam testatur editor tempore Cœlestini III. conscriptum anno 1225. subduntur Ravennati Archiep. tredecim suffraganei: Adriensis, Comaclensis, Cerviensis, Foroliviensis, Foropopuloniensis, Cesenas, Sarcinensis, Faventinus, Imolensis, Bononiensis, Mutinensis, Reginus, Parmensis. Res postea mutatas esse, novis excitatis Metropolitis, nemo nescit: sed ante etiam, quam novus ullus crearetur metropolita, ex notitiis haud multo recentioribus patet, Ravennati non fuisse subditos magna ex parte illos Præsules. De Hadriensi nullum est dubium, nam & subscripsit Constantiensi Concilio: *Jacobus Episcopus Adriensis pro se, & Archiepiscopo Ravennatensi*; & longe antea idem morabatur Romæ, ut patet ex hoc Diplomate ad eum dato: quia (ut reor) nullus in Urbe erat Episcopus Vicarius Pontificis; ut certe nullum quinquennio post, fuisse videbimus in Joanne XXIII. qui Abbate Ordinis S. Benedicti utebatur, ad id muneris.

(a) Ex

hujusmodi spectantia infeudare, seu in Emphiteosim concedere, nec non ad longum tempus locare præsumpserant, & præsumebant assidue fructus, redditus, & proventus ex eis ante tempus percipiendo, nec curantes fructus hujusmodi pro utilitate Monasteriorum, Prioratuum, & Ecclesiarum prædictorum, aut nutrimento, seu sustentatione degentium in eisdem erogare præfatus prædecessor per suas litteras statuit, & ordinavit, quod de cetero nullus Abbas, Prior, Conventus, aut Capitulum, Collegia, Regulares, aut Sæculares, seu Rector Monasteriorum, Prioratuum, aut Ecclesiarum, & hospitalium hujusmodi cujuscumque dignitatis, status, vel conditionis existeret, per se, vel alium directe, vel indirecte quibuscumque titulo, causa, seu quæsito colore bona hujusmodi, quæ usque tunc infeudare non consuevissent, infeudare, vel in Emphiteosim concedere, seu aliter locare, aut fructus, redditus, & proventus bonorum stabilium hujusmodi ad tempus, vel aliter alienare, seu concedere, nisi dumtaxat pro tempore, & termino trium annorum ad plus, nec fructus ipsos ante tempus percipere, nisi pro uno anno duntaxat, & non ultra auderet, vel præsumeret sub pœna excommunicationis, quam contra facientes incurrere voluit ipsofacto nec non privationis omnium Monasteriorum, Prioratuum, dignitatum Ecclesiarum Beneficiorum hospitalium, & bonorum quorumlibet, quæ quomodolibet obtineret; Feudatarii quoque, conductores, & emptores bonorum hujusmodi solutionem, & pretium amisisse eo ipso intelligerentur; Volens, & decernens idem prædecessor, quod Castra, seu Fortalitia Monasteriorum, Prioratuum, seu Ecclesiarum, aut hospitalium hujusmodi, vel eorum alicujus absque speciali Sedis prædictæ licentia sub dicta pœna infeudari, locari, dari, vel concedi non possent, vel deberent quovis modo, prout in dictis litteris plenius continetur. Postmodum vero, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Bartholomæi Electi Cremonensis, Pauli de Viterbio Prioris, Petri de Benevento, Petri Saa, Joannis, Pauli de Magistris, Lucæ Stephani Rode, Antonii Lelli, Petri de Peregrinis, Matthiæ de Cranlis, Petri Pucciarelli, Matthiæ de Tostis, & Luconii Laurentii Canonicorum, ac Capituli Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe petitis continebat, quod olim ipsi Canonici, tanquam simplices, & juris ignari post, & contra easdem litteras, credentes tamen illud eis licere, quoddam Palatium in Regione Pineæ de dicta Urbe situm cum suis juribus, & pertinentiis universis ad dictam Basilicam, seu Capitularem mensam ejusdem Basilicæ pleno jure spectans, prædicto Electo, quoad viveret, sub annuo censu duodecim florenorum auri de Camera Mensæ prædictæ per eundem Electum annis singulis in certo statuto termino persolvendo, super hoc Sedis prædictæ licentia per ipsos Priorem, & Canonicos non petita, seu obtenta locaverunt, seu locationis titulo in Emphiteosim concesserunt, prout in quodam Instrumento publico inde confecto dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, præfati Prior, & Canonici timeant se propter præmissa excommunicationis, nec non alias censuras, & pœnas in eisdem litteris expressas incurrisse, pro parte ipsorum Electi, & Prioris, ac Canonicorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut eosdem Priorem, ac Canonicos a prædictis excommunicationis, & aliis censuris, & penis absolvi mandare, necnon alias secum in præmissis benigne agere de speciali gratia dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus eosdem Priorem, & Canonicos, si hoc humiliter petierint, ab eisdem excommunicationis, & aliis censuris Ecclesiasticis in dictis litteris contentis, si quas propter eandem locationem seu concessionem quomodolibet incurrerunt, hac vice dumtaxat absolvas, in forma Ecclesiæ consueta, injunctis eorum cuilibet pro modo culpæ, penitentia salutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda, ipsosque etiam, & eorum quemlibet contra ipsas pœnas si quas etiam propterea incurrerrunt in eo statu, in quo erant ante locationem, seu concessionem prædictas restituas auctoritate prædicta, & etiam cum ipsis super irregularitate, si quam excommunicationis sententia prædicta ligati Missas, seu alia Divina Officia, non tamen in contemptum clavium, celebrarunt, aut se illis immiscuerunt; ipsis tamen prius ad tempus de quo tibi videbitur ab executione ord. suspensis, auctoritate præfata dispenses, & aboleas etiam omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam, sive notam per eos, ac ipsorum quemlibet præmissorum occasione contractam, prædictis, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Palatium in Emphiteus. locauo.

Absolvi jubetur a Pontifice per Episc. Hadrien.

Suspens. ad tempus proponit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum VI. Idus Maji, Pontificatus nostri anno Secundo.

Fr. Ho-

Fr. Honofrius Angelucii Ord. Min. fit Pœnitentiarius Apostolicus.

Ex Reg. Vat. libro 3. Innoc. VII. fol. 159.

AN. CH. 1406. 7. Jun.

Dilecto filio Honofrio Angelucii de Tuderto Ordinis Fratrum Minorum Professori, Pœnitentiario nostro. Religionis &c. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod olim tu Pontificatus fel. rec. Urbani Papæ VI. prædecessoris nostri an. XI. in Minorem Pœnitentiarium Apostolicæ Sedis auctoritate Apostolica receptus, & aliorum Pœnitentiariorum, qui tunc erant, numero cum honoribus, & gagiis consuetis aggregatus extitisti, & de hujusmodi officio fideliter exercendo in manibus venerabilis Fratris nostri Augustini Spoletani, tunc Pen. nen. Episcopi (*a*) curam Pœnitentiariæ dictæ Sedis tunc regentis, præstitisti in forma solita juramentum: quodque nuper venerabilis Frater noster Antonius Episcopus Præneſt. Pœnitentiarius noster, de mandato nostro facto sibi super hoc, oraculo vivæ vocis venerabili fratri Paulo Archiepiscopo Montisregalis, in urbe in Spiritualibus Vicario nostro per suas litteras mandavit, ut numerum eorumdem Pœnitentiariorum, qui tunc nimis excessivus erat, ad numerum senarium in Basilica Principis Apostolorum de ipsa urbe reduceret. (*b*) Qui quidem Archiepiscopus ad executionem litterarum prædictarum provida deliberatione procedens, dictum excessivum numerum ad eumdem senarium numerum reduxit, de quo te esse voluit: tuque ex tunc officium hujusmodi exercuisti, prout exerces laudabiliter de præsenti. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut præmissis per eumdem Archiepiscopum de te, ut præmittitur, factis, robur Apostolicæ confirmationis adjicere &c. dignaremur. Nos &c.

Pœnitentiar. min. necessar. Juram.

Reductio P[œ]nitentiar. n[...]

Datum Romæ apud S. Petrum, VII. Idus Junii anno secundo.

Nuntio Apostolicæ Sedis amplissimam facultatem largitur exigendi in provinciis & Regnis Hungariæ &c. Census, & alias obventiones ad reparandas Urbis Basilicas, jampridem destinatas.

Ex Reg. 2. Epist. de Curia Innoc. VII. fol. 170.

AN. CH. 1406. 20. Aug.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Nicolao de Wolania Præposito Ecclesiæ Sancti Ægidii Uratislavien. Clerico Cameræ Apostolicæ & ejusdem Sedis Nuncio; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Nuncii hoc munus late extensum.

Cum te ad Hungariæ & nonnulla alia Regna, provincias, atque partes pro nostris & Romanæ Ecclesiæ negotiis præsentialiter destinemus; &, sicut accepimus, in Regnis & Provinciis ac partibus prædictis sint nonnulli Prælati & Clerici ac Personæ Ecclesiasticæ & seculares utriusque sexus, necnon Communitates, qui, seu quæ pro reparatione seu etiam reformatione Basilicarum (*c*) Lateranen. ac Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum de Urbe nonnulla Jura, Res, Census & bona alia dare & solvere tenentur: Nos de tua fidelitate & prudentia, certa experientia confidentes, tibi per te vel alium seu alios fide & facultatibus ydoneos, dictarum Ecclesiarum nomine omnia & singula Jura, Res, Census, & Bona pro reparatione dictarum Ecclesiarum in Regnis & provinciis, ac partibus debita & debenda imposterum, quacumque ratione vel causa petendi exigendi & recipiendi, rationesque & computa a quibuscumque Collectoribus & Succollectoribus dictorum Jurium censuum rerum & bonorum tantum, quacumque auctoritate hactenus ibi deputatis & deputandis, audiendi & examinandi; ipsosque ad id, si necesse fuerit, ac Contradictores quoslibet & Rebelles, cujuscumque status gradus ordinis conditionis vel præeminentiæ fuerint, etiamsi Pontificali vel quavis alia præfulgeant dignitate, auctoritate nostra per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi; ac solventes de hiis, quæ tibi solverint dumtaxat, dictarum Ecclesiarum nomine, quitandi & absolvendi, plenam tenore præsen-

Exact[...] injungit[...] neralis.

(*a*) Ex Pinnensi & Hadriensi Sede ad Perusinam hunc transtulit Bonifacius IX. an. 1390. fuitque ejus Pontificis Thesaurarius: rursus an. 1404. ad Spoletanam Eccl. est translatus per eumdem Pontificem IV. Cal. Mart. ut docet Ughell. Itaque ante an. 1390. Pœnitentiariæ Rector erat: ac proinde Fr. Angeluccius, qui confirmari petit Pœnitentiarius minor, plusquam 17. annos id muneris exercuerat.

(*b*) De incerto, ac sæpe sæpius coarctato Pœnitentiariorum numero, vide quæ diximus (*pag.* 48. *not. a*) necnon infra de eodem amplificato per Gregor. XII.

(*c*) Nunc primum video Lateranensi Ecclesiæ non modo Basilicæ nomen contra Prædecessorum morem tribui; sed principe etiam loco recenseri ab hoc Pontifice Lateranen. Ipsam Basilicam: at Successores minime imitatos singulare exemplum deprehendi: quod cuique planum fiet in sequentibus.

præſentium concedimus facultatem. Non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædeceſſoris noſtri de una ex duabus dictis in Concilio Generali, quam aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque, etiamſi de illis & totis eorum tenoribus de verbo ad verbum eſſet in præſentibus mentio ſpecialis habenda, ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a præfata ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari, aut extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Sic igitur in præmiſſis diligenter ſollicite & fideliter te habeas, quod perinde apud nos commendari valeas, noſtramque & dictæ Sedis benedictionem uberius conſequi merearis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum XII. Kalendas Septembris Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Concedit facultatem Capitulo dandi in Emphyteuſim Domicello cuidam Sulmonen. Domum ſitam in Burgo, reparatione indigentem, ita tamen, ut illam inſtauret, ſolvatque annuum cenſum 5. Ducatorum.

Ex Autogr. Archivi Baſ. Vat. capſ. 57. faſc. 210.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exhibitæ nobis nuper pro parte veſtra petitionis ſeries continebat, quod quædam domus cum clauſtro, puteo, & Caſellino (*a*) ad Capitulum veſtrum pleno jure pertinens ſita in Burgo (*b*) Sancti Petri in Contrata, quæ dicitur Delarmini (*c*) reparatione non modica indigere dignoſcitur, quodque propter calamitates, & diſturbia, quæ hactenus in Alma Urbe inciderunt (*d*), Capitulum ipſum eſt inhabile ad ſubeunda onera expenſarum pro reparatione dictæ domus neceſſaria. Cumque, ut eadem petitio ſubjungebat, dilectus filius nobilis vir Honophrius de Pratulis Domicellus Sulmonen. ſi præfata domus ſibi pro ſe, atque poſteris ſuis in emphyteoſim perpetuam ſub annuo cenſu quinque ducatorum concedatur, reparationi ipſius domus ſe offerat, Nobis ex parte veſtra fuit humiliter ſupplicatum, quatinus præfatam domum, ut præfertur, cujus a duabus partibus via publica, a duabus res ejuſdem Capituli eſſe noſcuntur, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis concedendi eidem Honophrio ſub annuo cenſu præfato in emphyteoſim perpetuam vobis licentiam de benignitate Apoſtolica concedere dignaremur. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis pro annuo cenſu quinque

Rationes ab eodem adductæ.

(*a*) Rectius infra *Caſallino*, quemadmodum non ſemel tum hoc, tum præcedenti volumine. Iſtud, aliaque id genus nomina in cenſuali libro, quem dicunt *Cataſtro*, a Jacobo Grimaldo inveniuntur expreſſa citra ullam interpretationem. Du-Cangius in Gloſſario *Parietinas* intelligit pro Caſalino; id eſt locum ubi aut fuit, aut ædificari poteſt domus. Ita erit fortaſſe alibi: hîc certe aliud ſibi vult. Neque hîc tantum; verum etiam noſtra in hac collectione, ubicumque reperitur. Et vero in Conſtitutione alia duodecimi ſæculi exeuntis (*to. 1. pag. 75.*) legimus *ortum cum Caſalino .... quatuor Caſalinos, & duas Criptas cum Curte ante ſe, & ortis poſt ſe cum introitibus, & exitibus &c.* Quare non parietinas, ſed ædificium haud dubie Caſalinus. Idem Du-Cangius verbo *Caſſina* affert locum ex charta Comitiſſæ Mathildis in hanc ſententiam: *Una cum omnibus Caſis & Caſſinis, ſeu Caſalinis, ſimulque terris, & rebus illis qui ad jam dicta Caſa & Curte .... ſunt pertinentes tam de muro pro dicto Caſtello, quam & de foris Caſis, atque Caſſinis ſeu Caſalinis &c.* Erat igitur Caſalinus modicum ædificium ab ipſa domo ſeparatum, quod minime ab hominibus habitabatur, ſed in eorum uſum (puta pro equis aliiſque animantibus ibi alendis; rebuſque aliis ſervandis) & commoditatem intra ambitum murorum, queis claudebantur pertinentia omnia ad eamdem domum, *Clauſtri* nomine expreſſum.

(*b*) Nomen Burgi haud vulgare erat temporibus, queis verſamur ut ex Diſſertatione ſuperius edita. Quid igitur? Novumne, atque inauditum id nominis? Ibidem jam dixi, Anaſtaſium (*Sect. 432.*) teſtari, quod *Burgus* habitatio Anglorum vocabatur eorumdem idiomate. Quum igitur audimus Burgum, meridionalem potius partem Porticæ, ſeu Leoninæ Civitatis, accipiamus oportet, quam, ut noſtra ætate, quam longe lateque patet, Civitatem ipſam totam, cujus pars Regio pontis erat, ut in Diſſertatione oſtendimus, parſque alia, ut nunc audimus, Burgus; & forte aliæ in documentis reperientur: Salebroſa enim fateor in tempora me incidiſſe, ex quibus reptando manibus, pedibuſque evadere non ſemel cogor.

(*c*) Nihil hac voce obſcurius; nihilque e contrario aptius ad enodandum id novum atque antea inauditum Burgi nomen. Quæ enim hîc appellatur *Contrata delarmini in Burgo S. Petri*, Armenorum (*de l' Armeni*) dicitur in Scripturarum Indice exactiſſimo (*Ind. 1. pag. 30.*) Tabularii Baſil. Vat. Jamvero Tabula Ichnograph. Alpharani lit. *m m* Xenodochium exhibet a M. Gregorio conſtructum quod, ut ait Ciampinus (*to. 3. pag. 40.*) *jamdiu exoletum & in domos converſum Pius IV. ampliandæ plateæ gratia disjecit.* Martinellus ante eum id docens, ajenſque in oppoſito Pœnitentiariæ ſitum fuiſſe (*Rom. Sac. pag. 360.*) ſubdit: *Vocatum fuit Armenorum, & poſtea S. Mariæ Virgariorum.* Et infra (*pag. 376.*) *Vocabatur etiam S. Gregorius Armenorum propter Armenos ibi degentes.* Itaque civitatis Leoninæ pars verſus meridiem, quam incolebant id temporis Saxones, ſeu Angli prope S. Spiritus, Friſones ad S. Michaelis, & Armeni uſque ad plateam Vaticanam, quum antiquius inhabitaretur a ſolis Saxonibus, Burgi nomen adepta erat, deque hac loquitur Innocentius VII. ut mihi quidem videtur, cui ab octavo, nonove ſeculo id nomen acceſſerat.

(*d*) Harum calamitatum nemo eſt integrior teſtis Innocentio ipſo, qui fugæ, rerumque aliarum incommoda perpeſſus, vix ante ſex menſes redierat Romam, ipſaſque ædes Apoſtolicas violatas, immo peſſumdatas repererat.

Pontifex annuit ejus votis.

que ducatorum annis singulis præfato Capitulo solvendorum locandi, ac concedendi dictam domum cum claustro, puteo, & Casallino, ut præfertur, & omnibus juribus, & pertinentiis suis præfato Honophrio pro se, & suis Successoribus in Emphyteusim perpetuam, Constitutionibus a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, vel a nobis super hoc editis, & beneficio restitutionis in integrum, ac omnibus litteris, & Indulgentiis Apostolicis, & omni juris Canonici, vel civilis auxilio, nec non omnibus aliis exceptionibus contra Emphytecticarios, & conductores non obstantibus quibuscumque plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum X. Kalendas Octobris Pontificatus nostri Anno Secundo.

GREGORIUS XII.

Post Innocentii mortem vacat Sedes mensem fere integrum. Nam die tantum 2. Decembr. eligitur, 19. consecratur an. 1406. Gregorius XII. Angelus Corarius antea dictus, presb. Card. tit. S. Marci. Et ipse ut Decessor, electioni præmittit jusjurandum de abdicando Pontificatu. Quum sederet post annos 2. mense septimo, die 26. Jun. an. 1409. eligitur in Concilio Pisano Alexander V. & die 7. insequentis mensis consecratur. Angelus Corarius superstes fuit ad annum 1417. sed ante biennium Pontificatu cesserat in Concilio Constantiensi.

Decem & octo Pœnitentiarios minores Vaticano Templo, tres Lateranensi Ecclesiæ, ac duos Liberianæ Basilicæ addicendos curat per Prænestinum Episcopum; cui & circa ea, quæ ad eorumdem Pœnitentiariorum officium pertinent, statuenda vel castiganda, omnimodam tribuit facultatem.

Ex Reg. 1. Epistol. de Cur. Gregorii XII. fol. 301. apud Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1407. 1. *Mart.*

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Antonio Episcopo Penestrino, (*a*) Pœnitentiariæ nostræ curam gerenti; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad reformationem debitam & salubrem officii Minorum Pœnitentiariorum Basilicarum & Ecclesiarum Almæ Urbis ex Apostolicæ servitutis officio paternis & solicitis studiis intendentes; cum ad audientiam nostram, etiam tuæ circumspectionis industria referante relatio fide digna perduxerit, propter obitum felicis recordationis Innocentii Papæ septimi prædecessoris nostri, qui plerosque ex hujusmodi Minoribus Pœnitentiariis ad ipsius Prædecessoris beneplacitum (*b*) fecerat, eorum officium expirasse, sicque numerum ipsorum Pœnitentiariorum propterea extitisse & esse quamplurimum diminutum, & tam in numero quam qualitatibus Pœnitentiariorum aliorum ipsum officium reformatione indigere permaxima; Nos cupientes, ut uiri zelo domus Dei & exsemplaris & laudabilis uitæ ac scientia præditi, hujusmodi officio in competenti numero præficiantur, ut expedit; & attendentes, quod ibi diligentius invigilare nos convenit, ubi possunt animarum saluti graviora provenire dispendia: ac de ejusdem tuæ circumspectionis industria in altissimo quam plurimum confidentes, quod scies & poteris in præmissis salubriter providere; eidem circumspectioni tuæ hac vice dumtaxat illos, quos ex hujusmodi Pœnitentiariis per felicis recordationis Urbanum sextum & Bonifacium IX. Romanos Pontifices prædecessores nostros, quoad viverent, inveneris deputatos, & dummodo alias exemplaris Vitæ ac probatæ conditionis & famæ, & ad tale officium & ejus exercitium ydoneos esse reperias, in eo, de quo præfatæ tuæ circumspectioni videbitur, numero auctoritate nostra confirmandi, & in supplementum defectus numeri aliorum Pœnitentiariorum, prædictis tamen ut præfertur confirmandis computatis, usque in quantitatem

Conditio pœnitentiariorum per ea tempora.

Ratio e[...] di eorum[...] valde im[...] tum.

(*a*) Epitaphium ad S. Mariæ super Minervam ab Ughello recitatum in Catalogo Episcopor. Portuensium ita habet: *Hic requiescit Reverendiss. in C. Pater D. Antonius Cajetanus Episc. Portuen. S. R. E. Card. qui obiit a.D.* 1412. *mense Januar. die XI. Ind. V.* Nam Bonifacius IX. virum hunc præstantissimum e Romm. Principibus & Patriarcham Aquilejen. creavit presb. Card. S. Cæciliæ, deinde Prænestinum Episc. ac post Concil. Pisanum anno 1409. Portuensis & S. Rufinæ Episcopus est factus ab Alexandro V. Idem vel quum erat Prænestinus Episcopus Majoris Pœnitentiarii munere fungebatur. Ciacon. & Ughell.

(*b*) Hujus rei exemplum habes paulo supra (pag. 64.)

(*a*) Ingen-

tatem vigintitrium deputandi, qui vitæ prærogativa & zelo Domus * hujusmodi prædotati existant, in Basilica videlicet Apostolorum Principis decemocto, (*a*) Lateranen. tres, Sanctæ Mariæ Majoris duos deputandi, dummodo aliud canonicum non obsistat; & omnia & singula, quæ circa salutarem directionem dicti officii lima correctionis opus esse prospexerit, corrigendi & reformandi ac etiam providendi, & prout oportunum fore cognoverit, statuendi; Contradictores quoque ac Rebelles per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi; Constitutionibus Apostolicis ac statutis & consuetudinibus dictæ Pœnitentiariæ, seu si alicui vel aliquibus eorundem Pœnitentiariorum aut aliis communiter vel divisim ab Apostolica Sede Indultum existat, quod excommunicari suspendi vel ammoneri non possint per Litteras Apostolicas, plenam & expressam de Indulto hujusmodi non facientes mentionem; ac exemptionis & quibusvis aliis privilegiis & Indultis ac litteris Apostolicis quibuscumque locis Personis seu ordinibus sub quacumque forma vel expressione verborum ab eadem Sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus etiam de verbo ad verbum in nostris litteris mentio sit habenda, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque; plenam concedimus tenore præsentium facultatem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kalendis Martii Pontificatus nostri anno I.

Vaticanam Basilicam, ejusque Capitulum & Clerum subdit Apostolicæ Visitationi Card. Antonii Calvi, ipsius Basilicæ Archibresbyteri.

Ex Reg. 2. Epistol. de Cur. Gregorii XII. fol. 255. ap. Archiv. Apost. Vatic.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Antonio (*b*) tituli Sanctæ Praxedis Presbytero Cardinali; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad exequendum Pastoralis Officii debitum curis assiduis intendentes, ad Universas Orbis Ecclesias quarum nobis cura imminet generalis, ut votivis gratulentur eventibus, & prosperis in spiritualibus ac temporalibus dante domino successibus augeantur, divinusque cultus vigeat in eisdem, præcipue nostræ considerationis aciem extendimus: & si ipsarum aliquas in eisdem spiritualibus & temporalibus deformatas seu collapsas esse sentimus, solertis diligentiæ studio laboramus, ut ope nostra debitæ visitationis officio ac oportuna reformatione resurgant. Cupientes igitur, ut Veneranda nostra Basilica Principis Apostolorum de Urbe, quam velut præcipuam & devotissimam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Filiam strictiori quodam vinculo paternæ dilectionis brachiis constringimus, & quæ, sicut accepimus, reformatione non modica in eisdem spiritualibus & temporalibus indigere dinoscitur, jocunda ac laudabili reformatione lætetur; Circumspectioni tuæ, cui nuper Archipresbyteratum ejusdem Basilicæ tunc vacantem & antea dispositioni Apostolicæ reservatum per alias nostras litteras commendavimus, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus in Basilica prædicta, quoties oportunum fuerit, in Capitulo & in membris per te vel alium visitationis officium auctoritate nostra exercere non postponas; tibi hujusmodi visitationis officium vice nostra per te vel alium, ut præfertur, in Basilica præfata, necnon Canonicis & personis ejusdem, etiam in dignitatibus personatibus vel officiis constitutis, exequendi; & quæ inibi correctionis & reformationis Ministerio noveris indigere, corrigendi & reformandi; ac rationabilia & honesta ejusdem Basilicæ consuetudines & statuta observari faciendi; necnon a Dilectis Filiis Camerariis ejusdem Basilicæ, ad quos fructus, redditus proventus, & emolumenta ipsius hactenus qualitercumque pervenerunt, ac aliis ad quos in futurum forsitan pervenient, ne cœca forsitan ducti cupiditate, illa in proprios usus convertant, eorundem juxta eadem consuetudines & statuta de per eos receptis & administratis legales computum & rationem recipiendi, ipsos-

Archipresbyterali jurisd. visitationis munus adjungit.

De redituum præcipue administration. inquirendum præcipit.

(*a*) Ingentis hujus Pœnitentiarior. Minorum numeri in Basil. Vatic. nulla, ut vides, comparatio est cum tenui cæterar. Basilicar. numero.

(*b*) Familia Calva de Regione montium Ciaconii tempore inter veteres & honoratas gentes Romæ censebatur. Ex hac Familia Antonius S. Petri Canonicus, Imolensis Episcopus juxta Ughellum electus, ad Ecclesiam Tudertinam translatus an. 1396. a Bonifacio IX. XI. Cal. Jan. creatus est Card. presb. tit. S. Praxedis ab Innocentio VII. subinde tit. S. Marci est adeptus ab Alexandro V. quum factus jam esset Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ a Gregorio XII. qui Basilicam reformandi, ac disciplinam instaurandi facultatem illi dedit a Ciaconio memoratam, at minime exploratam, quæ hoc Diplomate continetur. Ciaconio, & Ughello iisdem testibus obiit supremum diem an. 1411. VI. non. Octob. sepultusque est in Basilica Vaticana prope Sacellum quod ipse non construxerat, ut vult Ciacon. sed instauraverat: extabatque in navi ultima ad Aquilonem (*Tab. Ichnogr. Alphar. num. 97.*) S. Jacobo Apostolo dicatum. Antequam tit. S. Marci adipisceretur, esse Archibresbyterum, eodem hoc ex Diplomate certum est: præterea Ciaconius idem testatur, Alexandrum V. nullum Cardinalem creasse, at titulos dumtaxat mutasse, quos inter, illum Antonii Calvi, quare nonnisi an. 1409. tit. S. Marci est assequutus.

ipſoſque Camerarios ad hæc & etiam reſtitutionem per eos receptorum hujuſmodi, ſi expediens fuerit, compellendi; ac eos & alios Officiales quoſcumque in ipſa Baſilica pro tempore deputandi, fructus quoque redditus proventus & emolumenta prædicta exigendi & levandi, & illa per hujuſmodi Officiales ſeu Camerarios per te deputandos recipiendi, & in ejuſdem Baſilicæ utilitatem convertendi & exponendi; necnon Canonicos & perſonas prædictas & alios Presbyteros Beneficiatos & Clericos in ipſa Baſilica Beneficia ſeu Officia Eccleſiaſtica obtinentes, invicem forſan diſcrepantes, ad concordiam reducendi, & quæcumque controverſias jurgia ac alias cauſas inter eos mota & movenda audiendi, ac de illis cognoſcendi, illaſque fine debito terminandi; & eorum exceſſus ac crimina, prout illorum qualitas exegerit, per ſpirituales & temporales pœnas abſque Perſonarum delectu puniendi ac corrigendi, eoſque Canonicatibus & Præbendis ac dignitatibus perſonatibus & officiis, ac aliis beneficiis Eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura quibuſcumque, quæ tunc in eadem Baſilica quomodolibet obtinebant, qui ſe ad illa obtinenda indignos reddiderunt, abſque judiciorum ſtrepitu per te ſolum dumtaxat privandi, & de illis etiam amovendi; necnon omnia alia & ſingula, quæ in præmiſſis & circa ea ac pro hujuſmodi cultus augmento in eadem Baſilica & pro ipſius ſtatu felici quomodolibet fuerint oportuna, faciendi diſponendi & ordinandi, ac nihilominus legitimis, per te ſuper hiis habendis, ſervatis proceſſibus, eos, quoties expedierit, aggravandi. Contradictores quoque per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi, ac invocandi ad hoc, ſi opus fuerit, auxilium brachii ſecularis; quibuſcumque Indultis ſeu Privilegiis exemptionibus a Juriſdictione ſeu viſitatione quacumque Dilectis Filiis Capitulo ejuſdem Baſilicæ ac prædictis Canonicis Perſonis Presbyteris Beneficiatis & Clericis ſub quibuſvis verborum forma ſeu tenoribus forſan a Sede Apoſtolica conceſſis, etiamſi de illis de verbo ad verbum præſentibus fieri deberet mentio ſpecialis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon prædictis ſtatutis & conſuetudinibus Juramento confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, & aliis contrariis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem; ſeu ſi eiſdem Capitulo Canonicis Perſonis Presbyteris ac Beneficiatis & Clericis vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Per hoc autem eiſdem Privilegiis & Indultis quoad alia nolumus aliquatenus derogare.

Ipſam juriſdictionem Archipresbyteralem auget.

Præſidiu[m] illi affert Ce[n]ſurar. & br[a]chii ſæculari.

Datum Senis (a) IV. nonas Septembris Pontificatus noſtri anno ſecundo.

ALEXAN-

(a) Semel ineunte Septembri menſe Senas Viterbio pervenit Gregorius anno 1407. Pontif. primo; iterumque Julio menſe Luca Senas rediit 1408. Pontif. ſecundo, unde non receſſit, niſi menſe Novembri. Primum de tollendo Schiſmate res erat dimittendo etiam Pontificiam dignitatem ſi opus fuiſſet, qua ſcilicet conditione juratus illam erat adeptus; at re infecta diſceſſum tum ab Antipapa Benedicto ex Italia, tum a Gregorio ex Urbe Luca, quo ſe contulerat Senis, ut cominus congrederetur cum Antipapa. Secundo autem poſt abjectam ſpem concordiæ omnem, collectamque ſibi maximam invidiam & novos creando Cardinales, & nimis aperte ægritudinem animi ſignificando, ad dimiſſionem Pontificatus quod attinebat. Diploma iſtud dedit, quum Senis degebat iterum: Diploma propemodum comparandum cum litteris, & Conſtitutione Nicolai III. quæ extant in ſuperiori volumine. Omnia ſiquidem virtute, ſanctitate, ac Domus Dei zelo præditum ſummum hunc virum demonſtrant; vindicantque acerrime ab iis, quæ Niem ab ulceroſo ſtomacho in eum evomuit. Quum cæteroqui nimiam huic fidem Recentiores fere omnes adhibeant. Legitimus ille erat Pontifex: nec præſtanda illi erant quæ jurejurando promiſerat, niſi quum Pſeudo-Pontificem ultro, aut vi exautoratum vidiſſet, eoque in ſtatu rem Catholicam; ut quam ipſe optime geſſerat, alii gerendam impune dimitteret. Nihilominus ſeq. anno, menſe abhinc decimo dejectus in Concilio Piſano Suceſſorem habuit Alexandrum V. Aliud Gregorii Diploma, quod dedit Gajetæ an. 1411. poſt Alexandri mortem, novo jam creato Pontif. Joanne XXIII. rejeci poſt ejuſdem Alexandri Conſtitutiones, ne turbarem ordinem rerum, & temporum. Vide infra (*pag.* 72.)

(a) Hic

ALEXANDER V.

Quum neque Pseudo-Pontifex Petrus de Luna, neque Gregorius XII. juratus ante & post electionem, dimittere voluissent Pontificatum pro Ecclesiæ bono; tertius eligitur Alexander V. (a) Cardinalibus electionem probantibus, die 26. Jun. an. 1409. Hic, qui antea vocabatur Petrus de Candia Presb. Cardinalis tit. XII. Apostolor. vulgo Mediolanensis nuncupatus menses dumtaxat decem, dies 8. gubernavit Ecclesiam. Occubuit mortem an. 1410. die 3. Maji, in Civitate Bononia, quo se contulerat contagiosam metuens Luem, quæ Pisas invaserat.

Exemplo Gregorii XII. Basilicam Vaticanam cum Capitulo & Clero visitandam committit Card. Archipresb. Antonio de Calvis, amplissima ei facta potestate.

Ex Regesto unico Alexandri V. fol. 13 ap. Arch. Apost. Vat.

[...]CH. [1]410. [...] Jan.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Antonio tituli sancti Marci (b) Presbytero Cardinali; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad exequendum Pastoralis officii debitum curis assiduis intendentes, ad universas Orbis Ecclesias, quarum Nobis cura imminet generalis, ut votivis gratulentur eventibus & prosperis in spiritualibus & temporalibus dante Domino successibus augeantur, divinusque cultus vigeat in eisdem, præcipue nostræ considerationis aciem extendimus: & si ipsarum aliquas in eisdem spiritualibus & temporalibus deformatas seu collapsas esse sentimus, solertis diligentiæ studio laboramus, ut ope nostra debitæ visitationis officio ac oportuna reformatione resurgant. Cupientes igitur ut veneranda nostra Basilica Principis Apostolorum de Urbe quam velut præcipuam & devotissimam sanctæ Romanæ Ecclesiæ filiam, strictiori quodam vinculo paternæ dilectionis brachiis constringimus, & quæ sicut accepimus reformatione non modica in eisdem spiritualibus & temporalibus indigere dinoscitur jocunda ac laudabili reformatione lætetur; circumspectioni tuæ, cui nuper Archipresbyteratum ejusdem Basilicæ tunc certo modo vacantem & antea dispositioni Apostolicæ reservatum per alias nostras litteras commendavimus (c) per Apostolica Scripta committimus & mandamus quatenus &c. *ut in Bulla Gregorii XII. Regesti 2. fol. 255. tergo usque* auctoritate

Basilicam Vat. reformatione indigere sentit.

(a) Hic natione Cretensis, & Fr. Petrus Philargi antea dictus cognitione rerum divinarum & humanarum præstans; Joanni Galeatio Mediolan. Duci carissimus, primum locum, teste Platina, in ejus consulationibus habuit. Ejusdem rogatu Vicetinus Episcopus, deinde Novariensis, postremo Archiepiscopus Mediolanensis factus fuit. Ab Innoc. VII. creatus Card. Basilicæ XII. Apostolorum, postea Pontificatum, illumque admodum brevem, sortitus iniquissimis temporibus, res præclare gerendi nec tempus, nec locum habuit. Ladislaum tamen Siciliæ Regem, atque Urbis invasorem privavit Regno in Concilio Pisano, illudque transtulit in Ludovicum Andegavensem Ducem: atque ejus gloria insignis fuit, recuperasse Pauli Ursinii Pontificiorum militum ducis virtute Urbem Romam, ac Civitatem Leoninam angustiis liberasse.

(b) Huc revocanda quæ ad Gregorii XII. Diploma nuper diximus, tum de Archipresbytero, tum de Titulis, & Archipresbyteratu.

(c) Qui ante biennium a Gregorio XII. creatus fuit Archipresb., ex hoc Diplomate creari videtur ab Alex. V. nam verba ipsa, præter Titulum S. Praxedis, & paucas admodum variationes vocum, Diploma istud præsefert. Id autem aliunde non esse profectum crediderim, quam ex eodem per Archipresbyterum communicato cum novo Pontifice: qui mutato Titulo S. Praxedis, in S. Marci, additaque Apostolica auctoritate, minime ademit quæ nullo pacto suis temporibus conducebant. Titulum vero S. Marci idcirco tribuit Archipresbytero; quia quum causa Schismatis accidisset, ut duo plerumque Titulares unius Tituli essent, eorum mutandorum quasi necessitas supervenit. Hinc autem factum, Panvinio, & Ciaconio testibus, ut Romanæ Ecclesiæ usus manarit, qui ante eum diem inauditus fuerat: quam Epochem confirmat Victorellus in addition. ad Ciacon. & præcipue Pagius Junior (*in Alex V. num. 5.*) Onuphrii Panvinii locum recitans, ubi de hac re agitur. Anno igitur 1409. mutandi titulos consuetudo originem habuit. Quare notitia illa vetus apud Baron. (*an. 1057. n. 19.*) duæ in Codd. Provincialibus veteri & novo apud Miræum, & illa, quam Pagius Jun. (*Ibid. num. 7.*) ex eod. pergameno MS. temporum Joannis XXII. in lucem edidit, satis aperte sua ipsarum varietate pandunt hallucinationem, seu imposturam pseudo Joannis Diaconi qui vel Mabillonium decepit: apud illum siquidem non solum proferuntur septem Episcopi Cardinales ordine alio ab eo, quem habent in cod. Vat. Reg. Suec. 712. (*pag. 86.*) edito per Georgium (*Liturg. to. 3. pag. 542.*) sed inscite numerantur hoc pacto: *Hostiensis primus S. Rufinæ secundus, Portuensis tertius, Albanensis quartus, Tusculanensis quintus, Sabinensis sextus, Prænestinensis septimus*, (*Mus. Ital. to. 2. pag. 567.*) & vero antiquissimæ cujusvis notitiæ ante Alexandrum V. inconstantia ex antiquitate ordinationis proveniebat. Perinde factum comperimus diu post Alexandrum V. Nam Sixtus IV. Latinum Ursinum ex Sabinensi Episcopo Tusculanum creavit: quumque an. 1484. eligebatur Innoc. VIII., & 1492. Alexander sextus, Episcopus Portuensis erat Decanus; non autem Ostiensis: quemadmodum in Pii III., & Julii II. creatione an. 1503. Decanus erat Episc. Sabinensis. Quæ omnia ejusdem inconstantiæ locupletissima sunt testimonia usque ad seculi XVI. principium. Hinc scilicet perpetuo servatum videmus ordinem qui nostra ætate viget, ut Ostiensis & Veliternus, Portuensis & S. Rufinæ, Sabinensis, Prænestinus, Tusculanus,

tate nostra compellendi ac eos & alios Officiales quoscumque in ipsa Basilica pro tempore, juxta morem hactenus laudabiliter observatum, deputandi, fructus quoque redditus proventus & emolumenta prædicta exigendi & levandi, & illa per hujusmodi Officiales seu Camerarios per te deputandos recipiendi, & in ejusdem Basilicæ evidentem utilitatem dumtaxat convertendi & exponendi; necnon Canonicos & personas prædictos ac alios Presbyteros Beneficiatos & Clericos, in ipsa Basilica Beneficia seu Officia Ecclesiastica obtinentes, invicem forsan discrepantes ad concordiam reducendi &c. *ut in supradicta Bulla*, seu si eisdem Capitulo Canonicis Personis Presbyteris ac Beneficiatis & Clericis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede Indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & aliis contrariis nequaquam obstantibus, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Per hoc autem eisdem Privilegiis & Indultis quoad alia nolumus aliquatenus derogare.

Redituum curam præcipue commendat.

Datum Bononiæ Nono Kalen. Februarii Anno primo.

Quæ Pontificii juris sunt ex oblationibus majoris Altaris & aliorum liberaliter concedit per quadriennium in Basilicæ instaurationem: cujusmodi curam exactionis demandat Archipresbytero, qui eam delegat Vicario, & Canonico ejusdem Basilicæ.

Ex Autogr. Arch. Bas. Vatic. Caps. 2. Fasc. 256.

AN. CH. 1410. 10. *Mart.*

Literæ Archipresbyteri Bas. Vat.

Antonius Miseratione Divina tit. sancti Marci, Sacros. Rom. Ecclesiæ Presb. Cardinalis Tudertin. vulgariter nuncupatus, ac Archipresbyter Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe delegatus, & Commissarius unicus ad infrascripta exequenda per nos, vel alium, seu alios ydoneum, seu ydoneos a Sede Apostolica specialiter Deputatus Venerabilibus Viris Altaristæ Altaris ejusdem Basilicæ, in quo beatorum Petri & Pauli Apostolorum Venerandæ Reliquiæ conservantur, (*a*) ac Altaristis aliorum Altarium prædictæ Basilicæ, ad quos oblationum deinceps fiendarum in præfata Basilica receptio, & recollectio, & earum dispensatio communiter vel divisim pertinet, omnibusque aliis, & singulis quorum interest, vel intererit, quosque infrascriptum tangit negotium, vel tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeantur, seu quacumque præfulgeant, dignitate salutem in Domino, & mandatis nostris hujusmodi, imo verius Apost., firmiter obedire. Noveritis Sanctissimum in Christo Patrem, & Dñum nostrum Dñum Alexandrum Divina Providentia Papam Quintum (*b*) per suas litteras Apostolicas cum cordula canap. nera bulla plumbea ipsius Domini nostri Papæ more Romanæ Curiæ impenden. bullatas, sanas, & integras, non vitiatas, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes infrascriptam executionem & administrationem commisisse; quarum literarum Apostolicarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis = Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Antonio Tituli sancti Marci Presbytero Cardinali; Salutem & Apostolicam Benedictionem. Et si cunctarum Ecclesiarum nos solicitudo solicitet, si quotidiana ipsarum ad nos pulset instantia, præcipue tamen excitat mentem nostram, ut cura Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, velut cunctarum Ecclesiarum speculum, & exemplar ordine debito dirigatur, decenter in ejus fabrica restauretur, temporalibus adaugeatur subsidiis, & spiritualibus semper proficiat incrementis; excitat nos ad hoc cunctis quasi Christicolis ad illam innata devotio Petri sedis inducit, allicit immediata subjectio, quin potius unita conjunctio, monent nos tantorum in ea Martyrum gloriosa præjacta semina, de quibus quasi tota seges Ecclesiæ pullulavit. Cum itaque, sicut accepimus, ipsa Basilica in plerisque locis in suis tectis, seu tegmentis, adeo lacerata, & deformata existat, quod pluvioso tempore ingredientes in eam devotionis causa Christifideles per ymbres, seu guttas pluviæ maculentur, & propterea tecta hujusmodi necnon Ecclesia, Sacristiæ, & quædam alia loca infra dictam Basilicam consistentia reparatione non mediocriter sumptuosa indigere noscantur; Nos cupientes, quod tecta, nec non Sacristiæ, atque alia loca hujusmodi decenter

Quibus inseritur Constitutio Pontificis.

Ipsa Constitutio Pontif. de verbo ad verbum affertur.

Præstantia ejusd. Basilicæ.

Reparationis ejusd. necessitas.

---

nus, & Albanus recenseantur, ut apud Miræum, Ughellum, Labbeum &c. Quatuor, quandoque quinque ad hujusmodi Sedes gradatim ascendisse Cardinalem aliquem comperies: quo ad fel. rec. Clemens XII. anno 1731. edita Constitutione IV. Idus Januar. decrevit ut Episcopi Cardd. ab una ex suburbicariis Sedibus ad aliam *semel tantum transire possint*, Ostiensi tamen excepta, ad quam jure Decanus ascendit.

(*a*) Falsa jam opinio invaluerat divisionis ossium SS. Apostolor. at nemo eruditorum nescit, SS. Principis Apostolorum cineres in Vaticano, Doctoris gentium via Ostiensi quiescere. Consulendi Ordd. Romm. & Historia temporum.

(*b*) Hinc confirmantur ea, quæ nuper dicebamus: nam creato Alexandro V. Gregorium XII. Cardinales deseruerunt.

(*b*) Datum

center, & congrue reparentur; ac de tuæ circumſpectionis induſtria, qui Archipresbyter ejuſdem Baſilicæ exiſtis, plenam in Domino fiduciam obtinemus, quod votis noſtris in hac parte promptis deſideriis te conformes. Ideoque tibi tenore præſentium per Apoſtolica Scripta committimus, & mandamus, quatenus omnes, & ſingulas pecunias, ſeu oblationes, quæ per fideles ipſos ad majus Altare ejuſdem Baſilicæ in quo dicti beati Petri, & beati Pauli Apoſtolorum venerandæ reliquiæ conſervantur, ac omnium aliorum Altarium in ipſa Baſilica exiſtentium pro partibus nobis contingentibus infra quatuor annos a dat. præſentium computandos fient, expenſis ceræ, olei, luminum, & aliorum ñtiorum, prout fieri conſuevit hactenus, dumtaxat exceptis, in reparatione prædicta fideliter, & integre convertendas, quas ad hoc de ſpeciali munificentia Apoſtolica tenore præſentium deputamus per te, vel alium, ſeu alios, ydoneum, ſeu ydoneos, de quorum probitate, induſtria, & fidelitate nullatenus hæſitetur, per te interim deputandum, ſeu deputandos recolligas, & in eadem reparatione, prout expedire videris, omni adhibita ſolicitudine expendere ſtudeas, & procures, ut tuæ ſinceritatis affectum, quem erga Baſilicam prædictam gerere firmiter te credimus, & tenemus, operis efficacia comprobetur; Mandamus etiam Altariſtæ dicti Altaris auctoritate Apoſtolica deputato, ac Altariſtis aliorum Altarium auctoritate prædicta, vel alia quavis, deputatis, & deputandis, & pro tempore exiſtentibus, omnibuſque aliis, & ſingulis, quorum intereſt, ſeu ad quos pertinere dinoſcitur, ut tibi, aut per te deputando, vel deputandis hujuſmodi, quo tempore dicto quadriennio durante, eaſdem pecunias, ſeu oblationes pro ipſis partibus nobis contingentibus, quæ interim pervenerint juxta moderationem noſtram prædictam in reparatione prædicta, ut præmittitur convertendas efficaciter ſtudeant aſſignare. Nos enim tibi Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi, & etiam de receptis pecuniis hujuſmodi quitandi; & alia in præmiſſis; & circa ea quomodolibet ñtia, & utilia, juxta datam tibi a Deo providentiam diſponendi, & ordinandi plenam, & liberam auctoritate prædicta concedimus facultatem non obſtantibus ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius Baſilicæ, & aliis contrariis quibuſcumque. Seu ſi dicto Altariſtæ, vel aliis quibuſvis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Bononiæ ſecundo Idus Februar. (a) Pontificatus noſtri Anno primo. Nos vero conſiderantes hanc dignitatem Cardinalatus nobis Divina diſpoſitione a Deo conceſſam, ex qua rei totius fidei Chriſtianæ a Roma abſentes intendere cogimur, & de toto populo Chriſtiano in parte, ſicut Cardinalis in diſtricto examine rationem reddere compellemur, non valentes tam arduis in Romana curia præpediti negociis perſonaliter ad prædicta exequenda intereſſe, Vobis Venerabilibus Viris Dominis Jacobo de Calvis Vicario, ac Jacobo de Thedalin. dictæ Baſilicæ Canonicis, de quorum providentia, & ydoneitate ad prædicta, committimus, & mandamus, & auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa tenore præſentium ſubdelegamus in executionem hujuſmodi negotiorum nobis commiſſorum, ac Vices noſtras donec eas ad nos duxerimus revocandas, quatenus omnes & ſingulas pecunias, ſeu oblationes quæ per Chriſtifideles ad Altare majus ejuſdem Baſilicæ, ac alia quæcumque Altaria in ipſa Baſilica exiſtentia pro partibus præfatum Dominum noſtrum Papam tangentibus infra quatuor annos a dat. dictarum Litterarum Apoſtolicarum computandos pervenient, & fient expenſis ceræ, olei, luminum, & aliorum ñtiorum, prout hactenus fieri conſuevit, exceptis, auctoritate noſtra, ymo verius Apoſtolica, recolligatis, & in tectorum, & Sacriſtiarum, & aliorum locorum prædictæ Baſilicæ reparatione indigentium, fabrica, & reparatione congruis, & decentibus, prout vobis expedire videbitur, cum omni ſolicitudine, fideliter, & integre convertatis, & expendatis. Quocirca Altariſtam prædicti Altaris majoris, & alios Altariſtas omnium aliorum Altarium minorum, omneſque alios, & ſingulos ſupradictos, quibus noſtræ præſentes litteræ diriguntur, primo, ſecundo, tertio, & peremptorie auctoritate Apoſtolica ſupradicta moneatis, & requiratis communiter, & diviſim, quos nos etiam ſic præſentium tenore requirimus, & monemus, eiſque nihilominus, & cuilibet eorum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub infraſcriptarum ſententiarum pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dies poſt præſentationem, ſeu notificationem præſentium per vos, vel alterum veſtrum, eis vel alteri eorum factam immediate ſequentes, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies

Archipresbyter delegat eam facultatem Vicario, & alii Canonico.

Præſcribi exactionis rationem iiſdem delegatis.

(a) Datum vides Diploma die 31. Januarii an. 1410. ac proinde nullatenus cum præcedenti Diplomate indicatis literis confundi debet. Iſtæ enim idcirco laudantur: *per alias noſtras literas*: quia, ut diximus, Diploma illud eſt merum exemplum Diplomatis Gregorii XII. Apoſtolica auctoritate confirmatum.

dies eis, & eorum cuilibet pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, postquam pro parte Vestra, vel alterius Vestrum fuerint requisiti; Vobis, vel alteri Vestrum hujusmodi quadriennio durante easdem pecunias, seu oblationes pro ipsis partibus præfatum Dominum nostrum tangentibus, quæ interim ad ipsum Altare majus, & ad ipsa Altaria minora pervenient, convertendas juxta moderationem Apostolicam prædictam, in reparatione prædicta efficaciter studeant assignare. Alioquin prædicta sex dierum canonica monitione præmissa, auctoritate qua supra, singulariter in singulos exnunc prout extunc, & ex tunc prout exnunc, in hiis scriptis sententiam excommunicationis proferimus, cujus relaxationem Nobis vel Superiori nostro, præterquam in Mortis articulo, reservamus. Et si contingat nos super præmissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem omnimodam reservamus, non intendimus propterea commissionem nostram hujusmodi in aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa specialem, & expressam in nostris litteris fecerimus mentionem. Vos autem subdelegati nostri, quorum industriam ad tam pium opus consummandum præ cæteris duximus eligendos, taliter in receptione prædictarum pecuniarum, seu oblationum, estote solertes, & providi, & in earum exbursatione in fabrica, & reparatione prædictis circumspecti, & attenti quod ultra præmium æternum, merito de tanto bono opere valeamus vos penes Sedem Apostolicam commendare. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum has patentes litteras in forma pulici documenti de præmissis fieri, & per Ambrosium Notarium nostrum publicum infrascriptum, subscribi, & publicari mandavimus, nostrique Sigilli, quo utebamur dum tit. S. Praxedis tenuimus, fecimus appensione comuniri.

Censuras comminatur oblationes ad Pontif. spectantes non tradentibus.

Harum l... rar. auctori...

Datum, & actum Bononiæ in domibus nostræ solitæ residentiæ sub Anno a Nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo decimo, Indictione tertia, die Lunæ decima Mensis Martii Pontificatus Sanctissimi in Chr. Patris, & Domini nostri Domini Alexandri divina providentia Papæ Quinti prædicto An. Primo: præsentibus ibidem Reverendo Patre Domino Fratre Petro-Sancto Episcopo Atien. (a) & Sacrorum Decretorum Doctore Dño Johanne de Turchis de senis; ac Magistro Andrea Martinetti Litterarum Sacræ Pœnitentiariæ Scriptore, & Canonico dictæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Testibus ydoneis ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Ambrosius quondam Johannis de Zaconis de Rosate publicus Apostolica, & Imperiali auctoritate Notarius Mediolanen. Diœces., quia præmissis monitioni, & .... excomunicationis prolationi, ac subdelegationi, omnibusque aliis, & singulis supradictis. Dum sicut præmittitur per præfatum Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Cardinalem Tudertin. fierent, & agerentur, una cum prænominatis Testibus, præsens fui, eaque omnia, & singula fieri vidi, & audivi, rogatus tradidi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, & aliis negotiis occupat. per alium fidelem scribi feci, meque hic mea propria manu subscripsi, signoque, & nomine meis solitis una cum appensione sigilli memorati Reverendissimi Patris, & Domini Domini Cardinalis sæpedicti de ipsius mandato, & auctoritate consignavi in fidem & testimonium præmissorum.

Episcopo Senogallien. Collectori Romandiolæ demandat collectionem censuum &c. ad Basilicas Principis Apostolorum & Lateranensem spectantium, pro Camera Apostolica.

Ex Reg. 4. Epist. de Cur. Gregorii XII. fol. 7. Ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1411. 21. Jan.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Episcopo Senogallien. in Provincia nostra Romandiolæ, ejusque Civitatibus & Diœcesibus fructuum, & Proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectori; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum in nonnullis locis, in quibus es Jurium Cameræ Apostolicæ Collector per nos deputatus, sint, ut asseritur, aliqui census redditus & proventus spectantes & pertinentes ad Ecclesias & Capitula Lateranen. (b) & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; quiquidem census redditus & proventus, stante ipsa Alma Urbe nostra a Scismaticis, (c) prout est, occupata, ad Cameram Apostolicam pertinere noscuntur. Nos volentes prout tenemur indemnitatibus dictæ Cameræ providere, Fraternitati tuæ de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus dictæ Cameræ nomine

(a) Forte legendum *Ariensi.* Cretensis Archiepiscopi suffraganeus erat Ariensis, seu Arienensis: ut in Notit. ap. Schelestrat. (*to.* 2. *pag.* 772.)

(b) Ut supra vidimus Innocentium VII. prætulisse Basil. Lateran. Basilicæ Principis Apostolorum; ita nunc hujus Capitulo Capitulum illius præmitti cernimus Basilicæ tamen nomen Vatic. Eccl. præservatur. Nihilominus consectaria hæc sunt Constitutionis Gregorii XI. (*pag.* 20.)

(c) Gregorius a die 26. Jun. 1409. depositus in Synodo Pisana, quum Alexander V. Successor electus fuit; Joannis XXIII.

nomine petendi exigendi & recipiendi ipsos omnes & singulos Census redditus & proventus, quocumque nomine censeantur, & sint, ad ipsas Ecclesias & Capitula Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe quacumque ratione vel causa spectantes, vel quomodolibet pertinentes, tam pro præsenti, quam præterito & futuro durante occupatione hujusmodi, a quibuscumque & ubicumque reperiantur & sint in locis officio tuæ Collectoriæ commissis dantes quoque & solventes de receptis dumtaxat quitandi & liberandi; renitentes quoque & contradicentes per Censuram Ecclesiasticam & alia Juris remedia compescendi, & invocandi si opus fuerit auxilium brachii secularis. Non obstantibus si aliquibus communiter, vel divisim a Sede Apostolica sit Indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, aut aliis quibuscumque contrariis; plenam & liberam durante officio tuo prædicto auctoritate Apostolica concedimus tenore præsentium facultatem. Volumus autem quod quicquid feceris & receperis de præmissis ad dictam Cameram transmittere non postponas.

Contra fas vetantur Capitula jus suum tueri.

Datum Gajetæ (a) XII. Kalendas Februarii Pontificatus nostri anno sexto.

JOANNES XXIII.

Mortuo Bononiæ Alexandro V. die 3. Maji an. 1410. quartodecimo inde die in eadem Urbe eligitur Joannes XXIII. Balthassar Cossa seu Coxa antea dictus diac. Card. tit. Sancti Eustachii, & die 25. ejusdem mensis Maji consecratur. Anno autem 1415. in Concilio Constantiensi dejicitur, estque superstes ad annum usque 1418. quum Florentiæ se submittit Martino V. princepsque locus inter Cardinales ei permittitur, brevi relinquendus.

Exemplo Innoc. VII. Ecclesiam S. Mariæ Domnærosæ nuncupatam, cum bonis, juribusque suis universis confert Monasterio S. Catharinæ prope Porticum beati Petri de Urbe.

Ex antogr. in Vatic. Basil. Tabular. Caps. 28. Fasc. 109.

JOannes Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Christo Filiabus Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Catharinæ prope porticum Beati Petri de Urbe Ordinis Sancti Benedicti; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Apostolicæ Sedis benignitas circumspecta prudentes Virgines, quæ se parant accensis Lampadibus obviam ire sponso, tanto propensiori debet studio prosequi caritatis, quanto majori propter fragilitatem sexus indigere suffragio dinoscuntur. Sane petitio vestra Nobis nuper exhibita continebat, quod in Monasterio vestro tu filia Abbatissa & dilectæ in Christo filiæ Moniales dicti Monasterii, quæ de Nobilibus Civibus Roman. Cavalaroctis vulgariter nuncupatis, procreatæ estis, in magno timore quotidie vivitis propter multitudinem gentium armigerarum illic pro tempore confluentium, præsertim cum aliqui vestri vicini Nobiles, seu Barones, aut alii potentes Urbis ejusdem invicem diffidentes, eorum subditos & sequaces etiam illic faciunt convenire, vel insimul conturbantur; cum vos Abbatissa & Moniales prædictas, quæ alium locum tutum in ipsa Urbe pro mansione vestra non habetis, oporteat tunc ab ipso Monasterio recedere, atque per alienas habitationes in ipsa Urbe discurrere, non absque vestrarum status, & animarum periculo, & parentum de quibus estis genitæ scandalo, & in qua ad Dei laudem deputatæ fuistis, turbatione quietis: Quodque Ecclesia Sanctæ Mariæ Donnerosæ in Regione Campitelli de Urbe præfata, quæ

S. Cathar. de Funariis antiqua descriptio.

nis XXIII. (qui Alexandri Pontificatum decem mensium exceperat mense Majo anno 1410.) obedientiæ homines appellat Schismaticos. Hos inter censebatur Paulus Ursinus Pontificiarum copiarum Dux, qui pulso Ladislao Urbem receperat ineunte eodem anno 1410. eamque servabat Ecclesiæ. Cave autem putes, ipsum Joannem cum Schismaticis recenseri: is enim Romam venit cum Ludovico Andegavensi Siciliæ Rege tribus fere mensibus post datas has literas.

(a) Antequam deponeretur, Utini in Diœcesi Aquilejensi concilium celebrare nequicquam cœperat. Postmodum ab Aquilejen. Patriarcha sibi metuens, Ariminum, indeque Ladislai triremibus in Aprutium, denique Cajetam est delatus, ubi rerum omnium inops, conficere conabatur pecuniam, ut constat ex hoc Diplomate ibidem dato ineunte an. 1411. Qua occasione edocemur Basilicam Vaticanam, æque ac Lateranensem in Romandiola census, aliosque reditus tunc temporis habuisse.

Collegiata & Parochialis olim erat.

quæ Collegiata, & Parrochialis existit, & in qua ab antiquis temporibus unus Primicerius ac quinque Canonici fuerunt & sunt, & cujus facultates in septem partes, quarum duas Primicerius pro se, & singuli quinque Canonici ipsius Ecclesiæ, qui fuerunt & sunt pro tempore singulas alias portiones recipiunt, hactenus dividi consueverunt annuatim; & quæ quidem facultates adeo diminutæ sunt, quod dilecti filii Primicerius, & Canonici ipsius Ecclesiæ, qui nunc sunt, exinde non possunt congrue sustentari; quodque Divinus cultus in ipsa Ecclesia non usquequaque solemniter peragitur, & animarum cura dilectorum filiorum Parrochianorum ipsius Ecclesiæ minus diligenter exercetur, immo ipsa Ecclesia Primicerio, & Canonicis ipsis, atque Clericis, necnon domus infra claustrum ejusdem Ecclesiæ olim pro mansione dictorum Primicerii, & Canonicorum deputatæ, jamdiu fuerunt & sunt habitatoribus derelictæ; & quæ quidem domus pro mansione vestra, ingruente necessitate, forent accommodæ, si per Sedem prædictam Ecclesia ipsa ad simplicem Parrochialem Ecclesiam reduceretur, & eidem Monasterio uniretur, ita videlicet quod eadem Ecclesia, deficientibus seu suppressis ipso Primiceriatu & Canonicatibus ac Præbendis ejusdem Ecclesiæ, per duos ydoneos Presbyteros seu Rectores ipsius Ecclesiæ per eosdem Parrochianos hac prima vice, ac deinde singulis vacationum temporibus eligendos, & Vicario in Spiritualibus Generali Summi Pontificis pro tempore existenti præsentandos, sive nominandos, & per eundem Vicarium instituendos de cetero gubernetur, ac animarum cura hujusmodi exerceatur, nec non deserviatur inibi laudabiliter in Divinis. Quare pro parte vestra Nobis fuit humiliter supplicatum, ut prædictam Ecclesiam, cujus Centum, eidem Monasterio, cujus etiam Centum Ducatorum auri, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut asseritis, non excedunt, perpetuo incorporare, annectere, & unire, & alias in præmissis vestro, nec non Ecclesiæ, & Monasterii prædictorum statui, utiliter providere de speciali gratia dignaremur. Nos igitur, qui de præmissis per relationem fide dignam Nobis factam informati sumus, Vobis paterno compatientes affectu, ac volentes Vobis de alicujus subventionis auxilio providere, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex nunc dictam Ecclesiam cum eisdem domibus, aliisque possessionibus, nec non bonis, & juribus, ac pertinentiis suis universis eidem Monasterio auctoritate præfata perpetuo incorporamus, annectimus, & unimus.

De reducenda ad simplicem Parochialem agitur.

Sic reducta annectitur Monasterio S. Cathar. prope porticum.

Ita quod liceat Vobis ex nunc corporalem possessionem dictarum Ecclesiæ, & domorum infra dictum claustrum existentium, ut præfertur, auctoritate propria libere apprehendere, nec non pro usu, & eadem habitatione vestris perpetuo retinere, quodque cedentibus, vel decedentibus eisdem modernis Primicerio, & Canonicis; vel Primicerio Primiceriatum, ac Canonicis ipsis Canonicatus, & Præbendas suos antedictos, alias quomodolibet dimittentibus; fructus, redditus, & proventus, nec non aliæ possessiones, & bona supradicta ad eosdem Primicerium, & Canonicos ratione Primiceriatus, ac Canonicatuum & Præbendarum suorum præfatorum, & ad eandem Ecclesiam quomodolibet pertinentia, Vobis, & eidem Monasterio vestro applicentur: Ita tamen quod ex tunc dicta Ecclesia per eosdem duos Presbyteros sive Rectores ydoneos per dictos Parrochianos eligendos, seu nominandos, & præsentandos præfato Vicario existenti pro tempore, & per eum instituendos in eadem Ecclesia, qui hujusmodi curam animarum Parrochianorum prædictorum gerant, ac eisdem Parrochianis in ipsa Ecclesia ministrent Ecclesiastica Sacramenta, nec non Missas, & alia Divina Officia diebus singulis, & horis consuetis in eadem Ecclesia decenter, & laudabiliter celebrare, nec non apud eandem Ecclesiam personaliter residere teneantur in aliis habitationibus congruis per vos eis deputandis; qui quidem Presbyteri omnes oblationes, & elemosinas, quæ fient in eadem Ecclesia pro tempore, nec non alios minores introitus, sive redditus ipsius Ecclesiæ inter se æqualibus portionibus dividant, & ultra hujusmodi portiones quilibet dictorum Rectorum de grossis fructibus ejusdem Ecclesiæ annuatim percipere debeat triginta Florenos ad rationem, & usum monetæ currentis Romanæ; & residuum eorumdem majorum fructuum, si quod fuerit, annis singulis cedat integre Monasterio memorato, unde vos, & illæ, quæ vobis successerint in eodem Monasterio, Ecclesiam, ejusque domos, hujusmodi teneamini & teneantur restaurari, & refici facere oportune, prout vobis, & eis melius videbitur expedire, sed alia possessiones & bona hujusmodi vos, & illæ, quæ vobis successerint, ac duo Rectores ejusdem Ecclesiæ, qui erunt pro tempore antedicti locare libere, & licite valeatis, & valeant personis, cum quibus Monasterii, & Ecclesiæ prædictorum conditionem facere potueritis, & poterunt meliorem; (a) Non obstantibus quod quondam Innocentius tunc in sua obedientia Papa VII. nuncupatus dictam Ecclesiam cum domibus, possessionibus,

Onus inju gitur Mona bus pro huju unione.

Quomod videndi eju ditus.

Locat cultas co tur.

(a) Hucusque sententiis, verbisque iisdem usus est Pontifex, quibus septimo anno ante Innocentius VII. cujus constitut. & quæ ad eam animadvertimus consule superius *pag. 60. & seqq.*

(a) Rem

nibus, bonis, juribus & pertinentiis suis supradictis, eidem Monasterio vestro per quasdam suas litteras univerit & incorporaverit, quarum litterarum vigore possessionem Ecclesiæ, & domorum prædictarum fuistis assecutæ, per Triennium tenuistis, ac exposuistis pro reparatione ipsarum Ecclesiæ, & domorum circa trecentos Ducatos; ortaque propterea fuerit inter vos, & dilectos filios Nicolaum Passarelle de Neapoli pro Primicerio, & quosdam alios pro Canonicis & Capitulo ipsius Ecclesiæ se gerentibus coram dilecto filio Francisco Abbate Monasterii sancti Martini, Ordinis sancti Benedicti Viterbien. Dioc., nostro in dicta Urbe in spiritualibus Vicario generali (*a*) de, & super Ecclesia, & domo præfatis, ac eorum occasione materia quæstionis, & in ipsa causa ad nonnullos actus citra tamen conclusionem extiterit processum; quæ omnia hîc haberi volumus pro sufficienter expressis (*b*) quibuscumque Constitutionibus, privilegiis, & litteris Apostolicis, atque nostris, necnon statutis, & consuetudinibus Ecclesiæ Monasterii, & ordinis prædictorum contrariis, juramento confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis: Aut si aliqui Apostolica, vel alia quavis auctoritate in eadem Ecclesia in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant: seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus, & præbendis, ac dignitatibus, personatibus, vel officiis ipsius Ecclesiæ spetiales vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, & quæcumque inde secuta, ad hujusmodi Primiceriatum, necnon Canonicatus, & præbendas volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem Canonicatuum, & præbendarum ac dignitatum, personatuum, vel officiorum, necnon beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuscumque privilegiis, Indulgentiis, & litteris Apostolicis generalibus, vel spetialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ translationis, incorporationis, annexionis, unionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Absque Canonicor. præjudicio ad alios Canonicatus, & Prabendas.

Datum Romæ apud sanctum Petrum (*c*) Idibus Junii Pontificatus nostri An. secundo.

Sui in spiritualibus in Urbe Vicarii Locumtenentem constituit Petrum Saccum Vaticanæ Basilicæ Canonicum.

Ex Regesto secundo Epistol. de Cur. Joannis XXIII. fol. 217. apud Archiv. Apost. Vatic.

JOannes Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Petro Sacco Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac in eadem Urbe nostri in Spiritualibus Vicarii Locumtenenti; Sal. & Apost. Benedictionem.

Licet ad cunctos Populos sub Religione Christianæ fidei militantes tanquam universalis Pastor Gregis Dominici pro eorum cura vigilanter mentis aciem extendamus; Romanam tamen Urbem inclitam, quam divina clementia statuit Caput Orbis, & ubi Apostolicæ Sedis fundamenta stabilivit eo præcordialius intuemur, quo Urbs ipsa majorum dignitatum titulis insignita potiori dinoscitur veneratione colenda. Ad salutem itaque Animarum Romani Populi veluti specialium filiorum paternis affectibus intendentes; cum ipsi circa singula, ut vellemus, attenti esse nequeamus; propensior nos cura solicitat, ut de ipsorum statu spiritualiter dirigendo laudabiliter disponamus. Eapropter ad personam tuam nostræ mentis aciem dirigentes, ac sperantes quod ex data tibi desuper gratia scies fructus salutiferos in dicta Urbe conserere; te, qui etiam Cubicularius noster existis in Urbe præfata, Locumtenentem Vicarii nostri in spiritua-

(*a*) Rem sane novam, & vix credibilem! Simplex Abbas ord. S. Bened. Vicarius generalis Urbis. At ita ferebant tempora, necnon Pontificis ingenium. Sequenti anno rem multo magis singularem evenisse testatur Diploma hanc consti-tut. excipiens: nam Canonicum nostræ Basilicæ locumtenentem Vicarii creat cum omnibus facultatibus ad eum spectantibus.

(*b*) Hinc rursus adhibet sententias & verba Innoc. VII. usque ad finem.

(*c*) Bononia Romam adveniens Urbem erat ingressus cum Ludovico Andegavensi Siciliæ Rege an. 1411. die 11. Aprilis Sabb. Sancto magnoque cum honore a Romanis, tunc ad momentum quiescentibus, acceptus fuerat.

Canonicus S. Petri cum plena auctor. Vicar. gener.

ritualibus usque ad nostrum beneplacitum tenore præsentium facimus constituimus & etiam deputamus, Tibi faciendi gerendi & exercendi omnia & singula, quæ Vicarii ipsi per Sedem Apostolicam in dicta Urbe hactenus deputati facere gerere & exercere consueverunt, plenam & liberam facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedentes. Volumus autem quod antequam hujusmodi officium incipias exercere, de ipso fideliter exercendo ac debitæ fidelitatis in manibus Dilecti Filii nostri Antonii tituli sanctæ Cæciliæ (*a*) Presbyteri Cardinalis Apostolicam Cameram Regentis præstes in forma solita Juramentum. Quocirca devotioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus hujusmodi devote suscipiens, sic præfatum regas officium, ut ad laudem Dei & salutem dicti Populi & ad honorem nostrum videris expedire; itaquod tuis salubribus operationibus singulorum mentes ad cælestia dirigantur, & exinde perennis vitæ præmium, nostramque benedictionem & gratiam uberius consequi merearis.

Coram Camerario juram. præstandum pro eo munere

Datum Romæ apud sanctum Petrum XV. Kalendas Novembris Pontificatus nostri Anno tertio.

MARTINUS V.

Post dejectum Joannem XXIII. in Concilio Constantiensi anno 1415. quum Gregorius XII. ultro cessit Pontificatu; necnon post multam, maximeque diuturnam summorum Principum operam ut schisma penitus extingueretur, quam Petrus de Luna mirum in modum elusit: a 23. Cardinalibus triplicis obedientiæ Gregorii, Joannis, & Benedicti post sessionem 41. ejusdem Concilii eligitur Martinus V. qui erat Odo, seu Otto Columna diac. Card. S. Georgii ad velum aureum an. 1417. die 11. Novembris, ac die Dominico 21. ejusdem mensis consecratur. (*b*) Is moderatus est Ecclesiam annos 13. menses 3. dies undecim, supremumque obiit diem anno 1431. die 20. Februarii. Eodem Pontifice schisma illud funestissimum 50. annorum extinctum fuit.

Innocentii VII. & Joannis XXIII. constitutiones de unione Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Domnæ Rosæ ratas habet, eamdemque unionem firmiorem reddit.

Ex Autogr. Archivi Basil. Vat. capf. 28. fasc. 109.

AN. CH. 1421. 18. *Jan.*

Exorditur a spirituali Summi Pontif. munere.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram Rei memoriam. Apostolicæ Servitutis Officium Nobis licet immeritis ex alto commissum circa Monasteriorum, & aliorum piorum locorum statum in melius dante Dño prosperandum sedulis curis exequi soliciti libenter illa solertis provisionis impendimus auxilia, per quæ Monasteria, & loca ipsa prosperiores complectantur successus, & acceptioribus jugiter proficiant incrementis. Dudum siquidem pro parte dilectorum in Christo filiorum Abbatissæ, & Conventus Monasterii Sanctæ Catherinæ prope porticum Beati Petri de Urbe

(*a*) De duobus viris præstantissimis Antonio de Calvis, & Antonio Cajetano aliquid superius diximus. Horum autem primus occubuit mortem VI. Non. Oct. 1411. alter sequenti anno IV. Id. Januar. 1412. Tertius hic haud dubie fuit Antonius de Chalanto Sabaudiensis Allobrox, quem Antipapa Benedictus creaverat Card. Diaconum S. Mariæ in via lata an. 1404. simulque elegerat Archiep. Lausanensem. Etenim anno 1409. relicto Antipapa, Concilio Pisano interfuit, suoque suffragio Alexandri V. creationem juvit: tametsi eum non Alexander, sed Joannes XXIII. ex Diacono, Presb. Card. S. Cæciliæ declaravit. A Pontifice is numquam discessit: ita ut non solum Romæ esset, quum datæ hæ literæ sunt; sed nonnisi inseq. anno Pontificiæ fugæ comes Romam reliquerit. Postmodum una cum Francisco Zabarella SS. Cosmæ & Damiani Diacono profectus est Legatus ad Sigismundum Imperatorem electum, ut conveniret de loco Concilii generalis, quod fuit Constantiense. Quanti idem esset, vel inde conjicimus, quod Card. Francisco Zabarellæ virtute scientiisque præstanti viro collega designatus in tanti momenti negotio, nil habuit antiquius, quam ut Ecclesiæ unionem instauraret, quod & factum fuit, tametsi cum Joannis XXII. maximo detrimento. Ex oratione ejus ad Sigismundum adversus Ladislaum Ecclesiasticæ ditionis invasorem, quam affert Bzovius 1413. deprehenditur, & Romanæ eum Ecclesiæ, seu ditionis Pontificiæ acerrimum defensorem fuisse. Quare Pontifex Cameram Apostol. ei regendam committens, ut patet ex hoc Diplomate, optimum, aptissimumque virum delegerat.

(*b*) Rescriptum hujus Pontif. adversus Simoniacos datum Mantuæ an. 1418. die 14. Novemb. apud Raynald. (*num.* 32.) habet: *Pontificatus nostri anno secundo*. Quamobrem & Martinus V. ut de Innoc. VII. diximus annos a die electionis, non consecrationis, numerat. Pagius quidem Jun. (*n.* 20.) conatur mendosum id Rescriptum ostendere. At Epigraphem ejus tumulo insculptam in Basil. Lateran.. *Sedit A. XIII. menses III. dies XII.* inferius animadvertens, recteque vindicans contra Papebrochium, diem inde detrahit, Sedemque ab ipsa electione metitur (*num.* 86.)

(*a*) Hac

UrbeOrdinis S.Benedicti quondam Innocentio Septimo,& bonæ memoriæ Baldassari Episcopo Tusculan. Johanni XXIII. in eorum obedientiis, (a) de quibus partes illæ erant, tunc nuncupatis successive exposito, quod Monasterio prædicto Abbatissa præfata, & dilectæ in Christo filiæ Moniales dicti Monasterii, quæ de Nobilibus Civibus Romanis Cavallarottis nuncupatis procreatæ erant in magno timore quotidie viverent, & propter multitudinem gentium armigerarum illic pro tempore confluentium, præsertim cum aliqui earum vicini Nobiles, seu Barones, aut alii potentes Urbis ejusdem invicem diffidentes, eorum subditos & sequaces etiam illic fecerant convenire, & insimul conturbarentur, cum Abbatissam,& Moniales predictas,quæ alium locum tutum in ipsa Urbe pro mansione earum non habebant, oporteret tunc ab ipso Monasterio recedere,atque per alienas habitationes in ipsa Urbe discurrere non absque suarum status, & animarum periculo, & parentum, de quibus erant genitæ, scandalo,& in qua ad Dei laudem deputatæ fuerunt turbatione quietis, quodque Ecclesia Sanctæ Mariæ donnæ rosæ in Regione Campitelli de Urbe præfata, quæ collegiata, & parrochialis Ecclesia existit, & in qua ab antiquis temporibus unus Primicerius, & quinque Canonici fuerant & erant tunc, & cujus facultates in septem partes quarum duas Primicerius pro se, & singuli quinque Canonici ipsius Ecclesiæ, qui fuerant & erant pro tempore, singulas portiones recipiebant dividi consueverunt annuatim, & quæ quidem facultates adeo diminutæ existebant, quod dilecti filii Primicerius, & Canonici ipsius Ecclesiæ qui tunc erant, exinde non poterant congrue sustentari, quodque divinus cultus in ipsa Ecclesia non usquequaque solemniter peragebatur, & animarum cura dilectorum filiorum parrochianorum ipsius Ecclesiæ minus diligenter exercebatur, ymo ipsa Ecclesia Primicerio, & Canonicis ipsis atque Clericis necnon domus infra Claustrum ejusdem Ecclesiæ pro mansione dictorum Primicerii, & Canonicorum deputatæ, jamdiu fuerant, & erant habitatoribus derelictæ,& quæ quidem domus pro mansione earumdem Abbatissæ, & Conventus ingruente necessitate forent accommodæ, si per sedem prædictam Ecclesia ipsa ad simplicem parrochialem Ecclesiam reduceretur, & eidem Monasterio uniretur, ita videlicet quod eadem Ecclesia deficientibus seu suppressis ipso Primiceriatu, & Canonicatibus, & præbendis ejusdem Ecclesiæ per duos ydoneos Presbyteros, seu Rectores ipsius Ecclesiæ per eosdem Parrochianos ea prima vice, ac deinde singulis vacationum temporibus eligendos, & Vicario in Spiritualibus generali in Urbe Roman. Summi Pontificis pro tempore existenti præsentandos, sive nominandos, & per eumdem Vicarium instituendos de cetero gubernaretur, ac animarum cura hujusmodi exerceretur, necnon deserviretur inibi laudabiliter in divinis, & pro parte ipsarum Abbatissæ, & Conventus eisdem Innocentio, & Episcopo tunc Johanni XXIII. successive humiliter supplicato, ut prædictam Ecclesiam eidem Monasterio perpetuo incorporare annectere & unire, & alias in præmissis earum necnon Ecclesiæ & Monasterii prædictorum statui utiliter providere dignarentur; præfati Innocentius septimus, & Episcopus tunc Johannes XXIII. de præmissis per relationem fidedignam eis super hoc factam informati, dictam Ecclesiam cum eisdem domibus, aliisque possessionibus, necnon bonis, ac juribus, & pertinentiis suis universis eidem Monasterio per suas litteras perpetuo incorporarunt, annexuerunt, & univerunt, itaquod liceret ipsis Abbatissæ, & Conventui extunc corporalem possessionem dictarum Ecclesiæ, & domorum infra dictum Claustrum existentium, ut præfertur auctoritate propria libere apprehendere,necnon pro ipsarum usu, & habitatione perpetuo retinere, quodque cedentibus, vel decedentibus eisdem tunc Primicerio, & Canonicis, vel Primicerio Primiceriatum, ac Canonicis ipsis Canonicatus, & præbendas suos antedictos, alias quomodolibet dimittentibus fructus, reditus, & proventus, necnon alia possessiones, & bona supradicta ad eosdem Primicerium, & Canonicos ratione Primiceriatus, & Canonicatuum, & præbendarum suorum præfatorum ad eamdem Ecclesiam quomodolibet pertinentia ipsis, & eidem Monasterio applicarentur, ita tamen quod extunc dicta Ecclesia per eosdem duos Presbyteros, sive Rectores ydoneos per dictos Parrochianos eligendos, seu nominandos, & repræsentandos præfato Vicario existenti pro tempore, & per eum instituendos in eadem Ecclesia, qui hujusmodi curam animarum Parrochianorum prædictorum gererent, ac eisdem Parrochianis in ipsa Ecclesia ministrarent Ecclesiastica Sacramenta,necnon missas, & alia divina officia diebus singulis, & horis consuetis in eadem Ecclesia decenter, & laudabiliter celebrarent, & apud eamdem Ecclesiam personaliter residerent, regeretur in

Innoc. VII. & Jo. XXIII. auctoritas requisita. Incorporatio, & onera recensentur.

(a) Hac voce nil frequentius apud Scriptores omnes, qui de Schismate hoc maxime diuturno agunt. Pontificem ipsum, qui ei finem imposuit an. 1417. voce eadem uti vides, quod maxime attendi debet: nam ab Innoc. VII. creatus erat Card. Diaconus, & ab Joanne, quem ipse cum aliis elegerat, summis honoribus cumulatus.

(a) Con-

in ea habitationibus congruis per Abbatissam, & Conventum præfatos deputandis, & qui quidem Presbyteri, sive Rectores omnes oblationes & elemosinas quæ fierent in eadem Ecclesia pro tempore, necnon alios minores introitus sive reditus ipsius Ecclesiæ inter se æqualibus portionibus dividerent, & ultra hujusmodi portiones quilibet dictorum Rectorum de grossis fructibus ejusdem Ecclesiæ annuatim percipere deberent triginta florenos ad rationem, & usum monetæ currentis Roman., ac residuum eorumdem majorum fructuum, si quod foret, annis singulis cederet integre Monasterio memorato, unde Abbatissa, & Conventus prædictæ, ac illæ, quæ eis succederent in eodem Monasterio Ecclesiam, ejusque domos hujusmodi tenerentur restaurari, & refici facere oportune, prout eisdem Abbatissæ & Conventui melius videretur expedire, sed alia possessiones, & bona hujusmodi Abbatissa, & Conventus, & illæ quæ eis succederent, ac duo Rectores ejusdem Ecclesiæ, qui essent pro tempore, antedicti locare libere, & licite valerent personis cum quibus Monasterii, & Ecclesiæ prædictorum conditionem facere possent meliorem prout in ipsis litteris plenius continetur: (*a*) Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Abbatissæ & Conventus prædictarum petitio continebat, ipsæ, quæ in vim earumdem literarum dicti Innocentii septimi tunc hujusmodi generis, & necessitatibus occurrentibus possessionem quarumdam domorum dictæ Ecclesiæ apprehendentes, illas per aliquot tempora inhabitarunt, etiam postquam nos tunc divina favente clementia ad apicem Summi apostolatus assumpti omnes uniones quacumque auctoritate factas, quæ nondum sortitæ fuerant effectum revocaveramus, cum a nonnullis assereretur, dilectum filium Nicolaum de Passarellis Primicerium (*b*) dictæ Ecclesiæ tunc fore vita functum, revocationis hujusmodi forsan ignaræ prætextu literarum prædictarum quarumdam domorum aliarum & fructuum, reddituum, & proventuum dicti Primiceriatus possessionem apprebendentes illos ex tunc etiam tenuerunt prout tenent in usum antedictum licet de facto, & quod inter Abbatissam, & Conventum ex una parte, Nicolaum, & Canonicos præfatos super fructibus, redditibus, & proventibus, ac tunc apprehensis possessionibus prædictis, & ipsorum occasione, quos utraque partium aliarum ad se de jure spectare asserebant, ex altera materia quæstionis exorta. Nos causam hujusmodi, non obstante quod de sui natura ad Roman. Curiam legitime devoluta, & apud eam tractanda & finienda non esset, Venerabili Fratri nostro Jacobo Episcopo Spoletan. (*c*) tunc locum unius ex Auditoribus causarum Palatii Apostolici de mandato nostro tenenti prout tenet ad instantiam dictorum Nicolai, & Canonicorum audiendam commisimus, & fine debito terminandam, qui in causa ipsa ad nonnullos actus inter partes ipsas dicitur processisse. Cum itaque secundum præmissa, incorporatio, annexio, & unio prædictæ juribus non subsistant, pro parte ipsarum Abbatissæ, & Conventus asserentium se in reparatione domorum hujusmodi magnam expensam fecisse; necnon hujusmodi facultates ipsius Ecclesiæ etiam modernis temporibus adeo diminutas, quod Primicerius, & Canonici pro tempore existentes prædicti exinde non possint congrue sustentari; ipsis propterea in præfata Ecclesia non usquequaque cultum hujusmodi etiam cum eorumdem Parrochianorum curæ neglectu solemniter peragentibus, necnon Ecclesiam, & domos præfatas etiam adhuc habitatoribus derelictas pro mansione ipsarum Abbatissæ, & Conventus necessitate ingruente hujusmodi accommodas fore, fuit nobis humiliter supplicatum, ut præmissis suadentibus Ecclesiam prædictam cujus centum cum eisdem suis juribus, & pertinentiis dicto Monasterio, cujus etiam centum florenorum auri fructus, redditus, & proventus secundum communem extimationem valorem annuum ut ipsæ Abbatissa, & Conventus asserunt, non excedunt, juxta hujusmodi litterarum continentiam, atque formam de novo unire, annectere, & incorporare, & alias eis super præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos statum causæ hujus-

Possessionem aliqua ex parte inierant Moniales.

Controversia inde nata Auditori Causarum S. Palatii commissa.

(*a*) Consulendæ Constitutiones Innoc. VII. & Joannes XXIII. superius allatæ pagg. 60. & 73. quarum sententiæ fere integræ in hac solenni, & plumbata Constitutione efferuntur: necnon Dissertatio sæpe memorata.

(*b*) Hunc Joannes XXIII. appellat *pro-Primicerio*, sicut Canonicos *pro Canonicis* Videsis pag. 75.

(*c*) Jacobum de Turcis de Camplo Ughellus appellat, censetque sextum & tricesimum inter Pennenses & Hadrianenses Episcopos; inter Spoletanos autem 56. nam illi prius Sedi datus Antistes anno 1413. Constantiensi Concilio affuit, extititque unus ex triginta electoribus nationum, qui pro hac vice additi fuerunt Sacro Cardinalium Collegio in electione Martini V. Sacro eodem Collegio assentiente. (*Sess.* 41.) Ibi autem *Jacobum Pennensem electum* appellari eum comperimus (*Concil. Lab. to. 2. pag.* 249.) Quare ut inter Pennenses & Hadrienses Præsules censeatur; Sedem tamen illam adiisse nunquam videtur. Nam idem Martinus V. an. 1419. Cal. Febr. Spoletanum eum Antistitem renunciavit, simulque inter Auditores causarum Palatii Apostolici ut esse pergeret idem voluit: quod satis liquet ex Constitutione hac, quam edimus in lucem. Hujusmodi Auditoribus successisse dicuntur duodecim Capellani Papæ, seu Auditores Rotæ. Sed Polidorus Virgilius (*de rer. inventor. lib. 6. cap.* 12.) & Ciaconius centum fere annis ante Martinum V. hosce Auditores institutos volunt a Joanne XXII. & Cohellius longe antiquiorem esse contendit eorum institutionem primævam (*in notit. Cardin. cap.* 19.) Ac propterea utrique simul diutissime floruerunt. Cæterum Ughello teste idem Jacobus & Spoletanus Antistes erat, & Pennensis Eccl. perpetuus administrator.

(*a*) Anto-

hujusmodi habentes præsentibus pro expresso necnon litem ipsam penitus extinguentes Ecclesiam prædictam cum domibus, possessionibus, bonis, juribus, & pertinentiis supradictis eidem Monasterio auctoritate Apostolica perpetuo incorporamus, annectimus, & unimus, ita quod liceat ipsis Abbatissæ, & Conventui de novo corporalem possessionem Ecclesiæ, & domorum infra dictum Claustrum existentium, ut præfertur prædictorum auctoritate propria apprehendere, necnon pro ipsarum usu, & habitatione perpetuo retinere, ac cedentibus, vel decedentibus eisdem Nicolao Primicerio, & Canonicis, vel Nicolao Primiceriatu, ac Canonicis præfatis Canonicatus, & præbendas suos antedictos, alias quomodolibet dimittentibus, fructus, redditus, & proventus, necnon alias possessiones, & bona supradicta ad illos ratione Primiceriatus, & Canonicatuum, & præbendarum præfatorum dumtaxat, & ad eandem Ecclesiam quomodolibet pertinentia ipsis, & eidem Monasterio applicare volentes, & prædicta eisdem Abbatissæ & Conventui auctoritate concedentes, quod extunc dicti Rectores eligendi, seu nominandi, & præsentandi præfato Vicario, ac per illum in ea instituendi ut præfertur hujusmodi animarum curam gerere, ac Parrochianis eisdem Sacramenta ministrare, Missas quoque, & alia divina officia hujusmodi diebus, & horis in eadem Ecclesia decenter, & laudabiliter celebrare necnon oblationes, & elemosinas, ac alios minores introitus, sive redditus hujusmodi inter se similibus portionibus dividere, & ultra illas uterque videlicet eorum de dictis grossis fructibus triginta florenos ad rationem, & usum monetæ hujusmodi annuatim recipere, ac in aliis congruis eis per præfatas Abbatissam, & Conventum deputandis habitationibus circa dictam Ecclesiam personaliter residere teneantur, necnon residuum eorumdem majorum fructuum, si quod fuerit, unde Abbatissa, & Conventus prædicti in eodem Monasterio Ecclesiam & domos hujusmodi restaurari, ac refici facere possint, prout eis melius videbitur expedire annis singulis cedere debeat Monasterio antedicto, ipsique Abbatissa, & Rectores, qui erunt pro tempore, & hujusmodi Conventus, hujusmodi alia, possessiones, & bona dictæ Ecclesiæ quibuscumque personis, cum quibus suam, ac eorumdem Monasterii, & Ecclesiæ conditionem efficere potuerint meliorem, arrendare locare, seu ad firmam, vel annuam pensionem concedere valeant, cujuscumque super hoc licentia minime requisita. Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus Ecclesiæ Monasterii, & ordinis prædictorum contrariis juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut si aliqui Apostolica, vel alia quavis auctoritate in eadem Ecclesia in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant. Seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus, & præbendis, ac dignitatibus, personatibus, vel officiis ipsius Ecclesiæ speciales, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarit; etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomolibet sit processum: quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, & quæcumque inde secuta ad hujusmodi Primiceriatum, necnon Canonicatus, & præbendas volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem Canonicatuum, & præbendarum ac dignitatum personatuum, vel officiorum, aut beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuscumque privilegiis, indulgentiis, litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris Litteris mentio specialis. Nos enim exnunc irritum decernimus, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ extensionis incorporationis annectionis, unionis, voluntatis concessionis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Quibuscumque contrariis derogat ad validitatem rei.

Præservatur Canonicis jus ad alios Canonicatus, & Præbendas.

Datum Romæ apud sanctum Petrum XV. Kal. Februarii Pontificatus nostri Anno quarto.

Anto-

Antonio Corario Card. Episcopo Portuensi, & Basil. Vat. Archipresbytero Apostolicas vices committit, ut reformatione indigentem ipsam Basilicam in personis & rebus, delegata eadem summa potestate restituat.

Ex Reg. 3. Epist. de Cur. Martini V. fol. 292. ap. Archiv. Apost. Vat.

AN. CH. 1421. 30. Decemb.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Antonio (*a*) Episcopo Portuen.; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad Ecclesiarum & Personarum Ecclesiasticarum omnium, præsertim quæ Nobis & Romanæ Ecclesiæ nullo medio sunt subjectæ, statum salubrem dirigendum Officii debitum intendentes; cum id expedire conspicimus, libenter partes nostræ solicitudinis adhibemus. Mentem tamen Nostram ad hoc magis excitat Apostolorum Principis cura Basilicæ, quæ, velut cæterarum Ecclesiarum speculum & exemplar, ita diligentiori divini cultus & devotionis ordine, & quasi quadam singulari honestatis observantia radiare debet; ut cunctæ totius Orbis Ecclesiæ in ipsius radiis Basilicæ speculentur. (*b*) Nos igitur ad statum ejusdem Basilicæ nostrum attentius dirigentes intuitum, divini cultus augmentum, morum honestatem, & aliorum ordinationem in quibus defectum patitur, & dietim eam tendere prospicimus in collapsum, reformare pro viribus cupientes, ut ad eam fidelium devotio conservetur: & quia incumbentia alia nonnulla Nos distrahunt, ut singulis intendere non possimus; tuæ idcirco Fraternitati, de cujus circumspectionis & devotionis claritate specialem in Domino fiduciam obtinemus, quique Archipresbyteratum in eadem, qui dignitas principalis existit, ex concessione & dispensatione Sedis Apostolicæ obtines; ut liberius dissolutionis & insolentiarum possis amputare materias, & alia quæ tibi pro injuncto a Nobis Officio reformanda videris, reformare; vices nostras & omnimodam tibi cum plena & libera potestate concedimus facultatem (*c*) usque ad completam reformationem tam super Capitulo, Canonicis, & Personis cujuscumque gradus status dignitatis officii, vel conditionis existant, quam rebus & statu dictæ Basilicæ inquirendi, reformandi, puniendi, excommunicandi, privandi, suspendendi imperpetuum, vel ad tempus tam a perceptione fructuum, quam ab officio & administratione; & interdicendi ab ingressu Capituli, Chori, vel Ecclesiæ, incarcerandi quoque, detinendi, cohercendi & condemnandi: de bonis, fructibus, proventibus, & Officiis dictæ Basilicæ disponendi statuendi & ordinandi, ac omnia & singula gerendi & exercendi, quæ tibi ad gloriam Dei & B. Petri ac divini cultus incrementum, statumque ipsius Basilicæ videbitur expedire, contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstante si Basilicæ Capitulo Canonicis & Personis præfatis, vel quibusvis aliis, etiam ratione dignitatum, vel Officiorum, quæ in eadem Basilica, vel Romana Curia obtinent, communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum, quod ad hujusmodi Jurisdictionem exercendam aliquem admittere minime teneantur, & ad id compelli; aut quod interdici suspendi excommnnicari vel privari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet dictæ Sedis vel Legatorum ejus Privilegiis exemptionibus & Indulgentiis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, tuæ Jurisdictionis hujusmodi explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri; & quæ quoad hoc, ipsis nolumus in aliquo suffragari.

Præstantia Vatic. Basil. super omnes cæteras.

Archipresbyteri jurisdictioni Apostol. vices adjunguntur.

Absoluta ejus potestas declaratur.

Datum Romæ apud sanctum Petrum tertio Kal. Januar. Pontificatus nostri anno quinto.

Ratam

(*a*) Antonius Corarius Venetus Gregorii XII. fratris filius renunciatur Presb. Card. S. Chrysogoni a Patruo Lucæ tum degente; qui quatuor Cardinales creans contra jusjurandum emissum, ab se alienavit Cardd. seniores, ut innuimus: idque anno 1408. mense Junio. Quos S. Antoninus ap. Victorellum in addit. ad Ciacon. veros Cardd. existimavit. Vide Ciacon. & Ughell. inter Episcopos Ostienses, Portuenses, & Bononienses; omnium enim harum Sedium Præsul fuit. In Concilio Constantiensi, cui aderat (*to. XII. pag.* 183.) appellatur *Antonius Bononiensis*, quare a Mattino V. Portuensis creatus videtur. Constanti Scriptores sententia præcipuam huic laudem tribuunt virginitatis, atque integritatis usque ad exitum vitæ servatæ. Ab ejusmodi singulari laude non abludunt Diplomatis hujus sensa, & summa potestas delegata.

(*b*) Memoria repetantur, quæ sæpe sæpius de Basilicæ Vat. præstantia fuerunt obvia in Pontificum Constitutionibus, & Diplomatis, perpetua constantique omnium Pontificum definitione veritas palam fiet, quin commentaria opus sint in re certa.

(*c*) Ex Gregorii XI. Diplomate didicimus, quod Portuenses Episcopi suis excidentes privilegiis Urbani V. Constitutione, ne solido quidem bienni spatio in integrum sunt restituti. Hîc vero rem omnino novam accipimus. Unus idemque Episcopus Portuensis est Archipresbyter Vat. Basilicæ; ipsique præter ordinariam potestatem, quam novimus amplissimam esse, summa Apostolica delegatur. Quum autem superius viderimus, & Gregorium XII. anno 1408. & Alexandrum V. an. 1410. Antonio de Calvis Archipresb. visitandam commisisse eamdem Basilicam; nunc vero supremæ potestatis delegationem ad eumdem finem accedere inspiciamus, lacrymabiles diuturni Schismatis effectus sentimus. Si enim splendor Basilicæ, quo *cunctæ totius Orbis Ecclesiæ*, ut ait Pontifex, debebant respicere, passus erat deliquium: quid de Urbis, atque Orbis Ecclesiis cæteris credendum erit?

(*a*) Post

Ratam habet & confirmat commissionem a Sigismundo Jmp. electo datam Procuratori Generali Ord. Min. & a Capitulo confirmatam de instaurando Hospitali S. Stephani Protom. per S. Stephanum Hungariæ Regem fundato.

Apud Wadding. Constit. cv. to. 10. pag. 365.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Georgio Henrici tertii ordinis S. Francisci professori, & dicti ordinis Procuratori Generali.

Ad ea, quæ ex injuncto nobis Apostolatus officio incumbunt libenter intendimus, quæ Hospitalium, & piorum locorum utilitatem respiciunt, & ut ea, quæ ad ipsorum prosperitatem, ac Divini cultus augmentum sunt salubriter ordinata, illibata consistant, libenter adjicimus Apostolici muniminis firmitatem: Exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod carissimus in Christo filius noster Sigismundus Romanorum (a) & Hungariæ Rex illustris, ad quem provisio Hospitalis S. Stephani Protomartyris de Urbe pro tempore pertinere dignoscitur, pie considerans, quod Hospitale præfatum, quod per beatum Stephanum Hungariæ nationis Regem (b) fundatum extitit, & dotatum propter guerrarum turbines, & calamitates multiplices, quæ præfatam urbem diutius miserabiliter afflixerunt, in suis structuris, & ædificiis est totaliter collapsum, ac desiderans, ut Hospitale ipsum in suis ædificiis & rebus reparetur, curam, regimen, & administrationem ejusdem Hospitalis tibi per suas literas commisit. Et deinde dilecti filii Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de dicta urbe commissionem ratam habentes, approbarunt, atque etiam confirmarunt, prout in literis Regis, & Capituli præfatorum, ipsorum Sigillis munitis plenius continetur. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum &c. Nos hujusmodi &c. inclinati commissionem, & confirmationem præfatas, ac omnia & singula in dictis literis contenta, & quæcumque &c. rata habentes &c. ea auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis, & communitionis infringere &c.

Committitur alii probante Capitulo, ac Pontif. confirmante.

Datum Romæ apud sanctum Petrum XVI. Kal. Junii Anno VI.

Concedit Capitulo Vatic. Basil. ut quasdam Vineas permutet cum possessionibus aliquot ad Abbatem & Conventum S. Sebastiani extra Muros Urbis pertinentibus.

Ex Autogr. Arch. Basil. Vatic. caps. 37. fasc. 145.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Lello Corraducii Canonico Lateranensi; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Humilibus, & honestis supplicum votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus Monasterii sancti Sebastiani extra muros Urbis Cistercienfis ordinis nobis nuper exhibita continebat, quod cum Monasterium ipsum nonnullas possessiones valoris trecentorum florenorum auri in Territorio, & districtu dictæ Urbis, & in parte Transtiberina remotas ab ipsa Urbe per miliaria quatuordecim, vel idcircha ex quibus ipsi Abbas, & Conventus modicam utilitatem percipere consueverunt, legitime obtinere noscatur, quodque si hujusmodi possessiones pro possessionibus vinearum dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Basilicæ Principis Apostolorum de memorata Urbe in excambium permutationis titulo concederentur, permutatio ipsa tam Abbati, & Conventui quam Capitulo

Permutatio possessionum cum Capitulo.

(a) Post Roberti obitum an. 1410. Electores in duas partes divisi duos elegerunt Romanorum Reges. Alii enim Sigismundum Hungariæ Regem, Jodocum Moraviæ Marchionem alii acclamarunt. Hic vero annos natus 90. brevi ex vivis abiit: quare Sigismundum omnes confirmarunt, piissimum, & juxta prudentissimum Principem, cujus opera insignis passim extollitur pro tollendo Schismate. Sunt qui hunc omnium ultimum adhibuisse volunt in Diplomatibus nomen Imperatoris Romm. post coronationem (Murat. *Annal. Ital. to.9.pag.154.*) quam fecit Romæ Eugenius IV. an. 1433. Quidquid de eo sit, nobis alterius generis Diplomata inspectantibus hinc satis liquet, quo Pontifices prosequerentur titulo per seculum quintumdecimum Imperatores electos, antequam Romæ coronarentur.

(b) Florav. Martinell. (*pag. 309. Rom. Sac.*) hanc Constitutionem apud Vvaddingum expendens: *Templum*, inquit, *S. Stephano Hungarorum Regi dicatum, sub cura Collegii Germanici; olim Procuratoris generalis tertii Ordinis S. Francisci*. Hinc autem emicat specialis potius commissio, quam Capitulum S. Petri suo utens jure confirmat, Summusque Pontifex ratam habet: personalis videlicet cura, quæ ad Successores non transiit.

tulo, & Canonicis præfatis accommoda exiſteret ac etiam profutura. Quare pro parte dictorum Abbatis, & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſis faciendi permutationem eandem cum Capitulo, & Canonicis præfatis licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, de qua, in hiis & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem eandem inveneris, permutationem hujuſmodi, ſi fiat, in evidentem utilitatem cedere Monaſterii, Conventus, Capituli, & Canonicorum prædictorum, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Abbati, & Conventui, ac Capitulo & Canonicis præfatis faciendi permutationem eandem licentiam largiaris. *A Pontific confirmatur, modo utili.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Kalendis Junii. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Unionem Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ Domnæ Roſæ ab Innoc. VII. Joanne XXIII. & ab ſe ipſo factam Monaſterio S. Cathar. Ord. Benedictini, ſed a Reformatoribus Eccleſiar. & Monaſteriorum revocatam, inſtaurat ratamque haberi vult in perpetuum.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 28. Faſc. 109.

AN. CH. 1427. 13. Maji.

MArtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Monialium S. Catharinæ prope Porticum S. Petri de Urbe Ordinis ſancti Benedicti; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Sacræ religionis, ſub qua ſedulum & devotum exhibetis Altiſſimo famulatum, prometretur honeſtas, ut votis veſtris quantum cum Deo poſſumus favorabiliter annuamus. Dudum ſiquidem pro parte veſtra nobis expoſito, quod quondam Innocentius VII. per ſuas, & Joannes XXIII. in eorum obedientia, de qua Urbs prædicta tunc erat, nominati vobis, quæ, ut aſſerebatis, in loco dicti Monaſterii propter gentes armigeras, quæ circa illum receptabantur, non abſque gravi timore, & devotionis perturbatione, ac periculo reſidere ſervata pudicitia poteratis, quodque infra dictam Urbem aliquem ad quem hujuſmodi tempore declinare poſſetis locum non haberetis, & quod pro hujuſmodi evitandis periculis oporteat vos per alienas domos infra Urbem ipſam diſcurrere, non ſine ſtatus, & honoris veſtri diminutione, animarum periculo, & ſcandalo plurimorum, Eccleſiam B. Mariæ Duneroſæ de Regione Campitelli de Urbe prædicta, quæ parrochialis & Collegiata exiſtit, & in qua unus Primicerius, & quinque Canonici antiquitus exiſtebant, prout exiſtunt, & cujus centum pro uſu, & habitatione veſtra, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis præfato Monaſterio, cujus etiam centum florenorum auri fructus, redditus, & proventus ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedunt ſub certis modo, & forma, etiam per ſuas Litteras ſucceſſive univerant, annexerant, & incorporaverant; Ita quod extunc liceret vobis auctoritate veſtra propria corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ, & domorum infra clauſtrum ipſius Eccleſiæ exiſtentium pro uſu, & habitatione veſtra recipere, & perpetuo retinere, quodque cedentibus, vel decedentibus eiſdem, tunc Primicerio, & Canonicis vel Primicerio Primiceriatum, & Canonicis ipſis Canonicatus & præbendas ſuos quomodolibet dimittentibus, fructus, redditus, & proventus, necnon alia poſſeſſiones & bona ad Primicerium, & Canonicos, ſeu Eccleſiam prædictam quomodolibet pertinentia, vobis, & eidem Monaſterio, etiam ſub certis modo, & forma applicarentur, prout in illis, & ſubjuncto, quod vos in vim Litterarum prædicti Innocentii poſſeſſionem Eccleſiæ, & domorum infra clauſtrum dictæ Eccleſiæ exiſtentium apprehenderatis, ac illos per aliquot tempora, etiam poſtquam nos divina favente clementia ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumpti omnes uniones quacunque auctoritate factas quæ tunc non eſſent ſortitæ effectum revocaveramus, inhabitaſtis, ac tenuiſtis, & poſſediſtis, & cum a nonnullis aſſereretur dilectum filium Nicolaum de Paſſarellis Primicerium dictæ Eccleſiæ fuiſſe vita functum, vos revocationis hujuſmodi forſan ignaræ prætextu dictarum litterarum præfati Innocentii quamdam aliarum domorum, ac fructuum, reddituum, & pertinentium Primiceriatus hujuſmodi, poſſeſſionem apprehendentes, illa ex tunc tenueratis, prout tenebatis in veſtrum uſum antedictum, licet de facto, quodque inter vos ex una, ac Nicolaum, & Canonicos præfatos ſuper fructibus, redditibus, & proventibus ac tunc apprehenſis poſſeſſionibus, & bonis prædictis, quæ uterque veſtrum ad ſe de jure ſpecta-

Innoc. VII. & Jo. XXIII. Privilegia recenſentur.

Super unione Collegiatæ Eccleſ.

Oeconomi unionis ejuſd.

Poſſeſſio a Monialibus jam pridem capt.

ſpectare aſſerebat, & eorum occaſione parte ex altera materia quæſtionis exorta. Nos cauſam hujuſmodi bonæ memoriæ Jacobo Epiſcopo Spoletan. (*a*) tunc locum unius ex Auditoribus cauſarum Palatii Apoſtolici de mandato noſtro tenenti, ad inſtantiam Nicolai, & Canonicorum prædictorum audiendam commiſimus, & fine debito terminandam, qui inter partes prædictas ad nonnullos actus dicebatur proceſſiſſe, & cum ſecundum præmiſſa incorporatio, annexio, & unio prædictæ viribus non ſubſiſterent, & pro parte veſtra aſſereretur, vos in reparatione domorum hujuſmodi magnas expenſas feciſſe, nos ſtatum cauſæ hujuſmodi habentes noſtris litteris pro expreſſo, necnon litem ipſam penitus extinguentes, Eccleſiam prædictam cum domibus, poſſeſſionibus, bonis, juribus, & pertinentiis ſupradictis eidem Monaſterio perpetuo etiam ſub certis modo, & forma incorporavimus, annexuimus, & univimus, prout in noſtris ſuperinde confectis litteris plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, nonnulli Reformatores ad reformationem Eccleſiarum & Monaſteriorum Urbis prædictæ per Nos alias deputati Eccleſiam prædictam, cum juribus, & pertinentiis ſupradictis a præfato Monaſterio ſegregaverunt, ſeu contra uniones, incorporationes, & annexiones hujuſmodi etiam per nos factas attemptaverint in veſtrum, ac Monaſterii præfati præjudicium non modicum, ac damnum pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſegregationem, & attemptata hujuſmodi per dictos Reformatores, ut præmittitur, facta revocare, necnon unionem, & incorporationem hujuſmodi ſaltem quoad Eccleſiam, Clauſtrum, & domos prædicta pro neceſſaria habitatione veſtra confirmare, & innovare, ac alias vobis in, & ſuper præmiſſis oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ſegregationem, & attemptata hujuſmodi, ac litteras ſive inſtrumenta ſuperinde confecta ſi qua ſint habentes præſentibus pro expreſſis ac illas, & illa, eorumque tenorem, tenoreſque, quoad Eccleſiam, domum, & Clauſtrum hujuſmodi dumtaxat revocantes, & viribus vacuantes, uniones, & incorporationes hujuſmodi quoad ipſam Eccleſiam, domos & clauſtrum, pro uſu, & habitatione veſtra neceſſitatis tempore * ingruerent, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & etiam innovamus, eaſque valere, & firmitatem perpetuam obtinere volumus ac decernimus per præſentes. Non obſtantibus omnibus ſupradictis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & aliis contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Contra Reformatorum Decreta contraria.

Confirmationis certi limites.

* *Leg.* ingruente.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos (*b*) III. Id. Maji Pontificatus noſtri Anno decimo.

Antonio Corario Card. Epiſcopo Portuenſi Archipresb. Baſilicæ Vaticanæ committit Apoſtolicam viſitationem ejuſdem Baſilicæ, & perſonarum illi inſervientium.

Ex Regeſto VIII. de Cur. diverſ. Epiſt. Martini V. fol. 247.

Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Antonio (*c*) Epiſcopo Portuen.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Inter cæteras Urbis & Orbis Eccleſias quibus licet immeriti divina diſponente clementia præſidemus, Baſilicam Principis Apoſtolorum de dicta Urbe ac perſonas inibi divinis laudibus deditas paternis non immerito contemplantes affectibus, ſedula pulſamur inſtantia,

Baſil. Vat. & illi inſervientes reformatione indigent.

(*a*) De Spoletano hoc præſtantiſſimo Epiſcopo nonnihil diximus ad Conſtitutionem aliam hujus Pontificis (*pag.* 78.) Hinc diſcimus, jam deceſſiſſe, & quidem Ughell. abdicata primum, deinde reaſſumta in Spoletana Sede illum eſſe mortuum ait anno 1427. incerto menſe, vel die. Nos certo ſcimus, ante menſem Majum occubuiſſe. Occubuit autem ſummis cumulatus honoribus: nam Pontifex, qui ſtatuerat in Conſtantienſi Concilio (*Seſſ.* 44.) celebrandum eſſe Concilium generale in Urbe Ticino, quum idem haberi cœptum eſt an. 1423. Jacobus una cum Archiepiſcopo Cretenſi Apoſtolica legatione fungens ei præfuit, ſumma cum facultate decernendi in Concilio, illud transferendi, novumque ad ſeptennium indicendi. Quæ omnia præſtitit: multa ſiquidem magni momenti decrevit; Concilium peſte ingruente tranſtulit Senas; novumque indixit Baſileenſe. Religio mihi fuit, tanti viri, cui Sanctimonialium cauſa credita eſt, ſumma iſta decora non recenſere.

(*b*) Ædes ad SS. Apoſtolos vetuſtate collabentes reſtituerat: ibique hoc, & ſeqq. annis, ut Documenta teſtantur, moram traxit. Vide Platinam in hoc Pont.

(*c*) Eumdem Antonium Corarium, cui vidimus ante annos ſeptem commiſſas Apoſtolicas vices pro reformanda Baſilica in perſonis, & rebus, datum modo videmus Viſitatorem Baſilicæ ipſi & perſonis. Idque poſtquam Succeſſor ei ſuffectus creditur Lucidus de Comitibus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, a Martino V. an. 1426. eſt enim valde incertum quamdiu dignitatem iſtam tenuerit. Tametſi conſtet liquido, quod anno 1428. Idibus Junii, quum dabatur hoc Diploma, non modo Archipresbyterali dignitate fungebatur, ſed viſitationis munus ſuſcipiebat, quo haud brevi poterat defungi. Diu is

tia, ut ad ea, per quæ ſtatus ipſius Baſilicæ quibuſvis deformationis ſublatis incommodis, in melius dante Domino reformari & feliciter adaugeri valeat, dictæque perſonæ divinis obſequiis aliis in exemplum diligentius vacare ſtudeant, prout expedire conſpicimus, adhibeamus ſolicitudinis noſtræ curas. Cum itaque, ſicut nuper fidedigna relatione accepimus, dicta Baſilica ſiniſtris temporum conditionibus & eorum qui illi hactenus præfuerunt negligentia & defectu cauſantibus deformationis quamplurimum ſubjaceat incommodis, ſitque non modicum in ſpiritualibus & temporalibus diminuta. Nos ſtatui & indemnitati ipſius Baſilicæ paternaliter providere volentes, circumſpectioni tuæ, de qua in hiis ex eo etiam quod inibi Archipresbyter exiſtis, & aliis, ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus per Apoſtolica Scripta committimus & mandamus, quatenus ad Baſilicam prædictam perſonaliter accedens & habens præ oculis ſolum Deum, illam, ac dilectos filios Capitulum Canonicos, & Beneficiatos, aliaſque Perſonas Eccleſiaſticas ipſius Baſilicæ auctoritate noſtra in omnibus ejus membris viſites, ac de eorum juribus, ſtatu, conditionibus, vita & meritis diligenter inquiras, omniaque & ſingula quæ inibi reformationis & correctionis officio noveris indigere, reformes & corrigas, ipſoſque Capitulum Canonicos, Beneficiatos & perſonas ad reſidendum apud dictam Baſilicam, & ibidem divinis intereſſendum compellas,

Injuria temporum, & Adminiſtratorum incuria.

Viſitati… Apoſtolicæ n… nus amplif…

---

quidem ſuperſtes fuit: nam Florentino, Ferrarienſi, iterumque Florentino Concilio interfuit uſque ad an. 1441. nec niſi ineunte 1445. Patavii eſt mortuus; ut ap. Ciacon. poſt Eugenium IV. Nec tamen dixerim Archipresb. S. Petri uſque ad vitæ exitum perſeveraſſe. Nam poſt an. 1434. conſtitutus haud dubie eſt Archipresbyter Jordanus Urſinus; vir ille ſummus, qui ab Innoc. VII. creatus Card. Presb. SS. Silveſtri & Martini; ab Alexandro V. tranſlatus ad SS. Laurentium & Damaſum; & ab Joanne XXIII. quum præclaris functus eſſet Legationibus, necnon Eccleſiarum, Monaſterior. piorumque locorum Urbis viſitatione, Epiſcopus Albanus, & major Pœnitentiarius renunciatus; poſtmodum a Martino V. in maximis Eccleſiæ negociis adhibitus, denique ab Eugenio IV. Sabinenſis Epiſcopus, Archipresbyter Baſilicæ Vaticanæ poſt annum, ut ajebam, 1434. eſt conſtitutus. Qua cæteroqui dignitate diu non eſt fruitus; nam an. 1439. die 29. Maji ad Balnea Petriolana prope Senas, ut obſervat Ciaconius, occubuit mortem. Hujus Archipreſbyteratus Ciaconius non meminit: noſtra autem in Baſilica, præſertim in ejus Tabulario, quod ſervat inſignis MSS. codd. Bibliothecæ aliquam partem (fere omnibus ad Vaticanam auctoritate Apoſtolica tranſlatis) ab eo relictæ Baſilicæ ipſi, documenta non deſunt in libris Bullarum & Inſtrumentorum, & in chartis Pergamenis, quæ nihil attinet huc afferre. Præ aliis autem monumentis, illud ſingulare eſt, quod Senis tranſlatum ejus corpus, in Sacello gentilitio ejuſdem Baſilicæ, quæ ſeptem ejus familiæ Archipresbyteris gloriatur, tumulo mandatum fuit. (*Turrig. Ciacon. Ughel. Ciampin.*) Jordani autem Archipresbyteratum excepit Julianus Cæſarinus, Cardinalis æque inſignis Legationibus, & Præſes Concilii Baſileenſis, quoad legitime celebratum fuit, quem in Hungaria cæſum in bello cum Amurate Turcarum Rege Joan. Capiſtran. teſtatur an. 1444. die Novembris decima: tametſi Ciacon. cædem differat ad an. ſeq. menſe Julio poſt vitam Eugenii IV. fortaſſe immemor recte ejuſdem illigatæ cum præd. an. 1444. in vita ipſius Cardinalis.

Quod ſi ab anno 1434. præſtantiſſimi iſti duo Cardinales impleverunt extremos undecim annos Antonii Corarii: ergo idem jam abdicarat. Quando autem id fecerit, difficile admodum compertu eſt. Namque ipſo eodemque an. 1434. antequam Jordanus fieret Archipresbyter, Proarchipresb. erat Lucidus de Comitibus Card. Diaconus S. Mariæ in Coſmedin. Cujus rei locupletiſſimum ſuppetit teſtimonium ex Inſtrumento in charta pergamena Sigillis cereis pendent. munito (*Capſ. 31. Faſc. 126. Archivi Baſil.*) in quo hæc leguntur: *Venerabilis viri Prior, Canonici, & Capitulum Sacroſ. Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, cum præſentia, conſenſu, & auctoritate Ven. viri Domini Laurentii Sancti Concanonici ipſorum, Ven. viri Domini Baptiſtæ de Urſinis Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & D. D. Lucidi S. R. E. Cardinalis de Comite nuncupati Archipresbyteratus præfatæ Baſilicæ ex ſpeciali commiſſione Sedis Apoſtolicæ in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarii generalis, Locumtenentis, &c. ſub A. Domini M. CCCC XXXIV. menſe* Jul. *die* XI. *Ind.* XII. Quod plane Inſtrumentum aliis confirmatur (*lib. Inſtrumentor. & Bullar. Pergameno lit. A. pagg.* 170. & 246.) in eamdem fere ſententiam; ibi enim legere eſt: *Cum Venerabb. viris Domino Baptiſta de Urſinis Vicario in eadem Baſilica Reverendiſſ. in Chriſto Patris & Domini Domini Lucidi S. Mariæ in Coſmedin Diaconi Card. de Comitibus vulgariter nuncupati Archipresbyteratum dictæ Baſilicæ obtinentis, necnon Priore &c.* Atque hæc Inſtrumenta, quod velim animadverti, ad annos pertinent 1426. 1430 & 1433. quod adnotavit Grimaldus in Catalogo Archipresbyterorum (*pag.* 94.) & in elegantiori ejus exemplo (*pag.* 106.) In hiſce autem Inſtrumentis verba illa *Archipresbyteratum obtinentis* accipienda eſſe in eam ſententiam, quæ clarius concepta legitur in charta nuper laudata *Archipresbyteratus ex ſpeciali commiſſione Sedis Apoſtolicæ Vicarii generalis*, Diploma iſtud, quod nunc evulgamus luculente demonſtrat.

Et vero niſi una eademque ſententia eſſet: quî anno 1426. diceretur Lucidus *Archipresbyteratum obtinere*, quum poſt biennium de Antonio affirmet Pontifex.: *quod inibi Archipresbyter exiſtis, & perſonaliter accedens?* Antonius igitur erat Archipresbyter: ſed ignota nobis ex cauſa a Martino V. impetraverat, ut Archipresbyteratus munus in alium reclinaretur. Ita profecto edocemur monumentis allatis. Quamobrem ſi Grimaldus attente legiſſet, ſeu potius legere potuiſſet *Bullam* illam *originalem*, quæ, eodem teſte (*pag.* 96.) *extat in Archivo S. P. Q. R. publicarum Scripturarum inſerviens cuidam Protocollo Inſtrumentorum Laurentii D. Pauli Notarii publici ſub datum anno* 1434. *XV. Cal. April. An. Eug. IV. Pont. V. pro integumento*: ſi hanc inquam legiſſet, aut potuiſſet legere tam nullius habitam; nullus dubito, quin Archipresbyteratus Vicarium munus Lucidi Diaconi Cardinalis deprehendiſſet, tam evidenter expreſſum in charta pergamena ejuſdem anni, quarto inde menſe. Quis enim ſibi perſuadeat, Archipresbyterum S. Petri abdicaſſe, ut fieret Archipresbyter Baſilicæ Lateranenſis? Profecto Panvinius, ejuſque exſcriptor Raſponus (*pag.* 93.) ſumma cum fide referunt, quod: *Eugenius IV. utpote qui ante Pontificatum Monachus fuerat in Congregatione Cœleſtinorum, adeoque Regularibus viris erat apprime addictus, ſubmovit e Laterano ſeculares Canonicos ſuffecitque iis de integro Regulares: Clauſtrum pene a fundamentis reſtituens, ægre ferentibus Romanis.* Nam annos fere biſcentum, & quadraginta Canonici Regulares ab Alexandro II. inibi inſtituti, & a Paſchali II. & Anaſtaſio IV. privilegiis aucti (*Concil. Lab. to.* 10. *pag.* 1137.) tenuerant Baſilicam illam: quum Bonifacius VIII. ſub ipſum limen migrationis S. Sedis in Provinciam iis ſubſtituit Canonicos ſeculares Romanos Cives, quos Panvinius & Raſponus ajunt ſubmotos ab Eugenio IV. Iidem vero minime ſentiunt cum Grimaldo ſuper Lucidi de Comitibus Archipresbyteratu; ſed ſucceſſiſſe eum tradunt Alphonſo Carillo, qui Baſileæ obiit anno 1434. *Lucidus de Comitibus*, ajunt, *Romanus S. R. E. Cardinalis Alphonſo ſucceſſit: qui e vivis exceſſit, ſuperſtite adhuc Eugenio IV.* anno nimirum 1437. ut habet Ciacon. octo fere annis, antequam Canonici ſubmoverentur ab eodem Pontifice. E contrario Pro-Archipresbyterum S. Petri factum fuiſſe Archipresbyterum Baſilicæ Lateranenſis non abhorret a fide. Quid autem de integumento illo Protocolli in Archivo S. P. Q. R. ſeu libera reſignatione, tenendum ſit, Data ipſa pergamenæ noſtræ diebus centum ac ſeptemdecim poſterior Reſignationi prætenſæ, ſatis ſuperque docet. Utriuſque Baſilicæ extant Catalogi Archipresbyterorum ſumma cum diligentia confecti, Lateranenſium videlicet editus a Raſpono (*pag.* 96.) Vaticanorum MS. a Grimaldo perductus ad ſua tempora, & ab Archivi Præfectis continuatus. Ex iis patet, unum Card. Franciſcum Barberinum fuiſſe Archipresb. Lateranen. unius anni, deinde Vaticanum. Solennitatem initæ poſſeſſionis in Baſil. Vatic. die 6. Novemb. an. 1633. die Dominico vernaculo idiomate excepit Gaſpar Servantius in ſuo Diario, cujus fragmentum vidi & exſcripſi ego Cajetanus Cennius Beneficiatus Baſil. S. Petri.

(a) Aut

pellas, necnon pro quibuſvis exceſſibus, criminibus, negligentiis & delictis per eos, aut eorum aliquem commiſſis, etiam per ſuſpenſionem a divinis & ſubtractionem fructuum, redditŭum, & proventuum ſuorum Canonicatuum, & præbendarum, ac Beneficiorum quæ in ipſa Baſilica obtinent, eorumque privatione, & amotione ab eiſdem, Carcerum quoque mancipatione, ac aliis pœnis & condemnationibus quibuſcumque, de quibus tibi videbitur, eadem auctoritate punias, & emendes. Contradictores quoſlibet & Rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Nos enim tibi Baſilicam, Capitulum Canonicos, Beneficiatos, & Perſonas prædictas etiam cujuſcumque ſtatus dignitatis gradus ordinis vel conditio- exiſtant, ut præmittitur, quoties opus fuerit, tibique videbitur, viſitandi & inquirendi & quæ ſecundum Deum inibi reformanda, & corrigenda cognoveris, reformandi & corrigendi, eoſdemque Capitulum Canonicos, Beneficiatos, & perſonas puniendi, emendandi, ſuſpendendi, condemnandi, detinendi, incarcerandi, cohercendi, compellendi, atque privandi; contradictores & rebelles, ut præfertur, compeſcendi; aliaque in præmiſſis, & circa præmiſſa faciendi, ordinandi, ſtatuendi, diſponendi, & exequendi, quæ pro divini cultus incremento ſtatuque Baſilicæ, & in ea pro tempore degentium perſonarum felici, profutura & etiam opportuna fore conſpexeris, plenam & liberam ac omnimodam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium uſque ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum concedimus facultatem. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis ac ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ quibuſcumque contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut ſi Capitulo Canonicis, Beneficiatis, & perſonis præfatis communiter vel diviſim a dicta ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, vel ſuis præbendis & Beneficiis privari, aut aliquos ad eos viſitandos reformandos & corrigendos, propter ſuorum Privilegiorum Indulta admittere non teneantur, per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indultis hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis privilegiis exemptionibus Indultis & Litteris Apoſtolicis, Baſilicæ Capitulo, Canonicis & perſonis eiſdem a Sede præfata, vel alias quovis modo conceſſis ſpecialibus vel generalibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta tuæ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, ipſique Capitulum Canonici, Beneficiati, & perſonæ ſe defendere poſſent vel tueri, & quæ, quoad hoc, eis quominus in præmiſſis omnibus & ſingulis, quotieſcumque tibi videbitur, procedere, eaque exequi valeas cum effectu, in aliquo nolumus ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Idem munus ... claratur ube... s.

... ipſos Cano... s extendi...

Viſitatio tamen ad tempus committitur.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos Idibus Junii Anno undecimo.

EUGENIUS IV.

Martino V. Eugenius IV. ſufficitur die tertia Martii 1431., & menſis ejuſdem die duodecima coronatur (*a*); Vita cedit die 23. Februarii an. 1446., exactis in ſummo Eccleſiæ regimine annis fere ſexdecim, detractis nimirum ſeptem vel octo diebus, ſi emortualis dies numeretur. Sub hoc Pontifice dirum ſchiſma Eccleſiam vexavit, Amedeo Sabaudiæ Duce in Antipapam, nomine Felicis V., a Pſeudo Concilii Baſileenſis Patribus electo, an. 1419.

Decernit ut exactores Fumantariarum, quarum proventus in commodum Baſilicarum Urbis aſſignat, præſidio juventur.

Ex Regeſto nono Epiſt. Secret. Eug. IV. fol. 115. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

N. CH. 1432. ... Novemb.

Dilecte fili; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum deputaverimus Fumantariarum (*b*) proventus repearationi & manutentioni Tectorum Baſilicarum Principis Apoſtolorum, & ſancti Joannis Lateranenſis, necnon

(*a*) Aut Spondano error excidit, aut in ejus opera mendum irrepſit, cum *ad annum Chriſti* 1431. *num.* 4. affirmat, Eugenium Pontificem V. Idus Martii corona fuiſſe donatum. Uno die major eſt Spondani ſupputatio; quandoquidem ex decretorio monumento apud Raynaldum *ad hunc ipſum annum ſub num.* 8. manifeſtum eſt *IV. Idus Martii* coronationis ritum fuiſſe peractum, ipſomet Eugenio id affirmante in quodam Diplomate quod ſcripſit *IV. Idus Martii ipſo Coronationis die*.

(*b*) *Fumantaria*, alias *Fumenteria*, cenſus eſt a fumo denominatus, quod nimirum, Cangio interprete, e focis ſive e quaque domo perſolveretur. Gemina ſunt, ac perinde ſonant nomina *Feagium*, *Focagium*, *Fumagium*. Conſulendus idem Cangius in Gloſſario.

(*a*) Hic

non Monasterii sancti Pauli extra muros Urbis, morem ab antiqua & laudabili consuetudine repetentes, præcipimus & mandamus Tibi tenore præsentium, quatenus dilectis filiis Magistro Jacobo de Arimino scriptori & familiari nostro, ac Baptistæ Notario Civi Ariminensi, seu aliis quibuscumque ad receptionem & exactionem præfatorum proventuum Nunciis deputatis, eisdem seu alteri ipsorum pro effectuali dictarum Fumantariarum exactione a tua devotione auxilium consilium vel favorem exigentibus, seu exigente, efficaciter eisdem in prædictis & circa prædicta faveas & assistas consiliis præsidiis & favoribus opportunis.

Datum Romæ apud sanctum Petrum M. CCCC XXXII. Die XII. Novembris Pontificatus nostri Anno secundo.

Certa salis portio a Cardinali Camerario in Vaticanæ Basilicæ Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, Eugenio Pontifice ita mandante, distribuitur.

Ex Regesto II. diversf. Cameralium Eugenii IV. num. 17. fol. 134. apud Archivum Apostolicum Vaticanum.

AN. CH. 1433. 24. *Martii.*

FRanciscus miseratione divina tituli sancti Clementis (*a*) Sacrosanctæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, Domini nostri Papæ Camerarius, nobili viro Camerario & Doanerio Salariæ almæ Urbis; Salutem in Domino.

De mandato sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Eugenii divina providentia Papæ Quarti, facto nobis super hoc oraculo vivæ vocis, ac auctoritate nostri Camerariatus Officii, tenore præsentium præcipimus atque mandamus, quatenus de Sale dictæ Salariæ detur & tradatur * infrascriptis personis infrascriptas quantitates Salis videlicet.

* *Leg.* detis & tradatis.

Salis portio pro Canonicis.

In primis Vigintiseptem Canonicis Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe (*b*) semirubra Salis vigintiseptem, computando medium Rubrum pro quolibet Canonico, constituentia integra Rubra tredecim cum dimidio.

Pro Beneficiatis.

Item trigintatribus Beneficiatis ejusdem Basilicæ Quartas Rubri Salis prædicti trigintatres, constituentes integra Rubra octo & Quartam unam.

Pro Clericis Beneficiatis.

Item viginti Clericis ejusdem Basilicæ Viginti octavas partes Rubrorum Salis, constituentes Rubra integra duo cum dimidio, facientes omnes prædictæ quantitates Rubra Salis integra Vigintiquatuor & quartam parpartem alterius Rubri, pro omni eo & toto Sale quod prædicti petere possent (*c*) pro Sale confecto in Salinis de anno proxime præterito, quod per vos datum volumus in vestris computis admitti.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub nostri Signeti secreti impressione Anno Domini Millesimo quadringentesimo trigesimotertio, Indictione Undecima, die vero vigesimaquarta mensis Martii, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Eugenii Papæ Quarti Anno tertio.

Quæ

(*a*) Hic est Franciscus Condulmerius Eugenii IV. ex fratre nepos, quem Patruus die 19. Decembris an. 1431. sacro Cardinalium Collegio cooptavit, atque honoribus cumulatum, S. R. E. Camerarium constituit. Presbyter Cardinalis sub tit. *S. Clementis* hìc nominatur; ideoque fallitur Ciacconius qui *S. Cæciliæ* titulum illi tribuit; hinc juremerito ab Oldoino reprehenditur.

(*b*) Ex Bulla Bonifacii VIII., de qua in Bullarii nostri Tom. 1. pag. 229. & seqq., compertum est, Canonicorum Basilicæ Vaticanæ numerum ad tricesimum usque fuisse productum, Archipresbyteri, Cameræ, & Metæ portionibus nequaquam comprehensis. Cum ergo nonnisi vigintiseptem Canonici hîc enumerentur, oportet fateamur, tres reliquos ideo prætermitti, sive quod Roma abfuerint; sive, quod verosimilius est, vita cesserint.

(*c*) Hæc Cardinalis Camerarii verba satis declarant, Salis portionem, quæ Capitulo Vaticano distribuenda decernitur, non a gratuita Pontificis donatione, sed a peculiari quodam Basilicæ jure ac privilegio esse repetendam. Huc igitur revocanda quæ de Ecclesia S. *Anatholiæ* in Portuensi territorio sita, ac de illius *terris* ac *piscariis* legimus in Bullis S. Leonis IX., Innocentii III., ac Gregorii IX., quæ in primo Bullarii Vaticani tomo *pag.* 22., 82., ac 113. exhibentur.. Hisce namque monumentis innixum Basilicæ nostræ Capitulum jus habet ad salem in Portuensi territorio conficiendum. Cumque Portuensis Episcopus molestiam hac in re Capitulo Vaticanæ Basilicæ inferre tentaverit, re ad Pium II. delata, ac probe discussa, Pontifex favore Capituli sententiam tulit, ac literis Apostolicis, quas infra suo loco dabimus, confirmavit. Ne autem in posterum ullus ad nova excitanda jurgia superesset locus, jam ab anno 1720. Vaticanum Capitulum jus omne quod Basilicæ ad salem sibi parandum inerat, in Apostolicam Cameram transtulit, ea lege, ut quotannis Scuta 1400. perpetuo solvantur.

(*a*) Hanc

Quæ in superiori Bulla circa Fumantarias decreverat, hìc repetit, & confirmat.

Ex Tabulario Apostolico Vatican. in Regesto XI. Epistolar. Secretior. Eugen. IV. pag. 139. tergo.

N. CH. 1433. . April.

EUgenius Papa IV. Venerabilis Frater (*a*); Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum deputaverimus Fumantariarum proventus reparationi & manutentioni Tectorum Basilicarum Principis Apostolorum, & Sancti Joannis Lateranen., necnon Monasterii Sancti Pauli extra muros Urbis, morem ab antiqua, & laudabili consuetudine repetentes (*b*), præcipimus, & mandamus Tibi tenore præsentium, quatenus dilecto filio Sanjanni de Vargulis de Arimino, seu aliis quibuscumque, ad receptionem, & exactionem præfatorum proventuum Nunciis deputatis, eisdemque, seu alteri ipsorum, pro effectuali dictarum Fumantariarum exactione a tua devotione consilium, auxilium, vel favorem exigentibus, seu exigente, efficaciter eisdem in prædictis, & circa prædicta faveas, assistas consiliis, præsidiis, & favoribus opportunis.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Mccccxxxiii Pontificatus nostri Anno Tertio. xxi. Aprilis.

Eugenii Pontificis jussu Sangiannus de Vargulis in Commmissarium ad Fumantarias exigendas eligitur, ac plena jurisdictio ad id exequendum illi confertur.

Ex Regesto IV. divers. Cameralium Eug. IV. Num. 19. pag. 42. penes Archivum Apostol. Vaticanum.

. CH. 1433. Octob.

DAniel Dei gratia Episcopus Concordien. (*c*) Sanctissimi Domini Nostri Papæ Thesaurarius, ac Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Francisci miseratione divina Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, præfati Domini Papæ Camerarii, in Camerariatus Officio de præsenti ejus absentia Locumtenens, nobili viro Sangianni de Vargulis de Arimino Commissario ad infrascripta deputato, salutem in Domino.

...ngianni ...rgulis fi- ...diligen- ...menda.

Sinceræ devotionis affectus, quem ad Dominum nostrum Papam, sanctamque Romanam Ecclesiam gerere comprobaris, necnon fidei constantia, agendorum experientia, aliarumque virtutum dona, quibus, ut fide dignis relatibus accepimus, personam tuam eorum Largitor Altissimus insignivit, spem Nobis pollicentur indubiam, quod ea, quæ Tibi duximus committenda, prudenter, & fideliter exequeris. Horum igitur consideratione inducti, de mandato Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Eugenii divina providentia Papæ Quarti, super hoc vivæ vocis oraculo Nobis facto, ac auctoritate Camerariatus Officii supradicti, cujus curam gerimus de præsenti, qui omnes, & singulas Fumantarias, seu census Fumantarias, vel alio quovis nomine nuncupatas, in Provinciis Romandiolæ, Massæ Trabariæ, eorumque Civitatibus, Terris, Villis, & locis, nec non in Feretran., ac Sarsinaten. Civitatibus

Eugenii Pontificis circa Fumantarias Decretum.

(*a*) Hanc Apostolicam Constitutionem Episcopo cuipiam fuisse directam liquet ex titulo *Venerabilis Frater*, quo soli donantur Episcopi. Cui vero hasce literas Eugenius dederit, ignotum. Suspicari licet eas encyclicas fuisse, nec uni sed pluribus Episcopis scriptas, quorum nomina idcirco non designantur. Idem esto judicium de alia Epistola huic fere gemina, quam inter Eugenianas primo loco supra recitavimus.

(*b*) A PontificumRomanorum benignitate ac munificentia, laudabilis hæc consuetudo repetenda, quam paucis illustrandum suscipimus. Inter præcipuas Summorum Pontificum curas ea semper fuit, ut reparandis antiquioribus Urbis Ecclesiis, potissimum vero Vaticana, Lateranensi, ac sancti Pauli Basilica sedulo incumberent. In unam S. Petri Ædem oculos hìc intendimus. Huic ædificio instaurando ac farciendo maximam pecuniarum summam fuisse persolutam, patet ex primo Bullarii nostri Tomo nuper edito. Nondum vero gravioribus, quæ Vaticanam molem urgebant, periculis satis consultum. Nova in dies accedebant incommoda, ac proxima ruinæ indicia. Erat quippe ædificium mole sua maximum, ætate vetustum; ac infirmo Circi Caji & Neronis fundamento superextructum. Itaque ne rueret, multa paranda erant, nec operi parcendum, aut sumptibus. Hinc provido consilio Urbanus V. (ut in superioribus hujusce Pontificis Bullis licet animadvertere *pag.* 17.) emolumenta, quæ olim Episcopo Sylvæ Candidæ, mox Portuensi Episcopo statuta erant, in reparationem Basilicæ transtulit. Gregorius XI. ex Camera Apostolica pecuniam suppeditandam decrevit, edito Diplomate, quod supra retulimus *pag.* 20. Innocentius VII. censum, qui in Hungaria aliisque Regnis pensitabatur, in hunc usum convertit, ut liquet ex *pag.* 64. Alexander V. oblationes omnes, quæ in Basilicæ Ara Principe colligebantur, concessit *pag.* 70. Verum cum hæc reparandis fatiscentis ædificii damnis haud sufficerent, illud tandem statutum, ut Census, sive Fumantariæ, quæ Cameræ Apostolicæ præstandæ erant, huic operi addicerentur. Saluberrimum hocce decretum diu obtinuit, atque in consuetudinem, quam Eugenius IV. probat ac laudat, translatum est.

(*c*) Fuit Eugenii IV. ex sorore nepos, cujus eximias laudes enarrat idem Pontifex in suis literis ad eumdem Danielem datis, ut gravissimas, quibus Bononia lacerabatur, discordias extingueret. Harum exemplar prostat apud Ughell. *Ital. Sac. tom.* 5. Venetæ editionis, *colum.* 361. & *seq.*

(*a*) Neque

bus earumque aliarum Civitatum prædictarum Diœcesibus, Comitatibus, & districtibus, ac pertinentiis universis, a Civitatibus, Terrigenis, Castellanis, Villicis, ac incolis, & habitatoribus eorumdem levari, solvi, percipi, & exigi consuetis, Basilicæ Ecclesiæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Ecclesiæ Lateranensi, necnon Monasterio Sancti Pauli extra muros dictæ Urbis dedit, assignavit, concessit, & donavit, ac omne Jus, omnemque actionem, & rationem utilem & directam, tacitam & expressam, prætoriam & civilem sibi, & Cameræ Apostolicæ in & super censibus, & Fumantariis hujusmodi quomodolibet competentem, in Basilicam, Ecclesiam, & Monasterium præfata transtulit cum Civitatibus, districtibus, & pertinentiis supradictis, ipsisque adjunxit, applicavit, & appropiavit Provincias, Civitates, Diœceses, Terras, Castra, Villas, & loca, ac Cives & Terrigenas, Castellanos & Incolas, Villicos & habitatores hujusmodi, prout in litteris Apostolicis super inde confectis seriosius dicitur contineri (*a*), super hoc vivæ vocis oraculo Nobis facto, te, de cujus fide, & legalitate fiduciam plenam gerimus, Commissarium ad petendum, exigendum, & recuperandum, levandum & recipiendum nomine Ecclesiarum & Monasterii prædictorum, eorumque Capitulorum, ac Abbatiæ & Conventus, omnes & singulas pecuniarum, Florenorum, & rerum quantitates & summas, ratione & causa omnium & singularum Fumantariarum seu Censuum vel aliarum rerum quovis nomine nuncupatarum, in Provinciis, Civitatibus, Diœcesibus, & Districtibus ac Locis supradictis, a Civibus, Terrigenis, Castellanis, Villicis, ac Incolis & habitatoribus eorumdem, ad præfatum Dominum nostrum Papam & Cameram Apostolicam quomodolibet spectantes & pertinentes, & de receptis dumtaxat habitis & collectis quitandum, liberandum, ac finiendum & absolvendum, ac sine quitatione, liberatione, & * pactum perpetuum de ulterius non petendo faciendum, cum solemnitatibus & cautelis in talibus necessariis & consuetis, & cum clausulis opportunis pro tempore præterito, præsenti, & futuro usque ad Kalendas Januarii proxime futuras, cum potestate in prædictis & circa prædicta substituendi & subrogandi Procuratores unum vel plures, & substitutos revocandi, & alium & alios de novo substituendi, præsenti mandato in suo robore permanente, & in præmissis faciendum procurandum & exercendum omnia & singula necessaria & opportuna, dantes & concedentes tibi & Procuratoribus per te substituendis de mandato prædicto omnia & singula supradicta faciendi gerendi & exercendi plenam facultatem & auctoritatem; ac mandantes de eodem mandato universis & singulis Vicariis Apostolicis & Officialibus quibuscumque in dictis locis existentibus, quatenus tibi & Procuratoribus tuis tribuant auxilium & favorem in præmissis & circa præmissa, si per te vel Procuratores fuerint requisiti. Volumus autem quod de omnibus & singulis pecuniis quas exegeris ex dictis Fumantariis, diligentem rationem & calculum reddere tenearis, cum assignatione earumdem venerabilibus viris fratribus Paulo Abbati Monasterii sancti Gaudentii de Arimino Ordinis sancti Benedicti, & Joanni de Sicilia Abbati Monasterii sancti Pauli extra muros Urbis Commissariis super reparatione Ecclesiarum & Monasteriorum prædictorum, & aliis ad quos spectat. Tu itaque officium ipsum prompta devotione suscipiens, adeo illud studiose prudenter fideliter sollicite & diligenter exequaris, quod exinde sperata commoda proveniant, tuque apud Sedem Apostolicam de fidelitate, prudentia, sollicitudine, & diligentia valeas merito commendari. In quorum testimonium præsentes litteras fieri, & sigilli Camerariatus officii supradicti, quo utimur, fecimus appensione muniri.

Commissarii ad Fumantarias exigendas electi amplior jurisdictio.

* *Leg.* etiam

Datum Florentiæ (*b*) apud sanctam Mariam Novellam sub anno a Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo trigesimoquarto, Indictione duodecima, die vigesimaseptima mensis Octobris, Pontificatus vero Domini nostri Papæ præfati Anno quarto.

In eos

(*a*) Neque in Archivo Basilicæ, neque in Tabulario Apostolico Vaticano ejusmodi Literarum autographum vel exemplar aliquod hactenus occurrit.

(*b*) Eugenium IV. die 24. Junii 1434. in pervigilio sancti Joannis Baptistæ Florentiam accessisse docet Historia, probatque Spondanus *ad hunc annum num.* IV. Cur vero Roma discesserit, paucis explicandum. Imminebat Urbi Romæ, & vicina Urbis loca late populabatur Nicolaus Fortebraccius ductor copiarum Philppi Ducis Mediolanensis, qui in Pontificem erat infensus. Hinc Romani qua metu, qua pollicitationibus amicorum Philippi, ad res novas moliendas excitati, Pontificem capere, ac detinere captivum decreverunt. Qua re cognita, Eugenius sub ementito Monachi habitu clam conscensa navicula ad Tiberis littus parata, ex Urbe aufugit, Romanis interim per amnis ripam illum insequentibus. Tandem ereptus periculo Ostiam pervenit, ac triremi adhibita, primo Pisas, mox Florentiam accessit, ubi multa honoris significatione exceptus est. Consulendus S. Antoninus *Historiar. tit.* 22. *cap.* 10. §. 2.

(*a*) Ni-

In eos, qui foribus Ecclesiæ S. Thomæ in formis ignem admoverant, sedulam Inquisitionem instituendam decernit.

Ex Archivo Apost. Vat. in Regesto XIV. Epist. de Curia Eugenii IV. pag. 128. terg.

AN. CH. 1435. 26. Febr.

Contra Incendiarios inquisitio.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Nicolao Archiepiscopo Capuan. (*a*) ac Stephano Vulteran. Episcopo (*b*) in Urbe residentibus; Salutem & Apost. Benedictionem.

Ad nostrum displicenter devenit auditum quod nuper, videlicet de mense Januarii proxime præterito, nonnulli iniquitatis alumni, Spiritusque maligni suasibus illecti, dissimulatis habitibus ac faciebus larvatis, ad Ecclesiam sancti Thomæ in formis de Urbe, quæ Basilicæ Principis Apostolorum de dicta Urbe membrum existere dicitur (*c*), intempesti reprobis motibus accedentes, & ignem ad majorem præfatæ Ecclesiæ portam detestabiliter applicantes, eam cum aliis duobus hostiis ibidem comburere nullatenus trepidarunt, in suarum animarum periculum, divinæ, cujus templum ignis voragine violarunt, Majestatis offensam, & perniciosum pariter exemplum. Nos adeo graves, absque divinæ ultionis formidine, sub dissimulatione nullatenus preterire volentes excessus, Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Vos vel alter Vestrum, sublatis moræ dispendiis, super præmissis * quod omnes & singulos qui dictorum patratores excessuum fuerint, ac in illis auxilium, consilium quomodolibet præstiterint vel favorem, cujuscumque dignitatis status gradus ordinis, aut conditionis extiterint, auctoritate nostra diligentius inquiratis, & super illis, quæ per inquisitionem hujusmodi inveneritis, habitum processum vestris sigillis publicique Tabellionis subscriptione munitum, Nobis quantocius destinare, ac hiis qui culpabiles fuerint in præmissis, certum terminum competentem infra quem in Romana Curia se personaliter repræsentent, assignare curetis, ut culpabiles ipsi condignis animadversionis acrimoniis percellantur. Non obstantibus privilegiis & indultis a Sede Apostolica vel alias personis & locis quibusvis sub quacumque verborum forma concessis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus plena & expressa ac de verbo ad verbum præsentibus mentio foret habenda, & quæ, quoad hoc, alicui suffragari nolumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ignis foribus [E]cclesiæ admo[v]etur.

[T]emplum [in]cenditur.

* Leg. quoad

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo trigesimoquarto (*d*) quarto Kalendas Martii Pontificatus nostri Anno quarto.

Fures sacrilegos, qui e marmorea Pontificis Sede lapides abstulerant, eorumque consocios, excommunicatione coercet. Ecclesias vero in quibus ejusmodi lapides servabantur, subjicit Interdicto.

Ex Autographo in Archivo Basilicæ Caps. 8. Fasc. 272.

AN. CH. 1436. .. Martii.

Præcipua Pontificis cura in Basilicam S. Petri.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Quamquam in omnibus Orbis Terrarum locis, in quibus Christiana Fides excolitur, rerum Sacrarum, vel ad Sacros usus deputatarum solertem curam ne distrahantur dissipenturque, haberi cupiamus; in alma tamen Urbe, in qua Omnipotens Primatum Ecclesiæ suæ Sanctæ statuit, & firmavit, id eò diligentius fieri exoptamus, quò major ad illam precioso Apostolorum, & Martyrum pene innumerorum sanguine rubricatam, Populorum universi Orbis multitudo confluit. Sane per hos dies nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quorundamque aliorum, quibus

(*a*) Nicolaum intellige de Acciapacio, quem Eugenius IV. in Concilio Florentino creavit Presbyterum Cardinalem tit. S. Marcelli. Ita Ciaconius & Ughellus. Sed castigandus Ughellus quum ajt, hunc ipsum Nicolaum an. 1436. die 24 Decembris ad Capuanam Ecclesiam fuisse promotum. Repugnat nostrum hocce Diploma, quod an. 1435. fere ineunte, Nicolaum Capuanæ Ecclesiæ Archiepiscopum nobis exhibet. Quocirca pene biennii spatio Ughelliana supputatio deficit.

(*b*) Vir fuit summa animi moderatione præditus, qui instante licet imo & rogante Florentina Republica, ut ad splendidiorem Dignitatis statum ascenderet, nunquam induci potuit, ut Volaterranum Episcopatum dimitteret. Consulendi Ciaconius, & Ughellus.

(*c*) De hac S. Thomæ Ecclesia satis actum *tom. I. Bullar. nostri pag.* 100. *not. b.* Eam una cum Hospitali fuisse sociatam Basilicæ Vaticanæ liquet e superiori Diplomate Urbani VI. edit. an. 1387.

(*d*) Annus tricesimus quintus, ducto nimirum a mense Januario anni initio, est intelligendus. Id vero cum res ipsa docet, tum Historica series omnino exigit. Huic anno alligatur annus quartus Pontificatus Eugenii; Id vero fieri nunquam poterit, si anno tricesimo quarto hæreamus; quandoquidem, ut præmonuimus, Eugenius die tertia Martii 1433. Summus Ecclesiæ Pontifex fuit renunciatus. Deinde, cum hæc Apostolica Constitutio Florentiæ scripta dicatur, profecto Eugenius die 36. Februarii an. 1434. Florentiam, ut supra probavimus, nondum accesserat.

Furtorum frequentia vel in ipsis Ecclesiis. quibus fidem adhibere possumus, querula expositione didicimus licet alias quidam scelestæ conditionis homines fuerint reperti, & quotidie reperiantur, qui ex Basilicis Almæ Urbis, non solum quæ a secularibus Presbyteris reguntur, sed illis etiam quæ dictorum Fratrum nostrorum Cardinalium Titulis deputatæ sunt, Marmora, aliosque lapides diversi coloris non parvi pretii & valoris, ipsarum Basilicarum ornamento & usibus deputatos, sacrilege abstulerint; *Etiam Vaticana.* novissime quosdam tantæ audaciæ, & impietatis fuisse, qui de Sede nostra, & usui nostro, prout Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, continuo fuit deputata, secus Altare Sacratissimum Beatissimi Apostolorum Principis Petri posita (*a*), Porfiriticas, alteriusque Marmoris Tabulas ipsius Sedis posteriorem spondam, & subsolium ornantes, non minus stupenda quam dolenda audacia abstulerunt. Quare hujusmodi flagitiosissimis, ac pene in Christiano Orbe inauditis excessibus obviare cupientes, licet omnes, qui hujusmodi rebus sacrilegam manum injicere præsumpserunt, tam ipso jure, quam vigore literarum, quæ a bonæ memoriæ Prædecessoribus nostris dudum emanaverunt, excommunicationis sententiam incurrerint (*b*): cum tamen gravante peccato, pœnæ etiam inflictionem gravari oporteat, *In fures pœna statuitur.* omnibus, & singulis, qui ex prædictis lapidibus, aut aliis ornamentis Basilicarum Urbis præsertim dictæ Sedis nostræ habuerint, aut subripiendo, servando, & retinendo adjutores, fautores, & conscii fuerint, ut infra duos Menses post harum literarum publicationem, habentes illa restituant, vel ad locum ubi erant, portent; scientes vero revelent & ad nostram deducant notitiam, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, a qua, nisi in Mortis articulo, a nullo, etiam Summo Pœnitentiario, præterquam a nobis, absolvi possint, tenore præsentium districte præcipiendo mandamus. Et nihilominus Ecclesias, *Interdictum contra Ecclesias.* & alia loca, quorum usibus, & ornamento prædicta fuissent deputata, aut in futurum deputabuntur, Ecclesiastico subjicimus Interdicto; cui tandiu subjaceant, quamdiu ad loca unde prius ablata fuissent, integre & sine aliqua diminutione fuerint reportata. Similes vero excommunicationis & Interdicti sententias incurrere volumus eos, qui de prædictis rebus in futurum accipient, & Ecclesias, ac loca, quorum usibus & ornamento quomodolibet in posterum deputabuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quadringentesimo trigesimosexto, quarto Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno sexto.

Certam pecuniæ summam in censu Fumantariarum solvendam Pontifex præscribit.

Ex Autographo Archivi Apostolici In Regesto diverſ. Bullar. Eugen. IV. tom. 3. numero 49. pag. 32.

AN. CH. 1437. 24. Jan.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Sedis Apostolicæ Providentia circumspecta, sua, & suorum gesta Prædecessorum confusa determinat, & dubia plerumque declarat; ea præcipue, quæ Dei honorem, utilitatem, & favorem concernunt Ecclesiarum. *De Fumantariarum usu Decretum.* Cum itaque per alias nostras certi tenoris Litteras (*c*), redditus, & proventus Fumantariarum in Provinciis nostris Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trabariæ, Romandiolæ, & Exarchatus Ravennaten., & aliis quibuscumque locis, ubi hactenus exigi consueverunt, Fabricæ, & reparationi Basilicarum S. Petri Apostolorum Principis, Sancti Johannis in Laterano, & Sancti Pauli extra muros Urbis deputaverimus, quodque ad exigendum, & levandum, & locandum dictos redditus & proventus dictarum Fumantariarum Ven. Fratrem nostrum Christophorum Episcopum Ariminen., & dilectum Filium Johannem Abbatem Monasterii Sancti Pauli extra muros præfatos per alias nostras Litteras ordinaverimus (*d*); ne igitur de quantitate dictorum redditum

(*a*) De hac Romani Pontificis Sede Marmorea in Basilica S. Petri posita, audiendus Tiberius Alpharanus, qui *cap.* 2. *num.* 3. ita loquitur: *In extremo hujus absidis pariete idem Imperator* (Constantinus) *statuit Romani Pontificis Christi Vicarii & Petri Successoris Sedem Apostolicam stabilem & eminentem, sive thronum Marmoreum maximum auro vermiculatum ac cælatum, & hinc inde circumcirca Marmorea etiam sedilia pro Sacerdotibus Pontificem adjuvantibus dum Sacra Deo super Altare B. Petri Apostoli perageret.*

(*b*) Inter Apostolicas Sanctiones Urbani V. superius editas, prostat *pag.* 30. ea Constitutio quæ in raptores bonorum etiam immobilium Basilicæ Vaticanæ aliarumque Ecclesiarum excommunicationem latæ sententiæ pronunciat.

(*c*) Consulenda utraque Eugenii IV. Epistola, quam supra exscripsimus pag. 85. & 87.

(*d*) Neque in Tabulario Basilicæ, neque in Archivo Apostolico ejusmodi litterarum autographon aut exemplar aliquod hactenus occurrit.

(*a*) Soli-

tuum & proventuum dictarum Fumantariarum, dubium fortasse oriatur, aut uni magis, & alteri minus onerosa plerumque videatur, volumus, determinamus, & declaramus, eosdem Christophorum Episcopum, & Johannem Abbatem, aut per eosdem deputandos & ordinandos exigere, levare, atque locare posse pro quolibet, & a singulo foco in prædictis nostris Provinciis, & locis contento, singulis annis soldos duos & denarios duos Ravennat. (*a*) quos pro subjectione, & fidelitate, pro regalibus Beati Petri singulis annis solvere Incolæ Provinciarum & locorum prædictorum irremissibiliter obligantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, determinationis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Census summa taxatur.

Datum Bononiæ (*b*) Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo tricesimosexto, Nono Kal. Februarii, Pontificatus nostri Anno sexto.

In Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, qui absque decenti habitu Basilicam ingrediuntur, vel Sacram Supellectilem in profanos usus convertunt, aut quotam Sacrario debitam non persolvunt, excommunicationem pronunciat,

Ex Autograph. in Tabular. Basil. Vatic. Caps. 7. Fasc. 268.

AN. CH. 1437. 23. *Jul.*

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam Rei memoriam. Si universis Orbis Ecclesiis, ut per suos Ministros laudabiliter gubernentur, simus disponente Domino debitores, multo magis ad illius suscipiendam curam astringimur, quam Apostolorum Principi dedicatam nostræ sollicitudini specialiter cognoscimus esse commissam. Sane cum in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, ex antiqua & approbata hactenus consuetudine fuerit observatum, ut nullus Canonicus, seu Cappellanus, aut alius Benefitiatus ejusdem quacumque hora debeat dictam Basilicam absque habitu solito intrare, quod a nonnullis dicitur ad præsens esse omissum; Nos hujusmodi consuetudinem, cum ad ornatum & honorem cedat Ecclesiæ, & Personarum Ecclesiasticarum in ea Altissimo famulantium, in Domino commendantes, præsenti statuimus & ordinamus edicto, quod sub excommunicationis pœna, quam ipso facto contrafacientes incurrant, & a qua præterquam a Romano Pontifice, excepto mortis articulo, absolvi nequeant, mandamus, & volumus observari, prout hactenus consuevit, ut nullus dictæ Ecclesiæ Canonicus, Cappellanus, vel Beneficiatus, seu Officialis ipsam Ecclesiam absque solito, & consueto habitu deinceps audeat, vel præsumat intrare (*c*). Præterea cum nonnulli, tam ex Canonicis, quam ex Cappellanis, Benefitiatis, & Offitialibus dictæ Ecclesiæ Pannos lineos & sericeos ipsius Divino cultui deputatos, ad alios usus quandoque deputare, & transferre conentur; illos diversis Personis etiam laicis mutuando, similibus quoque edicto, & pœna statuimus, ne quis ex Canonicis, Cappellanis, Benefitiatis, aut Offitialibus dictæ Ecclesiæ quibuscumque aliquem Pannum tam lineum, quam sericeum Divino cultui deputatum ad alium præterquam Divinum usum quoquo modo concedere mutuare, vel deputare audeat vel præsumat. Insuper eisdem edicto, & pœna statuimus, & etiam ordinamus, ut pro reparatione Sacristiæ dictæ Ecclesiæ, seu rerum, ac jocalium ipsius solvatur illa portio, quæ in Statutis, & Ordinationibus dictæ Ecclesiæ continetur (*d*). Nulli ergo

Qui in Ecclesiam absque decenti habitu intrant excommunicatione feriuntur.

Item qui sacra Supellectili abutuntur.

Aut quotam Sacrario debitam non persolvunt.

(*a*) Solidus, ut in superiori Bullarum volumine adnotavimus, perinde valet ac oboli duodecim cum dimidio; denarius vero Julii Romani decima pars est, ac obolo, vulgo *Bajocco* respondet. Ita ex Grimaldo *in Opusc. de Veron. pag.* 38. affirmavimus, quod & hîc repetimus. An vero dispar fuerit denariorum ac solidorum Ravennatensium mensura, aliis dijudicandum relinquimus.

(*b*) Eugenium die 18. Aprilis an. 1416. Florentia digressum, post triduum, hoc est die 21., Bononiam pervenisse Author est Flavius Blondus *lib. 7. Decad.* 3. quem probat & sequitur Raynald. *ad hunc annum sub num.* 22. Hinc duo colligimus, alterum de loco in quo Bulla hæc scribitur; alterum de anni supputatione; non enim an. 1436., quem Bulla præsefert, sed revera mense Januario 1437. Bullam edidit Pontifex, qui, ut prænotavimus, mense Januario 1436. nondum Florentia discesserat.

(*c*) Cum a Canonicis, tum Beneficiatis & Clericis Basilicæ Vaticanæ lex ista servatur, ut nemo Basilicam, nisi eo indutus habitu quem in Choro gestat, ingrediatur; alioquin in refractarios manet excommunicationis Censura ipso facto incurrenda. Et ne ignorantiæ excusationem quis obtendat, eorum quilibet quum primum Beneficii possessionem nanciscitur, a Cæremoniarum magistro de ejusmodi Censura certior fit. Quocirca *Cappellanorum* & *Officialium* nomine nonnisi Beneficiati & Clerici hîc intelligendi, quum ad alios inferioris ordinis Ecclesiæ Ministros hæc Censura non extendatur. Vocantur ergo *Cappellani* aut a Cappa, quam deferunt, aut a Cappellæ Chori servitio, cui omnes pari jure addicuntur. Eodem pertinet vox *Officialis* quæ illis tribuitur; siquidem perinde significat, ac eos qui Ecclesiæ deserviunt. Hinc *officiare* idem est ac Ecclesiæ famulari, & in ea Ecclesiastica Officia peragere.

(*d*) In celeberrima Nicolai III. Constit. quam primus Bullarii

ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Statuti, ordinationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, decimo Kalendas Augusti Pontificatus nostri Anno septimo.

Immunitatem ac libertatem a Joanne Vitellesco Apostolicæ Sedis Legato iis, qui Burgum S. Petri inhabitarent, concessam, ratam habet, atque confirmat.

Ex Regesto diverſ. Bullar. de diverſ. form. Eugenii IV. Num. 54. pag. 824. apud Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1437. 21. *August.*

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis erga Basilicam Vaticanam solicitudo.

Romanus Pontifex licet ex suscepti cura regiminis singularum Ecclesiarum & piorum locorum necnon Christifidelium statui & indemnitati libenter intendat, ad ea tamen per quæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Ecclesiasticarum illi in Divinis obsequentium personarum successibus prosperis consuli valeat, Apostolicæ partes sollicitudinis favorabiliter interponit, ac illis quæ propterea salubriter prodiisse comperit, ut illibata permaneant, perpetui adjici annuit roboris firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum Capituli ac Canonicorum, & Beneficiatorum dictæ Basilicæ nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim dilectus filius noster Joannes (*a*) tituli sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis tunc Archiepiscopus Florentin., & in Urbe, ac certis aliis partibus Apostolicæ Sedis Legatus, jacturis, dispendiis, ac damnis dictæ Basilicæ ex corde compatiens, necnon personis ad inhabitandum Burgum sancti Petri commoditatem præbere ampliorem *, auctoritate Legationis omnes & singulos cujuscumque conditionis status gradus & præeminentiæ existerent, mares & feminas cum eorum familiis & personis in dicto Burgo pro tempore habitantes, ab omnibus & singulis impositionibus, Datiis, Gagiis, Gabellis, Oneribus, & aliis quibuscumque gravaminibus qualitercumque & quomodocumque imponendis a Camera dictæ Urbis ac Officialibus ejusdem, tam realibus quam personalibus, spatio vigintiquinque annorum a tempore accessus dictarum personarum ad dictum Burgum animo illud inhabitandi computandorum, immunes, liberos, & exemptos fecit reddidit, ac decrevit, ipsisque & eorum cuilibet similiter & conjunctim exemptionem & immunitatem per dictos annos valituras concessit, volens ac mandans, ut personæ in Burgo habitantes prædictæ, non possent nec deberent molestari, inquietari aut compelli quoquomodo ratione vel causa, infra terminum decem annorum postquam ad inhabitandum dictum Burgum venire inciperent, ad instantiam petitionem & requisitionem aliquorum creditorum, ab aliquo Officiali Ecclesiæ & dictæ Urbis qui pro tempore fuerint, realiter vel personaliter etiam molestari, sed salvi tuti & illæsi dictis decem annis conservarentur, ac omni tempore quo in eodem Burgo persisterent, ab omnibus & singulis criminibus, excessibus, maleficiis & delictis per eos tunc perpetratis & commissis, de quibus foret cognitum vel non cognitum, processum seu non processum, sententiatum aut non sententiatum, quæ omnia maleficia crimina excessus & delicta dictus Legatus haberi voluit pro expressis, eadem auctoritate exemit ac liberavit; ita quod dictis decem annis non possent neque deberent inquietari seu quovis modo molestari, homicidiis ac rebellionibus contra Ecclesiam Romanam factis & commissis dumtaxat exceptis, quæ idem Legatus in exemptione hujusmodi noluit comprehendi, plerisque adjectis aliis, prout in Litteris authenticis desuper

Omnimoda libertas inhabitantibus Burgum S. Petri a Legato concessa.

* *Leg.* Desiderans, aut quid simile.

Grav... quædam ex... piuntur cri... na.

larii nostri tomus exhibet pag. 177. & seqq. illud statuitur, *ut Canonici, & qui deinceps in perpetuum futuris ibidem instituentur temporibus..... in primo anno suæ residentiæ non recipiant nisi dimidias portiones de omnibus quæ ad divisionem veniunt.* Hinc mos, ut putamus, inolevit solvendi dimidiam fructuum partem, quæ primo Beneficii anno percipitur, in Sacristiæ utilitatem convertendam. Hanc igitur legem a Nicolao III. indictam Eugenius commemorat, &, superaddita Excommunicationis pœna confirmat.

(*a*) Joannem Vitellescum Corneti in Hetruria ortum hîc designari indubia res est. Ad Recanatensem Ecclesiam primo vocatus, mox ab Eugenio IV. ad Florentinum Archiepiscopatum translatus, sacra item purpura hoc eodem anno 1437. donatus est. Illud vero notatu dignum, Joannem Vitellescum ad Cardinalatus dignitatem evectum, Archiepiscopatu Florentino se abdicasse; quod satis innuunt ea Bullæ verba quibus Eugenius utitur, *Joannes tituli sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis tunc Archiepiscopus Florentinus.* Liquet etiam ex temporis nota, qua Ludovicus Mediarota Vitellesci successor Archiepiscopalem Ecclesiam adivit, nimirum, Ughello teste, 7. Kal. Sptembris an. 1438., cum tamen nonnisi anno 1440. Vitellescus vita cesserit. Hæc adnotasse juvat, ut, quæ in Ciaconio ac Ughello desiderantur, suppleamus. De rebus a Vitellesco præclare gestis, ejusque miserrimo obitu, opportuniori loco agemus infra.

(*a*) *Arnul-*

desuper confectis ipsius Legati sigillis munitis, & quarumtenores præsentibus de verbo ad verbum inseri fecimus, prospicitur latius contineri. Quare pro parte Capituli ac Canonicorum & Beneficiatorum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut immunitati liberationi exemptioni redditioni decreto concessioni voluntati ac mandato prædictis, necnon singulis in ipsis litteris contentis, pro firmiori illorum subsistentia, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & alias eis super his opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque dictis supplicationibus inclinati, necnon immunitatem liberationem exemptionem redditionem decretum concessionem voluntatem & mandatum prædicta, necnon alia in eisdem Litteris contenta, ac quæcumque inde secuta rata habentes & grata, illa omnia Apostolica auctoritate & ex certa scientia approbamus & confirmamus, ac præsentis Scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus si qui forsan intervenerint in eisdem. Tenor vero dictarum Litterarum talis est. Joannes Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus Florentinus, in Provinciis Patrimonii Beati Petri in Tuscia ac Campaniæ & Maritimæ, necnon Ducatu Spoletano & in alma Urbe specialis commissionis *, & Arnulphorum (a) Terris ac Locis Commissarius Reformator, & Apostolicæ Sedis Legatus, dilectis nostris Venerabilibus in Christo Patribus Canonicis & Capitulo Beneficiatis & Clericis Basilicæ Sancti Petri Principis Apostolorum Salutem in Domino sempiternam. Tanta est in universis Christicolarum pectoribus devotio & fides erga venerandam Beati Petri Ecclesiam in Urbe situatam, tantus est ejusdem cultus & religio, ut omnibus quibus possumus modis ad eam manutenendam conservandam & augendam in suis juribus, vosque etiam ut ad celebrationes & solemnitates dignas possitis attentius intendere, commoditatibus adjuvemus, ob reverentiam Dei Omnipotentis, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli inclinemur. Cum itaque pro parte vestra producta fuerit quædam supplicatio tenoris & continentiæ subsequentis, videlicet. Reverendissime Pater. V. exponunt R. P. humiles & devoti ejusdem Canonici & Capitulum ac Beneficiati & Clerici venerabilis ac devotissimæ Basilicæ Sancti Petri Principis Apostolorum de Urbe, quod cum ipsa Sacrosancta Basilica ab olim ab utriusque sexus hominibus diversarum partium causa devotionis visitari consueverit frequenter, & de præsenti aliquoties visitatur, ipsaque Basilica in diversis possessionibus ac fructibus diversarum domorum in Burgo ipsius Basilicæ consistentium competenter dotata fuerit, ipsæque domus ipsius Burgi quasi totaliter sint destructæ & annichilatæ, ac ab earum alias inhabitantibus derelictæ (b), ac etiam ipsius Basilicæ possessiones adeo de præsenti collapsæ & destructæ in tantum, quod ipsi Domini Canonici, Beneficiati, & Clerici paucos ex eisdem fructus percipere possunt, qui minime eis pro eorum vitæ substentatione sufficiunt, ipsique Canonici, Beneficiati, & Clerici ac alii homines antedicti propter ipsarum domorum ipsius Burgi destructionem & discrimina viarum, suspicione ipsarum Basilicam alias visitare formidant, prout etiam periculum sit eisdem. Supplicant igitur iidem exponentes eidem V. R.P. quatenus ipsis de ejusdem V. R.P. benignitate concedere dignemini, ut omnes utriusque sexus homines dictum Burgum in futurum habitantes, ab omnibus impositionibus datiis gagiis oneribus & aliis gravaminibus quibuscumque, a Camera dictæ Urbis, & Officialibus ejusdem sint omnino liberi immunes & exempti, ipsique inhabitantes dictum Burgum nullatenus in dicta Curia Capitolii & per ejusdem Officiales de cetero pro quibuscumque debitis sive aliis delictis conveniri seu quomodolibet coarctari, aut per ipsius Curiæ Capitolii Officiales quomodolibet molestari possint, præfatisque Dominis Canonicis & Capitulo & aliis prædictis liceat, ut ipsi unam idoneam & sufficientem personam pro exercitio justitiæ in dicto Burgo faciendæ, sic vero ut poenæ ex malis proventis * in domorum Basilicæ usum, reparationemque exponantur, ponere ac deputare ad tempus valeant, & admonendum * prout eis placuerit pro eorum libito voluntatis, concedere dignemini de ejusdem V. R. P. gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et * jacturis dispendiis ac damnis dictæ venerabilis Ecclesiæ ac vestrum compatiamur ex corde, velimusque ideo venire volentibus ad incolatum dicti Burgi propter guerrarum turbines retroactos præbere materiam libentius veniendi & ferventioribus animis, ut inde etiam ob eorum residentiam alienigenæ venientes, ad indulgentias atque

Privilegii [co]nfirmatio pe[tit]ur.

Pontifex an[nu]it.

[In] Literarum [in]tellesci te[nor].

* *Leg.* Commissarius.

Capituli pre[ces] inseruntur.

* *Leg.* Provenientes.

* *Leg.* Amovendam.

* *Sup.* Cum.

(a) *Arnulphorum* terra dicitur Spoleti Ducatus in Italia, ab *Arnulphis* Ducibus desumpto nomine. Ejus mentio item fit in jure Canonico *cap. unico de majoritate & obedientia*.

(b) Quantas superioribus annis Urbs Roma senserit calamitates, late describit Flavius Blondus *Decad 3. lib. 7.* Quippe Antonius Pisanus immissis in Urbem peditibus, (cum equites portam quæ Præneste ducit occuparent) plurima intulit damna. Major Romanos ex futuro bello incesserat metus. De Francisci Piccinini adventu fama percrebuerat; neque ab Urbe aberat Laurentius Columna qui agrum Romanum hostili excursione populabatur. Hinc metus; & eorum qui remotiorem Urbis partem, hoc est Burgum S. Petri inhabitabant, fuga & recessus.

(a) De

atque alia pia opera excitentur, & ex eorum adventu utilitas dictæ Ecclesiæ accedat; & Nos supplicationibus vestris inclinati, auctoritate Nobis ab Apostolica Sede concessa, tenore præsentium omnes & singulos cujuscumque conditionis status gradus & præeminentiæ extiterint, mares & feminas cum eorum familiis & personis venientes ad habitandum, & habitantes in dicto Burgo, in futurum ab omnibus & singulis impositionibus datiis gagiis gabellis oneribus & aliis quibuscumque gravaminibus qualitercumque & quomodocumque imponendis eorum tempore a Camera dictæ Urbis & Officialibus ejusdem, tam realibus quam personalibus, spatio vigintiquinque annorum proxime futurorum, post accessum scilicet ipsorum venientium inchoandorum, immunes liberos & exemptos facimus decernimus ac reddimus, ipsisque & cuilibet ipsorum similiter & conjunctim exemptionem & immunitatem dicto tempore valituram concedimus per præsentes. Et pro uberiori dono gratiæ, cum liceat interdum conniventibus oculis aliqua aliquo tempore præterire, ac bonis respectibus quæ alio forsitan punirentur, volumus ac mandamus ut dicti venientes atque habitantes ut supra in dicto Burgo non possint neque debeant molestari inquietari arctari & compelli quoquo modo ratione vel causa infra terminum decem annorum, postquam venerint & inhabitare cœperint inchoandum, & ut sequitur finiendum, ad instantiam petitionem vel requisitionem aliquorum creditorum ab aliquo Officiali dictæ Ecclesiæ & dictæ Urbis qui pro tempore fuerit, realiter vel personaliter, sed salvi tuti & illæsi dicto tempore conserventur. Omni vero tempore quo perstiterint in eodem Burgo, ab omnibus & singulis criminibus excessibus malis & delictis per eos hactenus perpetratis & commissis, de quibus fuerit cognitum vel non cognitum, processum vel non processum, sententiatum vel non sententiatum, quæ omnia mala, crimina, excessus, & delicta hîc haberi volumus pro sufficienter expressis & declaratis ac si essent specifice posita & præsentibus inserta, dicta auctoritate eximimus ac liberamus, ita quod dicto tempore non possint neque debeant inquietari vel quovis modo molestari, homicidiis ac rebellionibus contra Ecclesiam Romanam factis & commissis dumtaxat exceptis, quæ & quas in præsenti nostra exemptione nolumus comprehendi. Mandantes eadem auctoritate, & harum serie universis & singulis Officialibus Romanæ Ecclesiæ, & dictæ Urbis tam præsentibus quam futuris, & qui pro dictis temporibus extiterint cujuscumque auctoritatis præeminentiæ & gradus fuerint, quatenus has Litteras immunitatis & exemptionis ac securitatis observent, ac faciant inviolabiliter observari, in quantum gratiam Sedis Apostolicæ caram habent, & ejus indignationem cupiunt evitare, ac etiam sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc incurrere volumus ipso facto. Constitutionibus Statutis & ordinamentis decretis Instrumentis & aliis in contrarium non obstantibus quibuscumque, etiam si talia essent de quibus hic deberet fieri mentio specialis, & quorum tenores præsentibus deberent inseri. Ne autem dicti Incolæ prænominati Burgi velut homines sine Lege & moribus honestis vagari dicantur, & non justitiæ subjecti, causarum suarum, tam civilium quam criminalium quas suo tempore fieri & moveri contigerit, cognitorem & decisorem ac Judicem suum competentem cum potestate arbitrio & balia decidendi absolvendi puniendi ac mulctandi prout de jure cognoverit, & si videbitur, faciendi, harum serie Castellanum Castri Sancti Angeli pro tempore existentem facimus ordinamus ac deputamus. Volumus tamen pœnas seu mulctas, quas infligi & exigi contigerit a prædictis pro eorum delictis, pro reparatione & usu domorum Basilicæ prædictæ penitus assignari & persolvi, in contrarium non obstantibus quibuscumque. Hortamur denique vos prædictos & monemus, ut ad dictum Incolatum Burgi tales inducatis, quod eorum habitatio commodum præfatæ Basilicæ & nobis honorem videatur peperisse. In quorum omnium testimonium & fidem præsentes fieri per Petrum Lunensem subscriptum Cancellarium nostrum, nostrique Pontificatus Sigilli jussimus appensione muniri, ad honorem laudem & gloriam Jesu Christi Beatæque Virginis Mariæ Matris suæ, & Beatorum Petri, & Pauli, ac totius Curiæ Cælestis. Amen. Datum Romæ in domibus nostræ residentiæ die sexta Aprilis Millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo, Indictione decimaquinta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Eugenii divina providentia Papæ quarti Anno septimo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis approbationis communitionis & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Exemptio petita conceditur.

Ejus privilegia.

Exemptis dex proprius signatur.

Accedit P[…] tificis confirm[…] tio.

Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo, Duodecimo Kalendas Septembris Pontificatus nostri Anno septimo.

Gaspa-

Gasparem Laurentii in minorem Vaticanæ Basilicæ Pœnitentiarium assumi decernit, remoto Gregorio de Almania, qui in eodem munere exercendo gravius peccaverat.

Ex Regesto VIII. Epist. Secret. Eugenii IV. pag. 115.

N. CH. 1438. . Jun.

ANdreæ Episcopo Auximan. Eugenius Papa quartus. Venerabilis Frater; Salutem & Apostolicam Benediction. Cum pro parte dilectorum filiorum Capituli Basilicæ Principis Apostolorum fuisset Nobis alias supplicatum, ut in dicta Basilica dilectum filium Gasparem Laurentii in dicta Basilica substitutum Pœnitentiarium minorem confirmare vellemus, cum tempus suæ facultatis jam expirasset; Nos volentes illorum supplicationibus annuere, aliquo tamen circa personam deputandam ducti errore ex relationum defectu, cum de persona unius sentiremus, alterum tamen videlicet quemdam Gregorium de Almania Ordinis Minorum imponi per ipsum Breve nostrum mandavimus. De quo quidem cum multa Nobis ab honestate devia per ipsum in Officio Pœnitentiariæ perpetrata esse & quotidie perpetrari intelleximus, Fraternitati tuæ committimus & mandamus tenore præsentium, quatenus de prædictis te diligenter informes, & si vera hujusmodi esse repereris, ipsum ab hujusmodi officio nostra auctoritate amoveas, atque ipsum Breve, quod super hujusmodi officio habet, auferas, atque in locum suum dilectum filium Gasparem antedictum substituas, eique dicta auctoritate audiendi confessiones & absolvendi juxta formam & auctoritatem aliis minoribus Pœnitentiariis nostris dari solitam, facultatem juxta nostrum beneplacitum duraturam concedas, de exercitatione & executione dicti Officii fideliter & honeste juxta formam commissionis aliis Pœnitentiariis dari solitam, dicta auctoritate præstito eidem solito juramento.

...or in ele- ... Pœniten-.

Remoto Gregorio, Gaspar sufficitur.

Datum Ferrariæ (*a*) die XXVI. Junii Pontificatus nostri Anno octavo.

Ludovicum Vaticanæ Basilicæ Canonicum, a residentia in Parochiali Ecclesia, quam possidebat, exemptum declarat.

Ex Regesto VIII. Epist. Secret. Eugenii IV. pag. 138.

I. CH. 1439. April.

VIcario Episcopi Albinganen. Eugenius Papa quartus. Dilecte fili; Salutem & Apostolicam Benediction. Pro parte dilecti filii Ludovici Auditoris Venerabilis Fratris Episcopi Auximan. in alma Urbe in spiritualibus Vicarii nostri, ac Basilicæ Sancti Petri Apostoli de dicta Urbe Canonici Nobis extitit intimatum, quod tu ipsum requiri fecisti ut ad residendum in Parochiali Ecclesia sanctæ Mariæ de Trioria Albinganen. Diœcesis, quæ ad ipsum pleno jure pertinere dignoscitur, accedat, non obstante quod ipse eidem Ecclesiæ per Vicarium suum faciat, atque hactenus fecerit deservire. Quocirca cum præfatus Ludovicus in servitiis Romanæ Ecclesiæ, ut præmittitur, occupatus sit, ipsique Canonici dictæ Basilicæ Sancti Petri, ex privilegiis diversorum Summorum Pontificum Prædecessorum nostrorum (*b*), ad residendum in aliis eorum Beneficiis minime teneantur, propterea devotioni tuæ committimus & mandamus, quatenus memoratum Ludovicum seu ipsius Vicarium in dicta Ecclesia vel ejus Procuratores præsentes aut futuros, occasione residentiæ hujusmodi de cetero compellere vel ob id alias molestare * præsumas, sed ipsum in præfato jure, ac personas præfatas protegere & defendere velis patrociniis ac favoribus opportunis.

...ovicus ad ...dum in ...ia adigi-

Virtute Privilegiorum eximitur.

* *Sup.* non.

Datum Florentiæ (*c*) die XXV. Aprilis Pontificatus nostri Anno nono.

Alexan-

(*a*) De Eugenii IV. Ferrariam adventu audiendus Andreas de Sancta Cruce apud Raynaldum *ad an.* 1438. *num.* 3. *Die veneris vigesimaquarta prædicti mensis Januarii Sanctissimus Dominus noster Dominus Eugenius Papa IV. de Civitate Bononiensi versus Civitatem Ferrariensem veniendo, Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, electorum, & aliorum Prælatorum in multitudine copiosa solemniter associatus, Monasterium sancti Antonii extra muros applicuit, illudque feliciter intravit. Die Lunæ vigesimaseptima præfati mensis, hora vigesimaprima vel quasi .... Civitatem prædictam feliciter intravit.*

(*b*) Adeas Buliam Gregor. XI. relatam *pag.* 27., & notam illi subjectam percurras, ut de privilegiis, quæ Capitulo & Clero Vaticano a Summis Pontificibus super Beneficiorum pluralitate concessa fuere, certior fias.

(*c*) En Eugenium Florentiam, ubi præsentes dat literas, reversum. In hanc Urbem jam tum a mense Januario 1439., ut probat Raynaldus *ad hunc an. num.* 2., Eugenius accesserat, ut Synodum Ferrariæ inceptam, atque ob pestilentiæ periculum Florentiam translatam, prosequeretur; quod & factum est, habita nimirum Sessione prima eodem Februarii mense, ac mensis die vigesimasexta. Itaque non satis accurata est supputatio Spondani, qui Pontificis in hanc Urbem adventum in Februarium mensem perperam rejicit.

(*a*) Bul-

Alexandri IV. Literas de ritu in processione S. Marci servando inserit, easque confirmat.

Ex Autogr. in Archiv. Basil. Caps. 5. Fasc. 262.

AN. CH. 1439. 18. *Maji*.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad hæc nos Divina miseratio licet immeritos supremæ Potestatis Ecclesiasticæ præ ceteris mortalibus Principatum obtinere disposuit, ut suam cuique justitiam, prout debitores existimus, ubilibet ministremus, & quæ circa dignitatum præsertim insignia Ecclesiis impartita venustis per Prædecessores nostros Romanos Pontifices gesta comperimus, illorum inhærendo vestigiis, dum a nobis petitur, restaurationis & innovationis munimine solidemus. Hinc est, quod nos felicis recordationis Alexandri Papæ quarti Prædecessoris nostri de modo eundi ad Processionem quæ in festo sancti Marci fieri consuevit, & Crucibus ferendis ad Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, ac denariis, qui Ecclesiis, Monasteriis, & Capellis pro ipsorum salario, quod Presbyterium vulgariter dicitur, exhibentur, Litterarum, quas in Cancellaria Apostolica diligenter inspici fecimus, tenoribus de verbo ad verbum, signis subscriptionibus & caracteribus dumtaxat exceptis, præsentibus adnotatis, eas, cum incipiant vetustate consumi, ad dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli præfatæ Basilicæ instantiam auctoritate Apostolica tenore præsentium innovamus, ac præsentis Scripti patrocinio communimus. Tenor vero Literarum hu usmodi talis est = Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem. Jurgia Litium *&c.* (*a*). *Sequitur tenor Literarum Alexandri IV., quas in superiori Bullarum Tomo integras exscripsimus*. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innovationis, communitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Alexandri IV. Literæ confirmantur.

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo trigesimonono quintodecimo Kalendas Junii Pontificatus nostri Anno nono.

Basilicæ Lateranensis Capitulum & Canonicos qui ad Processionem S. Marci non accesserant, ad officium revocat; Censuris irretitos absolvi posse concedit; partium jurgia ac lites amico fœdere componendas decernit.

Ex Regesto divers. Pontif. Mart. V. Eugenii IV. & alior. num. 45. fol. 346. apud Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1439.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Auximan. Vicario in alma Urbe.

Venerbilis Frater; Salutem & Apostolicam Benedictionem. Pervenit ad notitiam nostram quod in festo sancti Marci proxime præterito (*b*), in quo Processio & Litania per omnes Ecclesias & Religiosas personas singulis annis in alma Urbe solemniter celebrari solet, dilecti filii Canonici & Capitulum Lateranensis Ecclesiæ accedere destiterunt ad Ecclesiam Beati Petri, quæ res molesta valde nobis est, ut Ec-

De La- nensis Ca inobedien conqueritu

(*a*) Bullam hanc ex Autographo Archivi nostri exscriptam, ac notis illustratam exhibet *Tomus I. Collectionis Bullarum Basilicæ Vaticanæ pag.* 140. *& sequenti*. Mirari forte subit cur Capitulo & Canonicis illud curæ fuerit, ut eadem Constitutio iterum in Acta Apostolica Eugenii IV. referretur, si jam in Alexandri IV. Codicibus obvia erat, atque in Tabulario Basilicæ sarta tectaque servabatur. At mirari desinet quisquis animadvertat in solemni Processione quæ festo S. Marci quotannis instituenda erat, dissidia ac lites aliquando fuisse excitatas. Id patebit e sequenti Diplomate, quo docemur, hoc eodem anno 1439. Canonicos Basilicæ Lateranensis indictam sibi legem hac in parte violasse. Hinc Vaticanum Capitulum, ut Alexandrinæ Bullæ Autographum vetustate pene detritum ab interitu eriperet, atque ut Eugenium Pontificem de Basilicæ S. Petri juribus ac privilegiis certiorem faceret, Alexandri IV. Sanctionem Eugeniano Diplomati inserendam, & confirmandam curavit.

(*b*) Hæc temporis designatio satis indicat, in hunc annum 1439. rejiciendam Bullæ hujus ætatem; non enim in alium annum transferri potest festus S. Marci dies, qui nono Pontificatus Eugenii anno bene respondeat. Diem vero quo Bulla edita est, divinare licet potius, quam certo assequi. Hæc nobis insidet conjectura, ut die eodem quo superior Bulla conscripta est, hanc procusam dicamus. Enimvero utraque Constitutio eodem spectat; nec repugnat, ut quo die Eugenius Alexandrinum Diploma confirmavit, eodem absurda, quæ contra Diplomatis ejusdem tenorem irrepserant, e medio tolleret.

(*a*) Circa

ut Ecclesiasticæ personæ a quibus pacis & concordiæ exempla seculares accipere debent, in dissentionibus & discordiis permaneant. Propterea placet nobis & volumus, ut Canonicos & Capitulum prædictos auctoritate nostra moneas sub pœnis formidabilibus, ut de cetero non omittant in tali solennitate ea efficere quæ per Canonicos & Capitulum hujusmodi superioribus temporibus facta sunt; & insuper moneas dilectos filios Canonicos & Capitulum dictæ Ecclesiæ sancti Petri, ut humaniter & fraterne erga dictos Canonicos Lateranenses se exhibeant, & studeas ut utrinque memoria dissentionum deleatur, ac mutua & sincera charitas inter ipsos vigeat, quemadmodum personis Deo famulantibus convenit. Et ut eis dissentionis & litigii occasio tollatur, volumus quod super causa & controversia sancti Laurentii de Piscibus (*a*), & ceteris aliis controversiis quas dicta Capitula inter se habent, vocatis vocandis te diligenter informes, & Jura utriusque Capituli fideliter in scriptis redigi facias, & ad nos & Sedem Apostolicam eapropter transmitti procures. Et quia fortassis Canonici & Capitulum prædictæ Lateranen. Ecclesiæ in sententiam excommunicationis irretiti sunt (*b*), cum dicta Litaniæ solemnitate ad Ecclesiam Beati Petri non accesserint, Nos si hoc humiliter petierint, juxta formam Ecclesiæ consuetam, injuncta ipsis pro modo culpæ pœnitentia salutari & aliis quæ de jure fuerint injungenda, absolvas, & omnem irregularitatis maculam, si quam sic irretiti celebrando divina & immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium, contraxerint, aboleas, & cum ipsis, ut in susceptis Ordinibus ministrare valeant, dispenses. Super quibus Fraternitati tuæ plenam tenore præsentium auctoritate Apostolica concedimus facultatem.

Concordiam det. — *Censuris irretitos absolvit.*

Datum Florentiæ Anno nono.

Monasterium Sancti Blasii Mensæ Capitulari Basilicæ Vaticanæ, certis sub conditionibus in Bulla expressis, perpetuo nexu sociatur.

Ex Originali in Archiv. Basil. Caps. 27. Fasc. 116.

[A]N. CH. 1439. [2]1. Octob. — *[Pr]ecipua Ba[silicæ] Vaticanæ [prær]ogativa.*

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam Rei memoriam. Ad Basilicam Principis Apostolorum de Urbe inter ceteras Orbis Ecclesias amplissimis, ac notabilibus ædificiis, necnon Sanctorum, & Sanctarum Reliquiis, ac diversarum Indulgentiarum muneribus decoratam, nostræ considerationis intuitum diligenter extendimus, & prout ad illius, ac personarum in ea Divinis laudibus deditarum, statum, commodum, & utilitatem expedire cognoscimus, opem & operam, quantum cum Deo possumus impendimus efficaces. Cum itaque, sicut pro parte dilecti filii nostri Juliani tituli sanctæ Sabinæ Presbyteri Cardinalis Archipresbyteri (*c*), necnon dilectorum filiorum Capituli præfatæ Basilicæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, Basilica prædicta juxta mœnia dictæ Urbis, oco utique a civilibus ejusdem Urbis habitationibus plurimum remoto consistat, ac nullum infra habitationes prædictas locum habeat, in quo, vigentibus in illis partibus Guerrarum turbinibus, ac stipendiariorum suspitionibus, Libri, Calices, Paramenta, & alia ad Divini cultus decorem in eadem Basilica deputata ornamenta, honeste, atque tute conservari, ipsique Capitulum pro illius, ac communiter negociorum pertractatione & expeditione se commode congregare valeant, & alias Monasterium sancti Blasii in Cantu secuto, alias de la Pagnotta (*d*) de dicta Urbe Ordinis sancti Benedicti, jam vigintiquinque & ultra elapsis annis Abbate, & Monachis penitus destitutum remanserit (*e*), prout etiam hodie remanet, nec de illius ad debitam regula-

Misera hujusce ætatis conditio. — *Monasterium S. Blasii Monachis destitutum*

(*a*) Circa hanc *S. Laurentii* Ecclesiam jam tum ab anno 1435. Capitulum utrumque, Lateranense nimirum ac Vaticanum concordiam inierat, eamque instrumento, cujus Autographon *in Caps. 17. Fasc.* 114. Archivi nostri servatur, firmaverat. Nihilominus paucos post annos ab inito fœdere, rursus dissidia invaluere. Fortasse concordiæ capita violari cepta; quorum culpa id evenerit, ignoramus.

(*b*) Hanc nimirum Censuram ipso facto incurrendam, atque uni Romano Pontifici reservatam, Alexander IV. in contumaces inflixerat; ut Bullam legenti compertum est.

(*c*) Julianum Cæsarinum intellige, qui a Martino V. inter S. R. E. Cardinales creatus, primo S. Angeli, mox S. Sabinæ titulum est assequutus. Ita Ciaconius & Ughellus, qui tamen de ejus in Vaticana Basilica Archipresbyteratu nusquam loquuntur, fortasse quod nostra hæc monumenta illis fuerint impervia. Obiit extra Urbem quo tempore Legati Apostolici munere apud Ladislaum Poloniæ & Hungariæ Regem fungebatur, ut Christianos Principes contra Amurathem Turcam ad bellum excitaret. Cum enim Varensi pugnæ interesset, aut in ipso conflictu, aut post acceptam cladem die 10. Novembris 1444. vulneribus confossus occubuit. Qua de re passim Historici.

(*d*) Cur Ecclesiam S. Blasii in via Julia Romæ positam olim appellaverint *in Cantu secuto*, pluribus inquirere nostri non est otii. Cur vero nuncupetur *della Pagnotta*, explicat Pancirolus, qui a Panis distributione, quæ ibi aliquando fiebat, cognomen derivat. Hic ritus nostra etiam ætate servatur die festo S. Blasii; hinc posterius cognomen a Pane desumptum, adhuc perseverat.

(*e*) Hujusce Abbatiæ antiquitatem prodit Tabula marmorea in ipso Ecclesiæ ingressu parieti affixa, ex qua patet

gularem obſervantiam reductione, præſertim propter ipſius exiguas facultates, niſi aliud ei deſuper ſuffragium proveniret, parva ſeu nulla de cetero ſpes exiſtat, pro parte Cardinalis, & Capituli prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Monaſterium ſancti Blaſii prædictum, tamquam ad conſervationem ornamentorum, & congregationem Capituli prædictorum, aptum, honeſtum, & accommodum, Baſilicæ præfatæ, & ejus Menſæ Capitulari perpetuo incorporare, unire, & annectere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos in quorum manibus hodie præfatus Cardinalis Commendæ ei auctoritate Apoſtolica dudum factæ de præfato Monaſterio, ac omni juri ſibi in illius Bonorum regimine & adminiſtratione, in quibus tunc exiſtebat quomodolibet competenti, favore unionis hujuſmodi, ſponte, & libere ceſſit, quique ceſſionem ipſam duximus admittendam, de præmiſſis certam notitiam, necnon Baſilicæ, & Menſæ præfatorum fructuum, redditũum, & proventuum veros valores annuos præſentibus pro expreſſis habentes, ac ſuper hoc tam Baſilicæ, & Capituli, quam Monaſterii præfatorum ſtatui, & utilitati quantum cum Deo poſſumus providere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Monaſterium prædictum, cujus fructus, redditus, & proventus centum & quinquaginta Florenorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut ipſi Capitulum aſſerunt, non excedunt, cum Eccleſiis, Cappellis, Membris, Caſtris, Caſalibus, & aliis Juribus, & pertinentiis ſuis omnibus, Baſilicæ & Menſæ præfatis, auctotate Apoſtolica tenore præſentium, ex certa ſcientia, perpetuo incorporamus, annectimus, & unimus. Ita quod liceat ex nunc, præfatis Capitulo, per ſe, vel alium, ſeu alios, corporalem poſſeſſionem Monaſterii, Eccleſiarum, Cappellarum, Membrorum, Caſtrorum, Caſalium, & aliorum Jurium & pertinentiarum prædictorum, auctoritate propria libere apprehendere, ac hujuſmodi illius fructus, redditus, & proventus in ſuos, necnon Baſilicæ, & Monaſterii præfatorum uſus, & utilitatem convertere, & exponere, alicujus ſuper hoc licentia minime requiſita. Et nihilominus auctoritate, & ſcientia prædictis volumus, ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus in dicto Monaſterio duæ honeſtæ, & idoneæ Perſonæ in Sacerdotio conſtitutæ, de gremio præfatæ Baſilicæ, ad id per Capitulum præfatos quoties opus fuerit Archipresbytero dictæ Baſilicæ pro tempore exiſtenti, ſeu ejus in Spritualibus Vicario generali præſentandæ, & per eumdem pro tempore Archipreſbyterum, ſeu Vicarium inſtituendæ, in præfato Monaſterio continuo perſonaliter reſidere, & illius Parochianorum Animarum curam exercere, ac in ejus Eccleſia, Dominicis, & aliis ſolennibus, ac feſtivis decantando, aliis vero diebus ſingulis baſſa voce unam ad minus Miſſam celebrare teneantur (a). Præterea pro tempore Archipresbytero, ſeu Vicario prædicto, præfatos Capitulum quotiens conſtiterit ex eorum culpa, ſeu negligentia, dictum Monaſterium in reſidentia perſonarum, ſeu celebratione hujuſmodi contra ſtatutum, voluntatem, & ordinationem ſupradicta defectum pati, ad illum per eos debitæ ſupplendum per Cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia, appellatione poſtpoſita, cogendi, & compellendi plenam, & liberam, auctoritate prædicta tenore præſentium concedimus facultatem. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Baſilicæ, Monaſterii, & Ordinis prædictorum juramento confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi Capitulo præfatis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ incorporationis, annexionis, unionis, voluntatis, Statuti, Conſtitutionis, ordinationis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Capituli Vaticani ad Pontificem preces.

Monaſterium S. Blaſii Baſilicæ attribuitur.

Conditione ſervandæ præſcribuntur.

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo triceſimonono XII. Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno nono.

Senten-

ædem S. Blaſio ſacram jam tum ab ævo Alexandri II. an. 1072. fuiſſe reſtitutam. Noſtra ætate Capitulum Vaticanum Eccleſiam eamdem novo opere reficiendam curavit.

(a) Hæc omnia in præfata S. Blaſii Eccleſia, cui Animarum cura conjuncta eſt, ad amuſſim ſervantur. Illi namque præeſt Parochus, quem Capitulum Baſilicæ Vaticanæ deſignat, & Cardinalis Urbis Vicarius inſtituit.

(a) Hunc

Sententiam ſuper Horto Citerni favore Monaſterii S. Martini in Montibus promulgatam confirmat.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 13. Faſc. 288.

N. CH. 1441. Decemb.

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Ariminen., & Tragurien., ac Auſſaren. Epiſcopis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Magiſtri Johannis de Reate Can. Florentin. Notarii noſtri, & Conventus Monaſterii Sancti Martini in Montibus Viterbien. Dioc. Ciſtercien. Ordinis petitio continebat, quod licet quidam ſitus in contrata Citerni Ortus aquatilis cum Lega in dicto Horto juxta rem Eccleſiæ ſancti Laurentii Viterbien., rem hæredum Matthæi Mutii Petriſtanchi, rem Roberti Mazantis, & viam publicam a duabus partibus ad præfatum Monaſterium ſancti Martini, quod dictus Johannes in commendam obtinet (a), & illius Conventum legitime pertineat, ipſique Monaſterium & Conventus dictum Ortum aliquandiu tenuiſſent, & poſſediſſent, ac tunc tenerent, & poſſiderent pacifice & quiete, tamen poſtmodum Venerabilis Frater noſter Johannes Epiſcopus Viterbien. (b) falſo aſſerens dictum Ortum ad Menſam Epiſcopalem Viterbien. ſpectare, & deſuper eiſdem Monaſterio Conventui & Johanni de Reate contra juſtitiam ſe opponens, Monaſterium ac Conventum prædictos Orto, & poſſeſſione hujuſmodi contra juſtitiam ſpoliavit, ac dictum Ortum occupavit, & detinuit, prout detinet indebite occupatum, fructus percipiens ex eodem; ac dicti Orti poſſeſſionem præfatis Monaſterio, & Conventui, ac Johanni de Reate reſtituere recuſavit, & denegavit, ſuper hoc pro parte dictorum Monaſterii, Conventus, & Johannis de Reate loco, & tempore congruis requiſitus, & alias ipſos Monaſterium, Conventum, & Johannem de Reate ſuper dicto Orto multipliciter inquietavit, & etiam impedivit; ortaque propterea inter Monaſterium & Conventum, ac Johannem de Reate ex una, & Epiſcopum prædictos ex alia partibus ſuper Orto præfato, ac illius occaſione, materia quæſtionis; Nos cauſam hujuſmodi, non obſtante quod de ſua natura ad Romanam Curiam legitime devoluta, ac apud eam tractanda, & finienda non eſſet, dilecto filio noſtro Dominico Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali (c) ad inſtantiam ipſorum Conventus, & Johannis de Reate audiendam commiſimus, & fine debito terminandam, qui cognitis illius meritis, & communicato ſuper his conſilio cum peritis, per ſuam deffinitivam ſententiam pronuntiavit, decrevit, & declaravit prout hæc omnia in libello pro parte ipſius Johannis de Reate in hujuſmodi cauſa exhibito petita fuerant, dictum Ortum ad præfatum Monaſterium, & Conventum prædictos, ac non ad Menſam, ſeu dignitatem Epiſcopalem Viterbien., jure Dominii, vel quaſi ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ac ſpectare, & pertinere, necnon præfatum Epiſcopum ſuo, ac dignitatis, ſeu Menſæ Epiſcopalis nomine ab occupatione, & detentione Orti, juriumque & pertinentiarum ejuſdem amovendum fore, & amovit, necnon in corporalem illorum poſſeſſionem Johannem de Reate nomine Monaſterii & Conventus ac Monaſterium prædictos in perſonam dicti Johannis de Reate reſtituendos, & reintegrandos fore, ac reſtituit, & reintegravit, oppoſitiones quoque, detentiones, recuſationes, denegationes, inquietationes, & impedimenta prædicta fuiſſe & eſſe iniqua, injuſta, ac minime fieri debuiſſe, vel debere, necnon præfato Epiſcopo ſuper illis, ac Orto, juribus, & pertinentiis prædictis perpetuum ſilentium imponendum fore, & impoſuit, ipſumque Epiſcopum ad dimittendum, & relaxandum Monaſterio, Conventui, & Johanni de Reate prædictis Ortum præfa-

...Monaſterii 1.

...piſcopus in ...aſterium ...rius.

Judex, qui litem dirimat, a Pontifice deſignatur.

Delegati ſententia favet Monaſterio.

(a) Hunc Joannem Reatinum Monaſterii S. Martini Commendatarium, virum fuiſſe hac ipſa ætate conſpicuum, eruimus ex monumento Archivi Apoſtolici *in Regeſto V. diverſor. Cameralium Eugenii IV. num.* 20. *pag.* 152., ubi multis honorum ac dignitatum titulis cumulatus deſcribitur hiſce verbis: *Die vigeſimaprima menſis Octobris* 1440. *fuit conceſſa Littera ſive Proceſſus exemptionis in forma R. P. D. Johanni de Reate Commendatario Monaſterii S. Martini in Montibus Ciſtercien. Ordinis Viterbien. Diœceſis, ac Priori ſecularis Eccleſiæ S. Stephani ad Pontem Florentin., necnon Florentin. & Aretin. Eccleſiarum Canonico, Prothonotario, & Cappellano Sedis Apoſtolicæ, & Domini noſtri Papæ, ac Cameræ Apoſtolicæ Clerico.*

(b) Hoc tempore Viterbienſi Eccleſiæ præfuit Joannes Cecchinus de Caranzonibus, qui, teſte Buſſio *in Chronologia Epiſcoporum Viterbienſium* ad calcem Hiſtoriæ appoſita *pag.* 367., anno 1433. menſe Majo Sigiſmundum Imperatorem, menſe Septembri ejuſdem anni Eugenium IV., an. 1450. Nicolaum V., an. 1452. Imperatorem Fridericum III., & 1459. Pium II. Pontificem excepit Viterbii. Quocirca ultra annos triginta Eccleſiam ſibi creditam adminiſtravit.

(c) Caſtigandus Ughellus, qui in ſerie Firmanorum Antiſtitum ait, Dominicum Capranica & ſacra purpura, & titulo *S. Crucis in Jeruſalem* ab Eugenio IV. fuiſſe inſignitum. Ratum quippe eſt ex hocce Eugeniano Diplomate, Cardinali Capranica, de quo Bulla loquitur, titulum *S. Mariæ in via lata* primo fuiſſe collatum. Haud inficiamur, eumdem Cardinalem ad titulum S. Crucis in Jeruſalem aliquando perveniſſe; at negamus id fieri potuiſſe ante obitum Cardinalis Albergati, qui hoc titulo decoratus, illum ad mortem uſque, hoc eſt ad an. 1443. immutatum ſervavit, ut patet ex Epitaphio appoſito ejus tumulo in Eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam erecto.

præfatum, illiusque ac jurium, & pertinentiarum ejusdem possessionem vacuam & liberam, necnon in fructibus ex dicto Orto a tempore motæ litis hujusmodi citra perceptis sub extimatione annui valoris quinque Florenorum auri, ac in expensis coram eo in hujusmodi causa legitime factis condemnandum fore, & condemnavit, illarum taxatione sibi imposterum reservata; & subsequenter præfatus Cardinalis expensas hujusmodi in quindecim Florenis auri de Camera boni, & justi ponderis provida moderatione taxavit, procuratoris ipsius Johannis de Reate super expensis eisdem juramento secuto, prout in testamento publico inde confecto ipsius Cardinalis sigillo munito dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, præfatus Johannes de Reate dubitet quod lite hujusmodi sic indecisa pendente, aut interim aliqui alii in dicto Orto se intruserint, vel imposterum intrudant, pro parte Johannis de Reate & Conventus prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis super hiis de opportuno remedio providere dignaremur.

A Pontifice confirmatur, ejusque exequutio demandatur.

Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios, præmissa executioni debitæ demandantes, Monasterium, & Conventum, ac Johannem de Reate prædictos ad corporalem possessionem Orti, juriumque, & pertinentiarum prædictorum, amoto exinde dicto Episcopo, auctoritate nostra restituatis, & reintegretis, necnon restitutos, & reintegratos juxta juris exigentiam defendatis, facientes eis de ipsius Orti fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi, & de prædictis perceptis fructibus ac pro expensis, & aliis Florenorum summis hujusmodi juxta præfati instrumenti earumdem condemnationis, & taxationis tenorem, plenam & debitam satisfactionem impendi. Et insuper ad executionem præsentium etiam contra intrusos, & intrudendos eosdem quoad possessionem dumtaxat dicti Orti, Johanni de Reate, & Conventui prædictis tradendam, eadem auctoritate procedatis, perinde ac si dicta sententia contra eos lata foret; & nihilominus legitimis super hiis per vos habendis servatis processibus, eos quotiens expedierit, aggravare curetis (*a*). Contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstante si dicto Episcopo, vel quibusvis aliis, communiter, vel divisim a sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apstolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimoprimo, Quinto Idus Decembris Pontificatus nostri Anno undecimo.

Nicolaus de Rogeriis Ordinis Minorum, in Basilicæ Vaticanæ Pœnitentiarium pridem electus, ac iterum ad idem munus obeundum designatus, Pontificio Diplomate confirmatur.

Ex Regesto II. Epist. de officiis Eug. IV. fol. 200. terg.

AN. CH. 1443. 5. *Octob.*

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Nicolao de Rogeriis de Urbe Ordinis Fratrum Minorum (*b*), & sacræ Theologiæ professori; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Virtutibus clarens & meritis, sicut famæ laudabilis testimonio commendaris, illam in nostro & Sedis Apostolicæ conspectu gratiam meruisti, ut personam tuam paterna benevolentia prosequentes, ad ea per quæ Christifidelium animarum saluti, ac paci & tranquillitati tuæ salubriter consuli valeat, favorabiliter intendamus. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat quod dudum, videlicet dum nos cum Romana Curia in Civitate Florentina resideremus, bonæ memoriæ Genesius Episcopus Callien. in alma Urbe & ejus districtu pro nobis & Sancta Romana Ecclesia tunc Vicarius generalis, de mandato nostro per quoddam Breve nostrum sibi super hoc facto, te, quem ad hoc per diligentem examinationem idoneum & sufficientem reperiit, in nostrum & dictæ Sedis minorem Pœnitentiarium ac Cappellanum, ita

(*a*) Apostolicam hanc Eugenii Constitutionem an. 1441. die 15. Decembris exequutioni fuisse demandatam liquet ex Instrumento, quod servatur in Archivo Basilicæ *Caps.* 13. *Fasc.* 288.

(*b*) Ad Balneoregiensis Ecclesiæ regimen, testibus Vvaddingo ac Ughello, ab eodem Eugenio translatus est anno 1446. Quum primum Rogerius Episcopus vita cessit (obiit autem an 1449.) Nicolaus V. Balneoregiensem Ecclesiam Viterbiensi sociavit, itaut utraque Diœcesis unius ejusdemque Episcopi imperio subesset. At vinculum illud brevi discissum est; eodem quippe die quo utrique Ecclesiæ unus Pastor fuerat constitutus, Balneoregienses proprium ac peculiarem Episcopum ab eodem Nicolao Pontifice obtinuerunt.

(*a*) En

...ius Basil. ...anæ Pœ...iarius.

ita tamen quod officium Pœnitentiariæ hujusmodi in Basilica Principis Apostolorum de dicta Urbe dumtaxat gereres & exerceres, fecit constituit & etiam deputavit, recepto nihilominus a te nostro & dictæ Romanæ Ecclesiæ nomine fidelitatis debitæ solito juramento. Tuque ad officium hujusmodi admissus, illud per plures annos in præfata Basilica laudabiliter exercuisti; & deinde postquam nos numerum undecim Pœnitentiariorum hujusmodi in dicta Curia pro tempore residentium, per nationes deputandorum, per alias nostras Litteras sub certis modo & forma statueramus & ordinaveramus (a), nosque dictam Curiam de eadem Civitate Florentina ad præfatam Urbem transtuleramus, cum locus unius ex hujusmodi undecim de natione Italica certo modo vacavisset & vacaret, venerabilis frater noster Johannes Episcopus Zamoren. Pœnitentiariæ nostræ de mandato nostro curam gerens, de simili mandato sibi desuper vivæ vocis oraculo facto, te in locum hujusmodi cum honoribus oneribus & emolumentis consuetis substituit & subrogavit, teque numero & consortio dilectorum filiorum aliorum nostrorum & dictæ Sedis Pœnitentiariorum & Cappellanorum aggregavit. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, a nonnullis de præmissorum viribus hæsitetur, tuque, qui ad officium hujusmodi ejusque exercitium receptus & admissus, illud ex tempore exercuisti prout exerces de præsenti, timeas super illo molestari posse tempore succedente, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi & statui tuo in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui pacem & quietem quærimus singulorum, ac de eisdem præmissis omnibus & singulis certam habemus notitiam, volentes te, apud nos de Litterarum scientia vitæ ac morum honestate aliisque probitatis & virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso,

...va circa ...ntiarios ...nia.

...rius pro ...œniten-

hujusmodi supplicationibus inclinati, constitutionem & deputationem necnon substitutionem surrogationem & aggregationem ac admissionem de te, ut præmittitur, factas, & quæcumque inde secuta rata habentes & grata, illa auctoritate Apostolica ex certa scientia tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac præsentis Scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Necnon decernentes te ad hujusmodi officium ejusque liberum exercitium ac honores & emolumenta recipiendum fore pariter & admittendum, volentes & eadem tibi auctoritate concedentes quod tu omnibus & singulis indulgentiis immunitatibus libertatibus exemptionibus privilegiis & indultis ceteris nostris & dictæ Sedis minoribus Pœnitentiariis & Cappellanis per nos seu eamdem Sedem quomodolibet concessis, uti valeas pariter & gaudere. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac de certo dictorum Pœnitentiariorum numero, etiam si ad illum nondum deventum sit, & quibuscumque aliis privilegiis litteris & indultis eisdem Pœnitentiariis per nos vel dictam Sedem quomodolibet concessis, quibus, quoad hoc, hac vice specialiter derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis approbationis communitionis constitutionis voluntatis concessionis & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Confirmatur.

Cum emolumentis ac juribus consuetis.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimotertio, quinto Nonas Octobris, Pontificatus nostri Anno tertiodecimo.

Guillel-

(a) En saluberrimum Eugenii Decretum, quo Pœnitentiarii minores Basilicarum ad certum numerum revocantur. Fortasse Gregorii XII. hac in re œconomia minus opportuna visa est, quum ille & multos instituerit Pœnitentiarios (e quibus octodecim Basilicæ Vaticanæ inserviebant, ut patet ex hujusce Pontificis Diplomate quod supra dedimus *pag.* 66. & seq.) & utilitati Peregrinorum, qui dissimili utebantur idiomate, haud satis prospexerit. Contra Eugenius nonnisi undecim Pœnitentiarios in Urbe designavit, habita cumprimis ratione Peregrinorum, qui e totidem Provinciis Romam accedebant. Dolendum vero, quod Literarum, quas Eugenius commemorat, nullum exemplar, nulla item lacinia ad nostras pervenerit manus.

(b) Hoc eodem anno 1443. Pontifex Romam regressus est die 28. Octobris, postquam fere decennium extra Urbem egerat. Patet igitur hasce Literas die quinto post Eugenii reditum vix elapso fuisse conscriptas.

(a) Hic

Guillelmo Cardinali Rothomagensi concedit ut in Ara maxima Basilicæ S. Petri Sacrum peragat.

Ex Original. in Arch. Basil. Caps. X. Fasc. 17.

AN. CH. 1444. 4. *April.*

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Guillermo tituli sancti Martini in Montibus Presbytero Cardinali (*a*); Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Singularis, & præcipuus devotionis ardor, quem ad Basilicam Principis Apostolorum de Urbe geris, promeretur ut circumspectioni tuæ in hiis quæ Dei honorem, & tuæ fidei fervorem respiciunt, favorabiliter annuamus. Cum itaque die Dominica proxime secutura (*b*), zelo devotionis accensus nostræ voluntati ac mandato satisfacere volens, in majori Altari dictæ Basilicæ Missam, & alia Divina Officia cupias celebrare; Nos tuum propositum in Domino plurimum commendantes, circumspectioni tuæ ut ipsa die hac vice dumtaxat super dicto Altari Missam & hujusmodi Officia celebrare libere, & licite valeas, Constitutionibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimoquarto Pridie Non. Aprilis, Pontificatus nostri Anno quartodecimo.

Ut rerum ac jurium Basilicæ Vaticanæ injusti occupatores innotescant, Monitorium scribitur, addita excommunicationis pœna contra eos, qui, aut aliena non reddunt, aut fures non revelant.

Ex Archiv. Basil. Vatic. Caps. 8. Fasc. 270.

AN. CH. 1444. 20. *Junii.*

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis sancti Sebastiani, & sancti Anastasii extra muros Urbis Monasteriorum Abbatibus; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Significarunt nobis dilecti filii Prior, & Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorant, decimas, census, fructus, redditus, proventus, annuas pensiones, jura, jurisdictiones, possessiones, domos, terras, terrrarum Staphilaria (*c*), ortos, campos, vineas, prata, pascua, nemora, silvas, molendina, piscarias, aquas, aquarum decursus, libros, calices, cruces, Sanctorum reliquias, ornamenta Ecclesiastica, jocalia, vasa argentea, ærea, cuprea, stannea, pannos laneos, lineos, domorum utensilia, equos, jumenta, boves, vaccas, porcos, oves, literas autenticas, instrumenta publica, contractus, testamenta, codicillos, documenta, cedulas, scripturas, vini, olei, grani, auri, argenti monetati, & non monetati quantitates, debita, legata, pecuniarum summas, & nonnulla alia mobilia & immobilia bona ad Mensam Capitularem dictæ Basilicæ spectantia, temere & malitiose occultare, & occulte detinere præsumunt, non curantes ea præfatis Priori & Capitulo exhibere, in animarum suarum periculum, ipsorumque Prioris, Capituli, & Mensæ non modicum detrimentum, super quo iidem Prior, & Capitulum Aposto-

Bona ac jura in Monitorio expressa.

(*a*) Hic est Villelmus de Estoutevilla, alias Totavilla vir sanguinis nobilitate, quippe Francorum Regum affinitatem attigit, ac præcipuis Ecclesiæ dignitatibus conspicuus, quum Ostiensis Episcopus, S. R. E. Camerarius, & Basilicæ S. Mariæ Majoris Archipresbyter fuerit renunciatus. Hac tamen ætate qua præsens Diploma conscriptum est, nullam assequutus fuerat, ex iis quas numeravimus, dignitatem, quia nullam Eugenius commemorat. Nil mirum igitur, si tantus vir singulare privilegium a Romano Pontifice impetraverit, ut in Ara Principe Vaticanæ Basilicæ rem Sacram obiret. Singulare inquam privilegium, cujus, ad hæc usque tempora, rariora occurrunt exempla, eaque nonnisi sub certis conditionibus involuta. Consulatur primus nostræ Collectionis tomus *pag.* 335.

(*b*) Habita temporum supputatione ex veteri Ecclesiæ Calendario, *Dominica proximior* quam Eugenius designat, est ipsa Dominica Palmarum, quæ anno 1444. incidit in quintam Aprilis diem, quum Pascha die duodecima fuerit celebratum.

(*c*) Incerta plane hujusce vocis significatio. Cangius vocabulum *Staffilare* perinde usurpat ac *Staphilum*. Adeas hanc vocem in ejus Glossario, nihil, quod nodum solvat, occurrit. Exempla quæ Cangius producit, hoc unum evincunt, Staphilum limitem quemdam, seu locum fuisse, quo certa agri aut terræ pars circumscribitur. Verum hæc vocis acceptio ad rem nostram inanis est, imo absurda. Quocirca Vinearum Staphilaria hoc in sensu excipienda putamus, ut definitam quamdam Vineæ mensuram exprimant. Quo ferme pacto Vinearum divisio in *Petias*, ut barbaro sed usitato utamur vocabulo, italice *Pezze*, Romæ passim obtinet.

(*a*) Hæc

Apostolicæ Sedis remedium implorarunt. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica Scripta mandamus quatinus omnes hujusmodi occcultos detentores decimarum, censuum, fructuum, reddituum, & aliorum bonorum prædictorum ex parte nostra publice in Ecclesiis coram populo per vos, vel alios moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis præfixeritis, ea præfatis Priori, & Capitulo a se debita restituant, & revelent, ac de ipsis plenam, & debitam satisfactionem impendant, & si id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptorie duxeritis præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, & eam faciatis ubi, & quando expedire videritis usque ad satisfactionem condignam solemniter publicari. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

...sura in ...ligenda.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimoquarto, duodecimo Kal. Julii Pontificatus nostri Anno quartodecimo.

Monasterium S. Martini in Montibus Viterbii vetustate detritum, ac Regulari observantia pene destitutum, suppresso Cistercienſi instituto cui pridem famulabatur, subjicit Cœnobio Montis Oliveti; &, quæ Benedictino Ordini conveniunt, jura ac privilegia illi confert.

Ex Regesto V. Epist. Secret. Eugenii IV. fol. 162. tergo apud Archivum Apostolicum Vaticanum.

...CH. ...5. ...ebr.

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Apostolicæ servitutis studium circa diversa quæ nostris agenda incumbunt humeris illud est potissimum, ut pro Ecclesiarum ac Monasteriorum omni statu salubriter & prospere dirigendo sic diligentia contemplemur intenta, quod Ecclesiæ & Monasteria ipsa, præsertim deformationum opprobriis subjacentia, sublatis ab eis sinistris quibuslibet, per nostræ provisionis ministerium coadjuvante Altissimo utiliter & salubriter dirigantur, ac plura in spiritualibus & temporalibus suscipiant incrementa. Innotuit nobis nuper quod Monasterium sancti Martini in Montibus Cistercien. Ordinis (a) Viterbiensis Diœcesis a multis citra temporibus non solum Regulari observantia a Monachis inibi conventualiter residentibus totaliter destitutum, sed etiam in Ecclesia aliisque suis structuris & ædificiis pro parte ruinæ deditum, ac in Missarum & aliorum Divinorum celebratione fere penitus neglectum remansit, prout remanet hodie, quodque propterea de ipsius Monasterii reformatione, nisi illa ex provisione Apostolica proveniret, modica seu nulla de cetero spes existit. Nos ad directionem Monasterii hujusmodi, quantum nobis ex alto conceditur, providere volentes, ac sperantes quod Monachi Ordinis sancti Benedicti Montis Oliveti nuncupati (b), qui a multis citra temporibus sub Regulari dicti Ordinis sancti Benedicti observantia & alias laudabiliter continuo degentes, Monasteria & alia Religiosa loca plurima multipliciter reformarunt, ex eorum multiplicatis virtutibus ac fructuosis operibus Monasterium ipsum, si eis illud canonice concedatur, in spiritualibus & temporalibus dirigere & reformare, & quod plures ex eis in illo sub dicta observantia singulas inibi horas Canonicas diurnas atque nocturnas celebrando continuo permanebunt, efficacem operam dare, quodque exinde multa utilia atque bona ad laudem & gloriam Divini nominis, necnon propagationem Religionis ac fidelium illarum partium Animarum consolationem & gaudium promovere debeant; motu proprio, non ad ipsorum Monachorum vel alicujus eorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, Monasterium prædictum cujus fructus, redditus, & proventus ducentorum Florenorum auri de Camera secundum communem æstimatio-

...era Mo- ...i condi-

Provida Pontificis cura.

(a) Hæc Abbatia variam, pro dissimili temporum conditione, subiit fortunam. Quum primum fundata est, Benedictino Ordini nomen dedit. Successu temporis ad Cisterciense institutum, Innocentio III. accurante, translata est, ut in primo Collectionis hujusce tomo adnotavimus *pag. 90. not. d.* En rursus ad Benedictinos revertitur. Hæc nimirum Romanis Pontificibus insedit cura, ut Regularem observantiam in Monasteriis collapsam restituerent, nihil deinde aut parum soliciti, an uni porius quam alteri instituto Monasterium inserviret.

(b) Geminam Abbatiam Benedictini Ordinis sub eodem titulo *Montis Oliveti* exhibet Lubinus, alteram in Aretina, alteram in Perusina Diœcesi positam. De Aretina Eugenium hic loquutum putamus. Quum enim Pontifex Abbatiam, cui Monasterium S. Martini sociat, eo potissimum nomine commendet, quod *alia Religiosa loca multipliciter reformaverit*, hæc laus Aretinæ Abbatiæ merito tribuenda. Enimvero Martinus V. qui Eugenio præcessit, an. 1421. Urbevetanum Monasterium S. Severi illi tradidit instituendum; & pari exemplo Nicolaus V. qui Eugenium sequutus est, Monasterium S. Mariæ de Crudario Mantuanæ Diœcesis an. 1455. eidem Aretino Cœnobio addixit. Consulendus Lubinus.

mationem valorem annuum, ut accepimus, non excedunt, etiam ſi illud a quocumque alio Monaſterio ſeu Regulari loco dependeat, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis dicto Ordini ſancti Benedicti de Monte Oliveto nuncupato, ac univerſis illius Monachis præſentibus & futuris per eos juxta ipſorum ritus mores ſtatuta & conſuetudines, necnon Apoſtolica eis conceſſa privilegia, tenendum regendum & etiam gubernandum auctoritate & ſcientia prædictis tenore præſentium concedimus donamus incorporamus applicamus & appropriamus; ita quod quamprimum commendam de præfato Monaſterio ſancti Martini tunc certo modo vacante & diſpoſitioni noſtræ ſpecialiter reſervato, dilecto filio Magiſtro Johanni de Reate Notario noſtro per alias noſtras litteras ſeu illarum vigore dudum ad dictæ Sedis beneplacitum factam, per ceſſum vel deceſſum aut aliam dimiſſionem dicti Johannis ceſſare ſeu expirare aut revocari & caſſari contigerit, dictus Ciſtercien. Ordo penitus & omnino in eodem Monaſterio ſuppreſſus & extinctus cenſeatur & exiſtat, prout nos illum ex tunc inantea perpetuo ſuppreſſum & extinctum eſſe decernimus, quodque liceat ex tunc Univerſitati Monachorum hujuſmodi vel eorum tunc Superiori per ſe vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem Monaſterii juriumque & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria libere apprehendere & perpetuo retinere, necnon illius fructus redditus & proventus in ipſius ac Abbatis pro tempore exiſtentis, & Monachorum ac perſonarum de Ordine ſancti Benedicti Montis Oliveti nuncupati hujuſmodi in eo pro tempore degentium, uſus & utilitatem convertere & exponere, Dioceſani loci & cujuſcumque alterius ſuper hoc licentia minime requiſita. Et nihilominus quamprimum dictam commendam ut præmittitur, ceſſare contigerit, Monachi prædicti Ordinis ſancti Benedicti Montis Oliveti nuncupati pro tempore exiſtentes ac ſub dicta obſervantia degentes, hujuſmodi Monaſterii ſancti Martini*& eorum ac in ipſo Monaſterio Abbatem ſingulis annis perpetuo eligere teneantur; necnon quod ille ex eis ſic pro tempore ad annum electus, abſque alicujus ſuæ tunc electionis hujuſmodi Apoſtolicæ ſeu ordinariæ confirmationis vel proviſionis adminiculo, & abſque eo quod propterea munus benedictionis ſibi impendatur, ipſum Monaſterium, juxta tamen ritus mores ſtatuta conſuetudines, & privilegia prædicta, in ſpiritualibus & temporalibus plenarie ac libere regere & gubernare poſſit & debeat, auctoritate & ſcientia prædictis tenore præſentium ſtatuimus decernimus & ordinamus. Diſponentes inſuper & motu auctoritate & ſcientia præfatis declarantes, quaſcumque revocationes unionum incorporationum ſuppreſſionum aut ſimilium diſpoſitionum Eccleſiarum Monaſteriorum & aliorum quorumlibet Beneficiorum, quæ ſortitæ non fuerint effectum, ac reſervationes affectiones, ſeu alias vacationum declarationes de eiſdem Monaſteriis per nos vel Succeſſores noſtros Romanos Pontifices vel eorum aliquem hactenus factas aut inantea ſub quacumque verborum forma etiam cum interpoſitione Decreti & quibuſvis derogationum clauſulis forſan faciendas, ad dictum Monaſterium ſancti Martini non extendi debere, nec de ipſo Monaſterio, etiam ceſſante commenda prædicta, alias quam ut præmittitur provideri ſeu quomodolibet diſponi poſſe quominus præſentes noſtræ litteræ ſuum plenarium ſortiantur effectum. Volumus autem quod dictum Monaſterium propter conceſſionem incorporationem & alia per nos geſta prædicta, alicui ſpeciali Monaſterio ſeu loco Univerſitatis Monachorum hujuſmodi ſubjectum minime cenſeatur, ſed una cum aliis Univerſitatum Monachorum prædictorum Monaſteriis atque locis unum corpus exiſtat, quodque quamprimum aliqua ipſius Monaſterii reparatio facta fuerit, plures Univerſitatis hujuſmodi Monachi in illo ſub eadem obſervantia conventualiter permanere perpetuo teneantur. Et inſuper Abbati & Monachis de Univerſitate hujuſmodi præſentibus & futuris, ut ipſi ac dictum Monaſterium ſancti Martini ex tunc omnibus & ſingulis privilegiis libertatibus exemptionibus indultis & gratiis per nos ac Sedem Apoſtolicam aliis Monaſteriis locis & Monachis de Univerſitate hujuſmodi generaliter hactenus conceſſis uti valeant pariter & gaudere, auctoritate Apoſtolica prædicta harum ſerie indulgemus. Non obſtantibus litteris privilegiis & indultis Ordini Ciſtercien. & Monaſterio S. Martini prædictis per Sedem præfatam hactenus quomodolibet conceſſis, quorum omnium tenores ac ſi de verbo ad verbũ inſerti forent præſentibus haberi volumus pro expreſſis,& quibus quoad hoc, hac vice dumtaxat auctoritate & ſcientia præfatis ſpecialiter derogamus, illis aliter in ſuo robore permanentibus, ac aliis Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Monaſterii & Ciſtercienſis Ordinis prædictorum etiam juramento confirmatione Apoſtolica vel quacumque firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis donationis incorporationis appropriationis ſuppreſſionis extinctionis ſtatuti conſtitutionis ordinationis diſpoſitionis declarationis voluntatis indulti & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omni-

Cœnobio Montis Oliveti Monaſterium ſubjicitur.

Ordo & ſtatuta in eo ſervanda.

* Menda in Autographum irrepſit.

Exemptum declaratur.

Ampl... derogation. clauſula.

Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimoquinto, Quinto Idus Februarii Pontificatus nostri Anno quintodecimo.

Antonio de Rido Ecclesiastici exercitus Duci, qui occasione belli quod pro Romana Ecclesia gesserat, nedum proprium patrimonium imminuerat, sed insuper magnum æs alienum contraxerat, Castra duo, alterum S. Petri in Formis, alterum Burghetti ad tertiam generationem concedit, ut, hoc accepto subsidio, quæ subierat damna sarciat, ac æs alienum dissolvat.

Ex Originali in Archiv. Basil. Caps. 33. Fasc. 132.

[A]N. CH. 1445. [...] Martii.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Nobili viro Antonio de Rido Domicello Paduano, nonnullarum nostrarum gentium armigerarum Conductori; Salutem & Apostol. Benedictionem.

Apostolicæ Sedis gratiosa benignitas erga quorumlibet sibi, & Romanæ Ecclesiæ fidelium ac devotorum salubrem statum, gratiam suæ liberalitatis libenter extendit; sed illos ex eis, qui pro ipsius Ecclesiæ bonorum atque jurium defensione & conservatione opem & operam studiis indefessis impendere, ac proprias etiam mortis periculis personas exponere non dubitarunt, & quotidie ad ipsius Ecclesiæ felicem statum laborare non desinunt, tanto potioribus favoribus & gratiis confovemus, quanto illorum amplioribus virtutibus & meritis debite compensatis, id conspicimus in Domino salubriter expedire. Ex longa, & manifesta Personæ, ac virtutum tuarum experientia didicimus & a certo comperimus, quod tu olim post nostrum ab Urbe recessum, Castrum nostrum sancti Angeli de dicta Urbe, cujus etiam tunc Castellanus per nos specialiter deputatus eras, non solum fideliter custodire, & ab insidiis, insultibus, & potentia plurimorum nostrorum tunc, & dictæ Ecclesiæ in Urbe ipsa, ac circumvicinis ei partibus tunc consistentium inimicorum, & rebellium defendere, & conservare curasti (*a*), sed inter ceteros nostri, & dictæ Ecclesiæ status defensores industria, providentia, diligentia, animi magnitudine, ac facultate, ope, opera, viribus, & virtutibus tuis, non absque variis, & diversis tuæ personæ periculis rebelles præfatos ad debitas nobis fidelitatem, & obedientiam præstandas venire coegisti; ac ulterius nonnullarum armigerarum gentium nostrarum Capitaneus existens, in recuperatione fere omnium nostræ Marchiæ Anconitanæ, ac aliarum plurium Civitatum, Terrarum, Castrorum, & Locorum ad dictam Ecclesiam pleno jure pertinentium, a nonnullis etiam tunc nostris, & dictæ Ecclesiæ etiam potentibus inimicis occupatorum, fide & sollicitudine plurima multipliciter laborasti, & pro illorum conservatione, ac pluribus aliis nostrum & dictæ Ecclesiæ salubrem statum concernentibus quotidie laborare non desinis. Cum autem, sicut nobis innotuit, tum tuorum tantorum & tam notabilium gestorum prosecutione, & executione, necnon illorum occasione, de bonis per te hactenus licite acquisitis magnam partem exponere non dubitaveris, ac ulterius multis & diversis viris armigeris, equitibus, & peditibus, ad dictarum tibi commissarum gentium conservationem in multis pecuniarum summis debitor remanseris, ac adhuc remaneas, & alias Camera Apostolica propter expensas fere innumerabiles duodecim annis citra, tam pro Græcorum (*b*), Armeniorum, & Jacobitarum reductione, ac in classis maritimæ (*c*), necnon terrestris exercitus adversus

[A]ntonii fides [in] Hadrianæ [arcis] custodia.

Ejus in armis pro Ecclesia tractandis solertia, ac impensæ.

Camera Apostolica pecuniis exhausta.

(*a*) Eugenio Pontifice ex Urbe vix fuga dilapso, conjuratorum multitudo quæ Pontificis imperium excusserat, Franciscum Condulmerium Eugenii nepotem captivum in Capitolium deportaverat. Hadrianæ molis expugnatione frustra tentata, tandem Antonii de Rido, qui Arci præerat, stratagemate in Arcem eamdem, injecta spe proditionis, perduelles introducti, ac in vincula conjecti sunt. Ex quo pax Romæ reddita, ac rebellioni finis impositus, Cardinali Condulmerio e custodia erepto, ac vicissim Romanis Proceribus ex Arce dimissis. Ita ex Blondo Henricus Spondanus *ad an.* 1434. *num.* 4. Hoc igitur in sensu excipienda sunt Eugenii verba quibus in hac Bulla Antonium de Rido commendat, quod rebelles domuerit, atque Hadrianam Arcem ab eorum impetu sartam tectamque servaverit.

(*b*) Maximam pecuniarum vim ab Eugenio, ut Græcis qui ad Concilium accesserant, suppetias ferret, fuisse solutam, affirmat Raynald. *ad an.* 1439. *num.* 10. Cujus rei haud leve argumentum est, quod vel ipsam Pontificiam Mitram Florentinis oppignoraverit, ut quadraginta millium nummorum pretium ex pignore acceptum Græcis erogaret. Testatur id Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus, cujus verba idem Raynaldus recitat *ad an.* 1438. *num.* 20.

(*c*) Ne Rhodus insula, quam Turcæ impetere meditabantur, in hostium potestatem redigeretur, Eugenius triremes aliquot subsidiarias misit, ut ex Literis Apostolicis ad Castellæ Regem, quas *an.* 1434. *sub num.* 19. Raynaldus inserit, compertum est.

versus Infideles perfidos apparatu ingenti(a), quam etiam pro aliarum plurium, & diversarum etiam armigerarum gentium, equitum, & peditum nostris stipendiis militantium multitudine; necnon in recuperatione, & defensione prædictis, & alias multipliciter factas, & habitas, pecuniis fere exhausta, ac pluribus debitis involuta ad præsens existat. Et propterea tam de expositis per te prædictis, & aliis ratione tui stipendii non soluti tibi debitis, infra multa tempora satisfactio fieri nequeat, nec aliunde commodius, & cum minori ipsius Cameræ detrimento, quam de Sancti Petri in Formula (b), necnon Burghetti Castris, ac Tenimentis in præfatæ Urbis districtu consistentibus, quæ jam pluribus annis elapsis cum eorum Territoriis, juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis, nonnullis rebellionibus a Cola de Sabellis, ad quem tunc duo Castra prædicta pleno jure, ut accepimus, pertinebant, adversus nos, & dictam Ecclesiam olim factis, ac certis aliis ipsius culpis, ac demeritis causantibus, per bonæ memoriæ Johannem tituli sancti Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem, tunc in Urbe, & districtu præfatis, & nonnullis aliis partibus præfatæ Sedis Legatum, eidem Cameræ confiscata, & ex tunc in antea tanquam bona præfatæ Cameræ pacifice, & quiete tenta, & possessa fuerunt, prout etiam hodie tenentur, & possidentur, tibi ratione per te expositorum, & aliorum creditorum tuorum prædictorum præsentialiter provideri possit. Nos virtutes, & alia bene gesta tua prædicta condignis in Domino laudibus commendantes, necnon utilitates, & commoda, quæ ex illis nobis, & dictæ Ecclesiæ hactenus provenerunt, & quotidie proveniunt, memori mente repetentes, ac propterea tibi pro te, ac filiis, & descendentibus tuis legitimis & naturalibus usque in tertiam generationem, aliqualem recompensam facere, teque etiam specialibus gratiis & favoribus prosequi volentes, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, tam sancti Petri, quam etiam Burghetti Castra & Tenimenta supradicta, necnon illorum, & cujuslibet ipsorum Territoria, Fortalitia, Terras, domos, Sylvas, nemora, prata, Pascua, Blaqueria, Montes, Planities, Valles, Colles, Griptas, Arenaria, Vineas, Terras cultas, & incultas, Molendina, Flumina, fossata, aquas, & aquarum decursus, fontes, puteos, venationes, aucupationes, & Piscarias, usus & utilitates, pertinentias, adjacentias, franchigias reales & personales, necnon jurisdictiones & jura omnia & singula, quorum omnium qualitates quantitates loca vocabula valores atque confines præsentibus haberi volumus pro expressis, cum omnium & singulorum præmissorum liberis introitibus, exitibus, tibi pro te ac dictis filiis & descendentibus usque in tertiam generationem dumtaxat præfatis, ex certa scientia de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium perpetuo, ac libere concedimus, donamus, tradimus, & assignamus. Ita quod tu Castrorum, & aliorum tibi donatorum prædictorum possessionem per te, vel alium, seu alios auctoritate propria ex nunc libere apprehendere, quodque etiam tu, necnon dicti tui filii & descendentes, ac quilibet vestrum Castra, & alia per nos donata, & concessa, prædicta omnia & singula perpetuo tenere regere & gubernare, illisque uti gaudere & frui, necnon illorum, & cujuslibet ipsorum fructus redditus & proventus perpetuo exigere percipere & habere, ac in proprios usus & utilitatem convertere; necnon etiam de Castris, & aliis donatis præfatis, sicut de aliis vestris pro tempore propriis Bonis disponere, & ordinare in omnibus & per omnia, prout alii veri & legitimi Domini, ac Possessores Castrorum, & aliorum donatorum prædictorum tenere regere & gubernare, gaudere exigere percipere habere convertere & disponere hactenus potuerunt, seu etiam debuerunt, libere & licite possitis. Et quod etiam ipsorum concessorum, & donatorum ratione, annuum Censum duarum librarum Ceræ eidem Cameræ in festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi annis singulis, durante concessione & donatione præfatis, realiter & cum effectu tradere & assignare teneamini. Et insuper, cum propter subitum & inopinatum ipsius Cardinalis obitum (c), necnon ex certis tunc sibi supervenientibus finistris

Duo Castra, S. Petri in Formis, & Burghetti Nicolao de Sabellis rebelli ac facinoroso erepta.

Antonio de Rido conceduntur.

Census quotannis persolvendus.

(a) Eadem actus solicitudine Eugenius Pontifex undeviginti Aureorum millia Constantinopolim misit, ut Urbs illa Orientalis imperii Caput, quam Mahumetani totis viribus oppugnare decreverant, ad hostium impetum propulsandum esset paratior. Consulendus idem Raynald. *ad an.* 1439. *num.* 2.

(b) Castrum S. Petri in Formis ad Vaticanam Basilicam jure venditionis tempore Nicolai V. tandem pervenit, ut suo loco demonstrabimus. Hinc præsentem assuimus Constitutionem, eamque illustramus, ut rei seriem ab ovo, ut ajunt, repetamus; & latifundii, quod inter Basilicæ possessiones ac prædia pinguissimum est, alienationem vindicemus.

(c) Cardinalis Vitellesci obitum Eugenius *subitum & inopinatum* appellat, nec immerito. Etsi enim hujusce Cardinalis, qui in suspicionem venerat affectatæ tyrannidis (jure ne an injuria, disputent alii) custodiam in Hadriana mole Pontifex decreverit, nihil tamen de illius cæde statuerat. Inopinato obitu sublatus est, quod militibus circumseptus a quibus in Arcem duceretur, dum stricto ense in illos irrumperet, ab iis sauciatus, ex vi vulnerum tandem interiit. Atque is quidem fuit exitus Viri clarissimi, qui negociis administrandis armisque tractandis aptissimus, Romanæ Sedis hostes domuerat, perduelles subegerat, & Romæ libertatem conciliaverat. Hinc illi

finiſtris eventibus, ſuper proceſſu hujuſmodi olim confecta Inſtrumenta publica litteræ atque ſcripta, necnon libri in quibus illa regiſtrata extiterunt, minime reperiantur, illaque deperdita fuiſſe & eſſe videantur, ac etiam de rebellionibus, aliiſque demeritis & culpis Colæ hujuſmodi nobis plenarie conſtet, volumus, ac de plenitudine poteſtatis, necnon ſcientia hujuſmodi ſtatuimus, atque decernimus, quod præſentes litteræ ad probandum plene rebellionem, aliaſque culpas & demerita Colæ(*a*), ac etiam Proceſſum & confiſcationem ac inſtrumenta ſcripta & regiſtra prædicta ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur; quodque hujuſmodi præſentes litteræ in judicio & extra, & alibi ubicumque illæ exhibitæ, vel oſtenſæ pro tempore fuerint, de rebellione demeritis & culpis ac confiſcatione Proceſſu Inſtrumentis Scriptis & Libris prædictis omnibus & ſingulis fidem legitime faciant, illiſque ſtetur, & fides plenaria adhibeatur, necnon ſtari & adhiberi debeat perinde in omnibus & per omnia, ac ſi tunc originalia Inſtrumenta litteræ libri Proceſſus & ſcripta tunc producerentur, ſeu producta fuiſſent. Non obſtantibus Conſtitutionibus, ac litteris, privilegiis, & Indultis Apoſtolicis, necnon legibus Imperialibus, & Statutis municipalibus, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis donationis traditionis aſſignationis Statuti conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Certum de ...lai Sabelli ...lione teſti...um.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoquinto, tertio Nonas Martii, Pontificatus noſtri Anno quintodecimo.

Bartholomæo Ravennatum Archiepiſcopo conceditur Eccleſia S. Michaelis in Burgo, quam proprio ære inſtauraverat.

Ex Regeſto XX. Epiſt. de Curia Eug. IV. pag. 145.

...I. CH. 1447. ...Ianuar.

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Bartholomæo Archiepiſcopo Ravennaten. (*b*); Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Perſonam tuam nobis & Apoſtolicæ Sedi devotam, tuis exigentibus meritis paterna benevolentia proſequentes, illa tibi libenter concedimus, quæ his commoditatibus fore conſpicimus opportuna. Hinc eſt quod nos volentes te favore proſequi gratioſo, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra liberalitate, ut Eccleſiam ſancti Michaelis in Burgo Beati Petri de Urbe (*c*), quam tu propriis expenſis tuis in ſuis ſtructuris & ædificiis reparari feciſti, ac cujus veræ

Eccleſia S. Michaelis reparatione indiget.

illi Equeſtris Statua a Senatu Populoque Romano erecta fuit, hac appoſita Epigraphe: *Joanni Vitelleſco Patriarchæ Alexandrino, tertio a Romulo Romanæ* Urbis *Parenti*. Hinc etiam tot tantiſque honoribus ab Eugenio fuerat cumulatus, ut præter Purpuram, etiam Legati a latere inſigni munere, ac Urbis Præfectura fuerit nobilitatus. Verum hæc omnia illico evanuere, quum de perduellionis crimine ad Eugenium fama pervenit.

Juvabit tamen rei geſtæ ſeriem e narratione Pauli Sacchi Civis Viterbienſis, qui Cardinalis Vitelleſci tunc cum in carcerem conjectus eſt, comes aderat, hîc attexere, ejuſque verba producere quæ P. Buſſius recitat in ſua Viterbienſi Hiſtoria *Part.* 1. *lib.* 5. *ad an.* 1449. Ita vero Saccus loquitur *pag.* 10. *Eſſendo per mezzo del Reverendiſſimo Patriarca reſtituta Roma, & tutte terre di Chieſa alla devozione & obedienza della Sede Apoſtolica, Papa Eugenio attendeva di tornare in Roma, & temeva di tanta grandezza del Patriarca ſuo Legato, temendo, & imaginandoſi di poterli eſſere ſuperiore di forze in Roma, pensò di farlo mal capitare, & per ordine di Fiorentini, che l' opponevano falza calumnia, dicendo, che haveva maneggio, & conjurazione contra di loro, il che era falziſſimo, & contro ogni verità, con queſto colore iniquo & crudele hebbero lettere di eſſo Papa Eugenio che il Cardinal Patriarca foſſe con inganno preſo & morto, come fu fatto contro ogni debito di ragione. In queſto anno sfortunato* 1440. *a di* 19. *di Marzo paſſando il mio Padrone Reverendiſſimo Legato Cardinale di Fiorenza Patriarca Aleſſandrino con le ſue genti, & eſercito innanzi, & io a lato di ſua Reverendiſſima Signoria per il Ponte di Caſtel S. Angelo, eſſendo paſſato lo eſercito, fu dinanzi alla porta di Caſtello ſerrato il Ponte da ogni banda, cioè nanti & dietro, & dalla guardia & genti di Caſtello, che teneva Anton Fido* (Ridum intellige) *beniſſimo in ordine fu riſerrato in mezzo & fatto prigione il Reverendiſſimo prefato Cardinal Vitelleſco Patriarca, & io inſieme con ſua Signoria Reverendiſſima, che ſempre li ero allato, & ancorche l' uno & l' altro di noi metteſſe mani all' Armi per difenderſi, gridando ſoccorſo dai noſtri, non poterno in alcun modo quelli, che erano paſſati, tornar indietro, per eſſer in fatto ſtati ſerrati i paſſi, & quelli che ſeguivono, de' quali era Capo il Conte Averſo, non poterno ſpinger avanti, eſſendoſi ferrata la Porta che era in Borgo, anzi ſi ritirorno, e fugirno adietro ..... Il Reverendiſſimo fu morto in pochi giorni, o forſe poche ore. Della qual morte io non potei mai in prigione ſaper la certezza*. Nil mirum igitur ſi in deſignando mortis die Saccus hallucinetur. Conſtat enim ex Hiſtoricorum conſenſione, Cardinalem Vitelleſcum die undecima Aprilis ſupremum diem obiiſſe.

(*a*) Columnenſes atque Sabellos a Cardinali Vitelleſco fuiſſe domitos affirmat Platina in vita Eugenii; at Nicolai de Sabellis nomen nullibi legimus. Occurrit quidem Colæ de Sabellis mentio in Gregorii XI. literis ſupra relatis *pag.* 26.; verum cum hæ literæ fuerint conſcriptæ an. 1375., haud facile licet colligere unum eumdemque fuiſſe Colam de Sabello quem Gregorius nominat, atque Eugenius IV. perduellem affirmat. Si enim tempora ad invicem conferantur, pluſquam ſexaginta annorum ſpatium intercurrit.

(*b*) Bartholomæus Ravennatum Epiſcopus, cui Conſtitutio hæc inſcribitur, ipſe eſt Bartholomæus Roverella Ferrarienſis, qui deinde a Pio II. an. 1461. inter Cardinales S. R. E. ſub titulo S. Clementis relatus eſt. Qua in re conſonant Ciaconius, & Ughellus.

(*c*) De *S. Michaelis* Eccleſia, ejus origine, uſuque in ſepul-

veræ vacationis modum, necnon omnes fructus redditus & proventus præsentibus haberi volumus pro expressis, etiam si eidem Ecclesiæ cura immineat animarum, sive per alicujus liberam resignationem, aut alio quocumque modo vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. Statuta Concilii ad Sedem Apostolicam legitime devoluta, aut dispositioni Apostolicæ specialiter vel generaliter reservata, aut litigiosa existat, cujus litis statum haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum omnibus juribus & pertinentiis suis una cum Ecclesia Ravennaten. quoad vixeris retinere,

Ecclesiam concedit.

necnon debitis ejus supportatis oneribus, de residuis ipsius Ecclesiæ sancti Michaelis fructibus redditibus & proventibus ac domibus ejusdem disponere & ordinare libere & licite valeas atque possis, alienatione tamen bonorum immobilium & pretiosorum mobilium ejusdem Ecclesiæ sancti Michaelis tibi penitus interdicta,

Nonnulla excipiuntur.

auctoritate Apostolica & ex certa scientia tenore præsentium indulgemus; ac cuicumque qui dictam Ecclesiam S. Michaelis ad se spectare assereret, perpetuum silentium imponentes, quamcumque collationem de dicta Ecclesia sancti Michaelis Apostolica aut quavis alia auctoritate alicui alteri forsan per Nos aut Prædecessores nostros factam, motu & scientia præfatis cassamus, revocamus & annullamus; decernentes ut a quoquam de Ecclesia sancti Michaelis, & de juribus ac pertinentiis & domibus præfatis nequeas inposterum molestari.

Contraria e medio tollit.

Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictæ Ecclesiæ sancti Michaelis, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis & consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque.

Condition apponit.

Proviso quod dicta Ecclesia sancti Michaelis debitis interim non fraudetur obsequiis, & Animarum cura in ea nullatenus negligatur. Quocirca venerabilibus Fratribus Melphien. ac Forolivien. Episcopis, ac dilecto filio Antonio de Stroziis Canonico Mantuano, per Apostolica Sripta committimus & mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus ipsorum per se vel alium seu alios, te vel Procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem Ecclesiæ sancti Michaelis juriumque & pertinentiarum præfatorum inducant, & defendant inductum,

Literaru Apostolicaru exequutio.

amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciant tibi de ipsius Ecclesiæ sancti Michaelis fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus universis integre responderi. Contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, impositionis, cassationis, revocationis, annullationis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimosexto (*a*) Pridie Nonas Januarii, Pontificatus nostri Anno sextodecimo.

Decernit ut Joannes Cardinalis S. Sabinæ, domo, quam Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ inhabitare consueverat, quoad vixerit, utatur.

Ex Regesto Epist. Secret. X. Eug. IV. fol. 58. terg.

AN. CH. 1447. 4. *Januar.*

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Joanni tituli Sanctæ Sabinæ Presbytero Cardinali (*b*), Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cardinalem commendat.

Dum exquisitam tuæ circumspectionis industriam ac vitæ integritatem, ceterasque virtutes tuas diligenter attendimus, & paterna consideratione pensamus quod tu Romanam Ecclesiam, cujus honorabile membrum existis, tuorum honoras magnitudine meritorum, dignum reputamus & debitum, ut eam tibi reperias in exhibitione gratiarum munificam, & in tuis opportunitatibus liberalem. Hinc est quod nos his, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna, providere, tibique specialem gratiam facere volentes; motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, Domum Archipresbyteralem Basilicæ Principis Apostolorum

sepulturam Frisionum, multa in superiori Bullarum tomo *pag.* 14. *not. b.* adnotata sunt, quæ hîc non repetimus, ne actum agamus.

(*a*) Annum 1446. Bulla exprimit; Nos vero ann. 1447. in ipso Constitutionis exordio adnotavimus. Discrimen repetas a dissimili ratione qua annum metiri possumus. Bullæ scriptor ejus initia a Martio repetit; Nos communiori numeratione adhibita, a Januario exordimur. Oportet autem ut an. 1447. intelligamus; alioquin annus XVI. Pontificatus Eugenii nullo pacto verificabitur.

(*b*) Ille cui Diploma inscribitur, est Joannes Siculus, Abbas S. Pauli extra muros Urbis, ab Eugenio IV. purpura donatus an. 1446. de quo Ciaconius.

(*a*) Domus

...omus fines ...at.

rum de Urbe (*a*), juxta gradus & anteriora hostia ejusdem Basilicæ, & alios confines quos præsentibus haberi volumus pro expressis, cum omnibus juribus & pertinentiis suis tibi quoad vixeris, pro usu tuo ac familiæ tuæ & tuorum, auctoritate Apostolica ex certa scientia concedimus, & ut de ipsa domo, quemadmodum tibi videbitur, disponere & ordinare possis & valeas tenore præsentium indulgemus. Non obstante quod dicta domus, ut asseritur, de jure Archipresbyteri præfatæ Basilicæ existat, cui pro hac vice dumtaxat motu & scientia præfatis expresse derogamus, ac de nostræ potestatis plenitudine derogatum esse volumus; ac non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis alia firmitate roboratis statutis & consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis derogationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

...rariis de-

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimosexto (*b*) Pridie Nonas Januarii, Pontificatus nostri Anno decimosexto.

NICOLAUS V.

Post Eugenium IV. Nicolaus V. Successor designatur. Ejus electio ad sextam (*c*) diem Martii 1447.; Coronatio in S. Petri Basilica (*d*) ad diem 19. sequentem revocatur; obitus vero rejicitur in diem 25., aliis 24. Martii 1455. Quocirca in summo Ecclesiæ gubernio vixit annos octo diesque novemdecim aut viginti. Eo superstite, Schisma penitus sublatum est, cum Felix Antipapa anno 1449. Nicolaum legitimum Ecclesiæ Pontificem agnoverit atque coluerit. Hinc Ecclesiæ pax reddita; quam tamen haud multo post turbavit tristissimum infortunium, ob captam a Turcis Constantinopolim an. 1453.

Laurentium Santi Basilicæ Vaticanæ Canonicum, in ejusdem Basilicæ Altaristam designat.

Ex Tabulario Apostolico in Regesto primo Officior. pag. 3. tergo.

...CH. ...147. ...Martii.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Laurentio Santi Canonico ac Altaristæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Sinceræ devotionis affectus quem ad nos & Romanam geris Ecclesiam, promeretur ut personam tuam specialis favoris gratia prosequamur. Hinc est quod nos omnes & singulos Altaristas in Basilica Principis Apostolorum de

(*a*) Domus hæc in atrio Basilicæ ad austrum porrecto sita erat. Patet id ex Tabula Iconographica Jacobi Grimaldi, quæ in Archivo nostro servatur, & ex Ciampino qui Grimaldum consuluit. Quæret aliquis, cur Eugenius Domum quæ in Archipresbyteri usum designata erat, alteri inhabitandam concesserit? Duplex nobis occurrit ratio. Altera, quod Cardinalis Petrus Barbus hoc tempore Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ, ac Eugenii IV. ex sorore Nepos, Archipresbyterali Domo posthabita, Pontificias Ædes una cum Avunculo inhabitaverit. Altera, quod Domus Archipresbyteri jamdiu neglecta, atque habitatoribus destituta, magnis sumptibus esset instauranda. Hinc Richardus Cardinalis Constantiensis, Petri Barbi in Archipresbyteratu Successor, Domum eamdem vetustate fatiscentem ac ruinæ proximam sarcivit, ac pristino decori restituit. Ita Ciampinus *de Sac. ædific. cap.* 4. *num.* 150.

(*b*) Circa Diplomatis hujusce Datam, consule quæ in superioribus Litteris adnotavimus.

(*c*) Non desunt qui electionem Nicolai V. in diem *quintam* Martii conjiciant, ea ratione moti, quod hæc temporis nota in Epigraphe quadam quæ Epistolis Nicolai V. præfigitur, fuerit apposita. Hanc sententiam sequitur Raynaldus communi errore deceptus. Communi inquam errore; siquidem clarissimus Georgius qui Nicolai V. vitam illustravit, fatetur, in Autographo non *quintam*, sed *sextam* Martii diem designari. Præterea aliud a Ciaconio profertur monumentum, quod litem conficit. Exhibet hîc Auctor Epistolam Nicolai V. ad Bononienses scsiptam, & notis hisce Chronologicis obsignatam: *Datum &c. anno millesimo quadringentesimo quadragesimoseptimo, die octava mensis Martii, tertia vero post nostram ad apicem Summi Apostolatus assumptionem*. Facili supputatione eruimus, primam Electionis diem a sexta Martii ducendam, ut tertia ab Electione, cum octava Mensis die componatur.

(*d*) En aliud in memorata Epigraphe mendum. In ea quippe legimus apud Raynald. *ad hunc annum* 1447. *num* 14., *Nicolaum die* 19. *mensis Martii in Basilica Lateranensi fuisse coronatum*. De Nicolai Coronarione in gradibus Basilicæ Vaticanæ, aperte loquitur Jacobus Rodulphi, qui Sacri Consistorii Ephemerides digessit. Consulendus memoratus Georgius *in vit. Nicolai pag.* 9.

(*a*) Lu-

de Urbe ad colligendam portionem oblationum & obventionum in eadem Basilica provenientium, & ad Romanum Pontificem contingentem, quacumque auctoritate hactenus deputatos, harum serie revocantes, & ab hujusmodi Officio amoventes, te Altaristam ad percipiendum & colligendum portionem hujusmodi oblationum pro tempore obvenientium, cum honoribus & oneribus consuetis tenore præsentium, usque ad nostrum beneplacitum, facimus constituimus & etiam deputamus. Tibi omnia & singula faciendi ordinandi disponendi mandandi & exequendi, quæ ad hujusmodi Officium ejusque liberum exercitium de consuetudine vel de jure quomodolibet pertinent, concedentes plenariam potestatem; ac mandantes dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo ipsius Basilicæ, & aliis ad quos spectat, ut te ad hujusmodi Altaristæ Officium ejusque liberum exercitium recipiant & admittant, ac recipi & admitti faciant, ut est moris. Volumus autem quod antequam hujusmodi Officium incipias exercere, de ipso fideliter exercendo & laudabiliter, in manibus dilecti filii nostri Ludovici tituli sancti Laurentii in Damaso Presbyteri Cardinalis Camerarii nostri (*a*) vel ejus locumtenentis præstes solitum juramentum (*b*).

Novus sufficitur.

Cui plena jurisdictio confertur.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimosexto (*c*) quartodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno primo.

Concessionem Castrorum S. Petri in Formis, & Burghetti, ab Eugenio IV. favore Antonii de Rido factam, insertis ejusdem Eugenii Literis, approbat & confirmat.

Ex Originali in Archivo Basilicæ Vaticanæ existen. Capf. 33. Fasc. 132.

AN. CH. 1447.

Quæ Eugenius circa Castra S. Petri in Formis & Burghetti decreverat, repetit, & confirmat.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. ad perpetuam rei memoriam. Ea quæ pro benemeritarum personarum commodo & utilitate rationabiliter & provide facta sunt, libenter, cum a nobis petitur, Apostolicæ confirmationis suffragio communimus. Dudum siquidem felicis recordationis Eugenius Papa quartus Prædecessor noster dilecto filio nobili viro Antonio de Rido Domicello Paduan. ac filiis, & descendentibus suis legitimis & naturalibus, usque ad tertiam generationem suas concessit Litteras tenoris subsequentis. Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio nobili viro Antonio de Rido Domicello Paduan. &c. *Sequitur tenor Bullæ Eugenianæ; quam supra integram retulimus pag. 105. & seq.* Cum autem sicut exhibita nobis nuper dicti Antonii petitio continebat, ipse præfatas Litteras potioris Apostolicæ auctoritatis ministerio cupiat roborari; nos igitur labores & expensas, graviaque onera quæ idem Antonius in terrarum & dominiorum dictæ Ecclesiæ Roman. spectantium & pertinentium recuperatione, ac illorum defensione, personæ propriæ non parcendo, hactenus subiit, grataque & utilia servitia, quæ eidem Ecclesiæ, & Sedi Apostolicæ, illius occurrente vacatione, nobisque, & nostri Apostolatus primordio diligenter sollicite & prudenter impendit (*d*), & adhuc impendere non desistit, debite recensentes, ipsumque gratioso favore prosequi volentes, ipsius Antonii in hac parte supplicationibus inclinati, litteras prædictas juxta omnimo-

(*a*) Ludovicus Scarampus sive Mediarota est hîc intelligendus, ab Eugenio IV. inter purpuratos S. R. E. Patres relatus anno 1440.; vir sane negociis administrandis, atque Ecclesiæ juribus vindicandis eximius, de quo multa Ciaconius. Illud vero negocium facessit, quod Cardinalis *Camerarius* ab Eugenio nominetur, cum constet ex iis quæ supra dedimus *pag.* 86., Franciscum Condulmerium Camerarii dignitate ab Eugenio IV. ejus Patruo fuisse insignitum; quam dignitatem ad mortem usque, hoc est ad annum 1453. sibi servavit. Cum ergo geminos S. R. E. Camerarios uno eodemque tempore statuere præposterum videatur, in eam descendimus conjecturam, ut Camerarii nomine *Vicecancellarium* intelligamus. Sane si ad Epitaphium ejus Sepulchro in Ecclesia sancti Laurentii in Damaso appositum oculos intendamus, non jam Camerarius, sed Cancellarius duntaxat commendatur. Eodem nomine donatur ab Ughello in serie Episcoporum Albanensium; quos inter Ludovicus Mediarota enumerandus.

(*b*) Quo tempore præstitum fuerit juramentum a Pontifice præscriptum, liquet ex monumento, quod ab Archivo Apostolico in lib. 4. Officiorum Nicolai V. pag. 47. erutum hîc afferimus. Est autem ut infra: *Die XII. Mensis Aprilis* 1447. *Venerabilis Vir Dominus Laurentius Sancti Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de* Urbe *fuit admissus in Altaristam dictæ Basilicæ per Bullam Sanctissimi Domini nostri Papæ sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimosexto, quartodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus ejusdem Anno primo, & de hujusmodi Officio fideliter exercendo ac alias debitæ fidelitatis, in manibus Venerabilis Viri Domini Nicolai de Leys Cameræ Apostolicæ Clerici, cum propter ejus infirmitatem ad Dominum Camerarium ac ejus Locumtenentem accedere non posset, præstitit in forma solita juramentum, præsentibus Venerabilibus Viris Dominis Petro Bocerello ac Antonio Mergano Canonicis dictæ Basilicæ & me P. Parvijohannis.*

(*c*) Luce clarius patet, annum hisce Litteris appositum, juxta communem supputationem, esse 1437., cum die 19. Martii 1436. nec Eugenius obierit, nec Nicolaus ad Petri Cathedram fuerit evectus. Quocirca die eodem quo Nicolaus corona Pontificia redimitus est, novum Basilicæ Vaticanæ Altararium designavit. Tanta illi inerat de Vaticano Templo sollicitudo, ut inter primas Apostolici muneris curas, hoc unum præ ceteris exequendum sibi proposuerit.

(*d*) Post obitum Eugenii IV. Stephanus Porcarius Populum Romanum, proposita spe libertatis, ad seditionem concitavit; irrito tamen conatu, quum nec Pontificis Electionem turba-

nimodam earum continentiam atque formam auctoritate Apostolica, & ex certa scientia, ac de potestatis plenitudine, tenore præsentium confirmamus pariter & approbamus, ac præsentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis approbationis & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimoseptimo (a), Pontificatus nostri Anno primo.

Antonium de Fatatis Basilicæ sancti Petri Vicarium eligit, plenamque cum in personas, tum in res ac bona jurisdictionem illi conciliat.

E Secretiori Vaticano Tabulario in Regesto 22. Epist. de Curia pag. 59. tergo.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Antonio de Fatatis (b) Archipresb. Ecclesiæ Anconitan.; Decretorum Doctori, familiari nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Licet ex debito Summi Pontificatus Officii nobis desuper injuncti, circa Ecclesiarum & Ecclesiasticorum locorum curæ nostræ divinitus commissorum omnium statum salubriter & prospere dirigendum nos deceat intentos existere, tamen ad Sacrosanctam Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, fama, devotione, ædificiis, ac Salvatoris nostri Sudario, aliisque plurimorum Sanctorum & Sanctarum Reliquiis, ac alias multipliciter decoram & insignem, tanto potioribus studiis aciem nostræ considerationis extendimus, quanto, ipsius Basilicæ excellentia & nobilitate merito compensatis, id conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut nobis innotuit, Basilica prædicta reparatione non modica in Spiritualibus & temporalibus indigere noscatur, nos ad illius directionem conservationem & augmentum, & ut in ipsa, sublatis ab ea sinistris quibuslibet, coadjuvante Altissimo, per nostræ provisionis ministerium, ejusdem Altissimi Majestas juxta nostri cordis desiderium in gratiarum benedictionibus collaudetur, suique cultus gloriosi nominis amplietur, quantum cum Deo possumus providere volentes, necnon de persona tua quam de Litterarum scientia, vitæ munditia, spiritualium providentia, & temporalium circumspectione, aliisque virtutum donis & a te hactenus bene gestis etiam magnis & arduis a Sede Apostolica Tibi olim commissis negotiis novimus insignitam, plenam in Domino fiduciam obtinentes, ac sperantes quod ea quæ tibi committenda duxerimus, ad ipsius Basilicæ decorem & utilitatem fide plurima & exacta diligentia prosequeris; te ex nunc nostrum in dicta Basilica in Spiritualibus & temporalibus generalem Vicarium auctoritate Apostolica usque ad beneplacitum nostrum per præsentes facimus, constituimus, & etiam deputamus, & nihilominus tibi omnes & singulos Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & personas præfatæ Basilicæ præsentes & futuros tam conjunctim quam divisim, quoties tibi expedire videbitur, ut ex nunc in antea ipsi in dicta Basilica Missis & aliis Divinis Officiis nocturnis atque diurnis continuo personaliter interesse, & in illis servire, necnon cum Cappa aut Cotta, & alias honeste per Basilicam prædictam incedere, ac in illa & ejus choro permanere, & silentium dum inibi Missæ & Divina hujusmodi celebrabuntur tenere & servare, necnon illi ex eis, ad quos id pro tempore pertinebit, Missas & Divina prædicta bene & punctatim celebrare dicere & recitare, Crucesque Calices Paramenta pannos jocalia & alia ornamenta dictæ Basilicæ munde & nitide conservare, aliaque ad Missarum & Divinorum eorumdem decorem & venustatem facere alias juxta & secundum prædictæ Basilicæ hactenus canonice edita & condita, ac forsan a nobis de cetero per correctionis limitationis additionis diminutionis & cassationis eorumdem modos, vel ipsorum aliquem seu aliquos edenda & condenda, ordina-

Vicarium Apostolicum eligit, cui plenam jurisdictionem conciliat.

turbare, nec contra Nicolaum ad Petri Cathedram evectum quidquam moliri potuerit. Fortasse Antonius de Rido Hadrianæ Arcis Præfectus, pro Ecclesiæ juribus, ac Pontificis tranquillitate sedulam navavit operam. Hinc in hisce Nicolai Literis juremerito commendatur.

(a) In Autographo quod penes Archivum Basilicæ servatur, stata dies qua Bulla conscripta est, omittitur. Patet tamen cum ex anni designatione, tum ex Bullæ verbis, eam primo Nicolai anno fuisse conscriptam.

(b) Vir fuit egregius, cum Literarum scientia, tum vitæ Sanctimonia commendatissimus. A Nicolao V. an. 1450. Aprutinus Episcopus electus, deinde ad Anconitanam Ecclesiam a Pio II. translatus est. Qua tamen dignitate dimissa, privatam vitam coluit, Deo sibique vacans. Obiit anno 1484. atque, Ughello teste, inter Beatos relatus est.

(a) Tanta

dinationes & ſtatuta omnino teneantur, & ad id aſtricti exiſtant, auctoritate noſtra monendi & eis præcipiendo mandandi, necnon etiam quoties tibi expedire videbitur, Capitulum inibi convocandi & congregandi, dictiſque Canonicis Beneficiatis Clericis & perſonis præſentibus & futuris & eorum ſingulis, ut ipſi vel eorum aliqui, Capitulum, niſi in tua dumtaxat præſentia, facere aut capitulariter aliquid pertractare ſeu gerere vel ordinare, quodque tam ipſi quam eorum & præfatæ Baſilicæ præſentes & futuri Camerarii & Officiales vel ipſorum aliqui, Caſalia domos Terras Vineas Silvas prata paſcua herbatica territoria tenimenta aliaque jura & bona mobilia & immobilia ad ipſam Baſilicam pro tempore pertinentia, vel eorum aliquod, abſque tui conſcientia alicui vel aliquibus, etiam ad minimum tempus affictare arrendare ſeu locare, aut ad firmam vel annuam penſionem, ſive alias quomodolibet locare vel concedere, & quod aliquis ex Camerariis & Officialibus præſentibus & futuris Baſilicæ prædictæ eorum Officia hujuſmodi, niſi tuam ſuper illis confirmationem petierint & ſuſceperint, aliqualiter exercere, aut in illis vel illo ſe intromittere ullo unquam tempore non poſſint neque debeant, eadem auctoritate diſtrictius inhibendi; necnon tam præſentes & futuros, quam etiam illos qui in humanis ad præſens vitam agentes, fuerunt hactenus Baſilicæ præfatæ, ac dilectorum filiorum Capituli Camerarios & Officiales omnes & ſingulos, ut Libros & alia Scripta quæcumque ſuper receptis habitis expoſitis geſtis factis & adminiſtratis per eos in ſuis Officiis hujuſmodi confecta tibi realiter conſignare, ac ulterius ut de receptis habitis expoſitis & adminiſtratis prædictis omnibus & ſingulis, etiam ſi forſan de illis computum & rationem reddiderint, & abſolutionem ac liberationem & quietantiam ab eiſdem Capitulo vel alias quomodolibet obtinuerint, tibi computa & fidelem rationem reddere, & id totum quod ex ipſis receptis habitis expoſitis & adminiſtratis tam de præterito quam de futuro temporibus remanſerit ſeu ſuperfuerit, eiſdem Capitulo & Baſilicæ integre reſtituere & aſſignare dicta auctoritate cogendi & compellendi, ac omnes & ſingulas de quibuſvis ex caſalibus domibus terris vineis ſilvis pratis paſcuis herbaticis Territoriis tenimentis juribus & bonis Baſilicæ hujuſmodi per eoſdem Capitulum, tam in perpetuum quam ad certa tempora, tam ſingularibus ejuſdem Baſilicæ Canonicis Beneficiatis & Clericis, quam aliis Laicalibus & Clericalibus perſonis ſub quibuſvis formis aut verborum expreſſionibus hactenus factas locationes conceſſiones alienationes & venditiones, etiam ſi ſuper illis Apoſtolica licentia ſeu confirmatio intervenerit, examinandi, ac illas ex eis quas in læſionem præfatæ Baſilicæ emanaſſe repereris, ſi per Sedem præfatam confirmatæ non fuerint, præfata auctoritate caſſandi revocandi & annullandi, necnon illorum poſſeſſores ſeu detentores ad eorum reſtitutionem integram præfatæ Baſilicæ per eos tunc faciendi etiam cogendi; necnon etiam quoties opus fuerit contra Canonicos Beneficiatos Clericos & perſonas dictæ Baſilicæ præſentes & futuros prædictos omnes & ſingulos ſuper eorum pro tempore exceſſibus criminibus culpis demeritis & delictis præmiſſa auctoritate inquirendi, eoſque tam pro illis, quam etiam pro tranſgreſſionibus & inobedientiis mandatorum ſeu monitionum quæ ipſis tam conjunctim quam diviſim auctoritate præſentium pro tempore feceris, excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti, ac aliis de quibus tibi videbitur etiam pecuniariis pœnis dicta auctoritate ligandi, ac pecuniariis pœnis hujuſmodi condemnandi & mulctandi, necnon ligatos & condemnatos pro tempore prædictos, juxta Sanctiones Canonicas, corrigendi caſtigandi carcerandi, ac ſuis pro tempore Canonicatibus & præbendis necnon Beneficiis & Officiis præfatæ Baſilicæ privandi, & ab illis realiter amovendi (a) ipſaſque ſententias Cenſuras & pœnas mitigandi minuendi relaxandi, ac eos ab illis abſolvendi, necnon cum eis ſuper irregularitate, ſi quam ſententiis ipſis vel earum aliqua, ratione præmiſſorum vel alicujus eorum pro tempore ligati, Miſſas & alia Divina Officia, non tamen in contemptum clavium celebrando, & ſe illis immiſcendo pro tempore contraxerint, diſpenſandi, aliaque omnia & ſingula quæ ad hujuſmodi Vicariatus Officium ejuſque liberum exercitium tam de jure quam de conſuetudine pertinere noſcuntur, ac alias in præmiſſis omnibus & ſingulis neceſſaria fuerint, & quomodolibet opportuna, faciendi gerendi & exequendi, & ad id, ſi opus fuerit, auxilium brachii ſecularis invocandi, plenam & liberam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium uſque ad dictum beneplacitum concedimus facultatem, quam etiam ad Eccleſias ac alia membra & loca Eccleſiaſtica ſecularia & Regularia

Amplior cario conſ[...] juriſdictio [...]

(a) Tanta quidem huic Vicario conciliatur auctoritas, ut eam, quæ Vicariis ordinario jure competit, facultatem excedat. Vicarium idcirco Apoſtolicum hunc fateamur oportet. Jus autem Romano ineſſe Pontifici, ut pro libito ejuſmodi Vicarios deſignet, trita res eſt. Adeas P. Andreuccium S. J. in ſuo *de Vicariis Baſilicarum* Urbis tractatu nuper edito §. 2. *n.* 5. Illud vero in hac Conſtitutione notatu dignum occurrit, quod præcipua Pontificis cura in hac viſitatione inſtituenda eo tandem ſpectet, ut bona ac jura Baſilicæ, quæ magna ex parte imminuta fuerant, in integrum reſtituantur. Hinc præterita adminiſtratio iterum ad examen revocanda; noxiæ locationes iterandæ; quodque caput eſt, Canonicorum auctoritas uſque adeo coercetur, ut vetitum illis ſit, niſi Vicarii Apoſtolici præſentia acceſſerit, Capitulum cogere ad Baſilicæ negocia pertractanda,

gularia ipsius Basilicæ omnia & singula eorumque pro tempore Gubernatores, & Personas extensam fore decernimus. Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon præfatæ Basilicæ etiam per Sedem præfatam factis, ac juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimoseptimo, Pridie Nonas Junii Pontificatus nostri Anno primo.

Grassum Capitaneum multis contra incertos rerum Dominos furtis obnoxium, multis item Censuris Ecclesiasticis illigatum, ab onere restitutionis, atque a Censurarum vinculo absolvi jubet, modo stato tempore octingentos auri Florenos, in usum Fabricæ Vaticanæ Basilicæ erogandos, persolvat.

Ex Tabulario Apostolico Vaticano in Regesto 22. Epistolarum de Curia pag. 89.

[...]. CH. [1]447. [...] Julii.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Aloysio de Fontana Vicario Ecclesiæ Veronen. in spiritualibus Generali; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Copiosa Apostolicæ Sedis clementia, ad eam cum humilitate filiis post excessum recurrentibus, veniam denegare non consuevit, præsertim dum pœnitentia ducti, Divinam Majestatem, quam multipliciter offenderunt, per pia charitatis opera placare conantur. Sane pro parte Grassi de Venetiis Civitatellæ Veronen. Capitanei nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipse qui dudum gentium armorum exercitio deditus esset, bona quamplurima per rapinas acquisivit, excommunicationis aliasque sententias Censuras & pœnas tam a jure quam ab homine in tales latas, damnabiliter incurrendo, conscientia motus, de illis restitutionem facere proponit. Verum quia omnium eorum, quibus illa rapuit, certam non habet notitiam, octingentos Florenos auri de Camera Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe tradere & assignare ferventer exoptat, dummodo sibi *, quod ipse ac hæredes & Successores sui ad restitutionem quorumvis bonorum pecuniarum & rerum quæ per rapinas hujusmodi acquisivit, ullo unquam tempore teneantur, nec possint super illis tamquam bonis incertis & male ablatis per Ordinarios seu quoscumque alios quavis auctoritate fungentes quomodolibet molestari. Quare pro parte dicti Grassi asserentis se uxoris & legittimæ prolis onere oppressum existere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut super præmissis secum misericorditer agere, & votis suis in hac parte favorabiliter annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque de præmissis certam notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si post diligentem informationem per te super præmissis auctoritate nostra recipiendam, repereris quod illorum, quibus restitutio pecuniarum rerum & bonorum raptorum hujusmodi fieri deberet, certa notitia non habeatur, super quo tuam conscientiam oneramus, præfatum Grassum, recepta prius ab eo idonea cautione quod singulis annis usque ad prædictam summam octingentorum Florenorum, incipiendo die prima mensis Septembris proxime futuri, ducentos Florenos similes Magistro dictæ Fabricæ per nos ad hoc deputato & pro tempore deputando, realiter & cum effectu absque ulla diminutione tradet & assignabit, seu tradi & assignari procurabit, ut ipse ac hæredes & successores prædicti ad restitutionem pecuniarum rerum & bonorum prædictorum, quorum omnium summam qualitatem quantitatem atque valorem præsentibus haberi volumus pro expressis, minime teneantur, nec ad id per Ordinarios seu quoscumque alios quavis etiam Apostolica auctoritate fungentes, inviti coarctari possint, eadem auctoritate concedas, eumque ab excommunicationis aliisque Ecclesiasticis sententiis Censuris & pœnis prædictis, in casibus etiam Sedi Apostolicæ reservatis, præfata auctoritate hac vice dumtaxat absolvas in forma Ecclesiæ consueta, injunctis sibi pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis quæ de jure fuerint injungenda. Volumus autem quod dictus Grassus ducentos Florenos hujusmodi per totum mensem Septembris prædictum eidem Magistro Fabricæ cum effectu tradat & assignet, seu tradi & assignari facere procuret, alioquin præsentes Litteræ nullius existant roboris vel momenti. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac legibus Imperialibus & statutis municipalibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

[...]ssi crimi- [...]umerat.

[...]up. Con- [...]tur.

[...]em ad pœ- [...]tiam, ac [...]utionem [...]s.

Certa pecuniarum summa persoluta, a criminibus ac restitutionis onere absolvitur.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimoseptimo, quarto Idus Julii, Pontificatus nostri Anno primo.

Reditus, qui ex Caſali Valchetta quotannis obveniebant, atque ex Eugenii IV. Sanctione, pro alendis pueris qui ſtudiis vacarent, erogabantur, Nicolaus V. reſtituto in Urbe publico ſcientiarum Gymnaſio, Menſæ Capitulari reſtituendos decernit.

Ex Originali in Tabulario Baſilicæ Capſ. 38. Faſc. 327.

AN. CH. 1447. 15. Julii.

NIcolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ providentia circumſpecta nonnunquam per eam conceſſa, præſertim ex novis rationabilibus ſupervenientibus cauſis revocat & annullat, prout id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem cum bonæ memoriæ Julianus Epiſcopus Tuſculan. tunc tituli S. Sabinæ Presbyter Cardinalis ac Archipresbyter Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe (*a*) commendæ ſibi dudum antea auctoritate Apoſtolica factæ de Monaſterio S. Blaſii in Cantuſecuto alias della Pagnotta, de Urbe, Ordinis S. Benedicti, in manibus felicis recordationis Eugenii Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri ſponte & libere ceſſiſſet, idem Prædeceſſor ceſſionem ipſam admittens, præfatum Monaſterium Menſæ Capitulari præfatæ Baſilicæ per quaſdam perpetuo univit, annexuit, & incorporavit; & deinde ad ſupplicationem Cardinalis Archipresbyteri præfati, necnon dilectorum filiorum Capituli dictæ Baſilicæ, per alias ſuas Litteras voluit, ac de ipſius Capituli expreſſo conſenſu inter cetera ſtatuit decrevit & ordinavit, quod Archipresbyter pro tempore exiſtens, præfatæ Baſilicæ Caſale Valchetta (*b*) vulgariter nuncupatum, in pertinentiis præfatæ Urbis conſiſtens, ac ad dictum Monaſterium pleno jure ſpectans, quoties ſibi videretur, uni ſeu pluribus locare ſeu arrendare vel ad annuam penſionem concedere, ejuſque fructus redditus & proventus percipere perpetuo poſſet, ac unam ex perſonis pro tempore exiſtentibus præfatæ Baſilicæ de dicta Urbe oriundis, quam poſt diligentem per eum deſuper habendas informationem & examinationem, vita & moribus commendatam, ac ſufficienter inſtructam fore pro tempore inveniret, in ſcolarem eligere prima vice, ac ſucceſſive perpetuis futuris temporibus, quoties tempus electionis pro tempore factæ hujuſmodi inibi ſeu alias ipſam electionem ceſſare contingeret, ac etiam ſinguli ſcolares pro tempore electi prædicti, in artibus Philoſophia & Theologia ſeu jure Canonico, in loco tamen in quo generale ſtudium vigeret, per dictum Archipresbyterum pro tempore exiſtentem eligendo, ſtudere, hujuſmodique ſuum ſtudium ac illius debitos curſus omnes & ſingulos in loco prædicto perficere, & in Theologia Magiſterii, ſeu in jure hujuſmodi doctoratus gradum ſuſcipere, ipſeque Archipreſbyter pro tempore exiſtens fructus redditus & proventus præfatos eidem pro tempore ſtudenti annis ſingulis in dicta Urbe in certo tunc expreſſo termino per ſe vel alium perpetuo dare perſolvere & aſſignare teneretur, prout in dictis poſterioribus Litteris plenius continetur. Cum itaque generale ſtudium in dicta Urbe præſentialiter vigeat (*c*), noſque ad illius inibi conſervatioem & augumentum nonnullos præfatæ Urbis introitus ac redditus perpetuo duxerimus concedendos, ac propterea non ſolum una, ſed etiam plures ex perſonis pro tempore exiſtentibus Baſilicæ hujuſmodi ſtudio tam artium Philoſophiæ & Theologiæ quam Juris Canonici prædictorum commode inſiſtere valeant; Nos ſtatui Baſilicæ, & Capituli præfatorum, ut in eorum opportunitatibus ex fructibus Caſalis hujuſmodi aliquod valeant ſuſcipere relevamen, ſalubriter providere volentes, dictorum Capituli in hac parte ſupplicationibus inclinati, Litteras poſteriores prædictas cum voluntatis ſtatuti decreti & ordinationis præfatorum, ac aliis in illis contentis clauſulis, & inde ſecutis omnibus & ſingulis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia, ſalva voluntate infraſcripta, revocamus caſſamus & annullamus, ac de cetero nullius roboris vel momenti fore decernimus. Ita quod præfati Capitulum alias juxta præfatæ Baſilicæ ſtatuta & conſuetudines Caſale præfatum per ſe vel alium ſeu alios tenere locare regere & gubernare, ejuſque pro tempore fructus redditus & proventus in eorum ac dictæ Baſilicæ uſus & utilitatem convertere & exponere, etiam

Eugenii circa reditus Caſalis Valchettæ Decretum.

Generali st dio in Urbe i ſtaurato, rec tus Caſalis . Baſilicam tra feruntur.

(*a*) Julianus Cardinalis Cæſarinus, & Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyter intelligendus, de quo pridem loquuti ſumus *pag. 97. not. c.*

(*b*) Prædium extra portam Flaminiam poſitum, quod Menſæ Capitulari ſemel attributum, nunquam ab ea receſſit.

(*c*) Ipſum, ut putamus, publicum Sapientiæ Gymnaſium, in commodum ſtudioſæ juventutis non jam inſtitutum, ſed hac ætate reſtitutum, Romæ proſtabat. Remotiora quidem ſunt ejus initia; verum quum temporum ac hominum injuria ſcientiarum bonarumque artium ſtudia pene defeciſſent, Eugenius IV. & Nicolaus V. auctis reditibus eo rem perduxerunt, ut, inſtaurato Gymnaſio, liber cuique eſſet aditus ad literas addiſcendas. Conſulendus in hanc rem Dom. Georgius *in vit. Nicolai V. pag.* 47.

etiam perinde in omnibus & per omnia, ac si dictæ posteriores litteræ nullatenus emanassent. Non obstantibus litteris posterioribus, & aliis præmissis ceterisque contrariis quibuscumque. *ditio ap-* Volumus autem quod personæ Basilicæ hujusmodi ad studium prædictum ultimo deputatæ, si tempus suæ deputationis hujusmodi forsan lapsum non fuerit, donec & quousque illud duraverit, fructus redditus & proventus prædicti alias juxta posteriorum litterarum prædictarum continentiam atque formam integre & cum effectu tradantur & assignentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ revocationis cassationis annullationis decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimoseptimo, Idibus Julii Pontificatus nostri Anno primo.

Jacobo de Buccamatiis omnimodam confert authoritatem, ut pia Legata in insula Sardiniæ favore Sedis Apostolicæ aut Fabricæ Sancti Petri aliarumve Ecclesiarum relicta, omnino impleantur.

Ex Archivi Apostolici Vaticani Regesto 22. Epistolarum de Curia pag. 235.

. CH. 47. ecemb.

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Jacobo de Buccamatiis utriusque Juris Doctori, Canonico beatæ Mariæ Majoris de Urbe, Nuncio, Oratori, & Commissario nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

In Sacra Petri Sede, licet immeriti, constituti, ad universas & singulas Orbis Ecclesias solertes manutentionis oculos dirigentes, eas tamen quæ intra & circa mœnia Urbis Romæ consistunt tamquam Christianæ Fidei bases atque principia, solertiori quadam circumspectione prosequimur, & ad illarum reparationem & augmentum adjutrices manus extendimus, & pias fidelium dispositiones & vota ad id directa, ut debitum sortiantur effectum, studium apponimus indefessum. Sane nuper ad nostram deducto notitiam quod in Insula nostra Sardiniæ (a) nonnulli hactenus de sua suorumque Animarum salute cogitantes, diversas pecuniarum & rerum assignationes, nonnullaque Legata atque relicta, ad opus seu utilitatem Sedis Apostolicæ, necnon Fabricæ beati Petri & aliarum Ecclesiarum dictæ Urbis & circa eam fecerunt in eorum vita, seu ultima voluntate. *quædam in Insardiniæ.* Nos cupientes, tam pias prædictorum voluntates hujusmodi executioni debitæ demandari, quam Sedi & Ecclesiis prædictis earumque necessitatibus celeriter subveniri, discretioni tuæ, de qua in hiis & aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, ad præfatam Insulam te conferendi, aut unum vel plures, ut tibi expediens visum fuerit, transmittendi, ac per te vel alium seu alios assignationes Legata atque relicta hujusmodi investigandi & inquirendi, testamenta quoque & voluntates ultimas inspiciendi, & illa & illorum prothocolla ac codices rationum ostendendum & exhibendum, Notarios Tabelliones Scribas Presbyteros Mercatores & testes quoslibet alios per Censuram Ecclesiasticam & alia juris remedia compellendi, necnon ea quæ sic assignata Legata seu relicta repereris, a testatorum heredibus & aliis quibuslibet petendi, exigendi, & recipiendi, illosque cujusvis status gradus ordinis vel conditionis ac dignitatis Pontificalis, etiam si Sedis aut Cameræ Apostolicæ Officiales fuerint vel existant, per excommunicationis suspensionis & beneficiorum suorum privationis sententias sive pœnas, ad personaliter etiam comparendum, etiam per edicta publica citandi, monendi, & requirendi, solventesque & assignantes ipsos de assignatis & solutis tantum quietandi, liberandi, & absolvendi, assignata quoque & soluta hujusmodi apud unum vel plures depositarios per te eligendos deponendi, illaque in fabri-

Ad ea exigenda Delegatum designat.

Auctoritatem illi conciliat.

(a) Sardiniæ ac Corsicæ insulas in Jacobum Aragoniæ Regem Bonifacius VIII. feudali jure transtulit, ea lege, ut idem Rex, ejusque Successores homagium ac vassallagium erga Apostolicam Sedem exhiberent. Petrus Rex Aragonius, quam Jacobus avus sponsionem juraverat, implere detrectans, atque in consueto Romanæ Ecclesiæ censu persolvendo morosus ac difficilis, ab Urbano V. in jus vocatus, ideoque de Sardici Regni ad Sedem Apostolicam devolutione sibi metuens, anno 1365. Franciscum Romæ Jurisperitum legavit, ut Regio nomine, Sardiniæ ac Corsicæ Regna Pontificis beneficio accepta referret, Regemque ipsum legibus iisdem, quas Bonifacius statuerat, pariturum polliceretur. Ita dissidium compositum, Rege nimirum Aragonio ad debitam Romanæ Ecclesiæ obedientiam præstandam rite comparato. Consulendus Raynaldus tom. 16. ad an. 1365. num. 11. & 12. ubi Apostolicam Urbani V. Constitutionem recitat, ex qua de facti serie, de Petri Regis pœnitentia, & Sedis Apostolicæ juribus perpetuum ac indubium eruitur monumentum. Quibus ita statutis, mirum subesse non poterit, si Nicolaus V. in hac quam evulgamus Epistola, Insulam Sardiniæ, tot nominibus Ecclesiæ Romanæ subjectam, appellet suam.

fabricas & reparationes & alias juxta testatorum & aliorum voluntates hujusmodi convertenda, ad nos seu Cameram nostram per litteras Cambii seu aliter, ut tibi videbitur, transmittendi. Eos insuper qui per te, eorum exigente contumacia, excommunicati aliisque Censuris & pœnis mulctati spiritualiter aut temporaliter fuerint, & eorum contumaciam purgaverint, absolvendi, & restituendi, & si ad hujus rei consequendum effectum Universitatem seu Ecclesiam aliquam Ecclesiastico supposueris Interdicto, illud si & quando tibi videbitur, relaxandi, & submovendi, omnia quoque alia & singula, quæ expedire videris, faciendi gerendi & exercendi, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem, habituri ratum & gratum totum & quidquid per te aut alium seu alios de mandato tuo actum factum & gestum fuerit quomodolibet in præmissis. Omnes nihilominus & singulos qui te aut deputatum seu deputatos hujusmodi in præmissis & circa & quomodolibet realiter aut personaliter impediverint, seu vobis alias injuriati fuerint, aut fecerint quominus valeat is præmissa omnia & singula effectui demandare, pœnis in processu Cœnæ Domini decernimus subjacere, a quibus per alium quam Romanum Pontificem absolvi nequeant, nisi in mortis articulo constituti. Et demum si præsentia eorum, quos citationes monitiones & requisitiones per te aut deputandum seu deputandos hujusmodi faciendas concernent, commode haberi nequeat, nos tibi & deputandis prædictis citationes monitiones & requisitiones hujusmodi per edictum publicum locis affigendum publicis, de quibus sit verisimilis conjectura quod ad notitiam citatorum monitorum sive requisitorum pervenire valeant, faciendi liberam tribuimus potestatem. Volentes quod citationes monitiones & requisitiones hujusmodi perinde arctent requisitos monitos & citatos, ac si illis personaliter præsentatæ legitime extitissent. Non obstantibus tam piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris nostri, præsertim quibus cavetur ne quis extra suam Civitatem vel Diœcesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Diæcesis ad judicium evocetur, seu ne Judices a Sede deputati prædicta, extra Civitatem & Diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii vel aliis vices suas committere, seu aliquos ultra unam Dietam a fine Diœcesis eorumdem tradere præsumant, ac de personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, necnon de duabus dietis in Concilio generali, quam aliis Constitutionibus Apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus a Sede prædicta sit indultum quod interdici suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Pœnas contra inobedientes statuit gravissimas.

Ne quid [...] stet, sedulo cavet.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimoseptimo, quartodecimo Kalendas Januarii, Pontificatus nostri Anno primo.

Res ac bona nonnulla, quæ ad Basilicam Vaticanam jure Legati pertinent, recuperari mandat, pœnasque contra morosos occupatores infligendas decernit.

Ex Archivo Apostol. Vatican. in Regest. 23. Epistolar. de Cur. pag. 194. terg.

AN. CH. 1448. 11. *Julii*.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Marcello Episcopo Scolaren. seu Scaholten. fructuum reddituum & proventuum Cameræ Apostolicæ in Daciæ Elvetiæ & Norvvegiæ Regnis debitorum Collectori Nuncio nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad nostram notitiam est relatione fide dignorum deductum, quod nonnulla clenodia paramenta pecuniarum summæ, & nonnulla alia ad Basilicam Principis Apostolorum de Urbe Legata, ac alias apud quosdam certis in locis per tuum Prædecessorem in depositum habita, nequaquam deputatis sunt assignata locis, immo per illos in præsentiarum retineri dicuntur. Quare Fraternitati tuæ per Apostolica Scripta committimus & mandamus, quatenus per te vel alium seu alios, de præmissis, & super dispositione & statu rerum prædictarum, & ipsas detinentium diligenter inquiras, ipsorumque detentores quoscumque ad consignandum & restituendum tibi vel per te deputandis nomine nostro vel Ecclesiarum quibus legatæ, vel ad quas pertinere noscuntur, viis & modis congruentibus, etiam per Censuras Ecclesiasticas, prout tibi expedire videbitur, omni appellatione remota compellas & inducas; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Statutis felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris nostri quibus cavetur ne aliquis extra sua Civitatem & Diœcesim, nisi in

Nonnullæ Donationes ac pia Legata favore Basilicæ.

Pontifex [...] eorum recupe[...] tione solicit[...]

in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam Dietam a fine suæ Diœcesis, ad judicium evocetur, seu quod Judices a Sede deputati prædicta, extra Civitatem & Diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut de duabus Dietis in Concilio generali, seu quod alicui vel aliquibus ab Apostolica sit Sede indultum quod excommunicari suspendi vel interdici non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi & eorum personis & locis ordinibus & nominibus propriis mentionem, necnon quibuscumque Constitutionibus a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de Judicibus delegatis, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis in contrarium non obstantibus.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimooctavo Quinto Idus Julii Pontificatus nostri Anno secundo.

Antonius de Rido Castrum Burghetti, quod ad tertiam duntaxat generationem a Sede Apostolica acceperat, vendit Mensæ Capitulari Basilicæ Vaticanæ, novem millium Ducatorum auri statuto pretio. Verum quia Castrum illud tamquam proprium, nullaque Domini directi mentione facta, venditor alienaverat, irritum inierat Contractum. Hinc Nicolaus V. instante Capitulo, Contractum approbat, defectus supplet, nullitates e medio tollit, universumque Instrumenti tenorem inserit & confirmat.

Ex Originali in Tabulario Basilicæ Caps. 33. Fasc. 132.

. CH. 48. Julii.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Etsi universis per Orbem constitutis Ecclesiis Apostolica nos deceat provisione consulere, Basilicæ tamen Principis Apostolorum de Urbe, quæ nobis strictioribus jure, ac familiaritate adhæret, ampliori nos convenit sollicitudine providere, & ea, quæ pro ipsius Basilicæ, necnon Ecclesiasticarum in illa Divinis laudibus deditarum Personarum commodo & utilitate processisse comperimus, ne successu temporis impugnationi subjaceant, Apostolico munimine roborare. Dudum siquidem, postquam felicis recordationis Eugenio Papæ IV. Prædecessori nostro innotuerat, quod dilectus filius nobilis vir Antonius de Rido Domicellus Paduanus, etiam tunc quarundam gentium armigerarum Conductor, in nonnullorum tunc expressorum per eum notabilium gestorum prosecutione & executione, ac illorum occasione, de Bonis per ipsum eatenus licite acquisitis magnam partem exponere non dubitaverat, ac ulterius multis & diversis Viris armigeris Equitibus & Peditibus, ad dictarum sibi commissarum gentium conservationem, in multis pecuniarum summis debitor remanserat, & adhuc remanebat, ac alias Camera Apostolica propter expensas fere innumerabiles a duodecim annis tunc citra, tam pro Græcorum Armeniorum & Jacobitarum reductione, & in classis maritimæ, necnon terrestris exercitus adversus Infideles perfidos apparatu ingenti, quam etiam pro aliorum plurium & diversarum etiam armigerarum gentium, Equitum, & Peditum, dicti Prædecessoris stipendiis militantium multitudine, & alias multipliciter factas & habitas, pecuniis fere exhausta, ac pluribus debitis involuta tunc existebat. Et propterea, tam pro expositis per ipsum Antonium prædictis, & aliis, ratione sui stipendii non soluti sibi debitis, infra multa tempora satisfactio fieri nequiret, nec aliunde commodius, nec cum minori ipsius Cameræ detrimento, quam de sancti Petri in Formula, necnon Burghetti Castris, ac Tenimentis, in præfatæ Urbis districtu consistentibus, quæ jam pluribus annis tunc elapsis cum illorum Territoriis juribus jurisdictionibus & pertinentiis, nonnullis rebellionibus a Cola de Sabellis, ad quem tunc Castra prædicta pleno jure, ut idem Prædecessor acceperat, pertinebant, adversus ipsum Prædecessorem & Romanam Ecclesiam olim factis, ac ex certis aliis ipsius Colæ culpis & demeritis causantibus, per bonæ memoriæ Johannem tituli sancti Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem, tunc in Urbe, & districtu præfatis, & nonnullis aliis partibus præfatæ Sedis Legatum, eidem Cameræ confiscata, & ex tunc in antea tanquam Bona præfatæ Cameræ pacifice & quiete tenta & possessa fuerant, prout etiam tunc tenebantur & possidebantur, ipsi Antonio ratione per ipsum expositorum, & aliorum suorum creditorum prædictorum, tunc provideri poterat, ipse Prædecessor virtutes & alia bene gesta Antonii prædicta condignis in Domino laudibus commendans, necnon

n enarrat tonio de Castra S. & Bur- fuerint ta.

non utilitates & commoda, quæ ex illis Prædecessori & Ecclesiæ prædictis hactenus provenerant, & tunc proveniebant, memori mente repetens, ut propterea eidem Antonio pro se, ac filiis descendentibus suis legitimis, & naturalibus usque ad tertiam generationem, aliqualem recompensam facere, ipsumque Antonium etiam specialibus gratiis, & favoribus prosequi volens, motu proprio, tam sancti Petri & Burghetti Castra ac Tenimenta supradicta, necnon illorum & cujuslibet ipsorum Territoria Fortalitia Terras domos silvas nemora prata pascua balcheria montes planities valles colles griptas Arenaria vineas terras cultas & incultas molendina flumina fossata aquas & aquarum decursus fontes puteos venationes aucupationes & piscarias usus & utilitates pertinentias adjacentias franchigias reales & personales, necnon jurisdictiones & jura omnia & singula, quorum omnium qualitates quantitates loca vocabula valores atque confines idem Prædecessor suis litteris haberi voluit pro expressis, cum omnium & singulorum præmissorum libris introitibus, exitibus, & regressibus, sibi ac pro se & dictis suis filiis & descendentibus usque ad tertiam generationem hujusmodi dumtaxat præfatis, ex certa scientia, de Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo ac libere concessit donavit tradidit & assignavit; ita quod ipse Antonius Castrorum & aliorum sibi donatorum prædictorum possessionem per se vel alium seu alios auctoritate propria ex tunc libere apprehendere, quodque etiam præfatus Antonius, necnon dicti sui filii & descendentes, ac quilibet eorum Castra & alia per Prædecessorem donata & concessa prædicta omnia & singula perpetuo tenere, regere, gubernare, & ordinare in omnibus & per omnia, prout alii veri & legitimi Domini ac Possessores Castrorum, & aliorum donatorum prædictorum tenere regere & gubernare gaudere exigere percipere habere convertere & disponere hactenus potuerant, seu etiam debuerant, libere & licite possent; & quod etiam ipsorum concessorum, & donatorum ratione annuum Censum duarum librarum Ceræ eidem Cameræ in festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi annis singulis, durantibus concessione & donatione præfatis, realiter & cum effectu tradere & assignare tenerentur. Insuper, cum propter subitum, & inopinatum illius Cardinalis obitum, necnon ex certis tunc sibi supervenientibus sinistris eventibus, super Processu hujusmodi olim confecta Instrumenta publica, Litteræ atque scripta, necnon libri, in quibus illa registrata exstiterant, minime reperiebantur, illaque deperdita fuisse & esse videbantur, ac etiam de aliis rebellionibus aliisque demeritis & culpis Colæ hujusmodi eidem Prædecessori plene constabat, dictus Prædecessor voluit, ac de plenitudine potestatis, necnon scientia hujusmodi statuit atque decrevit, quod suæ litteræ prædictæ ad probandum plene rebellionem, aliasque culpas & demerita Colæ, ac etiam processum & confiscationem, Instrumenta quoque, scripta, & registrata prædicta, ubique sufficerent, nec ad id probationis alterius adminiculum requireretur; quodque hujusmodi litteræ in judicio & extra & alibi ubicumque illæ exhibitæ vel ostensæ pro tempore forent, de rebellione demeritis & culpis, ac confiscatione, processu, Instrumentis, scriptis, & libris prædictis omnibus & singulis fidem legitimam facerent, illisque staretur, & fides plenaria adhiberetur, necnon stari & adhiberi debere perinde in omnibus & per omnia, ac si tunc singula originalia Instrumenta, litteræ, libri, processus & scripta tunc producerentur, seu producta forent. Deinde dicto Prædecessore, sicut Domino placuit, sublato de medio, Nos, Divina favente clementia, ad apicem summi Apostolatus assumpti, litteras prædictas, juxta omnimodam earum continentiam atque formam auctoritate, scientia, & plenitudine similibus per alias nostras litteras confirmavimus pariter & approbavimus(a). Postmodum vero, sicut accepimus, dictus Antonius, qui concessionis donationis traditionis & assignationis prædictarum vigore, inter alia præfatum Castrum sancti Petri cum ejus tenimento, necnon omnibus juribus & actionibus realibus & personalibus, utilibus & directis, tacitis & expressis, Civilibus & Prætoriis, hypothecariis, pignoratitiis, sive mixtis, & officio Judicis, quæ, quas, & quod habebat & sibi competebant, ac habere & competere poterant quomodolibet in futurum, de & super dicto Castro sancti Petri, & ejus Tenimento, Turri, Rocca, Castellania, fortalitio, Terris cultis & incultis, montibus, vallibus, collibus, silvis, nemoribus, gryptis, stirpis, stirpariis, aquis aquarumque decursibus, fontibus, pratis, pratarinis, & aliis locis, juribus, jurisdictionibus, usibus, & utilitatibus suis, ad Castrum sancti Petri, & tenimentum hujusmodi quomodolibet spectantibus & pertinentibus tam de consuetudine quam de jure, ad tenendum regendum & possidendum utendum fruendum fructificandum vendendum donandum & alienandum, & de dicto Castro ejusdemque Tenimento cum juribus & pertinentiis

Castrorum concessionem Nicolaus confirmat.

(a) Literas hasce supra retulimus pag. 110.

(a) Hæc

tiis suis faciendum, & disponendum perpetuo, ut de aliis Bonis ad dictam Basilicam pertinentibus facere poterant, pro pretio novem millium Ducatorum auri, dilectis filiis Priori, Canonicis, & Capitulo dictæ Basilicæ vendidit ac venditionis titulo dedit, cessit, transtulit, & mandavit sub certis modis & formis, prout in nostris ac dicti Prædecessoris litteris prædictis, quarum omnium & singularum tenores præsentibus haberi volumus pro insertis, & cujus tenorem inferius de verbo ad verbum inseri fecimus in Instrumento publico super venditione, datione, cessione, translatione & mandato prædictis habito, plenius continetur. Cum autem, sicut etiam accepimus, dicti Prior, Canonici, & Capitulum venditionem, cessionem, dationem, concessionem, translationem, & mandata prædicta, pro eo quod in illis mentio facta non extitit, quod dictum Castrum sancti Petri ipsi Antonio pro eo ac filiis & descendentibus suis legitimis & naturalibus usque in tertiam generationem sub annuo Censu duarum librarum Ceræ, eidem Cameræ annis singulis persolvendo, dumtaxat concessum, donatum, traditum, & assignatum per dictum Prædecessorem fuerat, ac dictus Antonius dictum Castrum sancti Petri, ut proprium & ad eum pleno jure pertinens, eisdem Priori, Canonicis, & Capitulo vendidit, & ex eo quod directum dominium ac jus proprietatis, quod non ad Antonium, sed ad Cameram prædictam pertinebat, venditionis, cessionis, concessionis hujusmodi vigore in ipsos Priorem, Canonicos, & Capitulum transferri non potuit, necnon ex aliis certis causis non præstiti consensus proprietarii seu superioris auctoritatis, viribus non subsistere, seu plenum juris effectum sortitam fuisse, seque super dicto Castro sancti Petri & aliis præmissis, saltem quoad directum dominium hujusmodi, per dictam Cameram, seu quemvis alium molestari posse dubitent tempore procedente; Nos, qui tam de rebellione & demeritis Colæ, quam confiscatione, necnon concessione, donatione, traditione, & assignatione per Prædecessorem, ac venditione, datione, cessione, concessione, translatione, & mandato per Antonium Priori, Canonicis, & Capitulo factis prædictis, sumus plenissime informati, ne de ipsorum confiscationis, venditionis, dationis, cessionis, concessionis, translationis, mandati, ac aliorum omnium & singulorum juribus a quoquam in posterum hæsitetur, ac alias super præmissis Prioris, Canonicorum, & Capituli, necnon Basilicæ prædictorum indemnitatibus oportune providere volentes, motu proprio, non ad ipsorum Prioris, Canonicorum, & Capituli, vel alicujus pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra providentia, ac certa scientia confiscationem & processum seu processus desuper habitos, venditionem, dationem, cessionem, concessionem, translationem, & mandatum, ac omnia alia & singula illa concernentia, in dicto Instrumento contenta, & quæcunque inde secuta, etiam in quantum directum dominium hujusmodi concernunt, approbamus & confirmamus, ac præsentis Scripti patrocinio communimus; supplentes omnes & singulos tam juris & facti, quam etiam substantiales defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nihilominus motu, scientia, & auctoritate prædictis, ac de plenitudine potestatis, ex certis justis ac rationabilibus Nobis notis causis dictum Castrum sancti Petri cum omnibus juribus, actionibus, Tenimentis, Turri, Roccha, Castellania, Fortalitio, Terris cultis & incultis, montibus, vallibus, collibus, sylvis, nemoribus, stirpis, stirpariis, aquis, aquarum decursibus, fontibus, pratis, pratarinis, & aliis juribus, jurisdictionibus, usibus, utilitatibus prædictis, ac directum ipsius dominium, jus proprietatis plenæ & liberæ, ac omne jus aliud in illo, vel illis, seu ad ea, ad præfatam Cameram quomodolibet pertinentia, Basilicæ, ac Priori, Canonicis, & Capitulo præfatis donamus, concedimus, & appropriamus, ita quod dictum Castrum sancti Petri cum Tenimento, Turri, Roccha, Castellania, Fortalitio, Terris, montibus, vallibus, collibus, sylvis, nemoribus, stirpis, stirpariis, aquis, aquarum decursibus, fontibus, pratis, pratarinis, juribus, jurisdictionibus, usibus & utilitatibus, ac jure, ipsiusque directum dominium & jus proprietatis, & omne aliud prædicta, ad Basilicam, Priorem, Canonicos, & Capitulum præfatos in perpetuum pleno jure spectet & pertineat; ac ipsi Prior, Canonici, & Capitulum de illis, prout de aliis Bonis ad ipsos & dictam Basilicam pleno jure spectantibus disponere & ordinare possunt, disponere, & ordinare libere, & licite possint, & valeant. Præterea, ut omnis, per quam effectus præsentium impediri seu retardari quomodolibet possit, tollatur materia, effectum hujusmodi pro eo, quod dicta confiscatio nullatenus, aut indebite facta, seu quod Castrum sancti Petri hujusmodi ad dictum Colam non spectaret(*a*), vel in eo ipsius Colæ consanguineus, conjunctus, aut

[left margin, partly cut off:] ...ri S.Pe... ...ditio fa... ...silicæ.

[left margin, partly cut off:] ...ditionis ...us clau...

Pontificis Decreto contractus, quovis sublato defectu, confirmatur.

Quævis controversiarum materia e medio tollitur.

(*b*) Hæc verba, & alia quæ in Diplomate subjiciuntur, Castri venditionem ab omni quæ futuro quovis tempore excitari posset controversia, prorsus eximunt. Provida Pontificis solicitudo contradictoribus ora obstruxit, ac omnem litibus præ-

aut Affinis ex ipsius Colæ, vel suorum Prædecessorum facto, vel alias jus Successionis quovis modo, seu causa delatæ obligationis, hypothecæ, seu pignoris ex quacunque causa a jure, vel ab homine initi vel contracti, prætenderet, sicque illud per hujusmodi confiscationem ad prædictam Cameram non pervenerit, seu ad ipsam non pertinuerit, vel quod adversus confiscationem & processus hujusmodi dictus Cola, seu ipsius filii vel hæredes per Nos aut Prædecessorem nostrum, vel quavis alia auctoritate, ad Bona, seu jura prædicta in specie, vel in genere, gratia, seu justitia restituti fuerint, ac quod præsentes nostræ litteræ a nobis, tanquam male informatis, aut alias præter mentem nostram emanaverint, seu prætextu subreptionis, obreptionis, &. nullitatis, vel cujusvis alterius exceptionis proponendæ, aut cujuscunque alterius quæsiti coloris, seu causæ, quibus juribus, restitutioni, ac aliis omnibus, ex certa nostra scientia derogamus, per dictum Colam illiusve hæredes, aut quoscumque alios impediri, seu retardari quomodolibet possit, ac dicti Prior, Canonici, & Capitulum super Castro sancti Petri, & aliis præmissis, vel aliquo eorum in judicio seu extra impediri, vexari, seu molestari nullatenus possint, seu valeant, motu, scientia, & auctoritate prædictis decernimus per præsentes. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis & consuetudinibus, etiam municipalibus dictæ Urbis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque =. Tenor vero dicti Instrumenti sequitur, & est talis =. In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi Millesimo quadringentesimo quadragesimooctavo, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Nicolai Divina Providentia Papæ V. a. II. Indictione XI., mensis Junii die Dominico XI. In præsentia providi Viri Antonii Jacobi Clerici Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & mei Laurentii Domini Pauli publicorum Notariorum, & Testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum, congregatis, & adunatis insimul, & ad invicem venerabilibus Viris Priore, Canonicis, & Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe in Sacrestia minori ejusdem Basilicæ, ubi Capitulum facere consueverunt, hodie die Capitulari consueto ad sonum Campanellæ more solito, ubi interfuerunt venerabiles Viri Dominus Antonius de Fatatis Canonicus dictæ Basilicæ, ac in eadem Vicarius pro Sanctissimo Domino nostro Nicolao Papa V. in spiritualibus, & temporalibus (*a*), ac Reverendus Pater & Dominus Georgius de Cæsarinis Canonicus dictæ Basilicæ, Prothonotarius Sedis Apostolicæ, & in eadem Basilica Vicarius Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini P. S. Mariæ Novæ Diaconi Cardinalis Archipresbyteratum dictæ Basilicæ optinentis (*b*), Dominus Petrus Pucciarelli Prior Canonicorum dictæ Basilicæ, Dominus Angelottus de Novellis, Dominus Cornelius de Plancha, Dominus Dominicus de Philipputiis, Dominus Joannes Cæsaris, Dominus Ludovicus Antonii, Dominus Franciscus de Amatricio, Dominus Andreas de Civitate Castelli, Dominus Antonius Masotti, Dominus Maphæus de Vegiis (*c*), Dominus Petrus de Nigris, Dominus Laurentius Prothonotarius de Minutelis, Dominus Petrus de Porcariis, Dominus B. Panis, Dominus Oddo de Marcellinis, Dominus Leonardus de Ricciis, Dominus Laurentius Lelli, Dominus Conrardus de Marcellinis, Dominus Nicolaus de Leys, Dominus Antonius de Marganis, Dominus Petrus de Valle, Dominus Joannes Paulus de Palumbaria. Qui sunt, & sese esse dixerunt majorem partem, & ultra duas tertias partes Canonicorum & Capituli ejusdem Basilicæ, pro infrascriptis emptione, & contractu emptionis faciendo; strenuus Vir Dominus Antonius de Rido de Padua, olim & dudum Castellanus Castri sancti Angeli de Urbe, sponte vendidit, & venditionis titulo dedit, cessit, & concessit, transtulit, & mandavit Reverendis Patribus, ac venerabilibus Viris Priori, Canonicis, & Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe præfatis, insimul congregatis ut supra, dicto die Capitulari consueto,

Instrumenti tenor assuitur.

Canonicoru nomina ac n... merus.

---

præclusit aditum. Posset fortasse contra venditionem a Nicolao de Rido initam quidpiam objici: posset favore Nicolai de Sabellis ejusque familiæ quidpiam opponi; posset insuper & illud excogitari, quod in Sabelliorum Dominium hoc ipsum Castrum per summam injuriam pervenerit. Verum hæc frustra jactantur, ut in Castri possessionem, quam Vaticanæ Basilicæ Capitulum justo emptionis titulo sibi quæsivit, jurgia moveantur. Ea quippe Pontificis mens est, ut venditionis Contractum plane vendicet; Nicolao de Sabellis ejusque familiæ jus omne adimat, si quod possent obtendere; ceteris, qui contra Sabellios iniquam possessionem obtrudant, silentium imponat. Quocirca jamdiu causa finita est, nec ullus Contradictoribus, si qui unquam insurgerent, effugium superest.

(*a*) De quo supra egimus *pag.* III. *not. b.* Illud hîc addimus, Virum hunc egregium, qui pridem in Basilica Vaticana Vicarii Apostolici munere fungebatur, inter Basilicæ ejusdem Canonicos fuisse cooptatum, ac dignitatem utramque Vicarii & Canonici una sociasse.

(*b*) Petrum Barbum intellige, qui Juliano Cæsarini in Archipresbyteratu successit. Hinc patet, geminos uno eodemque tempore Basilicæ S. Petri præfuisse Vicarios, unum a Pontifice, alium ab Archipresbytero designatum.

(*c*) Hîc Libros quatuor de rebus memorabilibus Basilicæ Vaticanæ elucubravit; opus sane accuratum, sed nondum prælo subjectum. Extat Codex MSS. in Archivo Basilicæ.

(*a*) Vicus

ſueto, more ſolito, præſent. recipient. & legitime ſtipulant. nobis etiam Not. infraſcript. ut publicis perſonis præſent. recipient. & legitime ſtipulant. pro dicta Baſilica, vice, & nomine omnium & ſingulor. quorum intereſt, vel in futurum poterit quomodol. intereſſe; id eſt Caſtrum, & Tenimentum ſancti Petri in Formis, & omnia jura & actiones, reales & perſonales, utiles & directas, tacitas & expreſſas, civiles & prætorias, hypothecarias & pignoratitias, ſive mixtas, & officium Judicis, quæ, quas, & quod d. D. Antonius habet, & ſibi competunt, habere, & competere ſibi poſſent quomodol. in futurum in, de, & ſuper d. Caſtro & ejus Tenimento, Turri, Roccha, Caſtellario, Fortalitio, Terris cultis & incultis, montibus, vallibus, collibus, ſylvis, nemoribus, ſtirpis, ſtirpariis, aquis, aquarumque decurſibus, fontibus, pratis, pratarinis, & aliis locis, juribus, juriſdictionibus, uſibus, & utilitat. ſuis, ad d. Caſtrum, & ejus Tenimentum quomodol. ſpectantibus, & pertinentibus, tàm de conſuetudine, quàm de jure; quod quidem Caſtrum cum ejus Tenimentis ſitum eſt in partibus Maritimæ de Urbe inter hos fines: Cui Caſtro, & ejus Tenimento ab uno latere tenet & eſt Tenimentum Caſtri Aſturi (*a*); ab alio Tenimentum Civitatis Velletri; ab alio Tenimentum Caſtri Neptuni; ab alio Tenimentum Conchæ; ab alio Tenimentum Civitatis Laviniæ; ab alio Tenimentum Ardeæ (*b*), & Caſalis, quod dicitur Velpoſe; ab alio Tenimentum Caſalis, quod dicitur Lazaria; ab alio Tenimentum Caſalis, quod dicitur Fuſignano; ab alio Tenimentum delle Caſtella de ſancto Janni, vel ſi qui alii ſunt, vel eſſe poſſunt ad dictum Caſtrum, & ejus Tenimentum plures, aut veriores confines antiqui, vel moderni, & nomina, ac vocabula veriora; ad habendum, tenendum, poſſidendum, utendum, fruendum, fructificandum, vendendum, donandum, & alienandum, & de dicto Caſtro & ejus Tenimento cum juribus, & pertinentiis ſuis faciendum & diſponendum perpetuo, prout de aliis Bonis dictæ Baſilicæ facere poſſunt, & eis de jure permittitur; nullo jure, nullaque actione ſibi Domino Antonio quomodolibet de cetero reſervatis. Ponens dictus Dominus Antonius dictos Canonicos, & eorum quemlibet pro dicta Baſilica recipientes, & totum Capitulum ipſius Baſilicæ in, de, & ſuper dictis juribus & actionibus in locum, jus, & privilegium ipſius Domini Antonii venditoris, ac conſtituens eoſdem ſuper illis Procuratores ut in rem propriam; ita quod dictis juribus & actionibus ex nunc in antea proprio nomine dictæ Baſilicæ agant, petant, exigant, excipiant, recipiant, & defendant, eiſque utantur, fruantur, & experiantur in judicio & extra judicium, tanquam utilibus & directis actionibus; & per nobiles, & egregios Viros Dominum Lelium de Valle Legum Doctorem, Baptiſtam Laurentii Martini, Petrum de Marganis, & Jacobum de Matthæis Cives Romanos, & quemlibet eorum, quos & quorum quemlibet dictus D. Antonius venditor ſuos Procuratores conſtituit ad inveſtiendos dictos Canonicos, Capitulum, & Baſilicam de dicto Caſtro, & ejus Tenimento cum juribus & pertinentiis ſuis ut ſupra venditis, eoſdem Canonicos, & Capitulum, & alium quemcunque pro dicta Baſilica recipientem, voluit inveſtiri, & in corporalem, vacuam, & expeditam poſſeſſionem immitti & induci; & donec inveſtiti fuerint, dictumque Capitulum, aut aliquis pro dicta Baſilica, dicti Caſtri & Tenimenti cum juribus & pertinentiis ſuis poſſeſſionem acceperit corporalem, ſe nomine dicti Capituli & Baſilicæ tenere, & poſſidere conſtituit; quam nihilominus poſſeſſionem propria auctoritate intrandi, apprehendendi, tenendi, & deinceps retinendi, eiſdem, & cuilibet eorum plenam licentiam, liberamque facultatem dedit atque conceſſit, abſque alicujus Curiæ vel Judicis auctoritate, licentia, vel mandato. Hanc autem venditionem, & omnia & ſingula quæ dicta ſunt, & infra dicentur, fecit dictus Dominus Antonius dictis Priori, Canonicis, & Capitulo, & nobis Notariis infraſcriptis, ut publicis Perſonis, præſentibus, recipientibus, & legitime ſtipulantibus ut ſupra, pro pretio, & nomine pretii novem millium ducator. auri (*c*), convento inter dictum venditorem, & emptores, de quibus nunc dictus Dominus Antonius in contanti & pecunia numerata habuit & recepit a dictis Canonicis, & Capitulo pro dicta Baſilica ſolventibus, pacantibus, & numerantibus ducatos auri quingentos quinquaginta pro parte pretii prædicti; id eſt quingentos quinquaginta, qui fuerunt, & ſunt redacti ex pretio cujuſdam Domus dictæ Baſilicæ, ſitæ in via Papæ, nuper venditæ per dictos Canonicos, & Capitulum venera-

Iri conſi-

nimoda … aliena-

Caſtri pretium in venditione ſtatutum.

Pars pretii perſolvitur.

(*a*) Vicus eſt cum Fluvio parvo cognomine, olim ſub Volſcis, nunc ſub ditione Pontificia. Ita *Baudrand*.

(*b*) Fuit quondam Urbs celeberrima, de qua Virgilius *Æneid. lib.* 7. & Ovid. *Metam. lib.* 14. Nunc in ruinis jacet; atque ex celeberrima Civitate, nonniſi Caſtrum hodie ſupereſt, Cæſarinæ familiæ ditioni ſubjectum.

(*c*) Exiguum ſane pretium, ſi fructibus, qui hac ætate inde obveniunt, conferatur. A diſſimili terræ cultura diſcrimen repetendum. Hocce latifundium longe lateque protenſum, aquis obrutum, & ſilva ac ſentibus contectum jacebat. Hinc nec multo dignum pretio, nec ditiori fructu ſatis commendatum. Multo labore atque impenſis, ſterile effœtumque ſolum, aquis alio corrigatis, ac inutili ſilva radicitus evulſa, novam induit faciem, & novos atque uberiores tulit fructus. Nil mirum igitur, ſi, provida Capituli Vaticani accedente cura, & majus pretium, & largior proventus fundo acceſſerit.

venerabili & eximio viro Domino Verardo de Narnia Auditori Causarum Curiæ Sacri Palatii Apostolici, quos quingentos quinquaginta ducatos dictus Dominus Verardus in præsentia etiam nostrum Notariorum, in eodem Capitulo ad hæc specialiter congregatorum, eodem die, & loco solvit, & numeravit manualiter præfato Capitulo, & in ipsius præsentia Camerario dictæ Basilicæ recipienti, pro pretio & nomine pretii dictæ Domus eidem Domino Verardo a dicto Capitulo venditæ, prout de venditione, & solutione manu nostrum Notariorũ infrascriptorum patet. Post quam quidem receptionem idem Dominus Antonius de dicta summa quingentorum quinquaginta ducatorum se bene quietum, contentum, & pacatum vocavit, & renunciavit exceptioni non habitorum, non receptorum, non pacatorum, & sibi non assignatorum dictorum quingentorum quinquaginta ducatorum partis pretii prædicti. Pro mille autem ducatis, & parte pretii prædicti, dicti Canonici, & Capitulum ut supra congregati ex nunc dederunt, cesserunt & concesserunt in solutum & pagamentum dicto Dño. Antonio præsenti, & legitime stipulanti, nomina Jacobi Matthæi, & Petri de Marganis, videlicet herbas, & Pascua yemalia dicti Castri, & sui Tenimenti, quæ vendita sunt pro dictis mille ducatis, inchoando de mense Septembris proxime futuro præsentis anni in festo Sancti Angeli, & finiendo in festo Sancti Angeli de mense Maji futuri anni millessimi quadringentesimi quadragesimi noni, ac solven. more Romano. Quos mille ducatos dictus Dominus Antonius exigere possit proprio suo jure, de quibus mille ducatis dictus Dominus Antonius per præsentem cessionem jurium se bene quietum, contentum, pacatum vocavit, & renunciavit ex certa scientia omnibus exceptionibus, & defensionibus, quibus contra prædicta quomodolibet facere, vel venire possit. Reliquos vero usque in summam dictorum novem millium ducatorum auri, dicti Prior, Canonici, & Capitulum solvere, & pacare promiserunt dicto Domino Antonio, vel ejus legitimo Procuratori pro eo recipienti in modum & in terminis infrascriptis, videlicet quatuor millia, computatis dictis quingentis quinquaginta ducatis solutis ut supra, hinc per totum mensem Octobris proxime futurum, & alios quatuor millia a Kalendis Julii proxime futuri usque ad decem & octo menses ex tunc proxime futuros, & deinde ad omnem solam, & simplicem requisitionem, petitionem, & voluntatem dicti Domini Antonii, suorumque hæredum & successorum, cum refectione damnorum omnium, expensarum, & interesse a dictis terminis in antea quomodolibet patien. & incurren. occasione prædict. Et promisit dictus Dominus Antonius dictis Dominis Canonicis, & Capitulo, & nobis Notariis, ut publicis Personis, præsentibus, recipientibus, & legitime stipulantibus ut supra, ad præsentem venditionem facere consentire Sanctissimum Dominum nostrum Papam pro Sancta Romana Ecclesia, a qua idem Antonius dictum Castrum habuit. Item promisit, quod dictum Castrum & ejus Tenimentum, & jura prædicta, per eum non sunt vendita, data, obligata, donata, pignorata, distracta, seu quomodolibet alienata alicui Personæ, Universitati, Conventui, sive Loco in totum, vel in partem, & de illis per eum, alium, vel alios ipsius nomine, & pro eo Contractus, vel distractus aliquis factus non est, nec factus apparet, vel apparebit in præjudicium dictorum Emptorum, & dictæ Basilicæ; quod si contrarium aliquo tempore appareret, voluit teneri ad refectionem damnorum omnium, expensarum, & interesse quomodolibet patiendorum & incurrendorum occasione prædict.; pro quibus damnis, expensis, & interesse stare, & credere voluit soli & simplici Sacramento damni passi, vel interesse incursi; quod Sacramentum ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, pro plena & sufficienti probatione haberi voluerunt, ceterisque aliis probationibus renunciaverunt expresse. Pro quibus omnibus & singulis observandis, dictæ Partes obligaverunt ad invicem omnia eorum Bona &c. & voluerunt dictæ Partes pro observandis prædictis posse cogi, compelli, constringi, & conveniri omni tempore; & in omni Curia Ecclesiastica quantum ad dictos Canonicos, & Ecclesiastica vel seculari quantum ad dictum Dominum Antonium, & coram quovis Judice, vel Auditore, Rectore, Vicario, Ordinario, delegato, vel subdelegato, diebus feriatis, & non feriatis, quibus feriis, & feriatis diebus renunciaverunt, & refutaverunt expresse, & ex certa scientia; renunciaverunt etiam privilegio fori, beneficio cessionis Bonorum, & illi legi, qua cavetur, quod si debitor non habuerit aurum vel argentum, vel aliquid mobile, unde suo possit satisfacere Creditori, quod possit offerre de stabilibus; & generaliter omnibus aliis exceptionibus, & defensionibus Juris & facti, legibus, statutis, & consuetudinibus factis, & fiendis, quibus contra prædicta omnia & singula, vel aliquod prædictorum quomodolibet contrafacere, dicere, vel venire, & sese juvare, defendere, vel tueri possent, renunciaverunt expresse, & ex certa scientia. Et juraverunt dicti Canonici, & Capitulum in eorum animas, ponendo singulariter singuli manus ad pectus; dictus vero Dominus Antonius ad Sancta Dei Euangelia in manibus nostrum Notariorum, manutactis corporaliter scriptis, prædicta omnia, & singula perpetuo firma servare, & in nullo contrafacere, dicere, vel venire

Pretii solutio Antonio de Rido facta.

Aliæ Contractui conditiones appositæ.

Apostolicum beneplacitum a venditore impetrandum.

Emptorum indemnitati prospicitur.

Pactiones partibus init[...]

venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, ſive cauſa, vel quovis quæſito colore. Quæ quidem omnia & ſingula perpetuo firma ſervare promiſerunt nobis Notariis infraſcriptis, ut publicis Perſonis, præſentibus, recipientibus, & legitime ſtipulantibus in omnibus, & ſingulis capitulis hujus Contractus vice, & nomine omnium, quorum intereſt, vel in futurum poterit quomodolibet intereſſe; & in nullo contrafacere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, ſive cauſa, ſub ablatione Bonorum prædict., & vinculo dicti per eos præſtiti juramenti. Actum Romæ in Civitate Leonina in Sacriſtia minori, & Capitulari loco conſueto dictæ Baſilicæ, præſentibus, audientibus, & intelligentibus hiis Teſtibus, videlicet Egregio Viro Domino Petro de Noceto Scriptore litterarum Apoſtolicarum, & Secretario Domini noſtri Papæ, Domino Jacobo de Monte Bretono, eximio utriuſque Juris Doctore, & Auditore Cauſarum Curiæ Sacri Palatii Apoſtolici, Domino Berardo de Narnia, ac providis viris Baptiſta Urbetani Beneficiato, & Nicolao de Setia Clerico dictæ Baſilicæ, ad prædicta vocatis, habitis, & rogatis. Et Ego Laurentius Domini Pauli Civis Romanus, publicus Dei gratiâ Imperiali auctoritate Notarius, quia prædictis omnibus & ſingulis, dum, ut præmittitur, agerentur & fierent, interfui, & præſens fui, eaque fieri vidi, & audivi; Ideo eadem rogatus ſcribere, una cum ſupramemorato Antonio Jacobi meo in hac parte Collega ſcripſi, ſubſcripſi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignumque meum appoſui conſuetum, in fidem & teſtimonium præmiſſorum. Et Ego Antonius Jacobi Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Clericus, publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, quia prædictæ venditioni & emptioni, omnibuſque aliis, & ſingulis prædictis, dum ſic ut præmittitur, fierent, & agerentur, interfui, & præſens fui, eaque fieri vidi, & audivi; ideo eam rogatus ſcribere una cum præmemorato Laurentio Domini Pauli meo in hac parte Collega ſcripſi, & ſubſcripſi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignumque meum, quo Apoſtolica auctoritate utor, appoſui conſuetum, rogatus & requiſitus, in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum.

Pontificis confirmatio.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, donationis, conceſſionis, appropriationis, derogationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimooctavo, quarto Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Nihil de Baſilicæ Vaticanæ juribus imminutum fuiſſe decernit, eſto in Proceſſione habita die feſto S. Marci vetus conſuetudo ſervata non fuerit.

Ex Apographo in Archiv. Baſil. in Lib. notat. lit. A. pag. 258. tergo, & ſeq.

. CH. 148.

...ialis Baſilicæ Vaticanæ ...ativa.

NIcolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Quanto Baſilica Apoſtolorum Principis Cæleſtis Regni clavigeri alias Urbis & Orbis Eccleſias ſpecialis dignitatis privilegio antecellit, tanto illam a nobis utpote Eccleſiarum Caput, & Matrem, ac Sedem propriam Apoſtolicæ dignitatis (*a*), Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentibus, convenit Apoſtolicæ providentiæ ſtudiis protegi, ac illius, & perſonarum ejuſdem indemnitatibus ſic obviare, eorumque jura tueri debemus, ut, ſublatis ab eis ſiniſtris quibuſlibet, perſonæ ipſæ quietius valeant Altiſſimo famulari. Dudum ſiquidem felicis recordationis Alexander Papa IV. Prædeceſſor noſter ſuper quæſtionis materia tunc inter dilectos filios Archipresbyterum, & Capitulum dictæ Baſilicæ ex una, & Rectores Roman. Fraternitatis & Clerum dictæ Urbis ex alia partibus, ſuper Crucibus, inſigniis, & vexillis portandis ad ipſam Baſilicam in Proceſſione quæ in feſto ſancti Marci fieri conſueverat, & denariis, qui Eccleſiis, Monaſteriis, & Cappellis ipſorum pro ſalario, quod Presbyterium vulgariter dicitur, exhibentur, ſubortaque potius providentiæ conſilio, quam judicio dirimenda fore videbatur, per

Vetus occaſione Proceſſionis, diſcordiis.

(*a*) Præclara quidem hæc ſunt ac præcipua argumenta, quibus maxima Baſilicæ Vaticanæ dignitas extollitur. Si Gregorii XI. ſententiam a nobis ſupra prolatam *pag.* 20. huc revoces, vix ac ne vix quidem cum hocce Nicolai Diplomate componi poterit. Quid igitur circa diſſimilem, qua Pontifices utuntur, loquendi rationem reponimus? Quoniam hac in re caute incedendum, nodum aliis ſolvendum relinquimus.

per quasdam sanxit, & decrevit, ut Canonici tam Seculares quam Regulares, & Monachi omnium Patriarchalium cum Crucibus, & aliis insigniis consuetis; Presbiterorum vero, & Diaconorum Cardinalium, & Monasteriorum cum Crucibus propriis, & vexillis; Archipresbyteralium vero Ecclesiarum, Prioratuum, Cappellarum exemptarum, & omnium aliarum quæ duodecim denarios, vel plures pro salario hujusmodi recipiebant, cum propriis omnino Crucibus, argenteis, aureis, vel aliis quas haberent, & cum Vexillis si haberent, & portare consueverant; Clerici quoque aliarum Cappellarum quarum singulæ tantum octo denarios pro eodem salario recipiebant, vel cum propriis Crucibus, & Vexillis, vel cum alienis etiam, sicut fuerat hactenus consuetum, induti vestimentis sericeis, aut Superpelliceis sive Cottis, in eodem festo venirent processionaliter annuatim ad Basilicam supradictam recepturi salarium, vel Presbyterium consuetum, quod idem Prædecessor eis per Archipresbyterum, & Capitulum præfatos, & unum de familiaribus suis voluit exhiberi. Alii autem Monachi Fratres Minores, Prædicatores, & Heremitæ, ac Religiosi alii cujuscumque Ordinis, cum Crucibus in eodem festo processionaliter venirent ad Basilicam memoratam. Et insuper dictus Prædecessor per alias literas suas (*a*) contra quoslibet transgressores Constitutionis ejusdem duxit decernendum, quod quisquis fraude seu malitia venire, aut facere contra ipsius Constitutionis tenorem, aut ipsam violare quovis modo auderet, sententiam excommunicationis incurreret ipso facto, a nemine nisi per Romanum Pontificem, vel ab eo, cui super hoc vices suas committeret, relaxandam, prout in dictis litteris plenius continetur, observari debere. Cum autem nuper in Processione, quæ in hujusmodi festivitate sancti Marci proxime elapsa celebrata extitit, nobis in ea personaliter interessentibus, mos, & ordo consueti in congregatione Cleri, & aliis præmissis observari non potuerint (*b*), ac propterea ne ex hoc forsan Sanctioni, & Constitutioni ac litteris Prædecessoris hujusmodi in aliqua eorum parte derogatum fore videatur; Nos super hiis statui & indemnitati dictorum Archipresbyteri & Capituli opportune providere volentes, motu proprio auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus & declaramus, propter non observationem solitorum moris & ordinis in Processione hujusmodi, & alia præmissa, nullum eisdem Archipresbytero, & Capitulo præjudicium illatum fuisse, neque inferri posse. Sed nihilominus litteras prædictas, ac omnia & singula in eis contenta perpetuo inviolabiliter observari debere. Præterea ad hujusmodi Constitutionis robur, provisionis nostræ remedium adhibere cupientes, Archipresbytero & Capitulo præfatis, ut omnes, & singulas personas dicti Cleri, quas hujusmodi excommunicationis sententiam pro tempore incurrisse constiterit, tamdiu in locis in quibus expedire viderint, diebus Dominicis & Festivis excommunicatas etiam nominatim publice nunciari faciant, donec ab ipso Pontifice absolutionis beneficium obtinere meruerint, plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum prædictarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, Statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Constitutionis, declarationis, voluntatis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Alexandri Decretum ad jurgia tollenda.

Additis in refractarios pœnis.

Sub Nicolao Pontifice alius in Processione mos obtinet.

Nihil tam Basilicæ juribus decedit.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimooctavo, octavo Kalend. Aprilis (*c*) Pontificatus nostri Anno secundo.

Vendi-

(*a*) Utramque Alexandri IV. Sanctionem exhibet noster Tomus I. Collectionis Bullarum *pag.* 138. & 140., quem indicasse sat erit.

(*b*) Cur Processio hoc anno instituta, a consueto ritu deflexerit, pluribus explicat clarissimus Canonicus Morettus in suo Opere *de Presbyterio part.* 2. *Sect. V.* Potissima dissimilitudinis causa ab ipsomet Pontifice, qui sacris hisce precibus interfuit, videtur repetenda. Non enim, ut moris erat, ab Ecclesia S. Marci, ad Basilicam S. Petri; sed e converso a Vaticano Templo ad S. Marcum Cleri ac Fidelium Cœtus accessit. Hinc a Vaticano Capitulo, cui in Ecclesia S. Marci jus nullum est, Presbyterium hoc anno distribuere non licuit. Præterea, nova quædam in hujusce Processionis celebratione accessit caussa; multæ nimirum, quibus Ecclesia, & Christianus Populus premebantur, calamitates. Enimvero bello agitabatur Italia; Turcæ contra Orientis Imperium excidium parabant; neque Basileensium animus satis fuerat attritus.

(*c*) Communis Scriptorum consensio est, Processionem de qua Nicolaus in hisce literis loquitur, die festo S. Marci anno 1448. fuisse peractam. Verum hac in re negocium facessit ipsa temporis data, quam hæc Constitutio præfefert. Ea incidit in diem 25. Martii 1448., proindeque Supplicationem indigitat superiori anno institutam: quoniam, quo tempore Diploma obsignatur, nondum festus S. Marci dies advenerat. Quocirca in Mensis designatione errorem fateamur necesse est. Assentitur eruditus Morettus in Opere & loco quem supra indicavimus, putatque legendum VIII. Kalendas Junii. Huic conjecturæ nihil est quod objiciamus. Illud vero pro certo statuendum est, hanc Nicolai Sanctionem mensibus qui Aprilem sequuntur hoc anno fuisse procusam. Non enim in annum 1447, aut 1449. transferri potest; alioquin secundus Pontificatus annus invertitur. Quum certum statumque Mensem designare non liceat, nos, Mense prætermisso, hasce Apostolicas Literas in Julium mensem conjecimus.

(*a*) Vox

Venditionem domus in regione S. Eustachii, quam Capitulum Basilicæ Vaticanæ, alienaverat, ut pretium inde collectum Antonio de Rido persolveret, ratam habet, universumque Instrumenti tenorem inserit, atque Apostolica Auctoritate confirmat.

Ex Regest. 26. epistolar. de Cur. Nicolai V. pag. 298. in Tabular. Apostol. Vatican.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Etsi universis per orbem constitutis Ecclesiis Apostolica nos deceat provisione consulere, Basilicæ tamen Principis Apostolorum de Urbe, quæ nobis strictioribus jure & familiaritate adhæret, ampliori nos convenit sollicitudine providere, & ea quæ pro ipsius Basilicæ, necnon personarum nobis & Apostolicæ Sedi devotarum commodo & utilitate processisse comperimus, ne successu temporis impugnationi subjaceant, Apostolico munimine roborari. Sane pro parte dilectorum filiorum Archipresbyteri, Prioris, & Capituli dictæ Basilicæ, nec non Berardi Franciosi Clerici Narniensis utriusque juris Doctoris nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim dicti Capitulum, postquam ipsi Castrum Sancti Petri in formis in districtu Urbis consistens cum tenimento juribus & pertinetiis suis a Nobili Viro Antonio de Rido illud tunc tenente & possidente, pro certis tunc expressis millibus florenis auri emerant, & pro solutione summæ florenorum hujusmodi facienda, non haberent in pecunia numerata, habitis inter eos desuper matura deliberatione & tractatu, quamdam domum in regione Sancti Eustachii de Urbe, consistente juxta domos heredum Magistri Pauli de Valle ab uno, & Lonium (*a*) quoddam nunc discopertum, ad nobiles Viros Comites de Suana dilectos filios spectans, ab alio circumcirca * ac viam publicam etiam ab alio lateribus consistentem, & ad dictam Basilicam pertinentem, præfato Berardo domum ipsam tunc locationis titulo habitanti, pro summa quingentorum & quinquaginta florenorum auri de Camera vendiderunt, cesserunt, & in eum titulo venditionis transtulerunt, ac pretium hujusmodi, quod illico eisdem Capitulo persolutum, ac per ipsos Capitulum præfato Antonio pro rata sibi occurrente, debita obtentu venditionis Castri per eum venditi antedicti, traditum & persolutum extitit, sicque pretium quod ex venditione domus provenit hujusmodi, in utilitatem Capituli prædictorum versum fuit. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, licet domus ipsa justo pretio vendita fuerit, tamen pro eo quod in alienatione hujusmodi, seu ante eam, debiti & legitimi tractatus, nec non superioris auctoritas & aliæ solemnitates a jure seu statutis dictæ Basilicæ, etiam juramento seu Apostolica confirmatione vallatis requisitæ, non intervenerunt, ab aliquibus hæsitetur an venditio & translatio prædictæ viribus subsistant, pro parte eorumdem Archipresbyteri Prioris Capituli & Berardi Nobis fuit humiliter supplicatum, ut venditioni cessioni & translationi domus, ac pretii illius solutioni, & versioni in partem solutionis Castri prædicti, necnon omnibus & singulis in instrumento publico superinde confecto, cujus tenorem inferius de verbo ad verbum inseri fecimus, contentis, ac inde secutis, pro eorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adjicere, ac alias super hiis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui de præmissis omnibus & singulis sumus plenissime informati, venditionem, cessionem, & translationem domus, ac illius solutionem & versionem, nec non alia omnia & singula inde secuta prædicta rata habentes & grata, ea auctoritate Apostolica ex certa scientia tenore præsentium approbamus & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui ex non interventione solemnitatum hujusmodi, seu alias quomodocumque intervenerint in eisdem. Nec non scientia & auctoritate similibus statuimus pariter & decernimus, dictum Berardum seu illius heredes & successores, ad probandum venditionem, cessionem, & translationem prædictas, in utilitatem dictæ Basilicæ fuisse factas, & pretium quod ex illa provenit, in ipsius Basilicæ utilitatem versum fuisse, nullatenus teneri; quodque Instrumento sic inserto hujusmodi eadem prorsus fides adhibeatur quandocumque & ubicumque in judicio & extra vel alibi ubicumque præsentes litteræ fuerint exhibitæ vel ostensæ, plena fides adhibeatur, & dicto tenori stetur firmiter in omnibus, sicuti ipsi originali staretur, si foret exhibitum vel ostensum. Non obstan. felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris nostri, quibus sub certis tunc expressis censuris & pœnis res & bona Eccle-

Capituli ad Pontificem preces.

Pontifex venditionem confirmat.

(*a*) Vox hæc in ipso Autographo difficile legitur, & difficilius explicatur, nisi *Logium* intelligas, de quo Cangius.

(*a*) Uno

Ecclesiarum Urbis seu prædictæ Basilicæ alienari prohibentur, & quibusvis aliis constitutionibus & ordinationibus, nec non indultis & privilegiis Apostolicis, Basilicæ quoque, & de Gabellis non solutis Urbis prædictarum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, quibus omnibus & singulis, illorum tenores de verbo ad verbum præsentibus pro expressis habentes, eis alias in suo robore permansuris, quoad præmissa expresse derogare volumus, & derogamus per præsentes, ceterisque contrariis quibuscumque. Tenor vero dicti Instrumenti sequitur & est talis. In nomine Dñi. amen. An. a Nativitate Dñi. nostri Jesu Christi Millesimo quadringentesimo quadragesimooctavo, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Dñi. nostri Domini Nicolai Divina Providentia Papæ Quinti Indictione Undecima, mensis Junii die Dominico undecima, (a) in præsentia discreti viri Jacobi Antonii Clerici Basilicæ Principis Apostolor. de Urbe, & mei Laurentii Domini Pauli Civis Romani publicorum Notariorum & testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum, congregatis & coadunatis insimul & ad invicem venerabilibus viris Priore Canonicis & Capitulo Sacrosanctæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe in Sacristia minori & capitulari loco consueto dictæ Basilicæ hodie dicto die Capitulari consueto, ad sonum Campanellæ more solito, pro infrascripta venditione fienda, ubi interfuerunt Reverendi Patres & venerabiles viri Dominus Antonius de Fatatis Canonicus dictæ Basilicæ, & in eadem Vicarius pro Sanctissimo Domino nostro Nicolao Papa Quinto in spiritualibus & temporalibus, ac Reverendus in Christo Pater & Dominus Dominus Georgius de Cæsarinis Canonicus dictæ Basilicæ Prothonotarius Sedis Apostolicæ, & in eadem Basilica Vicarius Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Petri Sanctæ Mariæ novæ Diaconi Cardinalis Archipresbyteratum dictæ Basilicæ obtinentis, Dominus Petrus Bucciarelli Prior Canonicorum dictæ Basilicæ, Dominus Angelottus de Novellis, Dominus Cornelius de Planca, Dominus Dominicus de Philippuciis, Dominus Joannes Cæsaris, Dominus Ludovicus Antonii, Dominus Franciscus de Amatricio, Dominus Antonius de Civitate Castelli, Dominus Antonius Masotti, Dominus Mathæus de Vegiis, Dominus Petrus de Nigris, Dominus Laurentius de Mirinis Prothonotarius, Dominus Petrus de Porcariis, Dominus Baptista Pane, Dominus Odo de Marcellinis, Dominus Leonardus de Riciis, Dominus Laurentius Lelli, Dominus Conradus de Marcellinis, Dominus Nicolaus de Leiis, Dominus Antonius de Marganis, Dominus Petrus de Valle, Dominus Joannes Paulus de Palombaria, qui sunt & se esse dixerunt majorem partem & ultra duas tertias partes Canonicorum & Capituli dictæ Basilicæ, sponte unanimiter & concorditer, eorumque nemine discordante, pro commodo & utilitate dictæ Ecclesiæ, & imminente necessitate reperiendarum & solvendarum pecuniarum pro emptione Castri Sancti Petri in formis de Maritima, cum ejus tenimento juribus & pertinentiis suis universis, cum alias pecunias non habeant nec habere possint de præsenti, nisi ex possessionibus dictæ Ecclesiæ illæ redigantur, decreverunt & deliberaverunt ad infrascriptam venditionem devenire; & propterea congregati & coadunati ut supra, cum consensu præsentia auctoritate verbo & mandato Reverendi in Christo Patris & Domini Domini Antonii de Fatatis suprascripti in eadem Basilica Vicarii per Sanctissimum Dominum nostrum Papam deputati, ac cum consensu præsentia auctoritate verbo & mandato Reverendi Patris & Domini Domini Georgii de Cæsarinis Vicarii Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Petri Sanctæ Mariæ novæ Diaconi Cardinalis Archipresbyteratum dictæ Basilicæ obtinentis, consentientium præsentialiter, & eorum & cujuscumque ipsorum consensum & auctoritatem præstantium, sponte & ex certa scientia vendiderunt & venditionis titulo dederunt cesserunt & concesserunt, transtulerunt & mandaverunt eximio utriusque juris Doctori, & Reverendo patri & Domino Domino Berardo de Narnia præsenti, recipienti, & legitime stipulanti pro se & suo proprio nomine, & non alicujus dignitatis vel Beneficii, & pro suis heredibus & successoribus quibuscumque, & cui vel quibus ipse Dominus Berardus suique heredes & successores quicumque vendere, dare, donare, cedere, concedere, & alienare voluerint, jure proprio & in perpetuum, id est quamdam ipsius Basilicæ & Capituli domum terrineam (b) & solaratam & tegulatam cum Sala & Cameris intra se terriis, & claustro cum Melangolis (c) intra se, & Sininis (d) omnibus positis infra confines infrascriptos, & cum omnibus membris suis, cumque omnibus & singulis suis juribus, jurisdictionibus, pertinentiis & adjacentiis universis, ad dictam domum quomodolibet spectantibus & pertinentibus tam de consuetudine,

Contraria e medio tollit.

Instrumenti tenor.

Canonicorum nomina.

Consensus Contractum præstitus.

Domus, ver. iiur, finia.

(a) Uno eodemque die, quo Capitulum Vaticanum Castrum S. Petri emerat, hanc Domum vendidit, ut æs alienum ex Castri emptione contractum immineret. Conferas ad invicem utrumque Instrumentum; resque patet ad oculum.

(b) Vocum ambages jam supra indicavimus *pag*. 38. *not. a.*

(c) Corruptum putamus vocabulum, cujus idcirco nulla proferri potest idonea significatio.

(d) Opera cæmentitia sunt, si Cangio audias.

(a) Hasce

tudine, quam de jure, sitam in regione Sancti Eustachii inter hos fines; cui domui ab uno latere tenet & est domus & res hæredum Magistri Pauli de Valle, ab alio Lonium Dominorum Comitum de Suana circum usque ad Turrim dictæ domus ante hostium anterius ipsius, ab alio est via publica, vel si qui alii sunt vel esse possunt ad dictam domum plures aut veriores confines antiqui vel moderni, & nomina ac vocabula veriora, ad habendum, tenendum, possidendum, utendum, fruendum, fructificandum, vendendum, donandum, & alienandum, pignorandum, obligandum, hypothecandum, & de dicta domo cum juribus & pertinentiis suis faciendum prout cuilibet vero Domino & Patrono de re sua facere licet, & de jure permittitur. Item simili titulo venditionis dederunt, cesserunt, & concesserunt, transtulerunt, & mandaverunt dicto Domino Berardo emptori ut supra præsenti & legitime stipulanti, id est omnia jura omnesque actiones reales & personales, utiles & directas, tacitas & expressas, civiles & prætorias, hypothecarias pignoratitias sive mixtas, & Officium Judicis, quæ, quas, & quod haberent & eis & dictæ Basilicæ competunt, habere & competere eis possent quomodolibet in futurum, de & supra dicta domo ut supra vendita cum juribus & pertinentiis suis, nullo jure nullaque actione dictis Canonicis Capitulo & Basilicæ quomodolibet de cetero reservatis in, de, & super dicta domo cum juribus & pertinentiis suis, ponentes dicti venditores dictum emptorem ut supra præsentem, recipientem, & legitime stipulantem, in, de, & super dictis juribus & actionibus, in locum jus & privilegium ipsorum venditorum & dictæ Basilicæ, ac constituentes eum super illis procuratorem ut in rem propriam; ita quod ex nunc in antea dictus emptor suique heredes & successores quicumque, dictis juribus dictisque actionibus proprio nomine agant, petant, exigant, excipiant, recipiant, & defendant, eisque utantur, fruantur, & experiantur in judicio & extra judicium tamquam utilibus & directis actionibus, & per Reverendum Patrem Dominum Georgium de Cæsarinis suprascriptum, quem dicti venditores eorum specialem Procuratorem & Syndicum constituerunt ad investiendum dictum emptorem de dicta domo ut supra vendita cum juribus & pertinentiis suis, eumdem emptorem de illa investiri voluerunt, & in corporalem vacuam & expeditam possessionem immitti & induci, & donec investitus fuerit & ipsius corporalem vacuam & expeditam possessionem adeptus fuerit, sese ipsius nomine tenere & possidere constituerunt, quam nihilominus possessionem propria auctoritate intrandi, apprehendendi, & deinceps retinendi eidem plenam licentiam liberamque facultatem dederunt & concesserunt, absque alicujus Curiæ vel Judicis auctoritate, licentia, vel mandato. Hanc autem venditionem, ac omnia & singula, quæ dicta sunt & infra dicentur, fecerunt dicti Prior Canonici & Capitulum cum consensu & auctoritate prædictis, pro pretio & nomine pretii quingentorum quinquaginta Ducatorum auri boni & puri & recti ponderis, quos nunc præsentialiter, numeraliter & manualiter dicti Canonici & Capitulum, & pro eis venerabiles Viri Dominus Joannes Cæsaris, & Dominus Baptista Pane eorum Camerarii, in præsentia dictorum Canonicorum & Capituli, & in dicto Capitulo nomine dictæ Basilicæ Canonicorum & Capituli, & pro eis habuerunt & receperunt in contanti & pecunia numerata, & eosdem quingentos quinquaginta Ducatos in præsentia mei Notarii & dicti Antonii Jacobi pro pretio & parte pretii Castri Sancti Petri in Formis, & per dictos Canonicos & Capitulum dicto Domino Antonio de Rido emptori solverunt & tradiderunt, ut patet publico Instrumento super hiis per nos latius confecto. Post quam quidem receptionem de dictis quingentis quinquaginta Ducatis & illorum solutionem ut supra factam, sese dicti Prior Canonici & Capitulum bene quietos pacatos & contentos vocaverunt, & renunciaverunt exceptioni non habitorum, non receptorum, non pacatorum, & eis non assignatorum dictorum quingentorum quinquaginta Ducatorum auri, & pretii prædicti; exceptioni non numeratæ pecuniæ, doli mali vi metus, & in factum conditioni ob causam & sine causa, speique futuræ numerationis & receptionis, & generaliter omnibus & singulis exceptionibus & defensionibus juris & facti, legibus statutis consuetudinibus factis & fiendis, quibus contra prædicta omnia & singula infrascripta, quomodolibet contrafacere, dicere, vel venire, & sese juvare, defendere vel tueri possent, quibus omnibus renunciaverunt expresse & ex certa scientia, dictos quingentos quinquaginta Ducatos auri fuisse & esse verum & justum pretium dictæ domus ut supra venditæ cum juribus & pertinentiis suis, & nullo umquam tempore majus pretium prædicto reperisse, nec licet quæsierint habere potuisse. Item promiserunt ad prædictam venditionem facere consentire omnem personam adjacentem, vel aliquod jus habentem, vel habere prætendentem in, de, & super dicta domo cum juribus & pertinentiis suis, ad omnem solam & simplicem requisitionem petitionem & voluntatem dicti emptoris suorumque heredum & successorum quorumcumque, litemque super dicta re vendita cum juribus & pertinentiis suis non inferre, nec inferenti quomodolibet consentire, quinimo dictum emptorem suosque heredes & successores quos-

...us fines ...ntut.

...itionis ...i vin-

Pretii solutio.

Conditione favore emptoris.

quoscumque defendere, auctorizare, & distrigare ab omni persona Universitate vel Loco, litem controversiam vel quæstionem quomodolibet inferente in judicio vel extra judicium, omnibus ipsorum Canonicorum & Capituli sumptibus & expensis, judiciumque in se suscipere sponte, statim ut eis nunciatum fuerit, & in eo persistere a principio, medio, usque ad finem, cum propriis Advocatis & Procuratoribus, tam in prima, quam in secunda, quam tertia instantia. Item promiserunt eidem habere, licere, & vacuam liberam & expeditam possessionem tradere, dictumque emptorem suosque heredes & successores quoscumque in, de, & super dictis rebus & juribus venditis præ ceteris facere potiores. Item promiserunt dicto emptori ut supra præsenti & legitime stipulanti, quod dicta domus ut supra vendita cum juribus & pertinentiis suis est ipsorum Canonicorum & Capituli ac Basilicæ, & ad eos spectat & pertinet pleno jure dominii vel quasi, nec umquam personæ, universitati Capitulo, Conventui, sive Loco in totum vel in partem est vendita, data, donata, obligata, pignorata, hypothecata, sive quomodolibet alienata, alienationis largissimo modo sumpto vocabulo, & de ea vel ipsius juribus in totum vel in partem contractus vel distractus aliquis factus non est, vel factus apparet, vel apparebit in præjudicium præsentis contractus venditionis & emptionis, dictique Domini Berardi suorumque heredum & successorum. Quod si prædicta omnia & singula ut supra promissa servata non fuerint, & ea occasione vel quavis alia causa in totum vel in partem quovis modo contigerit, dictusque emptor suique heredes & successores propterea damnum aliquod, expensas, vel interesse incurrerint vel passi fuerint, voluerunt teneri de evictione in forma juris, & ad duplum pretii rei evictæ; confitentes dictæ partes talem esse in Urbe consuetudinem approbatam, quod duplum pretii rei evictæ restituatur evicto; pro quibus nihilominus damnis, expensis, & interesse dicti venditores stare & credere voluerunt solo & simplici Sacramento damnum passi, vel interesse incursi, quod quidem Sacramentum ex nunc prout ex tunc, & tunc prout ex nunc pro plena & sufficienti probatione haberi voluerunt, ceterisque aliis probationibus renunciaverunt expresse & ex certa scientia, prout pro observatione prædictorum dicti Prior, Canonici, & Capitulum voluerunt posse cogi, compelli, & constringi omni tempore & in omni Curia tam Ecclesiastica, quam seculari, & coram quovis Judice vel Auditore Rectore, Vicario ordinario delegato vel subdelegato, diebus feriatis & non feriatis, quibus feriatis & non feriatis diebus renunciaverunt & refutaverunt expresse, renunciaverunt etiam privilegio fori, beneficio cessionis bonorum cedendorum, & diversarum actionum, & illi legi qua cavetur quod si debitor non habuerit aurum vel argentum vel aliquod mobile unde suo possit satisfacere creditori, quod possit offerre de stabilibus, & generaliter omnibus & singulis exceptionibus & defensionibus juris & facti, legibus, statutis, & consuetudinibus, quibus contra prædicta omnia & singula, vel aliquod prædictorum quomodol. contrafacere, dicere, vel venire, & sese juvare, defendere, vel tueri possent, renunciaverunt expresse & ex certa scientia. Et juraverunt dicti Prior Canonici & Capitulum in eorum animas, ponendo manus ad pectus singulariter singuli, prædicta omnia & singula perpetuo firma servare, & pro observatione prædictorum obligaverunt omnia ipsius Basilicæ, & Capituli bona præsentia & futura, quæ, quantum ad hoc, sese precario nomine dicti emptoris suorumque heredum & successorum tenere & possidere constituerunt. Quæ quidem omnia & singula dicti Prior Canonici & Capitulum perpetuo firma & illæsa servare promiserunt nobis Notariis infrascriptis ut publicis personis, in omnibus & singulis Capitulis hujus contractus, præsentibus, recipientibus & legitime stipulantibus vice & nomine omnium quorum interest, vel in futurum poterit quomodolibet interesse, & in nullo contrafacere, dicere, vel venire quavis ratione, modo, jure, titulo, sive causa, sub obligatione bonorum prædicta, & vinculi dicti per eos in eorum animam præstiti juramenti. Actum Romæ in regione Pontis & civitate Leonina in Sacristia minori & loco capitulari consueto ipsius Basilicæ, ac illius Canonicorum & Capituli, præsentibus, videntibus, audientibus, & intelligentibus hiis testibus, videlicet strenuo Viro Domino Antonio de Rido de Padua olim & dudum Castellano Castri Sancti Angeli de Urbe, Venerabili Viro Domino Petro de Noxeto Secretario Domini Nostri Papæ & Scriptore Apostolico, Domino Baptista Orvietani Beneficiato, & Domino Nicolao de Setia Clerico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ad prædicta vocatis, habitis, & rogatis. Et ego Laurentius Domini Pauli Civis Romanus publicus Dei gratia imperiali auctoritate Notarius, quia prædictis omnibus & singulis, dum, ut præmittitur, agerentur, & fierent, interfui & præsens fui, eaque una cum suprascripto & infrascripto Antonio Jacobi una mecum de prædictis rogato fieri vidi & audivi, ideo eadem rogatus scribere, una cum dicto meo Collega scripsi, subscripsi & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signumque meum apposui consuetum in fidem & testimonium præmissorum. Et ego Antonius Jacobi Clericus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, publicus Apostolica auctoritate Notarius,

Aliæ conditiones, ac promissiones ad contractus firmitatem.

Accedit juramentum.

Notarii ac testium nomina.

rius, quia prædictis omnibus & singulis, dum sic ut præmittur fierent & agerentur, interfui, & præsens fui una cum suprascripto Laurentio Domini Pauli una mecum de prædictis omnibus & singulis rogati, fieri vidi, & audivi, ideo eadem rogatus scribere, scripsi, una cum dicto meo Collega subscripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meo consueto signavi in fidem & testimonium omnium & singulorum rogatus & requisitus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, suppletionis, constitutionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, quarto Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno secundo.

Tres Castri Attigliani partes, necnon alia Bona circa Castrum illud posita, ac Mensæ Capitulari minus utilia, vendi posse concedit, modo pecunia inde proveniens, Antonio de Rido, qui Castrum S. Petri in Formis pridem vendiderat, persolvatur.

Ex Originali in Tabular. Basil. Capf. 33. Fasc. 132.

. Chr. 1448. August.

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Archipresbytero, Priori, Canonicis, & Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Humilibus Supplicum votis, illis præsertim per quæ Ecclesiarum redditus augentur, & earum conditiones ampliores efficiuntur, libenter annuimus, & ea favoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quod vos attendentes fructus, redditus, & proventus mensæ Capitularis præfatæ Basilicæ adeo exiles existere, quod de illis minime vivere possitis, ad eos augendos nuper Castrum Sancti Petri in Formula Velletrien. Diœc. a dilecto filio Antonio de Rido pro pretio novem millium florenorum auri de Camera sub certis terminis solvendorum, auctoritate nostra emistis, prout in nostris litteris, & Instrumento inde confectis plenius continetur (a); propter quod quotidianas distributiones ac fructus præfatæ mensæ non modicum auctos esse speratis. Et sicut eadem petitio subjungebat, prædicto Antonio in præfatis terminis de dicto pretio, propter eandem exilitatem, nisi tres partes Castri Attigliani Amerien. Diœc. ad vos & præfatam mensam pleno jure spectantis (b), ac ultra ipsum Castrum tot de possessionibus minus utilibus dictæ mensæ, quarum pretia ad summam trium millium florenorum similium ascendant, vendideritis, non creditis posse satisfacere. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hiis providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur quibus præfatæ Basilicæ cura ab ipso Redemptore nostro Jesu Christo, ac ejus Vicario prædecessore nostro Regni Cælestis Clavigero Beato Petro specialiter est commissa, de præmissis plenam notitiam habentes, ac desiderantes, ut divinus cultus per fructuum accrementa in eadem Basilica plurimum augeatur, discretioni vestræ, ut tres partes Castri Attigliani prædicti, ac tot de possessionibus minus utilibus prædictæ mensæ, quæ nisi cum magnis impensis reformarentur, super quibus vestras conscientias oneramus, quarum pretia ad summam trium millium florenorum prædictorum ascendant, cum translatione veri, directi, & utilis dominii in perpetuum licite & libere auctoritate nostra vendere & alienare possitis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & aliis in contrarium facientibus nequaquam obstantibus, tenore præsentium facultatem & licentiam elargimur. Volumus autem quod pecuniæ pretiorum Castri, & possessionum venundandarum prædictorum, in solutionem dicti Castri Sancti Petri in formula convertantur, alias nostra præsens licentia & facultas nullius sit roboris vel momenti.

...ues Basi... Vaticanæ ...ad æris ...solutio...

Bonorum immobilium venditio permittitur.

Pretii traditio cui facienda.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, quarto Non. Augusti, Pontificatus nostri Anno secundo.

Paro-

(a) Hasce Literas una cum universa Instrumenti serie supra protulimus *pag.* 117. & seqq.

(b) Jam tum ab anno 1301. Capitulum Basilicæ Vaticanæ dimidiam Castri Attigliani partem emptionis titulo assequutum fuisse, liquet ex Instrumento in Archiv. Basilicæ Fasc. 333. Capf. 41. Reliquum vero, quod ex ex eodem Castro supererat, ad Mensam Capitularem pervenit an. 1360. ut ex alio Instrumento quod in eodem Archivo servatur Capf. & Fasciculo mox relatis.

Parochialem Ecclesiam de Ronco a Præceptore Hospitalis S. Joannis Jerosolymitani injuste occupatam, Mensæ Abbatiali Monasterii S. Ruphilli restituendam decernit.

Ex Original. in Archiv. Basil. Caps. 32. Fasc. 100.

AN. CH. 1449. 14. *Octob.*

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori Monasterii Sancti Joannis Evangelistæ Forlivien. per Priorem soliti Gubernari, & in civitate Forlivien. residenti Ludovico de Ludovisiis Canonico Bononien. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Conquestus est nobis Andreas Abbas Monasterii Sancti Roffilli de Forumpopilio Ordinis Sancti Benedicti Bretonorien. Dioec. quod Joannes de Astis Præceptor Domus Forlivien. Hospitalis Sancti Joannis Jerosolymitani, Parrochialem Ecclesiam de Ronco (*a*) Forlivien. Dioec. mensæ Abbatiali præfati Monasterii canonice annexam, detinet indebite occupatam, fructus, redditus, & proventus percipiendo ex eadem. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica Scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota, decernatis; facientes, quod decreveretis, per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere. Non obstante si Magistro, & fratribus ejusdem Hospitalis & membrorum ejus a Sede Apostolica sit indultum, quod personæ ipsorum Hospitalis & membrorum, ad judicium trahi, aut suspendi vel excommunicari, seu ipsæ, aut dictorum Hospitalis, & membrorum loca interdici non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam, præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri; quæ, quo ad hoc ipsis nolumus aliquatenus suffragari. Quod si non ambo hiis exequendis interesse potueritis, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Ecclesia de Ronco Abbatiæ membrum.

Pontificis decretum contra invasores.

Quæ oppon possent rejicit.

Datum Fabriani (*b*) Camerinen. Dioec. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, Pridie Id. Octobris, Pontificatus nostri Anno tertio.

Ecclesiam S. Vincentii, necnon Canonicatus & Beneficia illi adnexa perpetuo supprimit, atque in Basilicam S. Petri transfert, ea lege tamen, ut onera quæ Ecclesiæ illi conjuncta erant, omnino impleantur.

Ex Autograph. in Archiv. Basil. Caps. 42. Fasc. *166.*

AN. CH. 1449. 23. *Decemb.*

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, Priori, Canonicis & Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum intra nostræ mentis aciem continua meditatione pensaremus, ut in Ecclesiis Urbis Divinus Cultus non solum celeberrimus servaretur, sed in illis multo amplior & perfectior augeretur, ad quod ex suscepti officii administratione obnoxii, & adstricti sumus, comperimus Collegiatam Ecclesiam Sancti Vincentii (*c*), intra Basilicam Principis Apostolorum, & Palatium nostrum sitam, adeo a suis Canonicis & Clericis destitutam, ut non recordemur, etiam antequam ad apicem Summi Apostolatus

Canonicor incuria qua maxima.

(*a*) De Abbatia S. Ruphilli pluribus actum in superiori Bullarum tomo *pag.* 61. & 108. Quod vero attinet ad Ecclesiam *de Ronco*, quæ per summam injuriam ex Abbtiæ juribus divulsa fuerat, consulenda monumenta in Archivo Basilicæ nostræ reposita; ex quibus, potissimum vero ex Instrumento quod in Caps. 22. Fasc. 306. servatur, compertum est præfatam Ecclesiam a remotissima ætate Abbatiæ S. Ruphilli tamquam membrum capiti fuisse conjunctam. Hinc jure merito, Nicolao agente, ad Abbatiam eamdem tandem reversa est.

(*b*) Hoc eodem, in quo versamur, anno 1449. Nicolaus Pontifex, quum Romæ pestis desæviret, in Umbriam secedens, Fabrianum divertit, ubi præsentes dedit literas. De hoc Nicolai discessu loquitur ex Manetto Raynald. *sub num.* 13., & novissime Dominicus Georgius a nobis supra relatus *pag.* 70. Ipso Septembris mense Pontificem Fabriani fuisse commoratum, probat Constitutio quam memoratus Raynaldus recitat num. 12.

(*c*) Hujusce Ecclesiæ meminit noster Jacobus Grimaldus in *lib. Instrumentorum pag.* 170. ubi cum multa scitu digna ille proferat, ejusdem Scriptoris verba, etsi longiuscula, exscribere non gravabimur. Ita vero loquitur: *Anno 1611. Ecclesia sancti Vincentii, quæ erat inter Palatium Apostolicum & Navem Sanctissimi Sudarii, solo æquata fuit. Habebat ingressum ad Orientem, tres Naves fornicatas cum apsida, in quibus erant picturæ antiquissimæ ita humiditate obliteratæ, ut eas penitus excipere non valuerim. Videbantur esse gesta Sanctorum, & fortasse S. Vincentii. Hæc Ecclesia a sui exordio fuit quinta habitatio Canonicorum*

ftolatus assumeremur, in ea fuisse Divina Officia celebrata. Ex quo nobis, & Romanæ Ecclesiæ, cui, Divina disponente clementia, præfecti sumus, non modica injuria resultare dignoscitur, & eo magis quod tam juxta nos præfati Canonici ausi sint Divinum Cultum in illa pertinaciter neglexisse. Ut igitur præfati Canonici de tam gravi commissa dignam valeant reportare mercedem, & Divinus Cultus in eadem Ecclesia restauretur pariter, & augeatur, Auctoritate Apostolica, & motu proprio, ac voluntate nostra, & ex certa scientia, Canonicatus omnes & Præbendas, ac Cappellanias dictæ Ecclesiæ Sancti Vincentii, & omnium annexorum, ac unitorum suorum, maxime Capellæ Sanctæ Mariæ della Freve, in Ecclesia Sancti Andreæ juxta dictam Basilicam sitæ (*a*), supprimimus in perpetuum, & extinguimus. Considerantes etiam, quod vos in præfata Basilica die noctuque continuis horis Deo in Divinis, secundum desiderium nostrum, laudabiliter deservitis, ac volentes Mensæ vestræ Capitulari pro tollerandis oneribus aliquid muneris impertiri, motu, voluntate, & scientia similibus, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblatæ nobis petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & eadem auctoritate Præbendas, & annexa omnia, & Capellanias, necnon Sanctæ Mariæ della Freve, ac Sancti Vincentii prædictas, quorum quidem annexorum, & præfatæ Mensæ fructus, redditus, & proventus, qui, & quales, quantique fuerint, ac in quibus consistant, præsentibus habentes pro expressis, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, Mensæ vestræ Capitulari pro quotidianis distributionibus in perpetuum unimus, annectimus, & incorporamus; ita quod liceat vobis corporalem possessionem Præbendarum & annexorum, juriumque & pertinentiarum prædictarum vigore præsentium, præfata auctoritate nostra libere, ac licite apprehendere, & perpetuo retinere, ac ipsorum Canonicatuum & Præbendarum & annexorum fructus, redditus, & proventus prædictos in quotidianas distributiones antedictas dividere, & illis applicare, ac in ipsius Mensæ usus convertere perpetuo, cujuscumque licentia super hoc minime requisita. Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Volumus autem, quod Canonicatuum & Præbendarum, ac annexorum fructus hujusmodi in easdem distributiones perpetuo convertantur, quodque onera ipsis Canonicatibus & Præbendis incumbentia, supportare teneamini. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Ecclesiæ, & Basilicæ prædictarum, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis, ac Capellaniis, & annexis dictæ Ecclesiæ Sancti Vincentii hujusmodi, speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales Apostolicæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint; etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & Decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quas quidem litteras & processus habitos per easdem, & quæcumque inde secuta, ad dictos Canonicatus & Præbendas, ac annexa volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Canonicatuum, & Præbendarum, aut Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Et quibuscumque Privilegiis, Indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, considerationis, voluntatis, unionis, annexionis, incorporationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

...onicatus ...ena s ...it.

...cæ Va... ...tri-

Onera impleri mandat.

Contraria e medio tollit.

Datum Romæ (*b*) apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, decimo Kalendas Januarii, Pontificatus nostri Anno tertio. Anto-

corum nominata Jerusalem in Bulla Joannis XIX. in Bibliotheca Vaticanæ Basilicæ. Postea fuit ibi Archipresbyter, non tamen Cardinalis, cum Canonicis. Huic Archipresbytero, & Abbati sancti Blasii in Cantu Secuto, committebantur conservatoriæ dictæ Basilicæ, ut in literis Joannis XXII., & aliis Instrumentis Officii Exceptorum. Nicolaus V. illam extinxit, & reditus eidem Basilicæ univit, ut in Bulla ejusdem; ex qua Capitulum hactenus possidet pedicam S. Vincentii. Redacta ad usos profanos, columnæ Navium parastatis lateritiis cinctæ fuerunt sub Paulo III. pro majori fulcimento ædificandi supra dictam Ecclesiam; ubi erant multa cubicula, & aulam unam magnam habebat a d. Summo Pontifice Paulo factam ad recipiendos Census Cameræ Apostolicæ debitos in festo Apostolorum Petri, & Pauli, ut notabat inscriptio marmore sculpta. Sub lacunari ipsius aulæ in gyro cernebantur diversæ Historiæ Principum tributariorum Ecclesiæ Romanæ. Dum igitur parastatæ dissolverentur, ecce apparuerunt decem octo integræ Columnæ altitudinis palmorum fere XX. ex pretioso marmore maculato glareato.

(*a*) Si Oratorium S. Andreæ in Vaticana Basilica celeberrimum intelligamus, obscurior erit propria verborum hujusce Diplomatis interpretatio. Quippe in hocce Oratorio Cappella S. Mariæ de Febribus numquam extitit. Sacellum ergo vetustissimum, quod hodie pro Sacri commodo inservit, excipiendum. Cumque in hoc eodem Sacello, Alpharano teste *cap.* 13. *num.* 170. extaret etiam peculiaris Cappella SS. Andreæ & Jacobo Minori dicata, hinc Nicolaus Cappellam S. Mariæ de Febribus in Ecclesia S. Andreæ positam affirmavit.

(*b*) In Nicolaum Romam regressum, ubi solemni ritu Sacrum Jubilæi annum celebravit.

Antonium Arborea a quorumdam Legatorum, de quorum vi & efficacia dubitari poterat, solutione liberat, quod mille auri Florenos in usum Fabricæ S. Petri erogaverit.

Ex Regesto Epist. de Curia Epist. 28. pag. 21. terg. in Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1450. 16. Julii.

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio nobili Viro Antonio de Arborea Marchioni Arrestani; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Romani Pontificis providentia circumspecta nonnumquam illa ad se advocat & in se resumit, ut per eum diligenter & debite dirigantur, quæ executorum negligentia, in voluntatem testantium fraudem, & legatariorum præjudicium protrahuntur in longum, & etiam postergantur. Dudum siquidem bonæ memoriæ Joanna germana tua, de Bonis per quondam Leonardum tuum & ipsius Joannæ Genitorem, pro dotibus suis ascendentibus ad Florenos decem millia auri de Aragonia, cum eam ad conjugalia vota transire contingeret, relictis, per suam ultimam voluntatem disponens, inter cetera Legata quæ piis Locis & Personis Ecclesiasticis fecit, omne id totum, & quidquid eisdem Legatis solutis superesset, Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe reliquit, nonnullosque ipsius suæ ultimæ voluntatis executores, prout in Instrumento superinde confecto plenius continetur, constituit & ordinavit, qui tanto tempore ad hujusmodi voluntatem in parte vel in toto exquendum eorum negligentia, in prædictorum Legatariorum & præsertim Fabricæ hujusmodi maximum præjudicium distulerunt, quod hujusmodi ultimæ voluntatis executio ad nos & Sedem Apostolicam devoluta existit. Nos igitur considerantes hujusmodi lapsum temporis, necnon differentias super eisdem bonis exortas, quæ si diutius durarent, tam dicta Fabrica, quam ceteræ personæ & loca Ecclesiastica, quibus per eamdem Joannam ipsa legata facta fuerunt, suo frustrarentur effectu, eisque obviare & dictæ Joannæ voluntatem, quantum in nobis est, ne in totum pereat, præservare volentes, attento præsertim quod tu prætendis ipsam Joannam, quia dicta decem millia florenos de Aragonia per præfatum tuum & ipsius Joannæ genitorem eidem Joannæ pro dictis suis dotibus cum matrimonialiter viro conjuncta foret, relicta fuerunt, quam conditionem ipsa Joanna morte præventa non adimplevit, dicta legata minime facere potuisse; eorumdem executorum defectum supplentes, ac ultimam voluntatem & ejus executionem, necnon bona præfata in nos resumentes, & de bonis ipsis disponere intendentes, præmeditata dictorum bonorum qualitate & quantitate, ac reparationis præfatæ Fabricæ necessitate, ceterisque aliis legitimis causis ad id animum nostrum moventibus, cujus * ad hoc tuus accessit assensus, decrevimus quod pro omnibus dictis bonis, ut præmittitur, legatis & relictis, quæ tenes & possides, florenos mille auri de Camera dictæ Fabricæ dumtaxat persolvendo, quos cum nos pro eadem Fabrica per manus dilecti filii Jacobi de Castina Legum Doctoris tuo nomine persolventis, receperimus, te tuosque heredes & imposterum successores a præstatione & solutione legatorum prædictorum tam dictæ Fabricæ quam quibuscumque aliis ecclesiasticis Legatariis, hujusmodi ultimæ voluntatis prætextu, per te seu tuos facienda, auctoritate Apostolica tenore præsentium absolvimus & etiam liberamus. Inhibentes tam dictis executoribus, quam quibuscumque Judicibus Ordinariis & extraordinariis delegatis & Commissariis quacumque tam Ecclesiastica, quam seculari auctoritate fungentibus, ne te vel hæredes seu successores præfatos, præmissæ ultimæ voluntatis prætextu, quovis modo molestare seu inquietare præsumant. Decernentes irritum & inane quidquid in contrarium contigerit attentari. Constitutionibus Apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Suprema Joannæ voluntas.

Legatum favore Basilicæ.

Oborta circa Testamentum dissidia.

* *Leg.* fo... tasse quibus

Pontifex ... tem dirimit

Datum Fabriani (*a*) Camerinen. Diœcesis Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo, decimooctavo Kalendas Augusti (*b*) Pontificatus nostri Anno quarto.

Joanni

(*a*) Hoc etiam anno Nicolaum mense Junio Fabrianum accessisse animadvertit memoratus Georgius ad an. 1450. *num.* 8. Discessus causa a metu pestilentiæ, quam Peregrinorum multitudo pene innumera Romæ excitaverat, repetenda.

(*b*) Apertissimus error, cum nulli notum non sit, Kalendarum supputationem mense Julio eo usque non progredi. Hac de re monitum habuimus D. Aloysium Ronconum Archivi Vaticani Propræfectum, qui multa quidem cum humanitate, multaque sedulitate monumenta suppeditavit quamplurima. Verum & ille animadverterat, mendum ex Amanuensis oscitantia in Autographum irrepsisse. Neque vero, ut suam in exscribendis Apographis fidem testatam faceret, ausus est errorem castigare. Fortasse XVII. Calendas Augusti Diploma conscriptum est.

(*a*) Ducto

Joanni de Albano Basilicæ Vaticanæ Canonico jus tribuit, ut domo eidem Basilicæ proxima, quam propriis sumptibus ornare meditabatur, quoad vixerit, utatur.

Ex Regest. 29. Epistolar. de Cur. pag. 251. penes Archivum Apostolicum Vatican.

. CH. 151. Ianuar.

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Antonio Joannis de Albano Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, familiari nostro & continuo commensali; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Grata familiaritatis obsequia quæ nobis & Apostolicæ Sedi hactenus impendisti & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita quibus personam tuam, tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut ea tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque, sicut accepimus, tu quamdam habitationem sive Cameram in Aula Principis Apostolorum de Urbe, in qua ad præsens residere dignosceris, reparare ornare & ampliare proponas, nos votis tuis in hac parte favorabiliter annuentes, ac volentes te favoribus prosequi gratiosis, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, volumus & Apostolica tibi auctoritate concedimus, quod tu usu habitatione & commoditate dictæ Cameræ, etiam si illa alicui quavis auctoritate alias concessa fuisset, quoad vixeris uti valeas pariter & gaudere; quodque ab illa tam per dilectos filios Archipresbyterum & Capitulum præfatæ Basilicæ præsentes, & qui pro tempore erunt, quam etiam per quascumq. alias personas cujuscumque status gradus ordinis vel conditionis dignitatis vel præeminentiæ fuerint, invitus amoveri nequeas, aut in illius pacifica possessione turbari, impeti, seu alias quomodolibet molestari, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus; & eamdem habitationem sive Cameram per te, quoad vixeris, tenendam & possidendam ex certa scientia tibi specialiter elargimur. Volumus autem quod, te ab hac luce subtracto, Camera sive habitatio antedicta ad jus & proprietatem præfatæ Basilicæ cum omni melioramento libere revertatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis elargitionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Invitum e domo ejici non posse decernit.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo (a), quinto Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno quarto.

Ecclesiam S. Blasii cum horto ac domibus illi adjacentibus in commendam concedit; ceteris tamen ejusdem Ecclesiæ Bonis ac reditibus a Mensa Capitulari Basilicæ Vaticanæ nequaquam sejunctis.

Ex Regest. XXX. Epistolar. de Cur. pag 18. terg.

. CH. 151. anuar.

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Isidoro tituli sanctorum Petri & Marcellini Presbytero Cardinali (b); Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Exigit tuorum excellentia meritorum, quam in multis magnis & arduis negotiis Romanæ Ecclesiæ, cujus honorabile membrum existis, jugiter experimur, ut ea tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Hinc est quod nos motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate Monasterium sancti Blasii in Cantusecuto, alias della Pagnotta de Urbe, quod olim Ordinis sancti Bene-

(a) Ducto nimirum initio ab Incarnatione; at quinquagesimoprimo si a Januario ejus primordia repetantur. Conferas annum quartum Pontificatus Nicolai, resque patet ad oculum.

(b) Fuit olim Monachus S. Basilii, mox Ruthenorum Episcopus, postremo S. R. E. Cardinalis, ab Eugenio IV. in Concilio Florentino an. 1440. Sacra Purpura insignitus. Eodem Pontifice Eugenio jubente, Constantinopolim se contulit, ut Græcos ad unionem servandam, quam in Florentina Synodo cum Latinis inierant, hortaretur. Iterum eo profectus est sub Nicolao V.; neque inde recesserat quo tempore Constantinopolis in Turcarum ditionem pervenit. In misero Urbis excidio habitum cum milite, qui confossus jacebat, commutavit; hinc ementita veste contectus, cædem diffugiens, in miseram incidit captivitatem, a qua tandem ereptus, Romam reversus est. Sabinensis Episcopus, atque Constantinopolis Patriarcha a Pio II. renunciatus, Romæ obiit, multis pro Ecclesia, & Catholicæ Religionis incremento exantlatis laboribus. Plura suppetunt ex Ciaconio ac Ughello.

(a) Unio-

Benedicti existens, cum omnibus juribus & pertinentiis suis Mensæ Capitulari Basilicæ Principis Apostolorum etiam de Urbe, auctoritate Apostolica sub certis modo & forma annexum unitum & incorporatum fuit (a), & quod dilecti filii Capitulum dictæ Basilicæ, unionis annexionis & incorporationis earumdem vigore tenent & possident cum omnibus suis domibus ortis & aliis Bonis circumadjacentibus, cum quibus dumtaxat dictum Monasterium a præfata Mensa harum serie, quoad hoc separamus, tibi per te, quoad vixeris, una cum Sanctorum Petri & Marcellini quæ tui Cardinalatus existit, necnon aliis Ecclesiis quibus præesse dignosceris, Monasteriis quoque, Prioratibus dignitatibus ceterisque Beneficiis Ecclesiasticis secularibus, & Ordinum quorumcumque regularibus, quæ etiam ex quibusvis dispensationibus ac concessionibus nunc obtines & in posterum obtinebis, quæcumque quotcumque & qualiacumque etiam fuerint, tenendum regendum & gubernandum, dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium commendamus committimus & concedimus; ita quod ipsum Monasterium ac ipsius domos hujusmodi inhabitare, ac de illis & ortis aliisque circumadjacentibus prædictis disponere & ordinare libere & licite valeas, sicut de eis præfati Capitulum disponere & ordinare poterant, alienatione tamen illorum tibi penitus interdicta. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Basilicæ & Monasterii prædictorum statutis & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, unione quoque annexione & incorporatione prædictis, ac literis etiam Apostolicis superinde habitis, ac privilegiis & indultis præfatæ Basilicæ per nos vel Sedem Apostolicam concessis, quibus omnibus & singulis, etiam si quoad illorum derogationem de ipsis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum specialis specifica & expressa mentio habenda esset, quoad præmissa expresse derogamus, eis alias in suo robore permansuris, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod reliqua Bona prædicti Monasterii, ad præfatam Mensam spectent & pertineant, ac dicti Capitulum ex illorum fructibus redditibus & proventibus, Ecclesiæ Monasterii hujusmodi in Divinis deservire facere, & quæcumque ejusdem Monasterii onera supportare teneantur, quodque te cedente vel decedente, aut Monasterium ipsum alias quomodolibet dimittente, dictum Monasterium cum domibus ortis & circumadjacentibus præfatis, ad prædictam Mensam revertatur ut prius.

Bona nonnulla a Monasterio ad tempus separat.

In Commendam tradit.

Onera Capituli non minuit.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo (b), Pridie Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno quarto.

Abbatia S. Martini de Valle Mensæ Capitulari Basilicæ Vaticanæ, cui pridem subjecta erat, Nicolao V. ita decernente, & Judice Commissario id exequente, attribuitur.

Ex Lib. Bullarum notat. lit. A. pag. 22. in Archiv. Basil. Vatican.

AN. CH. 1451. 3. Februar.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Præposito Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Guardia Teatin. Diœc. Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Quamvis ex Pastoralis Officii debito circa statum Ecclesiarum & Monasteriorum omnium salubriter dirigendum solliciti esse debeamus, tamen propensius nos cura sollicitat, ut Basilica Principis Apostolorum de Urbe, quæ Mater omnium Ecclesiarum reputatur, bene & feliciter gubernetur; ac personæ Ecclesiasticæ in ea Altissimo famulantes, temporalium, sine quibus spiritualia diu subsistere non possunt, rerum fruantur opulentia, in ipsaque Basilica divinus cultus continuum suscipiat incrementum. Dudum siquidem dilecto filio Mauro de Urbe Priori Prioratus Sanctæ Balbinæ etiam de Urbe, Ordinis Sancti Guilgelmi tunc Abbati Monasterii Sancti Martini de Valle Ordinis Sancti Benedicti Teatin. Diœc. (c), de Prioratu prædicto tunc certo modo vacante & antea dispositioni Apostolicæ reservato, per alias nostras litteras gratiose providimus, volentes inter cetera, quod una cum dicto Prioratu Monasterium ipsum per biennium retinere, ac illud interim in spiritualibus, & tempo-

Vaticanæ Basilicæ Laus.

(a) Unionis Bullam ab Eugenio IV. procusam supra integram retulimus pag 97.

(b) De hac nota temporis consule quæ in superioribus literis observavimus.

(c) Consulenda quæ de hocce Monasterio adnotavimus *tom.* 1. *Collection. Bullar. pag.* 44. *not. a.* & *b.* Ibi tamen castiganda temporis nota, hoc est annus 1453. incuriose designatus. Patet enim biennio ante, hoc est an. 1451. Abbatiam sancti Martini de Valle ad Mensam Capitularem Basilicæ Vaticanæ fuisse translatam. Consulenda item quæ de ejusdem Abbatiæ fundatione protulimus ad Bullam Honorii III. *pag.* 106. *not. a.*

(a) Rur-

temporalibus regere & gubernare libere, & licite posset; elapso vero biennio hujusmodi regiminis & administrationis, eidem Monasterio, quod ex tunc vacare decrevimus, omnino cedere teneretur, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis pro parte dilecti filii nostri Petri Sanctæ Mariæ Novæ Diaconi Cardinalis Archipresbyteri (a), ac dilectorum filiorum Capituli præfatæ Basilicæ petitio continebat, Monasterium ipsum memoratæ Basilicæ immediate subjectum, ac in loco silvestri & in habitato situm existat, & Monachis careat, fructus quoque, redditus & proventus ejusdem Monasterii nonaginta floren. auri de Camera, secundum communem existimationem, valorem annuum non excedunt, pro parte Petri Cardinalis, & Archibresbyteri, ac Capituli prædictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut Monasterium ipsum, quamprimo per cessum & decessum dicti Mauri Abbatis vacare contigerit, Mensæ Capitulari præfatæ Basilicæ perpetuo incorporare annectere & unire, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter cetera voluimus quod petentes beneficia aliis uniri, teneantur exprimere verum annuum valorem secundum communem existimationem, tam beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur; alioquin unio non valeat, fructuum, reddituum, & proventuum ejusdem Mensæ verum annuum valorem secundum existimationem prædictam præsentibus pro expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si & postquam, vocato Mauro Abbate prædicto & aliis, qui fuerint evocandi, tibi de exposit. hujusmodi legitime constiterit, &, super quo tuam conscientiam oneramus, causæ rationabiles & sufficientes id persuadeant, Monasterium prædictum cum omnibus juribus & pertinentiis suis præfatæ Mensæ auctoritate nostra perpetuo incorpores, unias, & annectas; ita quod cedente, vel decedente dicto Mauro, seu alias Monasterium ipsum quomodolibet dimittente, liceat prædicto Cardinali & Archipresbytero etiam pro tempore existenti, ac Capitulo præfato, per se, vel alium, seu alios corporalem Monasterii juriumque & pertinentiarum prædictorum possessionem auctoritate nostra libere apprehendere (b), ac illius fructus, redditus, & proventus hujusmodi in suos necnon Basilicæ & Monasterii prædictorum usus utilitatemque convertere, & perpetuo retinere, Dioecesan. loci, & cujuscumque alterius super hoc licentia minime requisita. Non obstantibus posteriori voluntate hujusmodi, necnon statutis, & consuetudinibus Monasterii & Ordinis Sancti Benedicti prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roborat. Et quibuslibet Privilegiis, Indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis, ceterisque contrariis quibuscumque. Proviso quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujusmodi, si fiat, dictum Monasterium ad profanos usus velut hereditas non redigatur, sed Missæ, & alia divina Officia inibi celebrentur, ac solitus Monachorum numerus manuteneatur, illiusque continue supportentur onera consueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis ac quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari.

Quæ obstare possent excludit.

Conditiones implendæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo (c), tertio Non. Februar. Pontificatus nostri An. quarto.

Joannes de Laurentinis Præpositus Præpositura Venerabilis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Guardia, ad infrascriptam unionem faciendam ab Apostolica Sede Judex delegatus specialiter deputatus, per præsentes notum facimus universis has præsentes nostras inspecturis literas; qualiter Vir egregius Dominus Franciscus de Follacciano Procurator Basilicæ & Capituli beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ad infrascripta maxime specialiter constitutus, de cujus procuratione nobis plene constitit, VI. Kalendas Martii nobis quamdam Bullam Apostolicam præsentavit sanam & integram, non viciatam, non cancellatam, nec in aliqua sui parte suspectam, sed omni prorsus vicio & suspicione carentem, cum Bulla plumbea, & canapis cordula inde pendenti, ac sculturis Capitum beatorum Apostolorum Petri & Pauli, necnon eorum nominibus, & nomine Domini nostri Nicolai Papæ visibiliter insignitam, tenoris, & continentiæ subsequentis. Nicolaus &c. repetit memoratæ Bullæ tenorem, mox subdit; *Post*

(a) Rursum monemus intelligendum hîc esse Petrum Barbum, qui mox in Summum Romanæ Ecclesiæ Pontificem evasit.

(b) Post varios casus, ac varia litium discrimina, tandem Basilicæ Vaticanæ Capitulum hujusmodi Abbatiæ possessionem adivit an. 1494. die 31. Martii, ut liquet ex Instrumento Demetrii Guaselli *in Archivo Basilicæ pag. 149. & seqq.*

(c) Seu quinquagesimoprimo, si a Kalendis Januarii initia anni supputentur.

(a) Ante-

Post autem Bullæ prædictæ præsentationem, quam reverenter supra caput suscepimus, ut decet, fuimus per præfatum Dominum Franciscum Procuratorem cum instantia requisiti, ut ad infrascriptam unionem procedere deberemus secundum tenorem & continentiam Bullæ præfatæ; Nosque volentes id exequi, ut tenemur, vocari fecimus & requiri præfatum Maurum Abbatem, & alios qui prætenderent Jus habere in Monasterio præfato, per publicum nostrum edictum affixum tam in valvis præfati Monasterii Sancti Martini ubi Abbas solet, & residere debet, quam etiam in valvis Ecclesiæ, Sancti Remigii sitæ prope & extra terram Castri Faræ de Sancto Martino, tamquam in loco magno, & publico, & viciniori, ut ad notitiam dicti Abbatis, & aliorum posset verisimiliter pervenire, ut infra certum terminum competentem & peremptorium legitime comparere deberent Guardiæ in domibus nostræ residentiæ ad allegandum & opponendum quidquid voluerint in prædictis, & quomodolibet præmissorum, in hiis recepturi plenæ justitiæ complementum, alias ipso termino elapso, & ipsis non comparentibus, nec aliis pro eisdem, procedemus ad unionem ipsam faciendam secundum tenorem Bullæ præfatæ. Ipsoque termino veniente, & ipsis non comparentibus, nec aliquo pro eisdem, etiam post dies aliquos post præfatum terminum de gratia expectatos, considerantes quod inter alia etiam conscientiæ remittebatur, personaliter nos contulimus ad Monasterium ipsum, ad inquirendum quæ in dicta Bulla continentur & requiruntur ad perfectionem dictæ unionis, reperimusque per testes ydoneos, & antiquos, atque juratos, dictum Monasterium omne immediate subjectum præfato Capitulo Basilicæ beatorum Apostolorum Petri & Pauli, prout etiam ibidem erat publica vox & fama; & quod Capitulum præfatum tamquam superior præfati Monasterii; omnes Abbates electi tempore ipsorum testium, & aliorum fuerant confirmati per dictum Capitulum; necnon & ipsi Abbates & Monachi temporibus congruis nomine dicti Capituli visitati, tam in capite, quam in membris, cum solutione debiti Census suo tempore persolvendi: reperimus dictum Monasterium constructum & esse positum in loco valde incongruo, silvestri, atque rustico, & inhabitato, & sine Monachis residentibus in eo, uno excepto, qui non fuerat de gremio dicti Monasterii residentiam faciente extra Monasterium in Castro Faræ, qui Salario conductus, interpellatis diebus ibidem deserviebat: reperimus, quod fructus, redditus, & proventus Monasterii præfati, deductis expensis necessariis, & aliis debitis persolvendis, minime ascenderent annuatim ad summam in Bulla prætaxatam. Cum igitur nobis plene constet de expositis, & narratis in ipsa Bulla, & secundum conscientiam nostram per ea quæ repperimus valde melius est dictum Monasterium esse unitum prout Bulla narrat, in augmentum divini cultus, quam sic dissolutum taliter remanere; Idcirco Christi nomine invocato, nos qui supra, Joannes Præpositus Sedis Apostolicæ delegatus, Apostolica auctoritate qua fungimur in prædictis, tenore præsentium & in hiis scriptis, præfatum Monasterium Sancti Martini Theatin. Diœces. cum omnibus & singulis juribus, rationibus, & pertinentiis suis, ac fructibus redditibus & proventibus quibuscumque, præfato Capitulo, ac ejus Mensæ Capitulari Basilicæ beatorum Apostolorum Petri & Pauli perpetuo incorporamus, annectimus, & unimus, ac incorporatum, unitum, & annexum cum omnibus hiis juribus ex nunc esse decernimus, & declaramus; ita quod cedente, vel decedente dicto Mauro Abbate, seu alias Monasterium ipsum quomodolibet dimittente, vel ipso vocante, liceat Reverendissimo in Christo Patri, & Domino Archipresbytero dictæ Basilicæ, qui pro tempore fuerit, ac Capitulo præfato per se, vel alios corporalem Monasterii Juriumque & pertinentiarum prædictorum possessionem propria auctoritate libere apprehendere, ac illius fructus redditus & proventus hujusmodi in suos, necnon Basilicæ & Monasterii prædictorum usus utilitatemque convertere, & perpetuo retinere, Diœcesani loci, cujuscumque alterius super hoc licentia minime requisita. Proviso, ut in ipsa etiam Bulla continetur, quod per unionem, annexionem, & incorporationem hujusmodi, dictum Monasterium ad profanos usus velut hereditas non redigatur; & Missæ, & alia divina officia inibi celebrentur, ac solitus Monachorum numerus manuteneatur, illiusque congrue supportentur onera consueta. In cujus rei testimonium præsentes nostras literas exinde fieri fecimus oportunas, & ad omnium præfatorum cautelam certitudinem, nostro rotundo sigillo quo utimur, jussimus appensione muniri. Datum Guardiæ in domibus & Studio nostro propriæ residentiæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, die 8. Martii, XIII. Indictione, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini, Domini Nicolai divina providentia Papæ Quinti Anno quarto feliciter Amen. In præsentia venerabilium infrascriptorum, & egregiorum virorum testium, videlicet Venerabilis Viri Domini Pantaleonis Britii; D. Angeli Matthæi, D. Marini Rainaldi, egregii viri Magistri Matthæi Zulli, egregii viri Karuli de Ungio, Notarii Augustini Leonis, Not. Angeli Masioli, Notarii Petri Tucii, Odorisii Amoris, & Pantaleonis Angeli.

Ego qui supra Dom. Pantaleo prædictæ unioni interfui, & me propria manu subscripsi.
Ego qui supra d. Dom. Angelus Matthæi prædictæ unioni interfui, & me propria manu subscripsi.
Ego qui supra D. Marinus Rainaldi præd. unioni interfui, & manu propria me subscripsi.
Ego Matthæus Zullus Artium & Medicinæ Doctor præd. unioni interfui, & propria manu me subscripsi.
Ego qui supra Carolus de Ungio præd. unioni interfui, & propria manu me subscripsi.
Ego qui supra Not. Augustinus Leonis Antonius Colell. de Terra Guardiæ Grelis præd. unioni interfui, & propria manu subscrisi.

Ego

Ego qui supra Not. Angelus Masioli Antonii Colelæ de dicta Terra Guardiæ Grelis præd. unioni interfui, & propria manu subscripsi.
Ego Not. Petrus Jutii de Guardia qui supra testis præd. unioni interfui, & mea propria manu subscripsi.
Ego Odorisius Amoris, qui supra, præd. unioni interfui, mea manu subscripsi.

Easdem Indulgentias, quas Jubilæi anno fideles lucrantur, iis elargitur, qui ad avertendos Mahumetanorum contra Rhodum insulam impetus, eleemosynam conferunt, quæ partim in præsidium Insulæ, partim in Basilicarum Urbis reparationem distribuitur.

Ex Regesto XIX. epistolarum Nicolai V. pag. 253. apud Archiv. Apostol. Vatican.

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Sedis Apostolicæ providentia circumspecta, quæ semper Christifidelibus, hiis præsertim qui sub regulari habitu ad fidei orthodoxæ defensionem sunt in infidelium aciebus a Sancta Romana Ecclesia constituti, in eorum indigentiis cum expedit devote confugientibus, ita secundum indigentiarum suarum merita decenter & provide occurrere consuevit, ut non propterea aliis piis operibus, & maxime Urbis Ecclesiarum reparationibus, necessaria distrahantur. Cum itaque nuper necessitatibus dilectorum filiorum Magistri Hospitalis Jerusalem & Conventus Rhodi Ordinis Sancti Johannis Hierosolymitani, qui propter guerras & oppressiones a perfidis infidelibus magis solito illatas, pauperes facti, & magno sub gravibus usuris ære alieno in diversis locis obnoxii existunt, quasdam in nonnullis Regni Franciæ & aliis Provinciis Indulgentias Anni videlicet Jubilæi pro eorumdem relevatione a necessitatibus antedictis, omnibus Christifidelibus per dictas Provincias existentibus, seu ad easdem sese declinantibus, qui manus ad hoc porrexerint adjutrices, & quartam partem ejus quantitatis, quam in veniendo, stando, offerendo, & redeundo ab hac alma Urbe exposuissent, cum effectu in quadam capsa ad recondendas quantitates hujusmodi per ipsas Provincias a dilecto filio Melchiore Bandino memorati Ordinis Cancellario, ac Brundusii, Nursiæ, Mugnanique Præceptore Commissario per nos ad hoc motu proprio deputato ordinandas, persolverint, & posuerint, eamdem propriam & omnimodam Indulgentiam & peccatorum omnium absolutionem & relaxationem, quam si ad ipsam Urbem venissent, Basilicasque proprias Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ac Sancti Joannis Lateranensis & beatæ Mariæ Majoris Ecclesias personaliter visitassent, consecuti fuissent, concedere auctore altissimo intendamus. Et licet in Apostolicis literis super eo conficiendis nulla circa pecuniarum earumdem distributionem mentio facta extiterit, nisi tantum quod per ipsum Commissarium nostrum, nostro ac dictæ Religionis nomine, in manibus dilectorum filiorum mercatorum de societate Cosmæ de Medicis de Florentia, in dictis Provinciis seu circa ipsas Provincias existentium, transmittantur & deponantur, per has nostras autenticas litteras, ad tollendum de medio omne dubium quod super distributione ipsarum pecuniarum possit verisimiliter exoriri, ex certa nostra scientia declaramus, omnium singularum quantitatum in manibus dictorum mercatorum per dictum nostrum Commissarium mittendarum, medietatem ad nos & Apostolicam Sedem pro reparatione Basilicarum Ecclesiarum Urbis antedictarum pervenire cum effectu debere, reliquam vero medietatem per dictos mercatores ad solvendum debita Ordinis antedicti, ad ordinationem & dispositionem dilectorum filiorum Nicolai de Girenis Prioris Prioratus Franciæ, & Melchioris Bandini Cancellarii & Commissarii prælibati, totaliter & infallibiliter converti volumus & jubemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, declarationis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Eleemosynarum distributio.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, Pridie Idus Junii, Pontificatus nostri Anno quinto.

Ad reparationem tectorum Basilicæ Vaticanæ, ac Monasterii S. Pauli, quæ ruinam minantur, trabes ac ligna succidi, ac Romam deferri præcipit; & Commissario ad hæc exequenda, necessariam tribuit jurisdictionem.

Ex Tabular. Apostol. Vatican. in Regest. 33. epistolar. de Cur. pag. 207.

AN. CH. 1451. 11. Julii.

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Magistro Nicolao de Civitate Castelli, litterarum Apostolicarum Scriptori, Familiari nostro, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Tectum Basilicæ ruinæ proximum.

Cum videamus Basilicam Principis Apostolorum, apud quam residemus, in tecto collabi, ac ita deficientem, ut ruinam minetur, diligenti cura tectum illud reparare cum nostra impensa decrevimus. Cumque alias ex loco in Alpibus Fontanellæ constituto, Ordo Sancti Petri vulgariter nuncupato, abjegnæ trabes pro refectione tecti Ecclesiæ Sancti Pauli Romam traductæ fuerint, ac in præsentiarum Basilicam Principis Apostolorum, & Ecclesiam Sancti Pauli hujusmodi tali reformatione indigere noscatur, ad supradictum locum te transmittere disposuimus, de cujus fidelitate, discretione, prudentia, rerum experientia & aliis virtutibus plenam in Domino fiduciam obtinemus; nec dubitamus quod ea quæ tibi commiserimus, sollicite, mature ac fideliter exequeris. Tuæ igitur devotioni per præsentes committimus & mandamus, quatenus te ad locum prædictum præsentialiter conferens, omnia quæ tibi videbuntur accomoda & opportuna circa hujusmodi opus exequendum, cum finitimis ac vicinis illarum partium civibus ac habitatoribus quibuscumque tractes & pratices juxta commissionem tibi per nos datam, & ita efficere studeas; ut robora illa scissa, & deinde delata e silva ad Tyberim advehantur; quod ut commodius efficere possis, mandamus omnibus & singulis subditis nostris tam mediate quam immediate nobis & Romanæ Ecclesiæ subjectis, ut tibi in omnibus favore consilio & auxilio insistant, & in expeditione tam pia & necessaria pareant & intendant. Concedentes etiam tibi plenam & liberam potestatem, ut operarios ac Magistros ceterasque personas idoneas ad scindendum & secandum hujusmodi ligna, ac ad Tyberim illa portanda, conducendum, ac cum ipsis paciscendi, mandandi, disponendi, ordinandi, providendi, exequendi, decernendi omnia & singula quæ in præmissis seu circa ea opportuna & utilia cognoveris. Contradictores quoslibet & rebelles per districtionem corporalem, moderatione tamen adjecta qua convenit, & alia juris remedia, appellatione postposita, compescendo. Ea enim pacta & conventiones, quas cum supradictis personis inieris, & sententias seu pœnas quas in rebelles rite tuleris seu statueris, ratas & gratas habebimus, illasque faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Et quoniam, ut accepimus, plurimi partium illarum excommunicationis sententia innodati sunt, propterea quia ligna sine Sedis Apostolicæ licentia sciderunt, si ad cor reversi, operam eorum personalem ac labores impenderint, & si hoc efficere non possent, morbo aut aliqua legitima causa impediti, si de facultatibus ipsorum in hujusmodi pio & necessario opere erogaverint, volumus ut Sacerdotes idonei quos elegerint, personas supradictas, secundum earum merita & exigentiam delictorum in tali re commissorum, ab hujusmodi excommunicationis sententia in forma Ecclesiæ consueta absolvant, & injungant pænitentias salutares; super quibus dictorum Sacerdotum conscientias oneramus, ac desuper plenam concedimus facultatem. Tu igitur hanc commissionem per nos tibi factam, ita sollicite ac prudenter efficere enitaris, ut exinde sperati fructus proveniant, valeasque ex hoc apud nos & Sedem Apostolicam non immerito commendari.

Ligna cædi ac Romam deferri mandat.

Commissario plenam tribuit auctoritatem.

Excommunicatione irretitos, qui operam ferunt, ab[...] permittit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, quinto Idus Julii, Pontificatus nostri Anno quinto.

Monasterio S. Martini in montibus Rogerium Abbatem præficit.

Ex Original. in Vatican. Basil. Tabular. Caps. 13. Fasc. 290.

AN. CH. 1452. 31. Jannar.

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterii Pontiniaci Cisterciensis Ordinis Cononen. Diœcesis; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Inter curas multiplices, quibus jugiter angimur, & assidua meditatione pulsamur; illud potissime excitat mentem nostram, ut Ecclesiis, & Monasteriis vacantibus, auctore Domino, proveniant fructuosæ. Dudum siquidem

quidem Monasterio sancti Martini in Montibus Cistercien. Ordinis Viterbien. Dioecesis, cui olim Balthasar ipsius Monasterii olim Abbas dum viveret præsidebat, per obitum ejusdem Balthasaris vacanti, felicis recordationis Eugenius Papa IV. Prædecessor noster Monasterium ipsum quondam Johanni de Reate tunc Notario suo per quasdam suas literas commendavit, prout in illis plenius continetur (*a*). Cum autem dictus Johannes hujusmodi commenda durante, nuper apud Sedem Apostolicam diem clauserit extremum, & propterea dictum Monasterium adhuc, ut præfertur, vacare noscatur, nos qui dudum inter alia decrevimus, omnium & singulorum Ecclesiarum & Monasteriorum provisiones, quas dictus Prædecessor reservaverat, & tempore obitus ipsius Prædecessoris vacabant, aut Ecclesiæ & Monasteria ipsa, si commendata, aut in illis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent, remansisse & remanere per hujusmodi reservationem & decretum affecta, decernentes irritum & inane, si secus de illis attemptatum forsan erat tunc, vel in posterum contingeret attemptari; Cupientes eidem Monasterio, de quo nullus præter nos hac vice disponere potuerat, sive poterat, reservatione & decreto obsistentibus supradictis, ne longæ vacationis exponeretur incommodis, utilem & idoneam, per quam circumspecte regi, & salubriter gubernari valeret, præsidere personam, demum ad dilectum filium Ogerium Ordinem prædictum expresse professum, in Sacerdotio constitutum, cui de Religionis zelo, literarum scientia, vitæ munditia, honestate morum, aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos nostræ mentis, de persona sua auctoritate Apostolica providimus, ipsumque illi præfecimus in Abbatem, curam, regimen, & administrationem ejusdem Monasterii sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod, dirigente Domino actus suos, præfatum Monasterium per suæ circumspectionis industriam, & studium fructuosum regetur utiliter, & prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus & temporalibus suscipiet incrementa. Cum igitur dictus Ogerius Abbas, ut in commissa sibi cura regiminis & administrationis dicti Monasterii, quod tibi tanquam Patri Abbati ejusdem ordinario jure subesse dinoscitur, facilius proficere valeat, tuus favor ei fore noscatur plurimum opportunus, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus (*b*), quatinus eundem Ogerium Abbatem in commisso sibi Monasterio hujusmodi habeas pro nostra & Apostolicæ Sedis reverentia propensius commendatum, in ampliandis, & conservandis juribus suis, sic eum tui favoris præsidio prosequaris, quod idem Abbas in commisso sibi ejusdem Monasterii regimine se possit utilius exercere, tuque Divinam misericordiam, ac dictæ Sedis benedictionem, benevolentiam, & gratiam consequi merearis.

...menda... Monaste... Martini ...ue.

...bas suffi.

Jurisdictio illi conceditur.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimoprimo. Pridie Kalendas Februarii (*c*), Pontificatus nostri Anno quinto.

Basilicæ Vaticanæ Visitatores designat, eisque in spiritualibus ac temporalibus ampliorem confert jurisdictionem.

Ex Tabular. Apostol. Vatic. in Regest. 35. Epistolar. de Cur. pag. 247.

... CH. ...52. ...ebruar.

...ilicæ Va... ...lius

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus fratribus Zamoren. & Mindonien. Episcopis; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, cui utique quo ceteris ipsius Urbis Ecclesiis præfulget insignior, tanto amplior sanctitudo debetur, maternis constringentes charitatis amplexibus, tam circa .... inibi divini officii, quam illius personarum mores & vitam eo venustatis ac decoris & honestatis excultu attolli cupimus, ut illius exemplaris status aliis Ecclesiis hujusmodi, illarumque personis cedat in fructum, & ex hoc tam Basilica, quam aliæ Ecclesiæ prædictæ in spiritualibus & temporalibus votivis proficiant incrementis. Hinc est quod nos quidquid circa statum dictæ Basilicæ & directionem divini cultus inibi, ac illius personarum vitam & mores hujusmodi minus decorum vel difforme irrepserit, salubis reformationis antidoto restaurari satagentes, ac de vestris circum-

Pontificis in eam amor & solicitudo.

(*a*) Hasce literas supra dedimus *pag. 99.*

(*b*) In Archivo Basilicæ Caps. 13. Fasc. 290. servantur ejusdem tenoris aliæ literæ ad Monachos Monasterii S. Martini a Nicolao scriptæ, ut Abbatem a Pontifice institutum excipiant, ac illi obsequantur.

(*c*) Anni supputatio ab Incarnatione ducitur. Si vero a Januario incipias, habebis annum 1452.

cumſpectione & induſtria eam in Domino fiduciam obtinentes, quod veſtræ operationis miniſterio, quæ in hiis noſter expoſcit affectus, votivæ ſuſcipiant executionis affectum, vos prædictæ Baſilicæ ac ſingularum

Viſitatores in ea deſignat.

perſonarum ejuſdem Viſitatores & Reformatores harum ſerie auctoritate Apoſtolica conſtituimus ac etiam deputamus (*a*), dantes & concedentes vobis plenam & omnimodam poteſtatem ſuper quibuſvis per quoſcumque ex dictis perſonis commiſſis exceſſibus inquirendi, & eos corrigendi, & puniendi, illos etiam, quorum culpæ & demerita id exegerint, ſuis officiis & Beneficiis,

Amplior eorum juriſdictio

qualiacumque fuerint, privandi, & ab illis amovendi, necnon quæcumque deformia tam circa divinorum cultum, quam vitam & mores perſonarum hujuſmodi, reformandi, ac reformationibus quas feceritis, congruas, quibus inconcuſſæ ſubſiſtant, pœnas adjiciendi, omniaque & ſingula faciendi, ſtatuendi, ordinandi, & per Cenſuram Eccleſiaſticam exequendi, quæ dictum requirit officium, & circa præmiſſa noveritis expedire. Non

Si quid obeſſe poſſet; e medio tollit.

obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Baſilicæ, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi perſonis prædictis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab Apoſtolica Sede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut ſuis beneficiis privari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris, præfatis perſonis per Sedem prædictam in genere vel in ſpecie ſub quavis verborum forma conceſſis, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, veſtræ juriſdictionis explicatio in hac parte impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo (*b*), quartodecimo Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno quinto.

Novam in Vaticana Baſilica Apſidem excitans, Cappellam S. Joannis Baptiſtæ ad familiam Urſinorum ſpectantem ſolo æquat. Hinc Altare S. Apolloniæ ejuſque regimen eidem Urſinorum familiæ concedit.

Ex Archiv. Apoſtolico Vatican. in Regeſt. 44. Epiſtolar. de Cur. pag. 161. terg.

AN. CH. 1453. 12. Julii.

NIcolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio nobili Viro Franciſco de Urſinis Almæ Urbis Præfecto; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Eximiæ devotionis affectus quem ad nos & Romanam geris Eccleſiam, non indigne meretur, ut petitiones tuas in hiis præſertim, per quæ, cum divini cultus augmento, indemnitatibus tuis provideri valeat, ad exauditiones gratiam favorabiliter admittamus. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, pro fundatione & conſtructione quas circa ampliationem Tribunæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ſumptuoſo & mirifico opere fieri facere fecimus (*c*), quamdam Capellam, quam ſub vocabulo Sancti Joannis Baptiſtæ, juxta dictam Baſilicam fundari & conſtrui feceras, penitus fecerimus demoliri; Nos ne ex demolitione hujuſmodi aliquod diſpendium patiaris, & ut pium ac laudabile propoſitum hujuſmodi adimpleri & conſervari valeat, providere, teque præmiſſorum meritorum tuorum intuitu gratioſo favore proſequi volentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, Capellam Sanctæ Apolloniæ ſitam in, ſeu prope dictam Baſilicam juxta Capellam beatæ Mariæ de Febribus (*d*), tibi pro te & heredibus ac ſucceſſoribus tuis, ita quod tu, heredes, & ſucceſſores prædicti illam in

Cappellæ q… ad Urſinos ſ… ctabat, exc… dium.

Alia Capp… la Priori ſu… citur.

(*a*) Antonius de Fatatis, quem Nicolaus V. Vicarium Apoſtolicum in Baſilica Vaticana conſtituerat, anno 1450. die 12. Novembris, Ughello teſte, ad Aprutinam Eccleſiam fuit promotus. Hinc alii deliguntur Viſitatores, quibus Baſilicæ noſtræ cura committitur, ac juriſdictio confertur.

(*b*) Quæ de gemino annorum exordio toties diximus, huc referas.

(*c*) Nicolaus Pontifex omnium primus de nova Baſilicæ Vaticanæ ſtructura ſolicitus, quippe vetus templum a Conſtantino excitatum ruinam minabatur, novam eamque ampliſſimam Apſidem a fudamentis excitare decrevit. Operi manum admovit, magniſque ſumptibus, ad tres cubitos ſupra pavimentum perduxit ædificium. Verum, teſte Condivio *in vit. Michaelis Angeli Bonarrotii*, morte ſublatus, ſplendidum illud opus perficere non potuit. Laudandus tamen, quod ab aliis intentatam novi Templi ſtructuram aggreſſus, ſucceſſoribus exemplo fuit, ut de nova Templi Vaticani mole conſtruenda tandem aliquando deliberarent.

(*d*) Non loquitur de Templo, ſed de Cappella S. Mariæ de Febribus, hoc eſt de Sacrario in ipſo veteris Templi aditu erecto, ubi B. Mariæ de Febribus vetuſtiſſima imago aliquando conſedit.

(*a*) Ex

in suis structuris & ædificiis reparare & construere ac reparari & construi, nec non in ea unum vel plura Beneficia Ecclesiastica instituere & ea dotare (a), ac circa ipsius Capellæ regimen, & divinorum celebrationem, nec non alias in spiritualibus & temporalibus omnia & singula statuere & ordinare, de ipsa quoque Capella disponere valeas & valeant libere ac licite in omnibus & per omnia, prout in dicta demolita Capella, & de illa potuisses, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo concedimus & donamus. Tibique ac heredibus & successoribus præfatis, Jus patronatus, vel præsentandi unam vel plures personas Ecclesiasticas de Capitulo seu de corpore dictæ Basilicæ, vel alias undecumque, prout tibi seu heredibus & successoribus eisdem pro tempore instituta, pro hac prima vice, & quoties illa inantea simul vel successive vacare contigerit, nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus, ac nobis, vel illis Romæ non præsentibus, Vicario dilectorum filiorum Capituli dictæ Basilicæ pro tempore existenti, ac ipsi Vicario, sic deputatas personas auctoritate ordinaria instituendi, plenam & liberam potestatem eadem auctoritate Apostolica perpetuo reservamus pariter & concedimus per præsentes. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus ac privilegiis & litteris Apostolicis ipsi Basilicæ, ac illius Capitulo & personis sub quibuscumque formis & expressionibus verborum, etiam per nos concessis, ac ejusdem Basilicæ statutis & consuetudinibus, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, dicta auctoritate harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, donationis, reservationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimoquadringentesimo quinquagesimotertio, duodecimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno septimo.

Concedit ut nonnulla Mensæ Capitularis Bona stabilia, quæ minus utilia sunt, alienari perpetuo possint, ut pretium, ad Castrum Attiglianum redimendum, aut in alium utiliorem usum impendatur.

Ex Regesto 43. Epistolarum de Curia pag. 267. apud Archivum Apostolicum Vaticanum.

NIcolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Archipresbytero, Priori, Canonicis, & Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad ea ex Apostolicæ servitutis Officio libenter intendimus, per quæ Ecclesiarum, & præcipue Principis Apostolorum de Urbe, quæ Mater & decor omnium existit, utilitati consulatur, & ut illa ad optatum perducantur effectum, prout tenemur, favores Apostolicos libenter impartimur. Sane pro parte vestra nobis nuper expositum fuit, quod vos alias dum non mediocri summa pecuniarum indigeretis pro solutione emptionis per vos factæ de Castro sancti Petri in Formula, tres partes Castri Attigliani Amerien. Dœcesis ad mensam vestram legitime pertinentis, pro certa pecuniarum summa impignorastis (b); Nunc autem considerantes ipsum Castrum Attigliani fore vobis valde utile & accommodum, intenditis illud recuperare; & cum melior modus ad habendam pecuniam pro ista re necessaria, ad præsens vobis non occurrat, quam ex Bonis vestris immobilibus, quæ vobis minus utilia videbuntur, vendere & alienare, nobis supplicari fecistis, ut vobis inter cetera quamdam domum positam in via recta de Regione Pont s subtus Montem Jordanum, domui quæ olim fuit Ludovici de Arto contiguam, ad ipsam Basilicam pertinentem, non multi valoris, & quæ reparatione magna indiget, vendendi & alienandi licentiam concedere, aliasque præfatæ mensæ utilitati in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur de præmissis

Capitulum de Castro Attigliano redimendo deliberat.

(a) Ex Alpharani tabula ichonographica num. 143. compertum est erectum fuisse Altare, familiæ Ursinorum administrationi concreditum, ac quatuor Cappellaniis a Cardinali Ursino fundatis instructum. Patet etiam, hocce Altare a veteri Sacrario, in quod B. Mariæ de Febribus Imago translata fuerat, haud multum abfuisse. Ex quo licet colligere, inclytam Ursinorum familiam de Cappella, quam Nicolaus illi concesserat, instauranda, ac Beneficiis Ecclesiasticis ditanda fuisse solicitam.

(b) De Castri Attigliani alienatione consulantur Apostolicæ Literæ quas supra recitavimus. pag. 129.

Pontifex annuit; ideoque alienari permittit.

missis plenariam notitiam habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, vobis inter cetera prædictam domum cum omnibus juribus & pertinentiis suis, quarum confines qualitates quantitates situs loca & valorem præsentibus haberi volumus pro expressis, pro competenti & honesto pretio, in recuperationem dicti Castri Attigliani, vel in alias res immobiles, de quibus major vobis provenire possit utilitas, convertendo, quibusvis personis etiam laicis, cum quibus prædictæ mensæ utilitatem poteritis efficere meliorem, super quo vestras conscientias oneramus, vendendi & alienandi etiam in perpetuum, aliaque in præmissis necessaria & opportuna faciendi, disponendi, & exequendi, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, privilegiis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, & præcipue de non alienandis domibus dictæ mensæ nisi usque ad certum tempus, quibus omnibus hac vice dumtaxat, illis tamen alias in suo pleno robore permansuris, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimotertio, duodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno septimo.

Venditionem domus in regione Pontis a Capitulo Basilicæ Vaticanæ factam, ratam habet, ipsumque Contractus Instrumentum inserit, & confirmat.

Ex Regesto 46. epistolarum de Curia pag. 264. in Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1454. 1. Apr.l.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futurum rei memoriam. Etsi universis per orbem constitutis Ecclesiis Apostolica nos decat provisione consulere, Basilicæ tamen Principis Apostolorum de Urbe, quæ nobis strictioribus jure & familiaritate adhæret, ampliori nos convenit sollicitudine providere, & ea quæ pro ipsius Basilicæ, necnon personarum cum ipsa Basilica agentium, commodo & utilitate processisse comperimus, ne successu temporis impugnationi subjaceant, Apostolico munimine roborare. Sane pro parte dilectorum filiorum Archipresbyteri, Prioris, & Capituli dictæ Basilicæ, nec non dilectæ in Christo filiæ Peregrinæ filiæ Ambroxeti de Castro Marini, & nunc habitatoris Romæ in regione Pontis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod superioribus diebus pro aliquibus necessitatibus ipsi Capitulo tunc imminentibus, habita inter eos desuper matura deliberatione & tractatu, quamdam domum terrineam & solaratam, cum Cameris infra se, & cum horto post se, positam in regione Pontis & in contrata quæ dicitur la imagine de Ponte (*a*), juxta suos confines, & ad dictam Basilicam pertinentem, præfactæ Peregrinæ pro pretio ducentorum Ducatorum auri de Camera boni & justi ponderis, vendiderunt, cesserunt, & in eam titulo venditionis transtulerunt, ac pretium hujusmodi illico eisdem Capitulo persolutum, in utilitatem dictæ Basilicæ converterunt, prout in diversis Instrumentis superinde confectis plenius continetur. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, licet domus ipsa justo pretio vendita fuerit, tamen pro eo quod in alienatione hujusmodi seu ante eam, debiti ac legitimi tractatus, nec non aliæ solemnitates a jure seu statutis dictæ Basilicæ, etiam juramento seu Apostolica confirmatione vallatis, requisitæ, forsan non intervenerunt, & ab aliquibus hæsitari posset an venditio & translatio prædictæ viribus subsistant, pro parte eorumdem Archipresbyteri, Prioris, Capituli, & Peregrinæ nobis fuit humiliter supplicatum, ut venditioni, cessioni, & translationi domus, ac pretii illius solutioni & conversioni, nec non omnibus & singulis in dictis Instrumentis, quorum tenores inferius de verbo ad verbum inseri fecimus, contentis, ac inde secutis, pro eorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & alias super hiis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur, de cujus licentia hujusmodi venditio processit, de præmissis omnibus & singulis plenissime informati, venditionem, cessionem & translationem domus, ac illius solutionem & versionem, necnon alia & singula inde secuta prædicta, rata habentes & grata, ea auctoritate Apostolica, & ex certa scien-

A Capitulo Basilicæ domus venditur.

Ejus fines.

Pontifex [venditionem con]firmat.

(*a*) Nostra etiam ætate hæc B. Virginis imago publicæ prostat venerationi. Ex qua item imagine locus quidam positus in via quæ ab Ælio Ponte ad montem Jordanum ducit, hoc ipsum cognomen servat, & vocatur adhuc *l'Immagine di Ponte*.

(*a*) Anto-

ſcientia tenore præſentium approbamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui quomodocumque intervenerint in eiſdem. Necnon ſcientia & auctoritate ſimilibus ſtatuimus pariter & decernimus, dictam Peregrinam ſeu ejus heredes & ſucceſſores, ad probandum venditionem, ceſſionem, & tranſlationem prædictas in utilitatem dictæ Baſilicæ fuiſſe factas, ac pretium quod ex illa provenit, in ipſius Baſilicæ utilitatem verſum fuiſſe, nullatenus teneri, nec alias ſuper dicta domo unquam quacumque ratione vel cauſa moleſtari poſſe; quodque Inſtrumentis ſic inſertis hujuſmodi plena eademque fides prorſus adhibeatur quandocumque & ubicumque in judicio & extra, vel alibi ubicumque præſentes literæ noſtræ fuerint exhibitæ vel oſtenſæ, & ipſarum tenori ſtetur firmiter in omnibus & per omnia, ſicuti ipſis originalibus Inſtrumentis ſtaretur, ſi forent exhibita vel oſtenſa. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædeceſſoris noſtri, quibus ſub certis tunc expreſſis cenſuris & pœnis res & bona Eccleſiarum Urbis, ſeu prædictæ Baſilicæ alienari prohibentur, & quibuſvis aliis conſtitutionibus & ordinationibus, nec non indultis & privilegiis Apoſtolicis, Baſilicæ quoque, & de Gabellis non ſolutis Urbis prædictarum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, quibus omnibus & ſingulis, illorum tenores de verbo ad verbum præſentibus pro expreſſis habentes, eis alias in ſuo robore permanſuris, quoad præmiſſa expreſſe derogare volumus, & per præſentes derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Tenor vero dictorum Inſtrumentorum ſequitur & eſt talis: In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio, indictione prima, die vero quartadecima menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Nicolai Divina providentia Papæ quinti Anno ſeptimo. In mei Notarii publici & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, convocatis, congregatis, & coadunatis ad ſonum Campanellæ, ut moris eſt, venerabilibus Viris Dominis Canonicis & Capitulo Eccleſiæ Sacroſanctæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, in Sala Sacriſtiæ præfatæ Baſilicæ, de licentia conſenſu & voluntate Reverendorum Patrum Domini Joannis de Mellinis Canonici præfatæ Baſilicæ, & in præfata Baſilica Apoſtolica auctoritate Vicarii (*a*), & Domini Georgii de Cæſarinis Apoſtolicæ Sedis Prothonotarii, Canonici dictæ Baſilicæ, & Vicarii Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Petri miſeratione divina tituli Sancti Marci Presbyteri Cardinalis Archipresbyteri præfatæ Baſilicæ, in quo quidem Capitulo interfuerunt ipſi Domini Joannes de Mellinis Vicarius, & Dominus Georgius Prothonotarius, ac venerabiles Patres Dominus Ludovicus Antonii, Dominus Andreas Mathæi, Dominus Conradus de Marcellinis, Dominus Petrus de Porcariis, Dominus Laurentius de Venetinis, Dominus Laurentius Lelli, Dominus Laurentius Lelli Magdalenæ, Dominus Antonius de Marganis, & Dominus Jacobus de Benenatis, omnes Canonici præfatæ Eccleſiæ pro ſe ipſis, & bona dictæ Baſilicæ principaliter obligaverunt pro aliis Canonicis abſentibus, pro quibus & quolibet eorum promiſerunt de rato & ratihabitione, & ſeſe facturos & juraturos ita & taliter cum effectu, quod dicti Canonici abſentes omnia & ſingula in præſenti inſtrumento contenta, rata grata & firma habebunt & tenebunt, & contra non facient nec venient, habita prius ad hoc ſpeciali licentia præfati Sanctiſſimi Domini noſtri, prout ex Bulla plumbea (*b*), unanimiter & concorditer ſponte fecerunt conſtituerunt & ordinaverunt eorum & dictæ Baſilicæ & Capituli verum & legitimum Procuratorem, actorem, factorem, negotiorum geſtorem, & certum nuntium ſpecialem, ſeu quovis alio nomine de jure melius cenſeri poteſt, venerabilem virum Dominum Baptiſtam Joannis Panis Canonicum præfatæ Baſilicæ præſentem, ad vendendum in perpetuum pro aliquibus dicti Capituli imminentibus neceſſitatibus, quamdam domum terrineam ſolaratam & tegulatam, cum Cameris infra ſe, & cum horto poſt ſe, & cum porticali coperto ante ſe, quæ domus ſita eſt in regione Pontis, & in contrata quæ dicitur la immagine de Ponte inter hos fines; cui ab uno latere ſunt res heredum Magiſtri Ludovici de Orto, ab alio ſunt res Jozoli de Sanza, retro eſt Palatium Reverendiſſimi Domini Cardinalis de Urſinis (*c*), ante eſt via publica, vel ſi qui ſunt aut eſſe poſſunt plures aut

[ins]trumenta (left margin, partly cut off)

Canonicorum nomina.

Procurator, qui venditionem perficiat, eligitur.

(*a*) Antonio de Fatatis, de quo non ſemel egimus, Succeſſor datus eſt. Oportet igitur, ut ii duo, quos tamquam Apoſtolicos Vicarios Baſilicæ Vaticanæ Nicolaus præfecerat in Conſtitutione ſuperius relata *pag.* 139. hoc jure exciderint, ne alioquin Vicariorum munera ac nomina inutiliter congeramus.

(*b*) Hanc Bullam aſſequi non potuimus, eſto indubia res ſit, hanc venditionem ipſomet Pontifice ſciente ac probante fuiſſe factam. Quo pertinent ea Pontificis verba, quæ in ſuperiori Conſtitutione occurrunt. *Nos igitur, de cujus licentia hujuſmodi venditio proceſſit. &c.*

(*c*) Haſce ædes ad Montem Jordanum poſitas, hodie inhabitat, ac jure ſuo poſſidet familia de Gabrielibus.

(*a*) Ge-

aut veriores confines antiqui vel moderni, alicui personæ de qua sibi videbitur, & quæ dictam domum emere voluerit, dummodo dictam domum non vendat minori pretio ducentorum Ducatorum auri de Camera boni & justi ponderis, ad quod pretium dicta domus per certos Magistros ad hoc expertos, per ipsos Dominos Canonicos & Capitulum ad videndum & æstimandum dictam domum specialiter deputatos & missos, æstimata fuit, cum omnibus solemnitatibus in similibus venditionibus necessariis, necnon ad promittendum de evictione in forma juris valida & consueta, relevantes dicti constituentes dictum Procuratorem in prædictis & circa prædicta ut supra, ab omni onere satisdationis de judiciis sisti, & judicato solvendo, cum suis clausulis necessariis & opportunis, me Notario ut publica persona præsente, recipiente, & stipulante prædicta & infrascripta ut supra, vice & nomine omnium quorum interest; promittentes dicti constituentes mihi Notario ut publicæ personæ præsenti & stipulanti ut supra, omne totum & quidquid actum, factum & gestum fuerit per dictum eorum Procuratorem, perpetuo habere ratum, gratum & firmum, & contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, jure, modo, sive causa, sub hypotheca & obligatione omnium bonorum suorum & dictæ Basilicæ; juraveruntque dicti constituentes ad Sancta Dei Euangelia, ponentes manus suas ad pectus eorum, supradicta omnia & singula semper & perpetuo attendere & observare, & contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione sive causa. Actum Romæ in Sacristia præfatæ Basilicæ, præsentibus, audientibus, & intelligentibus hiis testibus videlicet, Dominis Jacoputio & Hieronymo Paussi Beneficiatis præfatæ Basilicæ, ad prædicta vocatis habitis & rogatis. In Nomine Domini Amen.

Ipsum venditionis Instrumentum subjicitur.

Anno a Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimotertio, Indictione prima, die vero vigesima mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Nicolai divina providentia Papæ quinti, Anno septimo. In præsentia mei Notarii publici, & testium infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, venerabilis Vir Dominus Baptista Joannes Panis Canonicus Ecclesiæ Sacrosanctæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Procurator & procuratorio nomine venerabilium virorum Dominorum Canonicorum & Capituli dictæ Ecclesiæ Principis Apostolorum de Urbe, & pro ipsa Ecclesia, ut patet Instrumento publico per me infrascriptum Notarium confecto, servata omni solemnitate consueta, & habita omnium exacta diligentia, ad faciendum præfatorum Dominorum Canonicorum & Basilicæ conditionem meliorem, sponte vendidit, & titulo venditionis in perpetuum dedit, cessit, concessit, transtulit, & mandavit honestæ & discretæ mulieri Peregrinæ filiæ Ambrosetti de Castro Marini, & nunc habitatoris Romæ in regione Pontis, præsenti & in præsentia ac concensu dicti patris & etiam matris suæ, & aliquorum consanguineorum & amicorum suorum, & pro alimentis & dote sui ementi, & legitime stipulanti pro se suisque heredibus & successoribus, id est quamdam domum terrineam & solaratam cum Cameris infra se, & cum horto post se, & cum porticali ante se, cum omnibus juribus, introitibus, exitibus, & pertinentiis suis liberam & exemptam ab omni censu, nexu, servitute, atque pensione; quæ domus posita est in regione Pontis, & in contrata quæ dicitur la immagine de Ponte inter hos fines: cui ab uno latere est domus heredum Magistri Ludovici de Orto, ab alio est domus Jozoli de Sanza, retro est Palatium Reverendissimi Domini Cardinalis de Ursinis, ante est via publica, vel si qui sunt vel esse possunt ad dictam domum plures & veriores confines antiqui vel moderni, ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, donandum, obligandum, pignorandum, alienandum, vendendum, & de dicta domo faciendum, & disponendum quidquid dictæ Dominæ emptrici suisque heredibus & successoribus perpetuo placuerit, tamquam de re propria. Item simili modo, & titulo dictæ venditionis, prædictus Dominus Baptista Procurator, & procuratorio nomine quo supra, vendidit, & venditionis titulo cessit & concessit, transtulit, & mandavit dictæ Dominæ Pergrinæ emptrici præsenti & stipulanti ut supra, omnia & singula jura, nomina, & actiones, justitias & rationes reales & personales, utiles & directas, tacitas, & expressas, hypothecarias seu mixtas, & in re scriptas, ac officium Judicis, quæ, quas, & quod præfati Canonici & Capitulum habent, vel habituri sunt in futurum quomodocumque & qualitercumque in dicta domo contra omnes personas, Universitates, & loca, nullo jure, nullaque ratione præfatis Canonicis & Capitulo in dicta domo de cetero reservatis; & dictus Procurator, nomine quo supra, investivit dictam Peregrinam emptricem, de dicta domo, & in corporalem & vacuam possessionem posuit, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, dans & concedens dictus Procurator, nomine quo supra, dictæ emptrici plenam licentiam & liberam potestatem & facultatem dictam domum ut supra venditam propria ejus auctoritate intrandi, capiendi, apprehendendi, tenendi, possidendi, & de dicta domo faciendi prout ei placuerit, volens

Accurate... mus descrip...

Venditio... ficitur, ac... omnia cum... domo alie... tur.

lens quod dicta emptrix in locum jus & proprietatem ipsius domus succedat, & succedere debeat, & ita suo proprio nomine in ea agat, degat, exigat, excipiat & defendat, recipiat, utatur, fruatur, experiatur directis & utilibus actionibus, quemadmodum Canonici & Capitulum dictæ Basilicæ facere poterant ante præsentem venditionem, constituens eamdem emptricem Dominam & procuratricem tamquam in rem suam. Hanc autem venditionem, & omnia & singula quæ dicta sunt, & infra dicentur, fecit dictus Procurator, nomine quo supra, dictæ Dominæ Peregrinæ emptrici præsenti & stipulanti ut supra, pro recuperatione Castri Attigliani alias per ipsos Dominos Canonicos pignorati, prout patet Bulla Apostolica plumbata, pro pretio & nomine pretii ducentorum Ducatorum auri de Camera boni & justi ponderis, quos ducentos Ducatos pretium prædictum præsentialiter, numeraliter, & manualiter Canonici & Capitulum prædicti habuerunt & receperunt a dicta emptrice in auro & pecunia numerata, de quibus, post dictam manualem receptionem & confessionem, dicti Canonici sese bene quietos contentos & pacatos vocaverunt, & renunciaverunt exceptioni non habitorum, non solutorum, non numeratorum, non eis assignatorum dictorum ducentorum Ducatorum, & exceptioni non numeratæ pecuniæ, & emptioni vi doli mali metu in fraudem, conditioni indebitæ ob causam & fine causa, & spei futuræ numerationis & receptionis, & generaliter omnibus legibus Juris Canonici vel Civilis, quibus contra prædicta sese tueri & defendere possent. Et promisit dictus Procurator, nomine quo supra, dictæ Peregrinæ emptrici præsenti & stipulanti ut supra, quod dicta domus est dictæ Ecclesiæ, & ad eam spectat & pertinet pleno jure, & quod nulli alii personæ, Universitati vel loco est vendita, data, donata, cessa, concessa, obligata & pignorata, nec aliquo modo alienata, nec de ea in totum vel in parte cum aliqua alia persona, Universitate, vel loco, contractus alius factus est, nec factus apparebit in præjudicium præsentis venditionis, & eamdem Peregrinam emptricem præfatam, & ejus heredes & successores, præfatus Procurator ut supra promisit defendere & disbrigare ab omni persona in ea molestiam inferre volente, & si contrarium aliquo tempore appareret, præfatus Procurator ut supra promisit dictæ Dominæ Peregrinæ emptrici præsenti & stipulanti ut supra, de evictione ut jura volunt, & ad omnia & singula damna & expensas & interesse, quæ & quas dicta Domina Peregrina emptrix, & ejus heredes & successores passi fuerunt; nec non promisit dictus Procurator, nomine quo supra, dictæ Dominæ Peregrinæ emptrici præsenti & stipulanti ut supra, sese facturum & curaturum ita & taliter & cum effectu, quod huic venditioni & omnibus in ea contentis consentiet omnis persona adjacens, & jus in ea habere prætendens, ad omnem petitionem & voluntatem dictæ emptricis & suorum heredum & successorum. Pro quibus omnibus & singulis observandis & plenarie adimplendis, nomine dictæ Basilicæ obligavit & pignori posuit dictæ emptrici præsenti & stipulanti ut supra, omnia & singula bona dictæ Basilicæ, mobilia & immobilia, præsentia & futura, renuntiavit omnibus legibus, statutis, privilegiis & consuetudinibus Urbis, quibus contra prædicta sese tueri & defendere possit; & voluit dictus Procurator, nomine quo supra, pro prædictis posse cogi, compelli, constringi, & conveniri omni tempore & in omni loco & Curia, tam ecclesiastica, quam seculari, & coram quocumque Judice vel Auditore, & ubique locorum & fori, diebus feriatis & non feriatis, quibus feriatis & non feriatis diebus renunciavit expresse ex certa ejus scientia, renunciavit etiam beneficio ablationis bonorum. Quæ omnia & singula supradictus Procurator, nomine quo supra, promisit & convenit & in ejus pectore tactis sacrosanctis Scriptutis juravit dictæ emptrici, & mihi Notario ut publicæ personæ præsenti, recipienti, & legitime stipulanti ut supra attendere, & observare, ac grata, rata & firma habere, & contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione modo jure titulo sive causa, sub hypotheca & obligatione prædicta, & vinculo præfati juramenti. Actum Romæ in regione Pontis & in via recta & in contrata ut supra, & in domo habitationis Ambrosetti Patris dictæ emptricis, præsentibus & audientibus hiis testibus videlicet, Domino Joanne Jacobo de Buchabellis Canonico Ecclesiæ sanctorum Celsi & Juliani, & Joanne Bonadies Aromatario de regione Pontis, ad prædicta vocatis habitis & rogatis.

Aliud Instrumentum.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Indictione secunda, die vero octava mensis Februarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Nicolai divina providentia Papæ quinti. Anno septimo. In præsentia mei Notarii publici & testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, Reverendus Vir Dominus Georgius de Cæsarinis Sedis Apostolicæ Prothonotarius Canonicus Basilicæ Sancti Petri de Urbe, sua bona propria & spontanea voluntate, ex certa scientia & non per errorem confessus fuit, & in veritate recognovit se habuisse & recepisse, ac penes se habere

Procuratoris confessio de recepto.

habere & tenere in depositum nomine & ex causa meri & puri depositi, a Capitulo & Canonicis præfatæ Basilicæ præsentibus, deponentibus, & legitime stipulantibus pro seipsis, ac nomine & vice dictæ Basilicæ, de propriis pecuniis dictæ Basilicæ, id est Ducatos ducentos auri de Camera boni & justi ponderis, quos ipsi Canonici habuerunt pro una domo quam vendiderunt pro recuperatione Castri Attigliani, quæ domus sita est in regione Pontis, & in contrata quæ dicitur la immagine de Ponte inter hos fines: cui ab uno latere sunt res Jozoli de Sanza, ab alio sunt res heredum Magistri Ludovici de Orto, retro est Palatium Domini Cardinalis de Ursinis, ante est via publica, vel si qui sunt aut esse possunt a dicta domo plures aut veriores confines, de quibus post dictam receptionem & confessionem se bene quietum, contentum & pacatum vocavit, & renunciavit exceptioni non habitorum, non solutorum, non pacatorum, non traditorum, non sibi assignatorum dictorum ducentorum Ducatorum depositum prædictum, & exceptioni numeratæ pecuniæ, & omnibus exceptionibus quibus contra prædicta se tueri & defendere possit. Et promisit dictus Dominus Prothonotarius dictis Canonicis & Capitulo præsentibus & stipulantibus ut supra, dictos ducentos Ducatos depositum prædictum tenere & custodire, salvos ac salvum facere omni suo risico & fortuna, & dictos ducentos Ducatos depositum prædictum dictus Dominus Georgius Prothonotarius depositarius prædictus reddere, restituere, & pacare promisit eisdem Canonicis & Capitulo præsentibus ut supra, ad omnem ipsorum Canonicorum & Capituli requisitionem, petitionem & voluntatem, cum omnibus & singulis damnis & expensis. Pro quibus omnibus & singulis observandis dictus Dominus Prothonotarius obligavit omnia ipsius bona dictis Canonicis & Capitulo mobilia & immobilia, præsentia & futura, & voluit pro prædictis posse se cogi, compelli, constringi, & conveniri omni tempore, & in omni loco, & in qualibet Curia tam ecclesiastica quam seculari, & coram quocumque Judice vel Auditoribus, diebus feriatis & non feriatis, quibus feriatis & non feriatis diebus renunciavit expresse. Datum Romæ in Sancto Petro, præsentibus, audientibus & intelligentibus his testibus, videlicet, Appollonio & Jacobo Corradi Clericis præfatæ Basilicæ, ad prædicta vocatis habitis atque rogatis. Et ego Laurent'us Jacobi civis Romanus, in Basilica Principis Apostolorum de Urbe Beneficiatus, publicus Dei gratia Imperiali auctoritate Notarius, quia prædictis omnibus & singulis interfui & præsens fui, rogatus scribere scripsi & publicavi, & in publicam formam redegi rogatus, meumque signum apposui consuetum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, statuti, constitutionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Kalendis Aprilis, Pontificatus nostri Anno octavo.

Ecclesiam S. Stephani in Cælio Monte collapsam restaurat, Monachos in ea constituit, ac dotis nomine Bona nonnulla, potissimum vero Castrum Jubilæi illis attribuit, ea sub lege, ut nullo pacto Bona alienentur; secus ad Basilicam Vaticanam pleno jure perveniant.

Ex Archivo Apostol. in Regest. diversar. Bullar. in Armar. num 35. tom. 56. pag. 276. terg.

AN. CH. 1454. 11. August.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam dum Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum Regulariumque Personarum opportunitates & commoda temporalium rerum exilitas minuit, illarum passim vilescit decentia, & Divinus cultus in domo Domini desinit exerceri, Apostolicæ ad hoc non indigne extenditur provisionis opera, ut Ecclesiasticarum Personarum hujusmodi dispendiis per remedia succurri valeat opportuna. Hinc est quod nos, qui dudum miserati deformi ruinæ venerabilis Ecclesiæ sancti Stephani in Cælio Monte (a) de Urbe, tamdiu... per multa

(a) Gemina cur hanc Bullam exscribamus, occurrit ratio; una quidem, quod Castrum Jubilæum de quo Bulla loquitur, anno 1458. ad Capitulum Vaticanæ Basilicæ jure emptionis tandem pervenerit; Altera, quod Nicolaus Pontifex in ipsa Bonorum donatione hanc conditionem adjecerit, ut, quocumque tempore Bona Ecclesiæ S. Stephani in dotem tradita, quovis titulo alienarentur, ea ad Basilicam Principis Apostolorum pervenirent.

(a) Con-

multa tempora collapsæ, & Divino cultu penitus destitutæ, eamdem Ecclesiam non sine magnis sumptibus, Deo opitulante, instauravimus, & ad decentem statum reduximus, ac in ea Ordinem Fratrum sancti Pauli primi Heremitæ sub Regula sancti Augustini regularique observantia degentium, ereximus, cupientes divinum cultum hujusmodi juxta cordis nostri desiderium in ea perpetuis futuris temporibus, ac ipsos Fratres inibi gratum & devotum impendere Altissimo famulatum, atque per nostræ subventionis remedium taliter providere, quod Fratres ipsi juxta regularia dicti Ordinis Instituta se valeant substentare; motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, prædium sive Casale Jubilæum nuncupatum, positum in Territorio Urbis præfatæ, in loco qui dicitur Isola, necnon unam domum magnam positam in Regione Pontis dictæ Urbis in contrata sanctæ Mariæ de Posterula, ac tres alias domos eidem domui magnæ vicinas in eadem contrata in opposito dictæ domus, cum ortis retro se, ac omnibus introitibus, exitibus, juribus, & pertinentiis suis, præfatæ Ecclesiæ sancti Stephani Fratribusque prædictis, & pro eis dilecto filio Fratri Valentino Laurentii de Capris Agrien. Diœcesis ejusdem Ordinis Professori, minori Pœnitentiario nostro, pro dote & dotis nomine irrevocabiliter ea donatione quæ dicitur inter vivos, perpetuo donamus, & donationis titulo tamquam bona per nos Cameræ Apostolicæ acquisita concedimus, tradimus, & pariter assignamus; ita quod liceat eisdem Valentino & Fratribus ex nunc per se vel alium seu alios corporalem possessionem Casalis, domorum, juriumque & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria libere apprehendere, illorumque fructus, redditus, & proventus in suos & Ecclesiæ sancti Stephani præfatæ usus utilitatemque convertere, & perpetuo retinere, alicujus super hoc licentia minime requisita. Volumus autem quod si Bona donata prædicta per se vel alium, quandocumque, quavis occasione vel causa, etiam de licentia

tem affi-

Sedis Apostolicæ ejusque auctoritate vendiderint seu alienaverint quoquo modo, ex tunc Bona donata prædicta ad Basilicam Principis Apostolorum de Urbe pleno jure perveniant (*a*). Ceterum, cum sicut accepimus, dilecti filii Prior & Capitulum secularis & Collegiatæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ in Via lata, ac sanctorum Ciriaci Martyris & Nicolai Confessoris de Urbe donaverint ea donatione, quæ dicitur inter vivos, necnon dederint cesserint & concesserint præfatæ Ecclesiæ sancti Stephani omne jus omnemque proprietatem ac directum utileque dominium, necnon omnem annuam, vel aliam quamvis temporalem responsionem, ac illius actionem de præterito vel futuro, ad illam vel illas petendum, sive ejusdem pensionis vel locationis renovationem eis competentes & competituras, & Ecclesiæ sanctæ Mariæ ac sanctorum Ciriaci & Nicolai debitas (*b*) in & ad Casale prædictum ejusque tenimentum, omnia jura, nomina, actiones, quæ & quas in illo habere possent, prout in quodam Instrumento publico desuper confecto, cujus tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso, dicitur plenius contineri; Nos donationem, cessionem, & concessionem prædictas, ac omnia alia & singula in dicto Instrumento contenta & inde secuta, auctoritate Apostolica tenore præsentium ratificamus, approbamus, & confirmamus; supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem; dictumque Casale ab hujusmodi censu, subjectione, revocatione, & aliis præmissis totaliter liberamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ donationis concessionis traditionis assignationis voluntatis approbationis confirmationis suppletionis & liberationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Conditionem adjicit.

Castrum Jubilæum a quovis onere exemptum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimoquarto, Pridie Idus Augusti, Pontificatus nostri An. octavo.

Loca-

(*a*) Consulantur quæ supra adnotavimus.

(*b*) Quænam jura favore Ecclesiarum S. Mariæ in Via lata, & sanctorum Cyriaci & Nicolai superessent in Castro Jubilæi, patet ex Instrumentis, quæ in Basilicæ Vaticanæ Tabulario servantur diligenti cura. Plura hîc non addimus, quoniam, ubi de Castri venditione agendum erit, hac de re opportunior infra recurret sermo.

Locationem areæ ac hortorum circa Ecclesiam S. Salvatoris de Ossibus a Capitulo factam favore Godefridi Canonici Leodiensis, Pontifex approbat; ac insuper ipsam S. Salvatoris Ecclesiam eidem Godefrido in Commendam concedit.

Ex Regest. 47. Epistolar. de Cur. pag. 159. in Archiv. Apostolic. Vatican.

AN. CH. 1454. 1. *Octob.*

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Gratiæ Sedis Apostolicæ plenitudo hiis quæ pro Ecclesiarum & piorum locorum quorumlibet decore prosperoque statu & restauratione provide processisse comperit, libenter Apostolici muniminis adjicit firmitatem, ac illas ex personis ecclesiasticis specialibus favoribus & gratiis prosequitur, quas, facti evidentia docente, sibi devotas & obsequiosas agnoscit, & multiplicium virtutum meritis percipit adjuvari. Dudum siquidem nonnullorum fide digna relatione percepimus, quod dilecti filii Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, attente considerantes quod Ecclesia Sancti Salvatoris de Ossibus (a) de Urbe, eidem Basilicæ canonice unita, in cujus circumferentia olim videbantur fuisse aliqua ædificia, adeo prostrata & deserta remanserant, ut circa ipsam Ecclesiam illius solum ad aream redactum, ac vepribus, dumis, ederisque occupatum, sine spe restaurationis vel reformationis alicujus maneret; ac etiam sperantes quod dilectus filius Godefridus de Waya Canonicus Leodiensis Cubicularius ac familiaris noster continuus commensalis, locum ipsum, & incultum solum, deformationis desolationisque opprobrio subjectum, ad debitam culturam redigere, & aliquam inibi habitationem erigere intendebat, prædicti Capitulum propter hoc insimul legitime congregati, ac de consensu & licentia Superiorum quorum intererat, ipsum solum in circumferentia ejusdem Ecclesiæ consistens, cum omnibus & singulis ortis, territoriis, & aliis juribus, utilitatibus, commoditatibus, pertinentiis, & adjacentibus suis universis, ad Basilicam tam ratione unionis hujusmodi, quam aliter spectantibus, (b) & in loco qui dicitur Turrion (c) sitis, sub terminis confinibus & limitibus tunc expressis, præfato Godefrido ad ejus vitam dumtaxat locaverunt, & titulo locationis donaverunt, sub conditionibus & pactis tunc expressis, inter cetera continentibus quod ipse Godefridus solum, & ortos reparari & cultivari, ac fossata pro aquarum decursu ordinari & manuteneri facere suis sumptibus & expensis, absque aliqua expensarum refusione, quodque post ejus decessum, seu cessante locatione ipsa, omnia cum quocumque melioramento ad ipsam Basilicam, sine contradictione heredum & successorum dicti Godefridi vel aliorum quorumcumque, omnino redire deberent; Quodque ipse Godefridus, seu ille qui, quoad vixerit, ejus nomine illa obtineret, pro annuo censu seu canone eisdem Capitulo vel eorum Procuratori anno quolibet in festo Sancti Michaelis de mense Septembris duodecim librarum denariorum, videlicet pro qualibet libra viginti solidos monetæ usualis (d) in eadem Urbe currentis, sua vita caute * solvere, seu solvi facere teneretur, prout in instrumentis seu litteris etiam sigillo & subscriptione dilecti filii Laurentii Jacobi Civis Romani Imperiali auctoritate Notarii munitis, plenius continetur. Postmodum vero præfatus Godefridus, transactionis & donationis earumdem vigore, videntibus, permittentibus, & consentientibus Capitulo, Canonicis, & personis dictæ Basilicæ, solum ipsum sub confinibus hujusmodi per aliquos annos tenens & possidens, prout tenet & possidet de præsenti, nedum in solo ipso ad aream redacto, sed etiam in eadem Ecclesia magna & pulchra atque sumptuosa ædificia, etiam de novo & funditus erexit, construxit, & reformavit; quinimo etiam hortos, horticellos, & cetera officina multiplicibus decoravit operibus & ornamentis. Nos igitur ad structuras & ædificia,

Solum circa Ecclesiam Salvatoris desolatum.

Excolend[...] a Capitulo [...] ditur sub ce[...] conditionibu[...]

Census [...] solvendus s[...] tuitur.

* *Leg.* [...]rante.

(a) A Peregrinorum, qui in hac Ecclesia tumulabantur, Cœmeterio, Ecclesiæ cognomen accessit. Sacram hanc ædem a Carolo Magno fuisse excitatam ea satis produnt, quæ in superiori Tomo, ad illustrandam Bullam S. Leonis IX. proferuntur *pag.* 23. *not. d.*

(b) Hanc ipsam Ecclesiam a Carolo Magno erectam, Monasterio S. Martini fuisse attributam patet ex Diplomate S. Leonis IV. Tom. 5. pag. 15. nostræ Collectionis Bullarum. Patet etiam ex memorata S. Leonis IX. Bulla, ipsum S. Martini Monasterium una cum membris ac Bonis illi conjunctis ad Basilicam eamdem fuisse translatum. Hæc igitur potissima unionis causa, cui Basilicæ S. Petri jura innituntur.

(c) Hoc etiam nomine Ecclesiam S. Salvatoris fuisse donatam, pridem animadvertimus citat. *tom.* 1. *Bullar. pag* 23. *not. d.*

(d) Solidorum valor obulis duodecim cum dimidio respondet, si audiamus Jacobo Grimaldo *in Opusc. de Veronica pag.* 38. Hinc libra denariorum quæ solidos viginti comprehendit, æquivalet Juliis viginti quinque, proindeque census decem librarum quotannis a Godefrido solvendus, scutorum triginta summam exæquat.

(a) Nico-

ficia, quibus dictus Godefridus praefatam Ecclesiam illique adjacentes domos hortos ortalitia & alia officina paulo ante locationem opprobrio subjecta, magnis cum laboribus & expensis, prout oculata fide didicimus, instauravit & decoravit, aedificia funditus erigendo, ac omnia innovando, nostrae dirigentes considerationis intuitum, & quae in praemissis per dictum Godefridum gesta sunt, in Domino plurimum commendantes, ac propterea, & ut etiam ipse Godefridus & alii ejus exemplo ad hujusmodi laudabilia opera peramplius animentur, locationis hujusmodi transactionem, ac omnia & singula in instrumentis seu litteris praedictis contenta, necnon quaecumque inde secuta, pro eorum subsistentia firmiori, Apostolico munimine roborare, ipsumque Godefridum obsequiorum, quae grata nobis hactenus impendit & adhuc sollicitis studiis impendere non desistit, necnon multiplicium virtutum quibus personam suam, tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, intuitu, gratioso favore prosequi volentes, motu proprio, non ad ejusdem Godefridi, vel alterius pro eo nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, transactionem, locationem, & donationem hujusmodi cum annua responsione, ac cum conditionibus & pactis, necnon omnibus & singulis in instrumentis seu litteris hujusmodi contentis, & quaecumquae inde secuta, quorum omnium tenores praesentibus, ac si de verbo ad verbum inserti forent, haberi volumus pro expressis, pro eorum omnium subsistentia firmiori, auctoritate Apostolica & ex certa nostra scientia, tenore praesentium approbamus & confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus; supplentes omnes & singulos defectus, si qui forsan, etiam in substantialibus desuper omnino requisitis, intervenerint in eisdem. Ac volumus, & eisdem auctoritate & scientia statuimus pariter & decernimus, quod ex nunc inantea, quoad ipse Godefridus vixerit, tam Capitulum, quam Godefridus praedicti, & quicumque alii cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacumque, etiam Ecclesiastica, Episcopali, seu quacumque majori dignitate praefulgeant, ad ejusdem transactionis & contentorum praedictorum inviolabilem observationem realiter & omnino sint astricti, juxta illius continentiam atque formam. Et nihilominus pro tutiori ejusdem Godefridi cautela, praefatam Ecclesiam cum illi adjacentibus domibus, solo, hortis, hortalitiis, & aliis officinis, sub pactis & conditionibus ac annua responsione in eadem transactione appositis, ac omnibus juribus & pertinentiis supradictis, praefato Godefrido, quoad vixerit, denuo donamus, locamus, committimus, & assignamus, ac eidem, una cum quibusvis beneficiis ecclesiasticis & dignitatibus, etiam cum cura & sine cura, quae obtinet, & imposterum obtinebit, per se vel alium seu alios, qui vel quos, ad id tenendam, regendam, & etiam gubernandam cum omnibus aedificiis, hortis, & hortalitiis hujusmodi, ac omnibus juribus & pertinentiis suis, quoad vixerit, commendamus. Volentes illum, & quem seu quos ad hoc deputaverit, pacifica & quieta eorum possessione gaudere, absque hoc quod a quoquam quavis auctoritate, censum ipsum solvendo, valeat, quoad vixerit, quavis occasione vel causa amoveri. Propterea ne pro eo quia, ut ab aliquibus asseritur, Ecclesia ipsa olim actu Parrochialis extitit, licet hodie etiam ab hominum memoria ne dum Parochianis sed etiam congruis, proh dolor, sit orbata redditibus, dictae Ecclesiae aut aedificiorum, hortorum, ac bonorum ejusdem receptio & retentio sibi in aliquo praejudicare, seu sibi pro compatibili vel incompatibili beneficio computari; motu simili, Ecclesiam ipsam seu domos, terras, & adjacentia hujusmodi, ipsi Godefrido pro nullo compatibili vel incompatibili beneficio computari, & de illa vel illis in quibusvis impetrationibus, concessionibus, seu gratiis sibi per nos vel dictam Sedem seu alias hactenus concessis, vel imposterum concedendis, mentionem aliquam facere nullatenus debuisse, nec imposterum debere, nec propter illius cum quibusvis aliis incompatibilibus beneficiis ecclesiasticis per eum hactenus obtentis, vel in futurum obtinendis, Constitution. felicis recordationis Joannis Papae vigesimi secundi Praedecessoris nostri, quae incipit. Execrabilis, vel aliquam aliam poenam, seu inhabilitatis vel infamiae maculam aut notam incurrisse, nec imposterum incurrere, auctoritate & scientia similibus harum serie decernimus. Et nihilominus eidem Godefrido, ut si per aliquas litteras, Instrumenta, vel alia documenta de aliquibus ejusdem Ecclesiae fructibus, etiam alienatis vel distractis, appareret, ipse tamquam illius verus Procurator, recuperare, procurare & habere, ad jus & proprietatem dictae Ecclesiae reducere, de illisque, etiam quoad vixerit, sicuti illius veri Procuratores possent, disponere & ordinare valeat, concedimus & etiam indulgemus per praesentes. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudin. dictae Basilicae, juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis statutis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat

…defridus …ast.u- …ovisque …orn.u.

…x loca- …robat.

Amplior gratia in Godefridum confertur.

liceat hanc paginam nostrarum approbationis, confirmationis, voluntatis, statuti, decreti, donationis, locationis, commissionis, assignationis, commendæ, declarationis, concessionis, indulti, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Kalendis Octobris Pontificatus nostri Anno octavo.

Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Vaticanæ Basilicæ concedit ut statis temporibus Cappas deferant, quarum colorem, formam, ornatumque describit.

Ex Originali in Archiv. Basil. Vatican. Caps. *6*. Fasc. *265*.

AN. CH. 1454. *5. Novemb.*

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Quanto præ ceteris Sacrosancta Basilica Cælestis Regni Clavigeri, cui Summus Opifex Orthodoxæ fundator Ecclesiæ, Superni, & Terreni simul Imperii jura commisit, divinæ Gratiæ donis potioribus abundare dinoscitur, ac Romanorum Pontificum ipsius Janitoris ætherei, Successorum Privilegiis, & honorum titulis super cunctas Orbis Ecclesias decorata existit, tanto equidem magis nos, qui licet insufficientibus meritis in Summi Pontificatus Officio sumus ejusdem Apostolorum Principis divina Clementia Successores, pro tantæ Basilicæ Sponsæ nostræ Sedisque præcipuæ, veneratione majori, illiusque excellentia, & decore, ut cunctorum erga eam reverentia & honor amplius crescant, ac Personæ in ipsa Altissimo jugiter famulantes præsidiis & honore congruentibus fulciantur, aciem nostræ considerationis extendimus, & partes nostri Ministerii interponimus efficaces. Cum igitur novum non sit, neque ab antiquæ consuetudinis observantia alienum, ut hiis, quos Romanus Pontifex ex causa præ aliis duxerit honorandos, & benignitate confovet ampliori, insignia honoris adaugeat, prærogativam quoque tribuat gratiæ plenioris; Hinc est, quod Nos, qui dudum memoratam Basilicam, quam supra modum nostrarum virium singulari internaque veneratione, & devotione complectimur, Structuris mirificis, ornamentisque, & Bonis plurimis decorare, ac alias spiritualibus, & temporalibus donis, prout jamdudum cepimus, coadjuvante Domino, multimode extollere, ac magnificare decrevimus, cupientes in ea Divini nominis cultum augeri, & eo devotius atque frequentius inibi Deo laudes exsolvi, quo illius Canonici, Beneficiati, & Clerici majorem a Sede Apostolica præheminentiam, honorem, & gratiam fuerint consecuti, auctoritate Apostolica tenore præsentium hac perpetuo valitura Constitutione statuimus, & ordinamus, quod omnes & singuli ejusdem Basilicæ Canonici, Beneficiati, Capellani, & Clerici præsentes pariter & futuri, de cetero a vigilia omnium Sanctorum usque ad Sabbathum majoris hebdomadæ, quando novum incipitur Alleluya, tam in præfata Basilica, quam extra eam capitulariter, singulariter, aut collegialiter incedentes, Capis violatis, sive pagonatii coloris, videlicet Canonici cum Caputiis de pantiis grisiorum foderatis, supra Rochetta more Prælatorum, Beneficiati vero, Capellani, & Clerici Capis coloris similis, minus tamen preciosis usque ad talos consutis, ante uno tantum foramine, per quod manus, cum opus fuerit, & non aliter, emittere possint, cum Caputiis brevioribus de Schirolis nigris foderatis (*a*); ita tamen quod Capas ipsas levare, sed protensas tantum deferre temporibus consuetis, alias juxta ordinationem felicis recordationis Nicolai Papæ Tertii Prædecessoris nostri super hoc editam (*a*), utantur; nec aliquid contra præsentem ordinationem nostram temere innovare, aut immutare sub excommunicationis

Basilica Vaticana Sedes præcipua Roman. Pontificum.

Pontificis in Basilicam beneficentia.

Capas renaandes[...]

(*a*) Nicolai III. Constitutio, quam Nicolaus V. commemorat, prostat in superiori Collectionis Bullar. tom. 1. pag. 194. Hæc ibi decernuntur: *Deferant Capas nigras de Sagia simplices, vel, si voluerint, foderatas a cingulo vel circa, ex parte anteriori fissas inferius & apertas*. Hinc patet quid confirmaverit, quid novi decreverit Nicolaus in Cappis, quas modo designat atque describit. Alium cum primis colorem, nempe violaceum præscribit, quum antea nonnisi nigrum præseferrent. Deinde ornamentum Cappis iisdem apponendum superaddit, nimirum pelles albas Caputio extrinsecus assuendas in Cappis Canonicorum; in aliis vero Beneficiatorum ac Clericorum, pelles eo tinctas colore, qui ad nigrum accedit. Quod vero ad indumentorum formam attinet, nihil immutavit.

Jacobus Grimaldus in serie Archipresbyterorum Basilicæ pag. 116. animadvertit olim Canonicos, etiam post Nicolai V. Sanctionem, pelles albas quidem, sed obscuris quibusdam maculis distinctas gestare consuevisse; quo ferme pacto paludamenta, sive dignitatis insignia deferunt Veneti Duces, ceterique Magnates. Hæc si vera sint, Cappas Canonicorum Basilicæ paulatim immutatas fateamur oportet; quandoquidem jamdiu usus invaluit, ut pellibus duntaxat albis, nulloque extraneo colore intermixto eorum Caputia ornentur. Idem de Beneficiato-

rum

nis pœna quoquo modo præsumant. Adjicientes nihilominus ordinationi, & statuto prædictis, quod ipsi Canonici, qui ad regimen & ornatum præfatæ Basilicæ sunt assumpti, infrascriptis horis Canonicis, videlicet Matutinis, Missis Conventualibus seu majoribus, & Vesperis dumtaxat personaliter interesse, nec alias, nisi pro sua devotione quisque maluerit, teneantur. In ceteris vero Constitutiones, & statuta prælibatæ Basilicæ volumus penitus immutata manere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, adjectionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Nonis Novembris, Pontificatus nostri Anno octavo.

CALLISTUS III.

Callistus III. antea dictus Alphonsus Borgia, gente Hispanus (*a*) senio gravis, Episcopus Valentinus, Presb. Card. sanctorum quatuor Coronatorum eligitur die 8. mensis Aprilis, quintadecima post Nicolai V. obitum (*b*) 24. Martii, sexta circiter hora noctis anno 1455. Coronatur Calendis Maii (*c*) sedet annos tres, Menses fere quatuor: moritur anno 1458. die sexta Augusti. Sepelitur in S. Mariæ de Febribus nunc Sacrario nostræ Vaticanæ Basilicæ.

Venditionem Castri Attigliani factam a Capitulo ex Apostolica auctoritate Nicolai V. cum pacto redimendi, confirmat ad favorem emtoris suorumque hæredum, vultque esse liberam, a redemtione, additis ad 2500. primæ emtionis mille aliis Florenis.

Ex Regesto Vicariat. Nic. V. Callisti III. & Pii II. n. 33. Armar. 35. pag. 57. apud Arch. Ap. Vatic.

CAllixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Berardo Episcopo Spoletan. (*d*) nostro in alma Urbe in Spiritualibus Vicario; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ex debito pastoralis officii, quo Ecclesiarum omnium regimini præsidemus, ad ea, per quæ Ecclesiarum, & præsertim Basilicarum almæ Urbis, & in illis altissimo famulantium statui & utilitati consulitur, libenter annuimus,

---

rum Clericorumque habitu judicium est. Non enim nigra quæpiam pellis, sed quæ cinericio colori assimilatur, superiori Capparum parti quam Caputium vocant, superextenditur. Quocirca conjicere par est, Pelles colore paulisper dissimiles ab iis quas Nicolaus V. nominat, non sine Romanorum Pontificum assensu, in ipso Capparum ornatu fuisse adhibitas.

Statuit etiam Nicolaus V. ut Cappæ deferantur non protensæ ac laxiores, sed complicatæ, temporibus quibusdam exceptis, quibus vestes illæ expansæ, atque ad pedes usque solutæ gestantur. In Vaticana Basilica ejusmodi mos numquam obtinet. Hinc Cappæ breviores, ac sursum erectæ, & pluries in orbem obvolutæ circumferuntur.

(*a*) Dolet Ciaconius, tertium hucusque Pontificem ex Hispanis assumtum: nam primus Damasus, alter Hadriani V. Successor Joannes XXI. ac demum Callistus III. omnino recensentur. At reputare eum oportuit, quamdiu Ariana hæresi laboravit Hispania; quamdiu sub Saracenorum jugo gemuit. Pseudo-Pontificis Benedicti XIII. diuturnum Schisma & ipsum obfuit genti inclytæ, tanto fastigio nequaquam impari. Quin etiam nisi Card. Alanus vehementi oratione dejecisset Bessarionem tanquam Neophytum, magnus hic vir ne decrepitus quidem (nam annum agebat 77.) moderatus esset Ecclesiam; quare nec Rodericum Borgiam e sorore nepotem, Ecclesiasticæ administrationis rudimento, summæ rerum assuefecisset.

(*b*) Post Martinum V. ut vidimus in Eugenio IV. & Nicolao V. brevissima cœperant Interpontificia: nam quatuordecim, aut quindecim, raro plurium spatio dierum per totum hoc XV. ac sequens seculum, bidui, vel tridui Cadaver Pontificis expositum; novena exequiarum; Conclavis ingressio; atque electio Successoris concludebantur. Tantæ celeritati modus est demum allatus. Causas, easque rationi maxime consentaneas suo loco afferemus. Interim id nosse oportet, quod ab his temporibus cæremoniæ, seu ritus ab Augustino Patritio collecti, & ab Electo Corcyrensi vulgati ad Pontificis electionem, consecrationem seu benedictionem, coronationem, & exequias quod attinet, obtinuerunt.

(*c*) Consecratio olim non fiebat nisi Dominico die, quod plerumque his etiam temporibus consuevit. Attamen Augustinus Patritius de consecratione agens, seu benedictione (quum electus Episcopali dignitate præstabat) ejusdem electi Pontificis arbitrio, *quando ei placebit*, potuisse fieri admonet, continuo etiam post electionem: *Convenientius*, prosequitur, *die Dominico, vel Festivo*. Hinc est, quod Callistum coronatum videmus feria quinta (ut indicat lit. Dom. E) in festo Apostolorum Jacobi & Philippi, quæ scilicet consuetudo in Pontificali Romano jampridem præscribitur. Quare Antonius Pagius metiri non veritus antiquos ritus ad recentiorum modulum sæpe a nobis vapulat in notis Chronol. ad Anast. tom. IV.

(*d*) Obscuris natus parentibus (*Ughell. tom. 1. de Spolet. Episc.*) quod in nova editione falsum declaratur, nec *Herulus*, sed *Herculeus* Narniensis appellatur. Certe summa laborabat rerum inopia. Quumque Nicolai V. gratia uteretur doctrinæ morumque causa, Auditor Rotæ & Vicarius Urbis, atque Episcopus Spolet. ab eo Pontifice renunciatur anno 1448. Pius

autem II.

mus; ac hiis quæ propterea provide processisse comperimus, ut illibata persistant, Apostolici, cum a nobis petitur, mandamus adjici muniminis firmitatem, & ut utiliter eisdem consulatur, nos eis gratiosos & favorabiles exhibemus. Dudum felicis recordationis Nicolao Papæ quinto Prædecessori nostro pro parte dilectorum, filiorum Archipresbyteri, Prioris Canonicorum, & Capituli Basilicæ Principis Apostolorum de dicta Urbe exposito, quod ipsi tunc attendentes, fructus redditus & proventus mensæ Capitularis præfatæ Basilicæ adeo exiles existere, quod de illis minime vivere possent, ad eos augendos tunc Castrum Sancti Petri in Formula (*a*) Velletren. Diœcesis a quondam Antonio de Rido, pro pretio novem millium florenorum auri de Camera sub certis terminis persolvendorum, auctoritate ipsius Prædecessoris emerant; & propterea quotidianas distributiones & fructus præfatæ mensæ non modicum auctos esse sperabant, quodque prædicto Antonio in præfatis terminis de dicto pretio propter eamdem exilitatem, nisi tres partes Castri Attigliani (*b*) Amelien. Diœcesis ad ipsos & præfatam mensam pleno jure spectantes, ac ultra ipsum Castrum, tot de possessionibus minime utilibus dictæ mensæ quarum pretia ad summam trium millium similium florenorum ascenderent, venderent, non crederent posse satisfacere; præfatus Prædecessor de præmissis plenam notitiam habens ex certis tunc expressis causis ipsis Archipresbytero, Priori, Canonicis, & Capitulo tres partes Castri Attigliani prædicti, ac tot de possessionibus minus utilibus prædictæ mensæ usque ad summam trium millium florenorum prædictorum, cum translatione veri directi & utilis dominii in perpetuum, libere & licite auctoritate ipsius Prædecessoris vendere & alienare possent, plenam & liberam per suas litteras concessit facultatem, prout in eisdem plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Archipresbyteri, Prioris, Capituli, & Canonicorum prædictorum, necnon dilecti filii nobilis viri Hugolini de Alviano (*c*) Domicelli Amelien. Diœcesis petitio continebat, quod licet Archipresbyter, Prior, Canonici, & Capitulum præfati litterarum & licentiæ hujusmodi vigore tres partes Castri Attigliani præfati dicto Hugolino, ad quem quarta pars dicti Castri Attigliani legitime pertinere dignoscitur, pro pretio duorum millium & quingentorum florenorum similium vendiderint; hac tamen conditione adjecta, quod Capitulo & Canonicis prædictis liceret infra septennium ex tunc proxime secuturum tres partes Castri Attigliani venditas hujusmodi pro eodem pretio redimere, si id vellent, prout in quodam instrumento publico desuper confecto dicitur plenius contineri; finis quoque dicti septennii instare noscatur, ipsique Capitulum & Canonici pecunias pro redimendis ejusdem Castri Attigliani partibus non habuerint, quodque interventu dilecti filii nostri Latini (*d*) tituli Sanctorum Joannis & Pauli Presbyteri Cardinalis; inter Capitulum, Canonicos & Hugolinum præfatos conventum extiterit, quod ipsi Capitulum & Canonici facultati, sive potestati redimendi partes prædictas ac omni juri eis & dictæ Basilicæ in eisdem & ad eas quomodolibet competenti sponte & libere cedere, ipseque Hugolinus pro cessione hujusmodi mille florenos auri similes præfatæ Basilicæ solvere & efficaciter assignare debeat, & teneatur, si ad id eis licentia per nos concedatur. Quare pro parte Archipresbyteri, Prioris, Capituli, & Canonico-

Castri S. Petri in Formis emtio facta a Capitulo.

Alienatione Castri Attigliani & aliar.

Cum pa... dimendi i... septenniu...

Capit... dit illi...

autem II. eum creavit Presb. Cardinalem S. Sabinæ nequicquam contra nitentibus Cardd. Dominico Firmano, & Prospero Columna, causantibusque dignitatem Cardinalatus cum paupertate vilescere, opibusque in honore esse, ut habet Garimbertus (*lib.* 2. *c.* 8.) qui præterea refert, hunc visere noluisse Ferdinandi Neap. Regis secundogenitum a Sixto IV. hospitio acceptum, quod Cardinalem non decere affirmaret secundogenitum Regis censum pendentis Apost. Sedi tali honore prosequi. Multæ ad hunc spectant Epistolæ Card. Papien. Cardinali Spoletin. inscriptæ. Pii II. aliorumque scriptis tantus vir celebratur. Sabinensis demum Episc. obiit diem suum Sixto IV. Pontif. & in Vatic. Basil. fuit sepultus. Alpharani Tab. Ichnogr. n. 71. Monum. hodie extat in cryptis Vatic. Ciampin. *tab.* 25. *num.* 52.

(*a*) De hoc Castro consule quæ supra habentur *pag.* 106. *not. b.* Itemque *pag.* 121. *not. c.* Id tantummodo hîc liceat adjungere, quod Castri hujus nomen jam obsolevit, totumque latifundium appellatur vulgo *Campomorto*.

(*b*) Item de hoc consule notam *b.* ad Nicolai V. Bullam *pag.* 129.

(*c*) In quatuordecim oppidis; quæ Amerina seu Ameliensis Diœcesis amplectitur non vulgare est nomen *Alviani*: Bartholomæus Dux ille inclytus, de quo tam multa, præ aliis Historicis, Franciscus Guicciardinus, inde suam duxit originem, & ex Leandro (*Ital. pag.* 96.) fratrem habuit N. qui præstantem munitamque arcem Alviani construxit, fuitque insignis virtutibus, ac literatorum Mecœnas. Horum vero, ni fallor, pater erat Hugolinus hic Domicellus. Hæc enim vox Principem Castri, oppidive alicujus tum temporis signabat. Ita Ursinos, Columnenses, Sabellos &c. Domicellos Romanos appellatos invenimus. Quin etiam Arimini Dominos Malatestas eadem appellatione nuncupatos constat ex Actis SS. Junii (*to.* 3. *pag.* 536. de B. Petro Gambacurta) *In manu dilecti filii nobilis viri Galeotti Roberti de Malatestis Domicelli Arimini*.

(*d*) De hoc præstantissimo Domicello Latino Ursino Compsano primum, deinde Tranensi Archiepiscopo, quem Nicolaus V. an. 1449. Presb. Cardinalem SS. Joannis & Pauli renunciavit, Urbini Episcopum paulo post effecit, & exeunte an. 1454. ad Barensem Archiepiscopatum transtulit, ad alias quatuor Episcopales Sedes a Successoribus translato, summisque officiis ornato, Ughellus to. 1. & 7. & Ciacon. uberrime agunt: eos consule. Interim migratio hæc tam multiplex de Sede in Sedem, accedente licet Apost. auctoritate, nos admonet eorum, quæ hac super re Card. Bellarminus (*Thomassin. de discipl. P. II. lib.* 11. *c.* 64. *n.* 11.) Clementi VIII. significavit: *Translatio Episcoporum, secundum Canones atque usum veteris Ecclesiæ, non debet fieri, nisi ob Ecclesiæ necessitatem, vel majorem utilitatem: nec enim institutæ sunt Ecclesiæ propter Episcopos, sed Episcopi propter Ecclesias, nunc autem quotidie translationes fieri videmus ea solum de causa, ut Episcopi vel honore, vel opibus augeantur.*

(*a*) Domi-

nicorum, ac Hugolini prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum; ut omnibus & singulis conventionibus, & venditioni ac aliis in dicto Instrumento contentis, ac illa concernentibus, pro illorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, nec non Capitulo & Canonicis præfatis cessionem hujusmodi trium partium eidem Hugolino, suisque hæredibus & successoribus faciendi, ac tres partes hujusmodi, ut præmittitur, de novo pro pretio condecenti vendendi licentiam concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur de præmissis certam notitiam non habentes, ac Castri Attigliani, ejusque verum valorem annuum præsentibus pro expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus; quatenus vocatis Capitulo & Canonicis, ac Hugolino præfatis, super præmissis omnibus, ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes, &, si per informationem hujusmodi venditionem & cessionem hujusmodi trium partium dicti Castri Attigliani fiendam, in evidentem utilitatem ejusdem mensæ Capitularis cedere repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, venditionem & cessionem prædictas, ac omnia & singula in instrumento & conventione prædictis contenta, easdem concernentia, & quæcumque inde secuta eadem auctoritate nostra approbes, & confirmes, suppleasque omnes & singulos defectus, siqui intervenerint in eisdem, & nihilominus Capitulo & Canonicis præfatis cessionem trium partium dicti Castri Attigliani, ac omni juri ipsis in illis, vel ad illas quomodolibet competenti, sponte & libere pro dictis aliis mille florenis Hugolino, hæredibus, & successoribus suis faciendi, & in ipsos jus hujusmodi transferendi, seu de novo partes ipsas pro pretio aliorum mille florenorum hujusmodi, prout conventum est, ut præfertur, vendendi, & pretium hujusmodi in usum & utilitatem dictæ mensæ dumtaxat convertendi, aliaque omnia & singula in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, plenam & liberam dicta auctoritate nostra licentiam largiaris. Volumus autem, quod, si cessionem seu venditionem hujusmodi fieri contingat, dictum pretium penes aliquas fide & facultatibus idoneas personas, cum recognitionibus & cautelis in talibus fieri consuetis, omnino deponatur; per quas persona una cum Capitulo & Canonicis præfatis in evidentem utilitatem dictæ mensæ exponatur, in alios usus nullatenus convertendum: præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon ipsius Basilicæ, & aliis ejusdem juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Mille florenis ab emtore additis.

Iis autem quærenda alia utilitas Basil.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, tertio Nonas Junii, Pontificatus nostri Anno primo.

Distributiones quotidianæ quomodo dividendæ inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos. Absentibus detrahendæ, atque inter eos, qui adfuerint dividenda pars iisdem debita, nisi forte ægritudinis causa absint.

Ex Regest. XX. Epistol. Secret. Callisti III. pag. 139. ap. Archiv. Apost. Vat.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam.

Inter desiderabilia cordis nostri illud intensis desideriis affectamus, ut ubique Majestas Altissimi collaudetur in benedictionibus gratiarum, suique cultus gloriosi nominis amplietur; id votis præcipuis expetimus, ut Basilica Principis Apostolorum de Urbe quo ceteris Ecclesiis ampliori veneratur honore, eo magis in cultus ejusdem frequentatione refloreat, & inibi uberius debita solvantur Altissimo præconia laudis. Hinc est, quod nos, ut hujusmodi desiderium nostrum votivus comitetur affectus, auctoritate Apostolica præsenti irrefragabili constitutione duximus ordinandum, quod singuli Canonici singulis matutinalibus missæ majoris & vesperorum officiis, reliqui vero perpetui Beneficiati, & Clerici ejusdem Basilicæ tam prædictis officiis, quam omnibus aliis horis canonicis teneantur in ipsa Basilica præsentialiter & personaliter interesse, sub irremissibili pœna amissionis distributionum suarum quotidianarum, quas hoc modo districtius distribui, & ministrari volumus & mandamus, videlicet: quod cuilibet Canonico octo bolendini, quorum septuagintaduo florenum de Camera, Beneficiatis vero decem & novem & Clericis prædictis duodecim cum dimidio quatrini, quorum quatuor unum bolendinum valeant, ac de dictis octo bolendinis in matutinali quatuor, in majoris missæ duo, & in vesperorum officiis, reliqui duo Canonicis, qui ad interessendum aliis horis hujusmodi ex privi-

Ratio distributionum quotidianar.

privilegio Sedis Apostolicæ eisdem concesso, non stringuntur: Beneficiatis vero,& Clericis in eisdem matutinali medietas quatrinorum hujusmodi, & in quolibet mortuorum & majoris missarum & vesperorum officiis similiter octo, ac in vigiliis mortuorum quatuor, & in prima & pretiosa duo, & in qualibet reliquarum horarum hujusmodi similiter duo denarii; Clericis autem in matutinis sex quatrini & unus denarius, in utraque missa quatuor, in vigiliis tres, & in prima & pretiosa, & similiter in qualibet reliquarum horarum duo denarii ministrentur. Portiones autem sive quotæ, quæ ex hujusmodi distributionibus absentibus ab hujusmodi officiis & horis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, si illis interessent obvenire possent, inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos eisdem officiis & horis interessentes accrescant, eo modo quo dictæ ipsorum distributiones ministrantur integræ, & absque ulla diminutione inter divinis prædictis interessentes dividuntur; infirmitatis & aliis casibus a jure concessis dumtaxat exceptis, quibus volumus, ac si prædictis divinis officiis interessent, portiones suas ministrari, dividantur: adjicientes, quod quisque ex eisdem Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, qui præsenti constitutioni scienter contravenire præsumpserit, ab aliorum proventuum suorum ratione Canonicatus & præbendæ, Beneficiatus, vel Clericatus sibi debitorum, sit eo ipso suspensus donec indebitæ percepta, seu ministrata restituerit, & iidem proventus durante suspensione hujusmodi etiam dictis officiis & horis interessentibus sub modo præmisso inter eos dividendi cedant, quod si suspensus ipse de dictis proventibus se interim quomodolibet intromiserit, ex tunc ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, a qua ab alio quam a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium nequeat obtinere: idem etiam excommunicatus tunc ab omnibus absque ulla declaratione vel denuntiatione arctius evitetur, non obstantibus quibuscumque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate vallatis, privilegiis quoque, libertatibus, & exemptionibus quibuscumque forsitan sub quacumque verborum forma a Sede Apostolica concessis, quæ cuiquam adversus præmissa nolumus aliquatenus suffragari, etiamsi de illis & eorum tenore de verbo ad verbum præsentibus mentio sit habenda. Statuimus præterea, & etiam ordinamus ac sub excommunicationis pœna, quam contrafacientes eo ipso incurrant, districte præcipiendo mandamus, ut omnes Camerarii, distributores distributionum, & aliarum pecuniarum dictæ Basilicæ, ceterique officiales in dicta Basilica tam præsentes, quam futuri aliquem punctuare, seu distributiones alicui exhibere, qui in Choro prædictis divinis officiis integre non interfuerint, quoquo modo non præsumant. Hortamur insuper, quod singuli Canonici & Beneficiati prædicti a quibusvis inter se rancoribus odiis & invidiis abstineant, & Clerici ament se sub eadem pœna, ut pacis quietis & amoris tranquillitate attentius & devotius pacis auctori valeant famulari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, ordinationis, adjectionis, statuti, exhortationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Portiones absentium dividendæ inter præsentes.

Pœnæ transgressoribus inflictæ.

Derogan[tur] omnibus pri[vi]legiis.

Horta[tur] omnes ad c[on]cordiam.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimoquinto, tertio Nonas Julii Pontificatus nostri Anno primo.

Petrum de Capranica Canonicum Basilicæ S. Petri Procuratorem constitutum a Capitulo pro recuperandis ubique Basilicæ bonis, &c triennali privilegio munit, commendatque Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis &c. ut absque dispendio sua prosequatur itinera, resque adimpleat sibi commissas.

Ex Regesto III. de Curia Callisti III. pag. 210. ap. Archiv. Ap. Vatic.

AN. CH. 1455. 4. Sept.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Universis & singulis, ad quos præsentes litteræ pervenerint; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Merita personalia Procuratoris.

Cum dilectus filius Petrus de Capranica Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe decretorum Doctor ex nostra commissione & mandato & cum plena potestate Procurator constitutus a dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo ejusdem Basilicæ ad diversas mundi partes se conferre habeat, ut tam mobilia, quam immobilia bona, res, & jura quæcumque ad Basilicam & Capitulum præfatos legitime spectantia diligenter exquirat, & si qua ubicumque vendita & alienata illicite, vel distracta reperiret, vendicet, recu-

recuperet, & ad jus & proprietatem dictæ Basilicæ, quantum in eo est, reducat calculum & rationem videat, & alia faciat prout in procuratorio manu publici Notarii desuper confecto latius continetur, considerantes, quod ad nos potissime spectat commoda præfatæ Basilicæ procurare, Patriarchas, Archiepiscopos, & quoscumque locorum ordinarios, ac alias Ecclesiasticas personas, & quosvis Principes, Barones, & dominos temporales, communitates, ac universitates, & officiales nostros rogamus & hortamur in Domino, vobis per Apostolica scripta mandantes, quatenus ipsum Petrum pro nostra & Apostolicæ Sedis reverentia commendatum suscipientes circa celerem & debitam executionem commissorum sibi, quoties requisiti fueritis, assistatis auxiliis, consiliis, & favoribus opportunis; & nihilominus vos locorum Ordinarii ac Prælati & Ecclesiasticæ personæ dum opus fuerit, summariam & expeditam simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura judicii justitiam ministrantes, omnes & singulos tam Laicos, quam Clericos res & bona ac jura hujusmodi detinentes, & debitas solutiones restituere recusantes per censuram Ecclesiasticam, & alia juris remedia, appellatione postposita, auctoritate nostra compellatis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Vos vero seculares Potestates, singulares personæ, & officiales nostri, per opportuna juris remedia etiam summarie, ut præmittitur, ac per districtionem, qua convenit, cogatis, & in omnibus dicto Petro faveatis circa recuperationem jurium ac bonorum præfatæ Basilicæ, non permittentes aliquo modo, ut illa aliena opprimantur injuria, & ut negotia, quæ eidem Petro imposita fuerunt, procurare, tractare, & concludere valeat, omnia, quæ circa hæc necessaria fuerint & opportuna, promptis animis impendere velitis. Subditis autem nostris, & gentium armigerarum Capitaneis, ubicumque ad nostra stipendia militantibus stricte præcipiendo mandamus, ut eumdem Petrum pro hujusmodi laudabili opere proficiscentem cum familiaribus, sociis, equis, salmis, valisiis, rebus, & bonis suis omnibus tam per vestra, quam per nostra territoria partes portus pontes & loca quælibet, & tam per aquam, quam per terram transire, stare, ire, redire, quoties libuerit, libere, tute & absque quacumque solutione Gabellæ, aut alterius cujuscumque oneris impositione permittatis, nec dicto Petro, familiaribus, vel sociis molestiam aliquam inferatis, seu jacturam; nec ab aliis quantum in vobis fuerit inferre sinatis, sed ei pro se & commitiva hujusmodi, prout opportunum fuerit, de securo transitu, scorta, receptu, sive salvoconductu sic liberaliter providere curetis, quod exinde vestra devotio apud nos & Sedem Apostolicam possit non immerito commendari, præsentibus post triennium minime valituris.

Procuratorem eximit ab omni sumtu, & gabella.

Spatio trium annorum tantum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, Pridie Nonas Septembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Card. Pœnitentiario cum tribus, aut quatuor Pœnitentiariis Basilicæ Principis Apostol. aut Pœnitentiariis iisdem sine præsentia Cardinalis demandat examen Pœnitentiariorum minorum Basilicar. S. Joannis, & S. Mariæ Majoris.

Ex Regesto XXIII. epistolar. Secret. Callisti III. pag. 148. ap. Arch. Apost. Vat.

CII.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Dominico tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem (a) Presbytero Cardinali majori Pœnitentiario nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum libenter ad ea intendamus, quæ honorem Dei & salutem animarum concernunt; Hinc est, quod nos fide digna relatione informati, esse nonnullos minores Pœnitentiarios nostros per te ex mandato nostro substitutos tam in Basilicis Sancti Joannis Lateranensis (b), & Apostolorum Principis, quam etiam Sanctæ Mariæ Majoris almæ Urbis nostræ, qui doctrina parum imbuti, insufficientesque ad onus hujusmodi confessionum cum detrimento suæ & aliorum salutis ipsum officium substitutionis hujusmodi aliquandiu exercuerunt, & de præsenti exercent, in non

Pœnitentiarior. Minor. inscitiam dolet.

(a) Dominicus Capranica Romanus summis ornatus virtutibus, singulari præstans doctrina, miraque apud Principes in rebus gerendis dexteritate conspicuus, cujus monumentum visitur in S. Mariæ super Minervam, biennio post, dum funus agebatur Callisti III. evolavit ad superos, magnumque sui desiderium bonis omnibus reliquit. Card. Firmani nomine in litteratum monumentis celebratur. Multa de eo Ughellus in Episc. Firman. to. 2. necnon addit. ad Ciacon. Platina coævus appellat virum gravem ac sapientissimum, subjicitque in ejus funere *bonis omnibus præ dolore lacrymantibus*.

(b) Præferri hîc vides Basilicam Lateranensem Vaticanæ Num præstare illam putas dignitate? Vide infra.

non modicum quoque dictarum Basilicarum, & nostrum dedecus; quas eo magis sanctitudo & sacrarum litterarum scientia decere videntur, quo ceteræ orbis Ecclesiæ, quæ inde sumpserunt exordium, debent etiam imitationis exemplum accipere, sperantes circumspectionem tuam, quidquid ei in hac parte injunxerimus, diligenter & secundum cor nostrum esse executuram, tibi eidem præsentium tenore committimus & mandamus, quatenus, quamprimum commode poteris, personaliter ad te vocatis substitutis prædictis, ac adhibitis tecum tribus aut quatuor Pœnitentiariis dictæ Basilicæ Apostolorum Principis Urbis præfatæ, (*a*) de quibus tibi videbitur, illos examinari, etiam te absente, si commode præsens esse nequiveris, diligenter procures super omnibus & singulis, quæ ad bene exercendum officium ipsorum pertinere noscuntur; quosque idoneos & sufficientes per examen hujusmodi esse repereris, in eorumdem officio libere permanere permittas, quos vero secus, ab eodem officio totaliter amoveas, & prives, ac pro privatis & amotis denuncies, necnon alios loco ipsorum de quibus tibi videditur, præmisso eodem examine, deputes atque constituas, omniaque alia & singula ordines, statuas, & exequaris, quæ in præmissis, ac circa præmissa eidem circumspectioni tuæ utilia, & secundum Deum esse videbuntur, omnimodam super hoc tibi potestatem dantes ac facultatem. Contradictores quoscumque & rebelles per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, litteris nostris & Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum eisdem communiter vel divisim forsan concessis, necnon privilegiis & exemptionibus sub quacumque forma vel expressione verborum a Sede Apostolica obtentis, de quibus quorumque totis tenoribus etiam de verbo ad verbum in nostris litteris mentio specialis esset habenda, per quæ præsentium effectus valeat quomodolibet impediri, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem ac circumspectioni tuæ harum etiam serie expresse mandamus, ut neminem posthac in substitutum dictarum Basilicarum admittas, seu admitti præcipias, nisi prius prævio convenienti examine coram te vel tribus aut quatuor Pœnitentiariis, ut præfertur, habito idoneus ad dictum officium fuerit adinventus.

Iidem ad examen vocandi.

Minus labentes amovendi.

Nullo suffragante privil. gener. aut speciali.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimosexto, decimoseptimo Kalendas Novembris, Pontificatus nostri Anno secundo.

Excommunicationem ab Eugenio IV. inflictam furibus Sacrilegis confirmat, mulctamque pecuniariam 25. Florenorum ei adjungit.

Ex Regesto XII. Epistolar. de Curia Callisti III. pag. 36. apud Archivum Apostolicum Vaticanum.

AN. CH. 1457. 26. Mart.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam multiplicata est adeo iniquitas perversorum, quod maledictionem & Censuras Ecclesiasticas quasi aquam bibentes, non solum almam Urbem Sanctorum plurimorum sanguine rubricatam; verum etiam ipsius Sacratissima Dei Templa ornamentis & lapidibus spoliare, ac Sacris ædificiis deputata in suarum periculum animarum diripere & asportare non verentur; interest nostra, cui immensa bonitas Summi Patris Ecclesiarum omnium, potissime dictæ Urbis, curam speciali prærogativa commisit, talibus providere remediis, quod præsumentium sacrilegia hujusmodi perpetrare illidatur temeritas, & committendi similia imposterum aditus præcludatur. Dudum siquidem a felicis recordationis Eugenio Papa Quarto Prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis: Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Quoniam in omnibus Terrarum locis &c. *ut supra pag.* 89.

Sacrilegorum furum audacia.

Cum itaque postmodum, sicut nuper fide dignorum relatione accepimus, nonnulli iniquitatis filii a quorum oculis Dei timor abscessit, tam ex ipsis Sacrosanctis Basilicis, quam etiam ex aliis publicis locis ad decorem & venustatem almæ Urbis deputatis, non solum marmoreos & porphyriticos, verum etiam alios lapides, & sculpturas subtrahere, auferre, & asportare, ac in suos usus convertere, Basilicas quoque & Urbem præfatam deformare præsumpserint in animarum suarum periculum, & Basilicarum & Urbis prædictarum non modicum detrimentum: Nos igitur attendentes,

Eugenii decret. confirmat.

(*a*) Si quis Pontificum Gregorii XI. Constitutioni hærens præcipuo aliquando loco Basil. Lateranen. nominat, præstantiam Vaticanæ quantocyus fatetur. Id non semel vidimus supra: evidentius hinc suppetit argumentum, quod ipse vides.

(*a*) Puta

dentes, quod si ad reprimendas hujusmodi insolentias transgressorum, & præsumptiones eorum sacrilegas refrenandas Apostolicæ correctionis disciplina lentescat, eorum voluntas fit proclivior ad peccandum, & impunitorum exemplum periculosius in alios derivatur, Basilicarum, & Urbis prædictarum indemnitatibus, prout nostro incumbit officio, providere volentes, necnon ejusdem Prædecessoris literas etiam nostro nomine corroborantes & innovantes, & prout præsentis temporis necessitas exigit, ampliantes; omnes & singulos cujuscumque dignitatis, status, gradus, Ordinis vel conditionis fuerint, qui earumdem Basilicarum marmoreos, Porphyriticos, & alios cujuscumque coloris seu generis vel speciei lapides, etiam lateritios ad ipsarum usum, sive Fabricam & decorem deputatos absque Sedis Apostolicæ licentia speciali hactenus abstulerunt, subtraxerunt, & infra duos Menses prædictos detinuerunt, non curantes illos restituere juxta prædictarum litterarum continentiam & tenorem, excommunicationis sententiam in eos & eorum quemlibet, ut præmittitur, promulgatam incurrisse tenore præsentium declaramus: eos vero qui tam ex ipsis Basilicis, quam ex locis publicis dictæ Urbis deinceps cujuscumque generis lapides auferre præsumpserint, ultra pœnas contentas in litteris Prædecessoris hujusmodi, in vigintiquinque Florenis auri de Camera per nostrum in spiritualibus in Urbe Vicarium, si Clerici; si vero talia perpetrantes laici fuerint, per almæ Urbis Senatorem pro tempore existentes vice qualibet, qua eos talia commisisse constiterit, irremissibili pœna mulctentur, & nihilominus ad restitutionem ablatorum penitus compellantur: aliis etiam sententiis, censuris, & pœnis in talia committentes a sacris Canonibus & Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus promulgatis in suo robore duraturis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis corroborationis innovationis ampliationis & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Excommunicationi addit mulctam pecun

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimoseptimo, Septimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno secundo.

Laurentium Lancellotti Romanum Magistrorum Ostiariorum munere prosequitur tum ut gratiam referat pro reparatione fenestrarum vitrearum Basilicæ Vaticanæ, tum ut levamen suppedidet ad necessarios sumtus in posterum pro iis conservandis.

Ex Regesto II. Officior. Callisti III. pag. 35. ap. Arch. Apost. Vat.

CAlixus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Laurentio Petri Lancellotti Civi Romano nostro & Palatii Apostolici Magistro Ostiario; (a) Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Etsi sub singulorum nominibus dedicatæ Ecclesiæ cura diligenti sint in suis structuris & ædificiis conservandæ; illa profecto modo quodam specialiori in hujusmodi structuris, & ædificiis conservanda est, & manutenenda, quæ Principis Apostolorum titulo decoratur, & aliarum Ecclesiarum mater & magistra esse dignoscitur. (b) Cum itaque pro reparatione & manutentione fenestrarum vitrearum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ut aliquis ad hoc expertus & idoneus deputetur, plurimum opportunum, quinimmo necessarium nobis esse videatur, ad cujus sustentationem, & laborum ac expensarum propterea faciendarum proventus, & emolumenta fore noscuntur opportuna: Nos volentes, te, qui, ut asseris, ad hoc peritissimus existis, & tuis propriis sumptibus & expensis reparationem, & manutentionem præmissas facere disponis, apud nos de laudabilibus probitatis & virtutum meritis multipliciter commendatum, horum & aliorum prædictorum intuitu, favore prosequi gratiæ specialis; te ad reparationem & manutentionem hujusmodi tuis propriis sumptibus, & expensis, prout ad id te sponte obtulisti, faciendas auctoritate Apostolica, tenore præsentium, quoad vixeris, deputamus & etiam ordinamus: necnon in recompensam & supportationem laborum, sumptuum, & expensarum eorumdem, in nostrum & Palatii Apostolici Magistrum ostiarium cum honoribus, oneribus, emolumentis, & gratiis consuetis eadem auctoritate recipimus, & alio-

Gratiam refert ob benefacta in eamdem.

(a) Puta Cubicularium secretum, quod scilicet muneris & hodie nobilibus Romanis Civibus committitur.

(b) Quod nuper innuebam de prærogativa Vat. Basilicæ confirmatum hîc luculentius intelligis ab eodem Pontifice, qui semel primo loco Lateranensem recensuit.

(a) Came-

& aliorum nostrorum dicti Palatii Magistrorũ ostiariorum numero & consortio favorabiliter aggregamus; Decernentes, te ex nunc ad officium ipsorum Magistrorum ostiariorum, ejusque liberum exercitium ac honores, onera, & emolumenta hujusmodi, dicta auctoritate fore, ut moris est, admittendum: & propterea Venerabili fratri nostro Episcopo Lausanen. (*a*) Vice-Camerario nostro in Romana Curia residenti per Apostolica scripta mandamus, quatenus te, juxta ejusdem decreti nostri tenorem ex nunc in Magistrum ostiarium, & ad hujusmodi officium, ejusque exercitium, honores, onera, & emolumenta auctoritate prædicta recipi & admitti faciat, ut est moris, contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac de certo dictorum Magistrorum ostiariorum numero, etiam si ad illum nondum deventum sit, & aliis contrariis quibuscumque. Aut si Magistris ostiariis præfatis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Tu igitur de bono in melius studiis virtutum intendas, & circa reparationem & conservationem præmissas insistas diligenter, quod in nostro conspectu ad majora te semper constituas digniorem; Nosque propter hoc ad faciendum tibi ampliorem gratiam invitemur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ deputationis, ordinationis, receptionis, aggregationis, constitutionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Magistri ostiarii munere Lancellottum ornat.

Lenocinio ... joris digni... eum allicit.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, tertio Nonas Julii, Pontificatus nostri Anno tertio.

PIUS II.

Mortuo Callisto III. anno 1458. die 6. Augusti, intra quindecim dierum spatium, ejusdem videlicet mensis die 20. (*b*) eligitur Æneas Picolhomineus Civis & Episcopus Senensis Presb. Card. S. Sabinæ, ac Pius II. nuncupatur. Coronatio alios quindecim dies dilata usque ad 3. Septembris, quæ fuit Dominica. Sedit annos 5. menses 11. dies 26. Decessit Anconæ anno 1464. die 14. Augusti. (*c*) Inde Romam delatum, quod vivens præceperat, in Basilica Vaticana ad Altare S. Andreæ sepultum est. (*d*)

Bona ad Monasterium S. Salvatoris de Majella ab Abbatibus aliisque in præjudicium Monasterii alienata, & distracta revocari mandat ad jus, & proprietatem Monasterii.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vatic. capf. 21. fasc. 242.

AN. CH. 1458. 5. Octob.

PIus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Archidiacono, & Cantori Ecclesiæ Theatin. ac Vicario in Spiritualibus Generali Venerabilis fratris nostri Episcopi Theatin. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ad

(*a*) Camerarius tunc temporis ex Cohell. (*notit. Cardinalat. c.* 52.) aut erat Ludovicus Mediarota seu Scarampo, aut Gulielmus de Estoutevilla, qui Ludovico superstite Camerariatus officium assequutus erat, & Pio II. Pontifice eodem fungebatur. Hic autem Vicecamerarius Cohellio ignotus sub Callisto III. seriem ab eo ductam disturbat.

(*b*) Controversiam de die electionis miratur Muratorius (*Annal to. IX. pag.* 467.) Infessura enim & Autor Chron. Bonon. electum ferunt Pontificem die 19. Aug. Platina die 20., & Historia Senensis die 21. Nos vero multo magis miramur Pontificiæ rei tam peritum Annalistam Italum, ut nos doceat coronatum esse Pium in Basilica Lateranensi contra morem Majorum.

(*c*) Platinæ sententiæ, quam Ciaconius amplectitur, Pium nempe esse mortuum XVII. Cal. Septembris; seu die 16. Augusti, haud dubie præferendum Augustini Patritii Anconæ degentis in Comitatu testimonium. Hic refert, Pontificem in pervigilio Assumtionis B. M. Virginis hora secunda noctis obiisse supremum diem. (Marcell. *Sect.* 15. *cap.* 2. *lib.* 1.)

(*d*) Ancona, quo se Pius ægrotans contulerat, fœderatorum Principum classem adversus Turcas inspecturus, militumque animos vehementius in nominis Christiani hostem incensurus, ejus cadaver non pervenit Romam ante diem 21. ejusdem Mensis. Rem siquidem ita enarrat Card. Papiensis (*Comm. lib.* 2.) *Septimo igitur die, postquam Ancona discessum est, reversi in Urbem Patres sunt, & Cadaver Pii Templo D. Petri illatum; sepultumque in Andreæ Apostoli Cella; quam ille vivens pulcherrime adornatam ossium suorum, & S. Capitis tabernaculum esse voluit.* Ex Tab. Ichnograph. Alpharani num. 40. habemus locum ipsum in veteri Basilica. Hodie in Cryptis Vaticanis capsa marmorea absque ossibus servatur. Nam Card. Alexander Montaltus, quum Pauli V. jussu excindebantur parietes veteris Basilicæ, tam Pii II. quam Pii III. Cadavera ad insignem Ædem S. Andreæ de Valle ab se extructam translata edito loco posuit super ostia lateralia quæ vulgo audiunt *Porticulæ*, alterum e regione alterius, ut visenti cuique patet.

(a) Datio

Ad audientiantiam nostram pervenit, quod nonnulli Abbates, & aliæ singulares personæ ex dilectis filiis Conventu Monasterii Sancti Salvatoris de Majella Ordinis Sancti Benedicti Theatin. Dioec., qui fuerunt pro tempore, decimas, census, redditus, terras, possessiones, vineas, domos, casalia, prata, pascua, silvas, nemora, molendina, jura, jurisdictiones, & nonnulla alia mobilia, & immobilia bona ad dictum Monasterium spectantia, datis super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis juramentis, factis renunciationibus, & pœnis adjectis in gravem ipsius Monasterii læsionem, nonnullis Clericis & Laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, (*a*) vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur super hiis confirmationum litteras in forma communi a Sede Apostolica impetrasse. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea, quæ de bonis ipsius Monasterii per concessiones hujusmodi alienata inveneritis illicite, vel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, juramentis, renunciationibus, pœnis, & confirmationibus supradictis, ad jus, & proprietatem ejusdem Monasterii legitime revocare curetis; contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem, qui fuerunt nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis inreresse, duo, aut unus vestrum ea nihilominus exequantur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, tertio Nonas Octob., Pontificatus nostri An. primo.

Francisco de Thomæis Canonico nostræ Basil. confirmat Vicariatum ab Archipresbytero ei collatum in ead. Basilica cum amplissimis facultatibus in spiritualibus, & temporalibus.

Ex Regesto I. Officior. Pii II. pag. 49. ap. Archiv. Apost. Vatic.

PIus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Francisco de Thomæis Canonico, (*b*) Aquilano, decretorum Doctori, Capellano nostro, dilecti filii nostri Petri tituli Sancti Marci (*c*) Presbyteri Cardinalis Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Archipresbyteri in dicta Basilica Generali Vicario; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Apostolicæ servitutis officium circa diversa, quæ nostris agenda incumbunt humeris, illud est potissimum; ut ad Ecclesiarum omnium, & præsertim Basilicæ in honorem Principis Apostolorum, cujus successor existimus, in Urbe constructæ, & sui nominis vocabulo insignitæ statum utiliter & prospere dirigendum sic diligentia contemplemur intenta, quod Ecclesiæ ipsæ per nostræ provisionis ministerium, superni suffragante favoris auxilio, salubribus proficiant incrementis. Cum itaque dilectus filius noster Petrus tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis, dictæ Basilicæ Archipresbyter, te in Archipresbyteratus dictæ Basilicæ Vicarium, & Procuratorem in temporalibus & spiritualibus generalem, revocando omnes & singulos Vicarios & alios Procuratores suos * nullo, ad regendum & gubernandum Archipresbyteratum prædictum, & illi in missis & aliis divinis officiis nocturnis atque diurnis continuo personaliter serviendum, & in illis per alios deserviri, nec non cum Cappa seu Cocta, & alias honeste per Basilicam ipsam incedere, ac in illa & ejus Choro permanere, & silentium dum ibidem divina celebrantur teneri, ac illi ex eis ad quos id pro tempore pertinebit, & missas & divina prædicta bene & punctatim celebrari, dici & recitari, cruces &

Qualis Vicarius Basilic. ejusdem per hæc tempora.

* *sic*

(*a*) Datio *ad firmam* ut recte Du-Cangius, sumitur pro contractu, quo sub annuo reditu, fundi ad aliquot annos possidendi dantur. Quam sane rem confirmat exemplis ex Anglia præsertim petitis. Aliquid plus de Monasterii hujus Bonis fecerant Abbates, seu alii: nam perpetuo ea locaverant; nihilominus eodem loquendi genere locationem perpetuam hic appellatam vides.

(*b*) Anno 1462., ut videbimus infra, idem Vicarius Basilicæ suo jure utitur in causa criminali; &, quod majus, adversus Canonicum. Siquidem hoc privilegio jus idem extenditur ad Canonicos ipsos. Anno autem 1464. aperte Vicarium Pontificis nominatum inveniemus. Quæ res non levi oculo prætereunda. Vide quæ ibi adnotamus.

(*c*) Petrus Barbus Eugenii IV. sororis filius, ab hoc Pontifice creatus Diac. Card. S. Mariæ Novæ an. 1440. vix annum tricesimum tertium attingens; mortuo Juliano Cæsarino Archipresb. anno 1445. ab eodem Pontifice avunculo fit Archipresbyter Basil. Vatic. quo munere annis novemdecim fungitur, ut notat Grimaldus ad annum usque 1464. quum Summus Pontifex est electus. Titulum S. Marci adeptus est Nicolao V. Pontifice, cujus Comitiis interfuerat an. 1447. *electus Episcopus Cerviensis Diac. Card. S. Mariæ novæ*, ex Ciacon. Anno autem 1453. (*Raynal. n. 9.*) cum duobus colleghis *Petrus tit. S. Marci* designatur exequendæ constitutioni ejusdem Pontificis de Bello Sacro adversus Turcas.

(*a*) In

& calices, paramenta, pannos, jocalia, & alia ornamenta dictæ Basilicæ bene & munde ac nitide conservari, aliaque ad missarum & divinorum eorumdem decorem & venustatem fieri, ac consuetudinem dictæ Basilicæ & reformationem fortassis faciendam, aliasque dictæ Basilicæ ordinationes atque statuta servari faciendum, & quoties tibi videbitur expedire, Capitulum inibi congregandum & convocandum; fructus quoque, redditus, jura obventiones & emolumenta ad eum ratione dicti Archipresbyteratus spectantia percipiendum constituerit & ordinaverit: nec non omnibus & singulis personis tam ecclesiasticis quam secularibus sibi ratione dicti Archipresbyteratus subjectis & ad ejus forum pertinentibus de jure vel consuetudine justitiæ complementum ministrandi ipsosque subjectos, tam Clericos, quam Seculares, conjunctim vel divisim corrigendi, puniendi, castigandi, & incarcerandi, & si opus fuerit, beneficiis, clericatibus, & officiis privandi, destituendi, & amovendi, ac loco eorumdem alium seu alios deputandi, quascumque etiam monitiones præcepta & mandata, etiam sub pœnis & censuris ecclesiasticis quibuscumque Beneficiatis, Clericis, & aliis suis subditis faciendi, ac quoscumque rebelles ac inobedientes pœnas, sententias, & censuras in eisdem monitionibus, præceptis, & mandatis contentas incidisse, & incurrisse declarandi; necnon officiales, seu servitores in eadem Basilica, quibuscumque nominibus censeantur, recipiendi & deputandi, illosque, si opus fuerit, amovendi, visitationemque in locis sibi ratione dicti Archipresbyteratus subjectis faciendi, & procurationem solitam recipiendi; sententias quascumque atque censuras, necnon mulctas & pœnas alias in Beneficiatos, Clericos, subditos, & contradictores rebelles ac inobedientes, ac jurares & bona alia ad Archipresbyteratum ipsum pertinentia turbantes, & impedientes, aut illis auxilium, consilium, vel favorem publice vel occulte præstantes fulminandi & infligendi, crimina & excessus eorumdem puniendi, ac delinquentes ipsos capiendi, incarcerandi, & confiscationibus, si opus fuerit, pœnandi; quæcumque Beneficia, Clericatus, & officia ecclesiastica ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem suam ratione dicti Archipresbyteratus de jure vel consuetudine quomodolibet spectantia, vacantia

Vicarii ejusd. potestas magna.

Ex Archipresbyteri auctoritate.

vel vacatura conferendi, præstandi, instituendi & de illis providendi; resignationes quoque eorumdem simpliciter vel in vim permutationis faciendas recipiendi & admittendi, & de illis providendi, ac in eorumdem possessionem ponendi, ac super beneficiis ipsis litteras concedenti, plenam & liberam & omnimodam potestatem tribuerit. Nos igitur, qui eidem Ecclesiæ tanto efficacius intendere tenemur, quanto ille, qui solus Romanam fundavit Ecclesiam supra firmam petram fidei, illam majori venerationi constituit digniorem, ipsamque ceteris amplioris dignitatis privilegio præcellere, & uberioris titulo laudis & gloriæ voluit decorari, de tua prudentia & aliis multiplicum virtutum donis, quibus Altissimus te insignivit, in hiis & aliis plenam in Domino fiduciam obtinentes; ut majori auctoritate suffultus melius & liberius commissa tibi, ut præmittitur, exequi possis, & ut in eadem Basilica cultus divini nominis augeatur, & devotius ac frequentius inibi Deo laudes exolvantur, omnes & singulas personas etiam Canonicos, (a) qui in eadem Basilica ad præsens resident, & pro tempore residebunt, & alios eidem Basilicæ subjectos puniendi & corrigendi, dicto Vicariatus officio durante; curam & administrationem memoratæ Basilicæ in ipsis spiritualibus & temporalibus regendi, & ut præmittitur exercendi, dictisque Canonicis, Beneficiatis, Clericis, & personis præsentibus & futuris, & eorum singulis, ut ipsi vel eorum aliquis Capitulum nisi in tua dumtaxat præsentia facere aut capitulariter aliqua pertractare, seu gerere vel ordinare, quodque tam ipsi, quam eorum & præfatæ Basilicæ præsentes & futuri Camerarii, & officiales, vel ipsorum, de bonis mobilibus & immobilibus ad ipsam Basilicam ad præsens & in futurum spectantibus, aliquid absque tui conscientia alicui seu aliquibus ad minimum seu longum tempus affictare, arrendare, aut quovis modo alienare, ad pensionem seu ad fictum dare, sive alias quomodolibet concedere, aut de receptis & habitis atque expositis quietare & absolvere, seu de illis computa & rationes reddere, ullo umquam tempore non possint, seu debeant, eadem auctoritate districtius inhibendi; & si secus actum fuerit, revocandi, etiamsi super illis Apostolica legitima vel alia confirmatio intervenerit, nec non contra Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & personas præsentes ac futuros & eorum

Summa Apostolica auctoritate.

Præcipue ca res ipsas, personas.

(a) In Canonicos potestatem exercere Vicarium posse hic audis. Id vero Apostolico personali Privilegio nititur; neque ad alios Archipresbyterorum Vicarios extenditur. Per hæc autem tempora aut Romm. Pontiff. Vicarium Apostolicum instituebant ad tempus, aut Vicarius Archipresb. erat una simul Vicarius Rom. Pontif. Id perspicuum erit infra in ultima Pii II. constitutione. Præcipue vero ex Constitutionib. Pauli II. Sixti IV. & Innoc. VIII. palam fiet, dignitate Episcopali insignem virum esse Vicarium Pontificis in Basilica Vaticana. Eas dabimus integras; similes licet videantur; & sint in rerum summa.

(a) Angelus

eorum singulos super eorum excessibus, criminibus, culpis, demeritis, & delictis inquirendi, eosque tam pro illis, quam etiam transgressionibus, & inobedientiis mandatorum, seu monitionum, quæ ipsis tam conjunctim, quam divisim auctoritate præsentium pro tempore feceris, excommunicationum, suspensionum & interdicti, ac aliis de quibus tibi videbitur etiam pecuniariis pœnis, dicta auctoritate ligandi & condemnandi, necnon ligatos & condemnatos juxta Canonicas Sanctiones corrigendi, castigandi & incarcerandi, ac eorum officiis & beneficiis privandi, & ab illis realiter amovendi, ipsasque sententias & censuras ac pœnas mitigandi, minuendi, relaxandi, & eos ab illis absolvendi, necnon cum eis super irregularitate, si quam sententiis ipsis, vel earum aliqua, ratione præmissorum vel alicujus eorum pro tempore ligati, missas & alia divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebrando, & se illis immiscendo, pro tempore contraxerint, dispensandi, aliaque omnia & singula, quæ ad hujusmodi Vicariatus officium ejusque liberum exercitium tam de jure quam de consuetudine pertinere noscuntur, ac alias in præmissis omnibus & singulis necessaria fuerint, & quomodolibet opportuna, faciendi, gerendi, exequendi, & ad id, si opus fuerit, auxilium brachii secularis invocandi, plenam & liberam auctoritate Apostolica, tenore præsentium, usque ad nostrum beneplacitum, concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac præfatæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, Nonis Octobris, Pontificatus nostri Anno primo.

Assignat Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum medietatem oblationum S. Mariæ de Monte extra portam S. Mammæ Civitatis Bononiensis, quas Christifideles fecerint ad plenariam Indulgentiam consequendam.

Ex Regesto VIII. Epistol. de Cur. Pii II. pag. 198.
Apud Archivum Apostolicum Vaticanum.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Etsi cunctis per Orbem Terrarum constitutis Ecclesiis debitores ex Apostolicæ Sedis auctoritate & benevolentia existamus: tamen majori quodam vinculo Basilicæ nostræ sancti Petri Principis Apostolorum de Urbe devincti sumus, cui, præter alias reparatione indigentes Ecclesias, propensiori nos convenit charitatis studio providere. Cum itaque nos nuper supplicantibus pro dilectis filiis communitate Civitatis nostræ Bononien. dilectis filiis Angelo tituli sanctæ Crucis in Hierusalem Presbytero Cardinale, in eadem Civitate Apostolicæ Sedis Legato (a) & nobilibus viris Paulo de Lavolta Juris utriusque Doctore, ac Christophoro de Caccianimicis, Militibus Bononiensibus, Oratoribus Communitatis prædictæ; universis & singulis Christifidelibus, qui in festo Assumptionis gloriosæ Virginis Mariæ a primis Vesperis usque ad secundos, Ecclesiam ejusdem sanctæ Mariæ de Monte extra Portam sancti Mammæ dictæ Civitatis devote visitaverint annuatim, & ibidem pro reparatione & Fabrica dictæ Ecclesiæ manus adjutrices porrigerent, omnium delictorum suorum de quibus corde contriti, & ore confessi forent, plenariam remissionem & veniam auctoritate Apostolica per alias nostras litteras concesserimus, prout in illis plenius continetur: Nos considerantes quod Fabrica dictæ Basilicæ, quæ ampla & magna est, non modica reparatione indiget, ac dignum & rationabile fore censentes, ut cum ea, quæ aliarum Orbis Ecclesiarum Mater & Caput est (b), reliquæ Orbis Ecclesiæ suas nonnunquam eleemosynas partiantur, cupientesque ut Ecclesia sancti Petronii de Civitate prædicta, quæ in singulis structuris ædificari cœpta est post triennium, cum interim major providendi Saluti Christianorum versus Turchos incumbat necessitas,

Ea quippe est Ecclesiar. Orbi mater, & caput.

(a) Angelus Capranica ex inclyta Romana Familia, appellatus Card. Reatinus, quia ejus Sedis erat Episcopus, quum Pius II. Presb. Card. Sanctæ Crucis eum creavit. Legatione Bononiensi octo annos perfunctus est maxime difficili. Summæ innocentiæ virum scriptores prædicant inque iis Card. Papiensis, qui plures ad eum dedit epistolas. In claustro S. Mariæ super Minervam an. 1478. tumulatus cum non contemnendo elogio. Garimb. & Ciacon.

(b) Quod sæpe monui, ac frequenti Romm. Pontificum testimonio firmatum in nostra collectione animadvertendum suasi, Basilicæ nimirum Principis Apostolorum prærogativæ nihil detrimenti allatum esse præferendo Capitulum Lateranense Vaticano Capitulo, discas hinc apertius: *Orbis Ecclesiarum mater & caput* definitur. Vide supra (*h. tom. 2. pag. 25.*)

tas, per hujusmodi fidelium suffragia quantocyus compleatur; motu proprio & ex certa nostra scientia omnes & singulas oblationes sive eleemosynas, quæ per eosdem fideles dictæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ ratione ipsius Indulgentiæ usque ad idem Triennium erogabuntur, integre in subsidium Cruciatæ, ac expeditionis pro fide Catholica contra Turchos: post lapsum vero dicti Triennii, omnium & singularum oblationum, seu eleemosynarum prædictarum medietatem Fabricæ dictæ Basilicæ sancti Petri de Urbe, & alterius medietatis quartam partem Fabricæ dictæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ; reliquas vero tres partes ejusdem medietatis Fabricæ Ecclesiæ sancti Petronii antedictæ perpetuis futuris temporibus auctoritate Apostolica, tenore præsentium adjudicamus, donamus, deputamus, & assignamus, & per deputatos ad colligendum dictas oblationes sive eleemosynas deputandis ad id per nos, vel Sedem Apostolicam, sub excommunicationis pœna, prout superius est expressum, annuatim sine ulla fraude vel diminutione assignari volumus, & mandamus. Non obstantibus, quod ipsæ oblationes solum pro Fabrica dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ factæ sint; ac Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ adjudicationis, donationis, deputationis, assignationis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Idcirco post trienn. eleem. pro cruciata impendi ejus medietatem vult pro Fabrica d. Basil.

Quod p[...] propositis [...] cipis.

Datum Senis (*a*) Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo, Tertio Nonas Aprilis, Pontificatus nostri Anno secundo.

Majori Pœnitentiario Card. Philippo Calandrino facultatem largitur reformandi minores pœnitentiarios Basilicarum Principis Apostolorum, S. Joannis Lateran. & S. M. Majoris.

Ex Regesto XI. epistolar. de Cur. Pii II. pag. 299. Ap. Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1460. 19. Dec.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Philippo tituli Sancti Laurentii in Lucina (*b*) Presbytero Cardinali Majori Pœnitentiario nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Quanto cum majori periculo negliguntur ea, quæ ad salutem pertinent animarum, confessiones videlicet delinquentium, & absolutiones eorum; tanto diligentius intendere convenit, ut ad audiendas confessiones & impendendas absolutiones hujusmodi, præsertim in Basilicis Almæ Urbis, unde reliquæ Orbis Ecclesiæ sumpserunt exordium, tales personæ deputentur, per quas cognitis morborum qualitatibus, congrua possint languentibus animabus antidotorum suffragia impartiri. Sane ex diversis mundi partibus ad præfatas Basilicas, tamquam ad portum salutis, semper confluit multitudo fidelium ibidem sua peccata condignis pœnitentiæ fructibus expiare volentium, in quibus tam Romanus Pontifex, quam ejus pro tempore Major Pœnitentiarius, viros ad audiendas confessiones idoneos, deputare consueverunt; qui non solum casus sibi permissos discernere, & pœnitentias salutares injungere, sed etiam de sua

Pœnitentiarii necessarii in Basilis Urbis.

Constitu[...] a Papa, Pœnitent[...] majori.

(*a*) A Mantuano congressu adversus Turcas indicto, & Pontificis præsentia ac vehementi oratione celeberrimo, Senas se contulerat Pius valetudinis gratia: qua occasione, ut testatur Platina, Senensium remp. sedatis seditionibus constituit. Mantuanus autem conventus, quo *ex tota Europa*, Platina eodem teste, *nulla natio, nulla gens fuit, quæ non aut Principes, aut Legatos miserit*, hanc Pii constitutionem mirum in modum illustrat. Quæ enim facta, dictave in illo fuerant ad Christianos omnes movendos adversus Turcas, triennalem dilationem explicant medietatis oblationum concessæ Principis Apostolorum Basilicæ. Simul autem planissime aperiunt Indulgentiæ plenariæ raritatem & ingenium vel XV. Ecclesiæ seculo jam provecto. Quanti peccata redimerent Christifideles id temporis, extra Jubilæi annum, hinc patet. Quæ enim juxta canonicam disciplinam afflictiones corporis necessariæ erant, in oblationes quidem & eleemosynas convertuntur: at tales & tantas, quæ præsidio primum essent exercitui adversus Turcas educendo; deinde ad ædificationem instaurationemque plurium ecclesiarum satis essent. Hujusmodi vero causæ nisi accederent, Indulgentia plenaria non concedebatur a Romm. Pontificibus. Qua de re animadverti & illud debet, quod idem Pontifex ante aliquot menses Padolyrone existens, in Monasterio O. S. B. Mantuanæ Diœcesis, Indulgentiam plenariam largitus est toto Ordini in festo S. Benedicti pro annis viginti, quam postea prorogavit Sixtus IV., & Gregorius XIII. ampliavit in perpetuum. Causas autem afferens largitionis hujusmodi: *præsertim*, inquit, *considerantes, quod ipsi nonnulla monasteria desolata, & collapsa mirifice, refecerunt, & in illis, quum essent prius omni regulari observantia destituta, vitam ducunt regularem &c.* (Bullar. Cassin. *to.* 2. *const.* 86.)

(*b*) Hunc Nicolaus V. fratrem suum ex matre creavit Presb. Cardinalem S. Susannæ an. 1449. Quem scilicet exeunte anno 1447. Bononiensis Ecclesiæ Præsulem fecerat, denato Joanne de Podio inclyto ejus urbis cive, quem mense Martio ejusdem anni locaverat in ea sede ab se relicta, ubi summum ad Pontificale fastigium fuit evectus. Quare Card. Bononiensem appellatum comperimus apud Historicos ejus temporis. Alia subinde decora illi accesserunt. Nam Fratre eodem Pontifice, tit. S. Laurentii in Lucina est adeptus; & anno 1458. supremum diem obeunte Dominico Capranica Majori Pœnitentiario, paucis diebus post Callisti III. mortem, Augusto mense, quo item electus est Pius II., ab hoc Pontifice Major Pœnitentiarius instituitur.

(*a*) Pium II.

ſua integritate & probitate bonam de ſe confitentibus opinionem præſtare ſciant: tamen a quodam tempore citra aliqui in ipſis Baſilicis exercuerunt minorum Pœnitentiariorum officium, partim ab Apoſtolica Sede per importunitatem, partim etiam ab eodem Majore pro tempore Pœnitentiario deputati, nonnulli etiam auctoritate propria hoc ſibi munus aſſumentes, minus, quam in tantis locis deceat, ad exercendum officium ipſum habiles & idonei: propter quorum vel lenitatem, vel ignorantiam, aut alias animabus ibi confitentium male conſulitur, aut de integritate vitæ pœnitentiariorum hujuſmodi mala exempla præbentur. Nos igitur cupientes, officium minorum Pœnitentiariorum hujuſmodi per tuæ diligentiæ ſtudium debite reformari, circumſpectioni tuæ committimus & mandamus, ut omnes & ſingulos, quos hujuſmodi minorum Pœnitentiariorum officium in eiſdem Baſilicis, videlicet Principis Apoſtolorum, & Sancti Joannis Lateranen., ac Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe quacumque auctoritate exercuiſſe hactenus, & exercere repereris, per te, vel alium, ſeu alios, tam ſuper idoneitate, quoad litteraturam & doctrinam examines; quam etiam quoad integritatem & mores, ac ipſorum converſationem diligenter inveſtiges: nec non illos ex eis, quos ad exercendum officium minorum Pœnitentiariorum hujuſmodi ſufficientes, ac integritate morum, & vitæ idoneos eſſe repereris, & de quibus tibi videbitur, in exercitio prædicti officii approbes & confirmes: reliquos vero abinde amoveas, & ſi quos inveneris ibidem auctoritate propria, aut alia, quam Apoſtolicæ Sedis, aut tua, vel Majoris Pœnitentiarii, qui pro tempore fuit, exercuiſſe; illos, prout tantæ temeritatis præſumptio exigit, punias, corrigas & caſtiges, ac omnia & ſingula circa præmiſſa neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facias. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus quibuſvis de dictis minoribus Pœnitentiariis, etiam per nos, vel dictam Sedem factis deputationibus, & litteris Apoſtolicis deſuper confectis, quorumcumque tenorum fuerint, etiamſi de illis & eorum totis tenoribus de verbo ad verbum habenda foret mentio ſpecialis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Pœnitentia... minus idonei removendos jubet.

Necnon puniendos qui non fuerint rite constituti.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, quartodecimo Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri An. tertio.

Penſiones ſuper Canonicatibus, Beneficiiſque Baſil. Vat. dimidiam partem reditus excedentes, nullas fore decernit.

Ex Regeſto XII. Epiſt. de Cur. Pii II. pag. 186. ap. Arch. Apoſt. Vat.

AN. CH. 1460. ... Febr.

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Conſtituti in ſuprema militantis Eccleſiæ ſtatione, ab eo qui rebus creatis præſidet univerſis, quamvis ex debito injuncti nobis miniſterii circa ſtatum Eccleſiarum omnium ubilibet exiſtentium ſalubriter & proſpere dirigendum nos deceat eſſe intentos; ad inſignem tamen Principis Apoſtolorum Baſilicam ſponſam noſtram præcipuam internæ conſiderationis intuitum tanto enixius extendere, & ab ea quæcumque noxia paternis ſtudiis ſubmovere tenemur; quanto ipſa noſtris jugiter patet aſpectibus, & in ea, veluti ſede præcipua, reſidemus. Nuper ſiquidem ad noſtrum fide dignorum relatione pervenit auditum, quod licet fructus, redditus & proventus, qui dilectis filiis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis ejuſdem Baſilicæ in ea reſidentibus, & horis canonicis nocturnis pariter & diurnis intereſſentibus miniſtrantur, in quotidianis diſtributionibus conſiſtere dignoſcantur, ipſique Canonici, Beneficiati, & Clerici nullas alias, præter paucas maſſæ groſſæ, per ipſius Baſilicæ ſtatuta limitatos proventus, præbendas obtineant; in eadem nonnulli tamen cæca cupiditate ſeducti & redditus annuos abſque labore ſibi acquirere, & vendicare fatagentes ſuper Canonicatibus, & in aliis in eadem Eccleſia conſtitutis Beneficiis Chori nuncupatis, nullas alias præbendas annexas ac certos redditus, prædictis exceptis, habentibus penſiones annuas per eos, in quorum favorem Canonicatus & præbendas reſignaverint, ſibi reſervari, concedi & aſſignari procurant in ipſius Baſilicæ ac perſonarum illius non modicum detrimentum. Nos igitur, quorum intereſt indemnitatibus ejuſdem Baſilicæ providere, & abuſibus hujuſmodi, ut tenemur, occurrere: motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate & voluntate omnes & ſingulas penſiones annuas ſuper fructibus, redditibus, & proventibus Canonicatuum & Beneficiorum Baſilicæ hujuſmodi quibuſvis perſonis, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus vel conditionis fuerint, per nos, vel Apoſtolicam Sedem hactenus conceſſas, reſervatas, conſtitutas, & aſſignatas, quarum omnium quantitas ac perſonarum, quibus reſervatæ ſunt, nomina & cognomina, nec non litterarum,

Basil. Vat. ...ſa præcipua ...tificis.

Improbat eos, qui penſiones affecunt ſuper Beneff. ejuſd.

Quaſcumque quibuſvis conceſſas irritat.

rarum, quæ super eis emanarunt, tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, auctoritate Apostolica tenore præsentium, quatenus excedant dimidiam partem grossorum fructuum, ex certa scientia cassamus, revocamus, & annullamus, easque ac litteras prædictas, & in illis contentas censuras & pœnas haberi volumus pro infectis, statuentes ac motu & scientia similibus decernentes, quod ex nunc inantea perpetuis futuris temporibus nullus cujuscumque dignitatis, status, gradus, præeminentiæ, vel conditionis existat, super ejusdem Basilicæ Canonicatibus, & si quæ fuerint pro tempore præbendis, aliisve in ea institutis beneficiis ecclesiasticis, pensionem aliquam vendicare aut percipere valeat quoquo modo. Quod si forsan imposterum contra statutum & decretum nostra hujusmodi pensionem annuam super Canonicatibus, & præbendis, aut beneficiis prædictis cuiquam reservari, concedi & assignari contigerit per litteras Apostolicas, non facientes individuam de præsentibus mentionem, reservationem, concessionem, & assignationem pensionis hujusmodi nullam, & invalidam fore, ac ad illius præstationem vel solutionem quisquis in ejus constitutione & assignatione consenserit, etiamsi medio juramento ad id se adstrinxerit, decernimus non teneri, ac irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ revocationis, cassationis, annullationis, statuti & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Excedentes nimirum mediam partem fructuũ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo, septimo Idus Februarii, Pontificatus nostri Anno (a) tertio.

Falconi de Sinibaldis Canonico S. Petri concedit Cameram Canonicatui ejus adnexam cum officinis ad eam spectantibus. (b)

Ex Regesto XIII. Epistolar. de Cur. Pii II. pag. 26. ap. Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1461. 2. Jul.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Magistro Falconi de Sinibaldis, Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Legum Doctori, Cameræ Apostolicæ Clerico; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Qualitates personales ad Beneficia obtinenda necessaria.

Grata devotionis obsequia, quæ nobis, & Apostolicæ Sedi hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis; nec non litterarum scientia, vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus personam tuam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut ea tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Nuper siquidem tibi de Canonicatu, & præbenda Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, tunc per obitum quondam Christophori de Roggeriis olim ipsius Basilicæ Canonici in eadem Urbe defuncti vacantibus, & antea dispositioni Apostolicæ reservatis, per alias nostras litteras providimus gratiose, prout in illis plenius continetur. Cum itaque, sicut accepimus, quædam Camera eidem Christophoro, dum viveret, inter reliquas habitationes Canonicorum dictæ Basilicæ ad inhabitandum concessa, per obitum ejusdem Christophori vacaverit & vacet ad præsens; Nos volentes te, qui, ut etiam accepimus, eorumdem Canonicatus & præbendæ possessionem, provisionis & litterarum prædictarum vigore, pacifice assecutus fuisti, præmissorum obsequiorum, & meritorum tuorum intuitu, favore prosequi gratioso, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, præfatam Cameram cum officinis & membris, ac omnibus juribus & pertinentiis suis, dummodo tempore datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum, tibi per te, quoad vixeris, tenendam

Cameræ [Ca]nonicales a [Pon]tifice conc[ede]bantur.

(a) Pium II. mense Augusto anni 1458. electum esse constat inter omnes: de die dumtaxat quæstio est; alii enim 19: alii 20. alii 21. alii demum 23. aut 27. diem electioni adscribunt. Eumdem vero esse coronatum super gradus Basil. Vatic. die 3. Septemb. quæ erat Dominica ut ostendit lit. Dom. A, recte Ciaconius & alii docent. A die autem tertia Septembris numerando annos Pontificis, qui hîc signatur annus 1460. vere est a mense Januario 1461. nam superiori anno non Romæ, sed aut Bononiæ degebat Pontifex, ubi Mantua Senas se conferens, aliquot dies moram traxit; aut Senis, quod incompertum mihi est. Sed tam Pius, quam Successores aliquot, annos ineunt ab Incarnatione nempe a die 25. Martii. Idcirco usque ad eam diem in cursu erat 1460. Id sæpe occurret in seqq. Diplomat.

(b) Solenne erat id temporis una cum Canonicatu, seu Beneficio Canonicales Cameras, aut Beneficiales, sive etiam integram domum, ac si præbendæ adnexa esset, assignare novis Canonicis aut Beneficiatis. Id prius jam monui, & infra exponam clarius ad Pauli II. Bullam unionis Monasterii S. Catharinæ Ord. Bened. In libro Censuali Grimaldi, vulgo *Catastro* domorum nil frequentius: tametsi pars major ejusmodi habitationum, Basilicæ amplificandæ causa, sit excisa.

(a) De

dam & inhabitandam, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus & assignamus: mandantes dilectis filiis Petro Tituli sancti Marci Presbytero Cardinali Archipresbytero, necnon Vicario dictæ Basilicæ, quatenus ipsi, vel alter eorum te, vel Procuratorem tuum nomine tuo, in corporalem possessionem Cameræ & officinarum, ac jurium, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciant te pacifica ipsius Cameræ possessione gaudere, Contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Proviso, quod tu in præfata Basilica consuetam & debitam residentiam facere tenearis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, assignationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

ormalis pos- ... inunda

Cum pacto residendi in Basil.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimoprimo, sexto Nonas Julii, Pontificatus nostri Anno tertio.

Ogerio olim Abbati Monast. S. Martini in Montibus Viterbien. in Commendam redacti Pensionem annuam 200. Florenor. ex Monast. Reditibus elargitur.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vat. Caps. 13. Fasc. 290.

.. CH. 461. .. Nov.

PIus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Ogerio olim Abbati Monasterii sancti Martini extra muros Viterbien. Ordinis sancti Benedicti; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

..ritis per- .. de mo- ..itur.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio nos inducunt, ut illa tibi libenter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Cum itaque hodie tu regimini, & administrationi Monasterii sancti Martini extra muros Viterbien. (a) Ordinis Cistercien., cui tunc præeras, in manibus nostris sponte, & libere cesseris, nosque cessionem hujusmodi admittentes Monasterium ipsum cum omnibus juribus, & pertinentiis suis dilecto filio Francisco sancti Eustachii Diacono Cardinali (b) per præfatam cessionem vacans, & antea Ordinationi Apostolicæ reservatum sub certis modo, & forma per eum quoad viveret tenendum, regendum, & gubernandum auctoritate Apostolica commendaverimus (c), prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur: Nos, ne propter cessionem eandem nimium dispendium patiaris, de alicujus subventionis auxilio providere, tibique præmissorum merito-

Monast. Sancti Martini in commendam redact.

(a) De origine, & conditione hujus Monasterii aliquid delibatum fuit (*to. 1. pag. 90. & seq.*) præterea constitutiones & Diplomata (*Ibid. pag. 90. 111. 117. & seqq. 130. 135. 138. 146. 148. 206. & seq. 247. 294. 303. & seqq.* de Reditibus, atque Juribus ejusdem, quamdiu apud Cistercienses fuit, luculenter docent. Conditio autem ab hoc anno 1461. postquam videlicet disciplina monastica ibi viguit 312. annis, mutata est. Namque Ogerio postremo Ordinis Cisterciensis Abbate in manibus Pii II. cedente illius regimini, commendatum fuit; pluresque habuit Cardd. Commendatarios per annos plusquam centum, quoad Ranutii Farnesii supremi Commendatarii cessione Pius IV. an. 1564. die 20. Junii perpetuo possidendum largitus est mensæ Capitulari Basilicæ Principis Apostolorum, ut suo loco videbimus, constitutione ejusdem Pontificis prolata. Hîc tamen liceat nonnihil in antecessum afferre, quod Monasterii hujus conditionem ad nostram ætatem expediat. Quum Monasterium in nullo fere statu erat, Innocentius III. (*to. 1. pag. 91. l. n*) ingenti auri, rerumque largitione illud non modo excitavit, sed florentissimum reddidit. Cujus quidem largitionis pars præcipua fuit Ecclesia S. Salvatoris, cui pingues latique fundi erant adnexi. Hos hodie possidet mensa capitularis, diviso ex Abbatiæ corpore Feudo S. Martini, in Pamphiliæ domus gratiam, vocatque *La Tenuta di S. Salvatore*. Per hujusmodi autem divisionem nihil excidit de plena jurisdictione spirituali ac temporali Capituli, quod ibi Judicem deputare semper consuevit cum jurisdictione civili, criminali, & mixta, nequicquam Sacra Consulationis Congregatione de criminali sæpius contendente. Quin etiam legitima firmaque declarata est jurisdictio Capitularis, de ejusdem congregationis consensu, quum an. 1726. die 30. Aprilis sententia Rebanditionis, quam vocant, lata est in homicidii reum Blasium Gregorium *Piergiovanni*, quod constat ex Actis Joannis Caroli de Felicibus Notarii Criminalis Gubernii Urbis. Hactenus de Conditione Monasterii S. Martini, quam explicatiorem reddituri opportune sumus hac nostra in collectione.

(b) Franciscus Piccolomineus alter ex quatuor Pontificis nepotibus ex Laodamia sorore. Platina, Card. Papien., Philelphus Synchronique alii Scriptores summis hunc Cardinalem laudibus prosequuntur. Easdem autem cumulavit singularis ejus virtus toto vitæ tempore spectata, cui accessit mira in maximis Ecclesiæ negotiis felicitas. Quamobrem ad D. Petri Cathedram omnium votis jampridem designatus ascendit an. 1503.

(c) Card. Papiensi in commendarum nimiam frequentiam acriter invehenti haud succensuisse Pontifex dicitur (Raynald. 1464. *n. 86. & ap.* Thomass. *de Benef. II. l. 3. c. 20.*) immo reposuisse: *Credere se, a Pontificatu Callisti* (III.) *in eam diem amplius quam quingenta Monasteria esse jam commendata.*

(a) Alia

Cum Pensione a Commendatar. persolvenda.

ritorum tuorum intuitu specialem gratiam facientes, pensionem annuam ducentorum Florenorum auri de Camera super fructibus, redditibus, & proventibus Mensæ Abbatialis dicti Monasterii per præfatum Franciscum Cardinalem, cujus ad id expressus accedit assensus, & Successores suos ipsius Monasterii pro tempore Abbates tibi, vel Procuratori tuo ad hoc a te legitimum mandatum habenti pro una videlicet in Dñi nostri Jesu Christi, & alia medietatibus pensionis hujusmodi in sancti Johannis Baptistæ nativitatum festivitatibus in Civitate Viterbien. annis singulis, quoad vixeris, persolvendam auctoritate Apostolica tenore præsentium reservamus, constituimus, & assignamus, decernentes eosdem Franciscum Cardinalem, & Successores ad solutionem faciendam pensionis hujusmodi, juxta reservationis, constitutionis, & assignationis earumdem tenorem, fore efficaciter obligatos; ac volentes, & eadem auctoritate statuentes, quod illi, necnon Francisco Cardinali, & Successoribus præfatis, qui in aliqua festivitatum prædictarum, vel saltem infra triginta dies, ex tunc immediate sequentes, dictam pensionem non persolverit cum effectu, aut alias tecum, vel cum dicto Procuratore super hoc amicabiliter concordaverit, ex tunc lapsis diebus eisdem ingressus Ecclesiæ sit interdictus. Si vero sententiam interdicti hujusmodi, & sex menses adictos triginta dies immediate sequentes animo, quod absit, sustinuerit indurato ex tunc lapsis mensibus eisdem, & regimine & administratione ipsius Monasterii in spiritualibus & temporalibus perpetuo suspensus existat eo ipso (a) non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Monasterii, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis statutis, * solutionem, vel præstationem alicujus pensionis minime teneantur, & ad id compelli non possint, & litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reservationis, constitutionis, decreti, & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Terminis Semestr. adduntur 30. dies ad solven.

** leg. a*

Object omnes tollu

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, decimo Kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno quarto.

S. Martini in montibus Viterbien. Monasterii bona distracta & invasa sub excommunicationis pœna reddenda jubet Francisco Piccolomineo commendatario perpetuo ejusdem Monasterii.

Ex Autogr. in Archiv. Vat. Basil. Caps. 13. Fasc. 290.

AN. CH. 1461. 7. Dec.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus fratribus Cornetan. & Viterbien. Episcopis, ac dilecto filio Archipresbytero Ecclesiæ Viterbien.; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Significavit nobis dilectus filius Franciscus S. Eustachii Diaconus Cardinalis, perpetuus Commendatarius Monasterii Sancti Martini extra muros Viterbien., Cistercien. Ordinis, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorat, census, fructus, redditus, proventus, emolumenta, possessiones, domos, grangias, ortos, terras, campos, vineas, prata, pascua, nemora, silvas, molendina, aquas piscinas, (b) ciphos, tasseas, anulos, coclearia, zonas texutas, lapides pretiosos, & alia jocalia vasa aurea, argentea, ærea, cuprea, ferrea, stanea, lignea, pannos lineos, laneos, sericos, lectos culcitras, coopertoria, linteamina mappas manutergia, discos, scutellas, candelabra, ollas, patellas, caldaria, & alia domorum utensilia, equos, oves, boves, vaccas, porcos, jumenta, & alia animalia, libros, litteras authenticas, instrumenta publica, registra, Prothocolla, quitantias, recognitiones, scripturas, jura, testamenta, & alia documenta, libros, cruces, calices, patenas, Sanctorum Reliquias, planetas,

Bona distracta enumerantur.

(a) Alia nunc lege vivitur. Non solventi Pensiones dies dicitur: lapsisque Juridicis diebus invaduntur Beneficii reditus.

(b) Ciphus pro *Scyphus* passim ex Glossarii Illustratoribus occurrit in Documentis inferioris ævi. Perinde est de Tassea, quæ & *Tassa*, *Tassus*, *Tassia*, nomenclatura satis facili ad intelligendum, nuncupatur. Taxea in Ord. Rom. P. Amelii (*capp.* 82. & 85.) sæpius legitur: *Acolytus cum vinateriis, & duabus taxeis .... parvam taxeam de auro .... cum vino & aqua & duabus taxeis* &c.

(a) Ex

netas, ac quæcumque ſacerdotalia indumenta, auri, argenti monetati, & non monetati, vini, bladi, frumenti, ordei, avenæ, ſiliginis, lini, lanæ, canapis quantitates, debita, credita, legata, pecuniarum ſummas aliaque mobilia, & immobilia (*a*) bona ad dictum Commendatarium tam ratione ſuæ Commendæ dicti Monaſterii, quam alias, legitime ſpectantia temere, & malitioſe occultare, & occulte detinere præſumunt, non curantes ea præfato Commendatario exhibere in animarum ſuarum periculum, & dicti Commendatarii non modicum detrimentum. Super quo idem Commendatarius Apoſtolicæ Sedis remedium imploravit. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus omnes hujuſmodi occultos ſubtractores, detentores, & occupatores cenſuum, fructuum, reddituum, proventuum, & aliorum bonorum prædictorum ex parte noſtra publice in Eccleſiis coram populo per vos, vel alium, ſeu alios moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis præfixeritis, ea præfato Commendatario a ſe debita reſtituant, & revelent, ac de ipſis plenam & debitam ſatisfactionem impendant; et ſi id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptorie duxeritis præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis ſententiam proferatis, & eam faciatis ubi, & quando expedire videritis, uſque ad fatisfactionem condignam ſolenniter publicari. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe: Duo aut unus veſtrum ea nihilominus exequatur.

[Margin: ...Tractorum ...tacia]

[Margin: *Monitoriis, deinde excommunicatione petenda.*]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, ſeptimo Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno quarto.

Thomam Piccolomineum Canonicum S. Petri, Clericum Cameræ, & Abbreviatorem creat Notarium Apoſtolicum derogans contrariis conſtitutionibus, ut ſimul Clericus Cameræ, & Notarius eſſe poſſet.

Ex Regeſto XVII. epiſt. de Cur. Pii II. pag. 242. Ap. Archiv. Apoſt. Vat.

[Margin: ...CH. ...61. ...Mart.]

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Thomæ de Piccolominibus, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe (*b*), Notario noſtro (*c*); Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Grata devotionis, & familiaritatis obſequia, quæ Nobis & Apoſtolicæ Sedi hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, nec non vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus perſonam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut te ſpecialibus favoribus & gratiis proſequamur. Cum itaque Nos hodie motu proprio te, qui etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericus & litterarum Apoſtolicarum Scriptor, & Abbreviator exiſtis, eorumdem obſequiorum, & meritorum tuorum intuitu, in noſtrum & Sedis Apoſtolicæ Notarium recipiendum duxerimus, & aliorum noſtrorum, & dictæ Sedis Notariorum conſortio favorabiliter aggregandum, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur: Nos ad ea, quæ ad tuorum ſtatus

[Margin: *Clericus Cameræ & Abbreviator fit Protonot.*]

(*a*) Ex hujuſmodi enumeratione inferre licet Monaſterii, ſeu Abbatiæ S. Martini redituum copiam. Qui & hodie, diviſo feudo S. Martini, ut nuper ajebam ſatis uberes ad menſam Capitularem perveniunt (*vide to. 1. pag. 90. not. d*)

(*b*) Ex Autogr. Regeſtis Pii II. in Tabulario Secretiori Apoſtol. Vatic. præ aliis Canonicis Baſil. Principis Apoſtolor. duo cenſentur de Piccolominibus, Chriſtophorus, & Thomas. Horum poſtremum Diploma iſtud appellat *Magiſtrum, Apoſtolicar. literarum Scriptorem, & Abbreviatorem*. Attamen eum Ciampinus in ſuo Parco majori non recenſet: Quippe qui conſtitutionem Pii II. affert (*pag. 28.*) datam anno 1464. in qua eſt Catalogus Abbreviatorum tum viventium; eſtque eorum penultimus *Nicolaus de Piccolominibus*, extremi vero relinquitur locus vacuus hoc pacto: *&* ...... equidem locum ipſum implendum puto *& Thomas de Piccolominibus*; auctoritate hujus Diplomatis. Ipſa enim ratio, qua utitur Pontifex, Conſanguineos videlicet recenſendi ſupremo loco, ita mihi perſuaſum eſſe vult. Nec tamen contendo, me opinionis errorem non ſequi poſſe: nam triennii ſpatio a Diplomate diſtans Conſtitutio vetat pro re certa id haberi.

(*c*) Quinam tunc eſſent Notarii Apoſtolici, immo quinam eſſe perſeverarint aliqua in parte ſequentis ſeculi XVI., habemus ex Concil. Lateran. V. ſeſſ. VIII. (*Concil. Lab. to. 14. pag. 180.*) Ibi enim legitur: *Ego Petrus Bembus Clericus Venetiarum Sanctiſſ. Domini noſtri Papæ Secretarius, ac publicus Apoſtolica auctoritate Notarius*. Item ſeſſ. X. (*Ibid. p. 280.*) *Ego Bernardus Sculteti Decretorum Doctor, Decanus Vvarmienſis, publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, & Sacri Lateranenſis Generalis Concilii Scriba deputatus...... Et ego Bernardinus de Contreras, Clericus Burgenſis, Juris utriuſque Doctor, publicus Apoſtolica auctoritate Notarius &c.* Hujuſmodi erant Notarii juxta illam veterem diſciplinam: quamobrem Canonicum S. Petri, & Abbreviatorem non dedecebat id muneris; quin decoribus illius acceſſio fiebat inſignis. Atqui Prædeceſſorum conſtitutionibus cautum erat, ne Clerici Cameræ Notarii eſſe poſſent. Iis autem Pius derogat: ſimulque & Abbreviatorem, & Clericum Cameræ, & Notarium vult eſſe hunc Canonicum. Quod quidem exemplum ſi præſto fuiſſet Ciampino, ſuam de Parco Majori Diſſertationem hiſtoricam locupletiorem effeciſſet. *Adbreviatorum* quippe *officia cum quibuſvis aliis officiis Romanæ Curiæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ incompatibilia nullatenus* cenſenda eſſe ſanxit poſt Pium Sixtus IV. (*De Parco maj. pag. 35.*) At in Abbreviatore Clericatum Cameræ cum Notariatu compatibilem eſſe ex uno hoc Pii Diplomate diſcimus.

(*a*) No-

tus & honoris commodum cedere valeant, favorabiliter intendentes, motu simili tecum, ut receptione & aggregatione prædictis nequaquam obstantibus, tu nihilominus ejusdem Cameræ Clericus existas, ac emolumenta ipsius Clericatus, & quemadmodum hactenus percipere consuevisti, in omnibus & per omnia percipere, & Notariatus, ac etiam Clericatus Cameræ hujusmodi officia insimul retinere & exercere libere & licite valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, indultis, & litteris Apostolicis dilectis filiis ejusdem Cameræ Clericis ab eadem Sede concessis, illis præsertim, quibus inter alia cavetur expresse, quod nullus ex Clericis eisdem Notarius esse valeat, aut cum Clericatu Notariatus possit exercere officium, atque aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis & consuetudinibus dictæ Cameræ juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis: quibus omnibus, etiamsi de eis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum individua vel specialis mentio habenda foret, & quæ præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, quoad præmissa hac vice dumtaxat derogari volumus, & derogamus expresse, ipsis alias in suo plenario robore duraturis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ dispensationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Idque ex dispensat. Apostolica.

Derog. Contrariis Situtionibus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, Kalendis Martii, Pontificatus nostri Anno Quarto. (*a*)

Causam Odonis de Marcellinis Canonici S. Petri, tanquam complicis homicidii ex Canonicatu dejecti a Vicario Basilicæ, committit Episcopo Beneventano Romæ tum degenti; mandatque eum absolvi, atque in integrum restitui.

Ex Regesto XIX. Epistolar. de Cur. Pii II. pag. 110. ap. Arch. Apostol. Vatic.

AN. CH. 1462. 13. Maji.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Alexio Episcopo Beneventan. in Romana Curia residenti; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Apostolicæ Sedis indefessa clementia lapsis ad eam post excessum cum humilitate recurrentibus filiis se propitiam & benignam exhibere, eosque, tamquam pia mater, gratioso favore prosequi consuevit. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Odonis de Marcellinis Canonici Basilicæ Principis Apostolorum petitio continebat, quod, cum olim ipse Odo portionem sibi contingentem ex fructibus, redditibus, & proventibus ejusdem Basilicæ a dilecto filio Christophoro Sancti perpetuo Beneficiato in dicta Basilica, & illius tunc Camerario (*b*) peteret, ipseque Christophorus ei imprudenter respondisset, & aliqua injuriosa verba intervenissent, ac dilectus filius Jacobus Magistri Pauli Laicus, ipsius Christophori consanguineus, contra præfatum Odonem cum quadam lancea impetum facere moliretur, dilectus filius Marcus de Marcellinis ipsius Odonis nepos indigne ferens, quod idem Jacobus, qui vilis conditionis existebat, eidem Odoni Patruo suo nobili & veterano injuriam irrogaret, eumque vulneraret, vel occideret, ut ipsi Odoni auxilium præberet, non jussus, nec vocatus, cum quodam telo cucurrit, & genitorem ipsius Jacobi, quem obviam habuit, cum eodem telo vulneravit, ex quo vulnere idem genitor decessit, &, licet præfatus Odo operam rei illicitæ non dederit, nec homicidium hujusmodi fieri mandaverit; tamen dilectus filius Franciscus de Aquila Vicarius ejusdem Basilicæ prætendens, ipsum Odonem in præmissis fuisse culpabilem sive homicidii hujusmodi occasionem præbuisse, contra præfatum Odonem ex officio sibi per nos commisso (*c*) ad inquisitionem processit, dictumque Odonem Canonicatu & præbenda ejusdem Basilicæ, quos

(*a*) Novum hinc habes argumentum Annorum Incarnationis.

(*b*) Institutionem Camerarior. quatuor Canonicor. & duor. Beneficiator. habemus in Constitutione Nicolai III. (*to.1. pag.* 188. *& seqq.*) Hinc locupletissimum suppetit testimonium officii post annos 184. a Beneficiatis exerciti. Alia autem sequenti seculo XVI. perinde conspicua præbebit nostra collectio. Quid vero? Ubi ordo rerum ad Paulum V. nos ducet, Beneficiatis Camerariis jura sua confirmata videbimus: ita tamen, ut *valeant Canonici massam communem absque Beneficiatis administrare, & de ipsa disponere, præter quam* in casibus &c. At de his opportunius, ut unicuique jus suum tribuatur.

(*c*) Franciscus de Thomæis Aquilanus, Canonicus n. Basil. ut ex Catalogo Pii II. in Regest. Archivi Apostol. Vat. ab an. 1458. confirmatus erat a Pontifice Vicarius Archipresb. Petri Barbi. Eidemque facultatem ipsam Archibresbytero competentem tum fuisse concessam constat ex Diplomate allato superius (*pag.* 160.) Eam vero facultatem ad omnes causas etiam criminales extendi, hinc certo discimus: in omnes videlicet tam Clericos, quam Laicos ei subjectos.

(*a*) Quod

quos etiam tunc obtinebat, per suam diffinitivam sententiam privavit, a qua pro parte dicti Odonis fuit ad Sedem Apostolicam appellatum, nosque causam appellationis hujusmodi dilecto filio Magistro Jacobo de Mucciarellis causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori ad instantiam ipsius Odonis audiendam commisimus, & fine debito terminandam: ipseque Auditor in eadem causa ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, dicitur processisse. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, præfatus Odo in mortem dicti Laici culpabilis non fuerit, nec homicidium in ejus persona, ut præmittitur, perpetratum mandaverit fieri, nec præordinaverit, seu dictum Marcum vulnerantem viderit, ac morte & homicidio hujusmodi doleat ab intimis; pro parte dicti Odonis nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi & statui suo in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos statum causæ hujusmodi pro sufficienter expresso habentes, ac causam ipsam ad nos harum serie advocantes, litemque prædictam penitus extinguentes, ac volentes præfatum Odonem apud nos de vitæ ac morum honestate, aliisque probitatis & virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, favore prosequi gratioso, hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuæ de qua in hiis, & aliis specialem fiduciam in Domino obtinemus, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus, vocatis quorum interest, si præmissa repereris fore vera, nullum præfatum Odonem præmissorum occasione homicidii reatum, nullamque irregularitatem incurrisse auctoritate nostra declares; & nihilominus ipsum Odonem, si hoc humiliter petierit, ab excessu hujusmodi auctoritate prædicta absolvas in forma Ecclesiæ consueta, injuncta sibi inde pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda: necnon ad abundantiorem cautelam, secum super irregularitate, si quam præmissorum occasione contraxit, quodque in susceptis per eum ordinibus ministrare, necnon Canonicatum & præbendam prædictos, ac omnia alia & singula beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura, quæ obtinet, retinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ jus sibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque fuerint, & quorum fructuum, redditum & proventuum veros valores annuos præsentibus haberi volumus pro expressis, recipere & etiam retinere libere & licite valeat, eadem auctoritate nostra dispenses, omnem inhabilitatis & infamiæ maculam sive notam per ipsum Odonem præmissorum occasione contractam penitus abolendo. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Basilicæ statutis & consuetudinibus juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Innocens declaratur a Pontifice.

Absolvitur tamen ab Irregularitate siquam incurrerit.

Datum Viterbii (a) Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, tertio Idus Maji, Pontificatus nostri Anno quarto.

Concedit Capitulo Basil. Principis Apostolorum, ut Francisco Benedicti locare possit ad vitam castrum Jubilæi, derogans constitutioni Bonifacii IX. qua Capitula prohibentur locare ultra triennium.

Ex Regesto Vicariatuum Nicol. V. Callisti III. & Pii II. num. 33. Armar. 35. pag. 133. Ap. Arch. Apost. Vat.

N. CH. 1462. ... Dec.

PIus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Sacrosanctæ Romanæ, quæ in Apostolorum Principe, cujus quamvis immeriti successores sumus, stabilitur, præsidentes Ecclesiæ, ingenti mentis hilaritate perfundimur, & grandia nostri cordis gaudia profluunt, dum Basilicæ ejusdem Principis de Urbe, & in ea divinis laudibus deditarum, nobisque & Apostolicæ Sedi devotarum ac fidelium personarum commoda provide fieri conspicimus, & ut ea illibata persistant, Apostolicæ meditationis curas apponimus efficaces. Sane, sicut accepimus, nuper dilecti filii Capitulum dictæ Basilicæ, illius ac personarum hujusmodi commoditati & evidenti utilitati intendentes, & conditionem prospicientes luculenter effici meliorem, castrum, sive

(a) Quod in aliis Pontificibus gravem aliquam causam plerumque indicat, discessio ab Urbe, in Pio nihil novi affert. *Siquando* ait Platina, *cælum Romanum, tanquam naturæ suæ contrarium & insalubre, mutare constituisset, æstate præcipue, aut Tibur, aut Senas in patriam proficiscebatur ..... Hanc ejus crebram locorum mutationem non defuere qui carperent, ex Aulicis maxime, quod id nunquam ab aliis Pontificibus factum esset, nisi aut bello, aut peste urgente.* Idcirco hujus Pontificis Diplomata extra urbem data, ejus potius ingenium, quam causam ullam reipublicæ gravem præseferunt.

Situm ejusd. Castri describit.

sive territorium Jubilæi extra Portam populi, in partibus Insulæ districtus ejusdem Urbis situm ad ipsam Basilicam legitime pertinens, (*a*) cum omnibus & singulis suis tenimentis po..... tis, aquæductibus, nemoribus, pascuis, servitutibus, juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis, nec non bonis mobilibus, rebus & suppellectilibus in illis existentibus, & ad eamdem Basilicam spectantibus, vel de illis eidem Capitulo ... retentis, dilecto filio nobili viro Magistro Francisco Benedicti de Burgo sancti sepulchri Civitatis Castelli Dioecesis, scriptori & familiari nostro ad tempus ejus vitæ, hac adjecta conditione, si auctoritatis consensus & voluntatis nostræ sequatur adminiculum, cum derogatione litterarum felicis recordationis Bonifacii Papæ Noni Prædecessoris nostri, quibus idem Prædecessor inter alia statuit & ordinavit, quod nulli Capitulum Ecclesiarum ipsius Urbis sub excommunicationis poena eo ipso incursura, possent bona illorum stabilia, nisi dumtaxat pro tempore triennii, locare, & quam contrafaciendo incurrerent ex tunc, ad ejusdem Francisci vitam pro pretio, sive responsione Centum & vigintiquinque florenorum auri de Camera, ad rationem sive computum septuaginta duorum Bolenorum monetæ ipsius Urbis cujuslibet floreni (*b*), pro quolibet anno locatione hujusmodi durante, in certis terminis Capitulo Basilicæ hujusmodi effectualiter exolvendo, locarunt & concesserunt, nec non ipse Franciscus valida obligatione ad conservationem defensionem & restitutionem Castri, loci, pertinentiarum, rerum, & bonorum præfatorum, in statu debito, se astringit, prout in Instrumento publico desuper confecto plenius continetur. Nos igitur qui fidedignis relatibus locationem prædictam in ejusdem Basilicæ utilitatem cedere comperimus, ipsis utilitatibus, prout ex suscepti cura regiminis astringimur, intendentes; & eamdem conditionem purificare volentes, nec non Castri, loci, pertinentiarum, rerum, & bonorum eorumdem per eorum designationes, qualitates quantitates, valores & confines, ac instrumentum, & litterarum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, locationem & concessionem præfatas quas ad ejusdem Francisci vitam durare, ac validas & efficaces fore & observari debere, ac easdem Prædecessoris litteras pro hac vice dumtaxat,

Auctoritat. Ap. confirmat locationem Capitular.

Conditi. locationis C... tular. recen...

(*a*) Legitimæ hujus possessionis testis nec gravior, nec integrior desiderari potest. Idem quippe Pontifex quadriennio ante suum præbuerat assensum emtioni hujus Castri Jubilæi, quam fecerant an. 1458. Canonici & Capitulum S. Petri pro pretio trium millium Ducatorum auri de Camera a Fratribus S. Stephani in Cœlio Monte. Cujus rei Instrumentum in Pergameno amplæ formæ cum Apostolico Beneplacito inserto, nec non ratificatione venditionis per eosdem Fratres factæ extat in nostro Archivo (*Caps. 74. fasc. 146.*) Prædictum vero Beneplacitum eo præsertim spectat, ut Monasterium ipsum investiri posset bonis aliis immobilibus illi evidenter utilioribus, ut constat ex laudato Instrumento.

(*b*) Frequens per ea tempora, quibus versamur, mentio incidit Florenorum, quorum valor hîc declaratur a Pontifice, sed ratione plerisque forte ignotiori, quam Floreni ipsi. Nostra igitur refert utriusque monetæ, *Floreni* videlicet, & *Bolenorum*, quatenus per inconstantiam pretii eorumdem licet, explorare certum valorem Pii temporibus. Ac primo Floreni, & Ducati aurei valorem suum mutuantur ab iis locis, unde Romani Pontifices sumserunt exemplum. Utrumque monetæ genus tertiodecimo seculo suam originem habuit: quamvis Leblancus, quod ejus ingenium est in re monetaria, Florenos duo fere secula retro trahat. De Floreno sic Joannes Villanius, cujus auctoritatem omnes, præter Leblancum sequuntur, (*lib. 6. c. 54.*) *I mercatanti di Firenze promisero di fornir la moneta d'oro, che prima si batteva la moneta d'ariento di dodici denari l'uno; ed allora si cominciò a battere la buona moneta del fine oro di 24. Carati, e chiamossi fiorino d'oro, e contavasi l'uno soldi 20. e ciò fu al tempo del detto M. Filippo degli Ugoni di Brescia del mese di Novembre gli anni di Cristo 1252. de' quali fiorini gli otto pesavano un' oncia, e dall' uno lato era l' impronta del giglio, e dall' altro il S. Giovanni.* Annis fere triginta est junior Ducatus teste Andrea Dandulo, quod animadvertit Du-Cangius: nam sub Joanne Dandulo, qui Ducatum iniit an. 1280. id monetæ genus emersit, quod ab officina monetaria *Zecchino*, ut monet idem Ducangius, appellatur in Italia. Profecto si utriusque monetæ, ut ad nostram ætatem pondus octavæ partis unciæ perseveravit, valor idem firmus atque constans ad nos venisset, comperta res erat. Quod enim sunt *Zecchini* Itali, idem Floreni essent, & Ducati auri de Camera: at secus est: inconstans & volubile semper fuit moneta. Et vero Joannes XXII. Villanio eodem docente (*lib. 9. cap. 169.*) primus omnium Pontificum aureos Florenos cudit ejusdem formæ & ponderis, ac Florentinos cum eadem imagine S. Joannis B. hoc tamen discrimine, quod supra dextrum humerum Imaginis visitur Mitra Pontificia, aut Tiara duplici corona insignis: Utriusque enim generis Florenos cudit Joann. XXII. cujusmodi servantur in Museis Soderino, & Victorio hîc Romæ. Ex parte autem altera est Lilium cum clavibus decussatis ad sinistrum latus; & nomine SANT PETRH. per gyrum ducto. Academicus etruscus in suo nupero Tractatu de Floreno aureo, tabulam exhibet Florenorum Musei Victorii. Ego autem ipsissimis Florenis aureis utor ex Soderino. Ill. enim comes Nicolaus, quæ est summa ejus benignitas in me, meaque studia, ex suo museo, quod aureis nummis præcipue Pontificiis maxime abundat, duos depromsit Florenos, eosque ad me misit, ut per otium eorum formam, pondus, & cætera omnia expenderem, ut feci. Annus autem in Florenis desideratur. Quare qui autore Villanio Joannem cudi eos fecisse volunt an. 1322. fortasse non recte id affirment. Nostra siquidem in hac collectione (*to. 1. pag. 259.*) mentio Florenorum occurrit an. 1321. Hactenus de origine. Quis esset primus eorum valor tum Florentiæ tum Romæ, a Villanio audivimus. At procedente tempore quanti iidem æstimarentur Romæ, mox videbimus. Extat apud Floravantem (*pag. 116.*) Instrumentum, quo monetariæ officinæ Præfectus constituitur Franciscus Maria de Franciscis de Florentia. An. 1477. die 20. Aug. Hic autem promittit: *quod ipse cudet, seu cudi faciet florenos de auro, videlicet Ducatos ligæ de 24. Caratis secundum Ducatos Venetos, & quilibet florenus sit & esse debeat dimidii quarti, vel ponderis illius Ducati, qui cursum habet hodie in Urbe.* Item .... *grossos Papales de argento ponderis denariorum trium .... quod decem grossi dictorum ligæ & ponderis valeant & valere debeant unum Ducatum auri de Camera .... & quod dicti grossi valeant & valere debeant septem Bollendinos Romanos.* Floreni igitur, & Ducati aurei de Camera iidem erant conditione, pondere, & valore. Valor scilicet, juxta horum temporum monetam erat Juliorum septemdecim cum dimidio: & quidem tanti hodieque est Ducatus auri Cameræ, quem imperiti monetam imaginariam putant. Bollendini siquidem, seu Boleni, ut eos Pius appellat, sunt medii grossi nostri temporis: quorum si septem antiquum Grossum Papalem efficiebant; grossis ergo hujusmodi erat valoris Bajocch. 17. cum dimidio, eorumque decem Florenum, seu Ducatum conficientibus, summa prædicti Ducati auri de Camera Juliorum 17. cum dimidio explebatur. Illud nihilominus animadverti oportet, quod laudato in Instrumento inferius legitur: *Secundum variationes pretii Ducati, variari debeat etiam valor dd. grossorum; ita & taliter quod semper decem grossi pro uno Ducato in omnibus negotiis dentur & recipiantur.* Nam quindecim iis annis, quibus distat constitutio ista ab Instrumento eodem, Florenus seu Ducatus augmentum habuerat Bajocch. quinque, ac proinde Bajocch. dimidium singulis

taxat, locum, quoad locationem & concessionem easdem, sibi non vendicare, nec sub illis Capitulum Basilicæ hujusmodi quoad hoc comprehensos fuisse & esse, seu censeri debere, etiam volumus pariter & decernimus: ac quæcumque inde secuta, & quatenus illa concernunt in eodem instrumento contenta, omnia & singula auctoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia tenore præsentium ratificamus, approbamus, & confirmamus; nostramque & Apostolicam auctoritatem consensum & voluntatem concedimus in prædictis, ac præsentis scripti patrocinio communimus, mandamusque inviolabiliter observari. Et nihilominus prædictos Canonicos, & Capitulum ab omni vinculo excommunicationis absolvimus & liberamus, si quam forte præmissorum, & ipsius Instrumenti occasione incurrissent, & per præsentes absolutos fore & esse decernimus, & declaramus. Non obstantibus omnibus præmissis, nec non Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac ejusdem Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. *Contrariis Constitutionibus derogat.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, ratificationis, approbationis, confirmationis, communitionis, mandati, absolutionis, constitutionis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimosecundo, tertiodecimo Kalendas Januarii, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cornelium de Planca Canonicum S. Petri, Clericum Cameræ & Abbreviatorem, constituit Pœnitentiarium, & Capellanum suum.

Ex Regesto II. Offic. Pii II. pag. 149. ap. Archiv. Apost. Vatic.

PIus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Magistro Cornelio de Planca Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac in eadem Basilica & Romana Curia Pœnitentiario, & Capellano nostro Legum Doctori; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Grata devotionis obsequia, quæ nobis & Apostolicæ Sedi hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis; necnon litterarum scientia, vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus personam tuam juvari percepimus, nos inducunt, ut te condignis favoribus & gratiis honoremus. Hinc est quod nos de persona tua, quam ad hoc idoneam & sufficientem, tam ex familiari experientia, quam ex fide dignorum relatione esse cognovimus, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, *Merita personalia de more recenset.* te, qui etiam Cameræ Apostolicæ Clericus, & litterarum Apostolicarum Abbreviator (*a*) existis in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, ac Romana Curia, Pœnitentiarium (*b*) & Capellanum nostrum cum omnibus & singulis honoribus & oneribus consuetis, Apostolica auctoritate constituimus & deputamus, ac dilectorum filiorum nostrorum in Basilica & Curia prædictis Pœnitentiariorum, & Capella-

singulis grossis erat additum. Si enim Florenus erat valoris 72. Bolenorum; non septemdecim cum dimidio, sed octodecim Juliis dabatur, & recipiebatur. Paucis post annis, nempe 1468. Paulo II. Pontifice, alio ex Instrumento ejusdem generis apud Floravantem (*pag.* 131. & *seqq.*) pretium idem 72. Bollendinorum, qui æquiparant tres denarios, singulos granorum 24. invenitur Ducati aurei, cujus erat pondus octava pars Unciæ, ac propterea 96. Ducati libram conficiebant, juxta verum pondus Florenorum ut Villanius docuit. Sed Florenis Pontificiis detractum erat aliquid: nam centum Floreni libram faciebant, eranque singuli granorum 96. cum octavo unius grani, quum Ducati essent 72. granor. Quamobrem Florenus rediit ad valorem Juliorum 17. cum dimidio, Ducatis servantibus augmentum prædictum. Perinde erat tempore Sixti IV. ut alio ex Instrumento (*ibid. pag.* 140. & *seqq.*) an. 1475. perspicue constat: necnon Innocentii VIII. & Julii II. Instrumentis pariter id docentibus an. 1487. & 1504. (*Ibid. pag.* 146. & *seqq.* 184. & *seqq.*). Itaque Floreni 125. erant Scutata 225. tempore Pii II. tanti autem Franciscus Benedicti Castrum Jubilæi conduxit ante annos 288. Idem hodie plusquam dupli locatur a Capitulo. At nostræ ætatis monetam si consideremus, minoris hodie pretii sunt quos vulgo appellamus *Zecchinos* aut Romani, aut Veneti, aut Florentini sint; quam Floreni, aut Ducati illorum temporum. Et vero præsenti seculo tales cuduntur Romæ, ut 99. ex iis libram conficiant: Florentiæ autem & Venetiis 98. Causa autem discriminis non minus nascitur ex inconstantia valoris monetarum, quam ipsa ex materia. Romæ enim, Genuæ, Venetiis, & Florentiæ ipsissima ea quidem est; sed nullibi ad 24. Caratos pervenit. Hinc est, quod Floreni antiqui *Zecchinis* ipsis præponderant uno saltem grano; quod ipse expertus sum, nonnullos etiam inveniens sex aut septem granis Floreno inferiores. Hæc equidem distuli ad ista tempora. Namque ex Instrumentis laudatis apud Floravantem constantiæ aliquid nactos esse Florenos deprehendi.

(*a*) Et hic Abbreviator Ciampino ignotus; ut Thomas Piccolomineus, de quo superius diximus.

(*b*) Ut Pœnitentiarii Majoris; ita & Minorum per ea tempora longe amplior erat facultas: nam extra forum internum late extendebatur. Eam moderatur omnium primus annis centum post hoc Diploma, Pius IV. Raynald. (*an* 1562. *n.* 188.) Acta Consistorialia referens, hæc ad rem nostram habet: *Die Lunæ IV. Maji 1562. factum fuit verbum per SS. D. N. super*

Pœnitentiarium minorem & Capellan. Apostol. adlegit.

pellanorum Collegio favorabiliter aggregamus, habentes te, quantum ad hoc, pro sufficienter cum rigore examinis examinato, & a quo te penitus eximimus, committentes, ut hujusmodi Pœnitentiariæ officium in præfatis Basilica & Curia, sicut alii nostri Pœnitentiarii, & Capellani illud ibidem gerere & exercere consueverunt, fideliter & diligenter exequaris, cum omnibus emolumentis, libertatibus, gratiis, prærogativis, exemptionibus, & indultis Pœnitentiariis & Capellanis nostris concessis. Volumus autem, quod tu priusquam dictum Officium incipias exercere, in manibus dilecti filii nostri Philippi Tituli sancti Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis Majoris Pœnitentiarii nostri, seu ejus Locumtenentis de hujusmodi Officio fideliter exercendo præstes corporaliter juramentum, juxta formam præsentibus annotatam. Ego Cornelius de Planca in Basilica Principis Apostolorum de Urbe ac Romana Curia Domini nostri Papæ Pœnitentiarius & Capellanus ab hac hora inantea fidelis ero beato Petro, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, ac Domino nostro Domino Pio Papæ secundo, ejusque Successoribus canonice intrantibus: non ero in facto, consilio, vel consensu, ut vitam perdant vel membrum, aut capiantur mala captione. Consilium, quod mihi per se vel nuntium suum, seu litteras credituri sunt, signo, verbo vel nutu me sciente, ad eorum damnum, vel præjudicium nulli pandam. Si damnum illorum tractari scivero, pro posse meo impediam ne fiat: quod si per me impedire non possem, per nuntium aut litteras eis significare curabo, vel illi, per quem citius ad eorum notitiam deducatur. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri ac omnia, jura Romanæ Ecclesiæ, quæ habet, manutenebo totis viribus, & defendam, ac adjutor eis ero ad retinendum & defendendum contra omnem hominem; res quoque ipsius Domini nostri Papæ, quæ meæ custodiæ committentur, diligenter ac fideliter reassignabo. Ambassiatas etiam & quæcumque alia negotia mihi commissa firmiter portabo, fideliter & diligenter referam sine fraude. Pro confessionibus audiendis & absolutionibus faciendis, seu aliis, quæ ad meum spectant officium, nihil omnino exigam seu petam ac recipiam, etiam sub titulo vel specie eleemosynæ, vel intuitu aut aliquo quovis modo, & non absolvam scienter, vel dispensabo in aliquo casu ambiguo; nec etiam in hujusmodi casu scienter cum aliquo dispensabo, nisi de speciali mandato Summi Pontificis, vel Pœnitentiarii Majoris, cui exprimam dictum casum, sine alicujus revelatione vel expressione personæ: & non injungam pœnitentias expresse mihi, vel alicui certæ personæ applicandas. Super restitutionibus servabo, prout est per piæ mem. Benedictum XII. ordinatum. Et super omnia promitto & juro attendere & conservare sine omni dolo fraude & malitia. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, deputationis, aggregationis, exemptionis, commissionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Juramentum Pœnitentiarior. exhibetur.

Sigillum casibus ambiguis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimosecundo, Nonis Januarii, Pontificatus nostri Anno quinto.

Nautis quibusdam marmora vehentibus Romam pro Fabrica Principis Apostolorum salvum conductum concedit amplissimum.

Ex Regesto I. Officior. Pii II. pag. 211. ap. Archiv. Apostol. Vatic.

AN. CH. 1462. 7. Jun.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Falconeto, & Roderico Pisani de Portu Veneris, ac Amatori de Mannarola; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum pro fabrica Ecclesiæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, e diversis mundi partibus & locis, marmora per mare super navigiis vestris ad Almam Urbem conducere debeatis (a), deceatque Romanum Pontificem eos, qui talibus operibus intendunt, favoribus prosequi, & eorum securitati salubriter providere: idcirco volentes vos, vestrosque socios, famulos & nautas, dum marmora prædicta per aquam & per terram ad urbem prædictam super navigiis vestris conjun-

per reformat. Curiæ, & fecit Bullam super reformat. Sacræ Pœnitentiariæ, & eadem S. Sua dixit se etiam reformasse Notarios Cameræ. De eadem loquitur Innoc. XII. (*const.* 12.) necnon de aliis Successorum Pii IV. ubi facultates Majoris Pœnitentiarii ad certa & perspicua capita reducit. De antiquis autem facultatibus Pœnitentiariorum Minorum Romanæ Curiæ liquet ex Juramento inserto huic Diplomati.

(a) Hunc locum illustrat Bartholomæi Platinæ Synchroni Scriptoris testimonium in Vita hujus Pontificis (*pag.* 248.) *Ædificandi studio vehementer delectatus est. Impensa enim sua scalæ templi ad Vaticanum vetustate collapsæ instauratæ. Vestibulum ædium ad dignitatem & tutelam loci munitum. Aream pro templi foribus ruderibus purgatam sternere parabat. Porticum, unde Pontifex populo benediceret, inchoaverat.*

(a) Nico-

conjunctim, vel divisim conducere contigerit, in eundo, stando, & redeundo, plena ubique securitate muniri; vobis, vestrisque sociis famulis & nautis prædictis, & cuilibet vestrum, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus tutum & liberum salvum conductum navigandi & accedendi ad hanc Almam Urbem, cum dictis navigiis vestris, dictis marmoribus, aliisque mercantiis, rebus & bonis vestris tam conjunctim quam divisim, ibique standi, morandi & pernoctandi, & exinde recedendi, & quo volueritis redeundi & remanendi, semel & pluries, quoties vobis & cuilibet vestrum videbitur & placebit, tute libere & secure, sine injuria damno molestia noxia vel offensa, seu quovis alio impedimento reali vel personali vobis, aut alicui vestrum in personis vel bonis vestris prædictis, quomodolibet inferendo; & propterea eodem tenore requirimus & monemus omnes & singulos dominos, communitates, universitates, officiales & dominos seu patronos, & Gubernatores quorumcumque navigiorum, aliosque omnes & singulos cujuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, nostris vero & Ecclesiæ Romanæ mediate & immediate subjectis præcipimus & mandamus, quatenus Apostolicæ Sedis contemplatione vos, dum cum navigiis vestris prædictis oneratis marmoribus, mercantiis, rebus & bonis vestris, per mare vel alias per portus & loca eorum navigare, transire, residere, ire & redire contigerit, vos benigne recipiant, & benevole pertractent atque nullam vobis injuriam, molestiam vel offensam, nullumque damnum, vel quodvis aliud impedimentum in personis rebus & bonis prædictis inferant, nec ab aliis quomodolibet inferri permittant, non obstantibus quibuscumque.

[Pr]ivilegium [sa]lv. nautis [...]ssum.

Immunitas personis & terra marique.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimosecundo, septimo Idus Januarii, Pontificatus nostri An. quinto.

Resignationem Capellaniæ olim fundatæ in Basil. S. Petri factam a Petro de Cassano (auctoritate Capituli inter Beneficiatos perpetuos chori Basil. accepto) pro Francischino de Manghiabassis ratam habet, atque executioni mandari præcipit.

Ex Regesto XXII. epistolarum de Curia Pii II. pag. 250. apud Archiv. Apostol. Vatican.

[A]. CH. [1]462. [...] Febr.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Decano Ecclesiæ Sancti Mauritii extra muros Monasteriens. in Romana Curia residenti; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Apostolicæ Sedis providentia circumspecta ad ea libenter intendit, per quæ Beneficiis Ecclesiasticis, præsertim in Basilica Principis Apostolorum de Urbe constitutis, ne debitis fraudentur obsequiis; ac personis illa resignantibus, ne rerum premantur inopia, utiliter & salubriter valeat provideri: illis quoque gratiam suæ liberalitatis extendit, quos ad id propria virtutum merita multipliciter recommendant. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Francischini de Manghiabassis de Suno (a), Rectoris Parochialis Ecclesiæ Sancti Petri de Casalino Novarien. Diœcesis petitio continebat, quod alias quondam Paulus Cameræ Apostolicæ Clericus volens animæ suæ saluti providere, & terrena in cælestia felici commercio commutare, quoddam Altare in Capella Sanctæ Crucis in prædicta Basilica situm erexit, & de bonis suis sibi a Deo collatis dotavit, ac voluit, quod Canonici & Capitulum præfatæ Basilicæ fructus, redditus, & proventus dotis prædictæ reciperent, & Capellano

FundatioCapellaniæ in S. Crucis Capella.

(a) Nicolaus III. anno 1279. ut ex præstantissima ejus Constitutione patet, (*to. 1. pag. 177. & seqq.*) præter Canonicorum numerum, qui tricenarius constitutus fuit, tametsi 22. dumtaxat inter veteres & novos, designati tum primum fuerint: Beneficiatos triginta instituit. Post annos 22. Bonifacius VIII. tricenarium illum Canonicorum numerum, octo novis creatis, implevit, qui nostra etiam ætate viget juxta primævam Nicolai ejusdem III. sanctionem. Beneficiatos item tres ad priores illos triginta adjecit: necnon viginti Clericos Beneficiatos instituit. De his constat liquido ex ejus Constitutione an. 1301. (*to. 1. pag. 229. & seqq.*) Ad Beneficiatos autem quod attinet, ante hunc diem nemo novit, unde emerserit quartus ille & tricesimus, quem sæpius memorat Sixtus IV. in sua Constitutione an. 1482. Cal. Mart. quam dabimus suo loco. Duos enim & ipse adjungens, quos Sixtinos nuncupari voluit, triginta quatuor prioribus addendos eos decrevit. Qui sane numerus sex & triginta Beneficiatorum ne augeri, neve minui, ut Canonicorum triginta, unquam posset, Pontificum Sanctionibus, quæ suis locis proferentur, cautum fuit. Jacobus Grimaldus vir summa in hujusmodi rebus diligentia, atque industria, quum diu quæsitam Beneficiati illius 34. originem nusquam deprehendere potuisset, in Catalogo Canonicor. Beneficiator. & Clericor. (*pag. 107.*) hanc notam posuit: *Benedictus Falconerius* (Clericus Benef. an. 1557.) *non adhuc inveni*, ait, *quomodo Beneficiatus iste XXXVI. fuerit erectus, quia Nicolaus III. creavit Beneficiatos XXX. in ejus nova plantatione, Bonifacius VIII. creavit Beneficiatos tres; Sixtus vero duos. In totum sunt numero XXXV. nos autem sumus XXXVI. .....* *D. Fabius Jannutius* (Coranus Beneficiatus a die 11. Septembr. 1547. ad 1594.) *dicit, antecessores suos habuisse olim litem cum cæteris Beneficiatis; & fuisse sibi relatum, quod locus ejus, id est dictus Beneficiatus descendit ex Cappella S. Crucis de Ossibus in dicta Basilica erecta. Ipse vero nescit, nec ego.* Ex quibus constat, neque Jannutium, nec Falconerium, nec Grimaldum certi quicquam nosse de hoc tricesimo quarto (non 36. ut iidem putant) Beneficiato.

Subob

pellano inibi pro tempore instituto qui Missas aliquas in hebdomada celebrare teneretur, quatuor Florenos auri de Camera singulis mensibus manualiter solverent, quodque institutio præfati Capellani ad Capitulum hujusmodi pertineret, & Altari prædicto nondum consecrato, nec ei vocabulo imposito, quemdam Capellanum ad Altare prædictum ipsi Capitulo pro ea vice dumtaxat præsentavit, qui quidem Capellanus, ad præsentationem hujusmodi, in Altari prædicto per præfatum Capitulum extitit institutus, dictusque Capellanus ipsi Altari, quoad vixit, laudabiliter deservivit. Et deinde Paulo & Capellano hujusmodi vita functis, Canonici & Capitulum præfati volentes præfati Altaris servitio providere, dilectum filium Petrum de Cassano ad Altare prædictum instituerunt, qui quidem Petrus possessionem ipsius Capellaniæ adeptus, in ea aliquandiu deservivit. Postmodum vero Canonici & Capitulum hujusmodi, considerantes exilitatem & tenuitatem fructuum mensæ Capitularis dictæ Basilicæ, propter absentiam Curiæ, cum dicto Petro quamdam concordiam inierunt, videlicet quod idem Petrus deserviret in eadem Basilica & Choro, sicut alii Beneficiati Chori dictæ Basilicæ, ac portionem & distributiones reciperet, tantum quantum alii Beneficiati prædicti percipiunt, fructibus (exceptis nuncupatis) dumtaxat exceptis: qui quidem Petrus prædictis conditionibus assentiens, ita servivit, & percepit, quemadmodum inter Canonicos Capitulum & Petrum hujusmodi conventum erat. Rursus vero felicis recordationis Nicolaus Papa quintus Prædecessor noster præfatam Capellam sanctæ Crucis cum Altaribus in ea sitis funditus demoliri fecit (a) dictusque Petrus, ut Beneficiatus remansit in ipsa Basilica deserviens. Cum autem, sicut accepimus, idem Petrus dictum Beneficiatum seu Capellaniam ad Altare dirutum hujusmodi, quod obtinet, pro eo quod amodo senex & non bene sanus existat, ac ex certis aliis rationabilibus causis animum suum ad id moventibus, sponte & libere resignare proponat; nos votis ipsius Petri in hac parte favorabiliter annuentes, ac tam dicto Franciscino apud nos de vitæ ac morum honestate, aliisque probitatis & virtutum meritis multipliciter commendato, horum intuitu specialem gratiam facere; quam præfato Petro, ne propter resignationem hujusmodi indigentiæ comprimatur incommodis, de alicujus subventionis auxilio providere volentes; discretioni tuæ per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus si est ita, ab eodem Petro, vel Procuratore suo ad hoc specialiter constituto resignationem hujusmodi, si eam in tuis manibus sponte & libere facere voluerit, ut præfertur, auctoritate nostra hac vice dumtaxat recipias & admittas; eaque per te recepta & admissa, Beneficiatum, seu Capellam hujusmodi, cujus fructus redditus & proventus, die noctuque inibi deserviendo, ad quadraginta florenos, ut idem Franciscinus asserit, secundum communem extimationem, ascendunt annuatim, sive per resignationem hujusmodi tunc, sive alias quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per similem dicti Petri, vel alicujus alterius de illo, vel illa extra Romanam Curiam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam resignationem vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranens. statuta Concilii ad Sedem præfatam legi-

Capellanus a Capitulo instituendus in posterum.

Idem Capitul. eum accenset Beneficiatis.

Resign. ipsius Benef... ti admittit...

Franciscl... instituitur ... pensione.

Subobscuram originis notitiam habuisse viderentur Antecessores Jannutii: quum vero ii descendant a Bartholomæo Vespa, non a Franciscino, qui alius descendentiæ caput est, rumorem potius vulgi, quam veritatem historicam sunt sequuti. Certa, nullique dubitationi obnoxia historia originis hujusmodi nunc demum prodit ex hoc Diplomate per se satis claro. Cui veluti appendix Epitaphium adjungi potest puerilem sapiens industriam, quod parenti optimo (uxoratus enim fuerat Franciscinus) filius adolescens posuit, quemadmodum prostat apud ipsum Grimaldum: *Epitaphium Francisci de Suno Beneficiati S. Petri sepulti olim in templo S. Petronillæ juxta Basilicam, sed lapis sepulcralis adhibitus fuit postea in sternendo pavimento. Erat autem hujusmodi: D. O. M. Franciscino de Seno Literarum Apostolicarum Scriptori, & Regesti Sacri Palatii Magistro tertium Rescribendario, prudentia, modestia, fideque claro Paulus filius impubes Apostolicus Scriptor Patri pientissimo posuit. Vixit an. 53. mens. XI. dies VII. obiit 14. Octobris anno Sal.* 1489. Itaque hujus Beneficiati principium constitui posset die 19. Febr. an. 1462. resignationis videlicet a Pontifice approbatæ ratione habita: ita ut Beneficio fruitus esset annos 28. Nihilominus in Regestis Tabularii Secretioris Apostol. Vatic. Franciscinus recensetur inter Beneficiatos anno octavo Sixti IV. qui fluebat Chr. 1478. & sequenti. Quamobrem quandocumque is cœperit, certe Beneficiatus XXXIV. Apostolica auctoritate confirmatus an. 1462. post annos viginti numerabatur a Sixto IV. inter tres & triginta alios Pontificiæ Institutionis.

(a) Ven. Card. Baronius (*a. 395. n. 6. & seqq.*) animadvertit, Nicolaum V. primum omnium Pontiff. amplioribus spatiis exædificare aggressum Basilicam Principis Apostolorum, dejecisse templum Probi. Quam rem late persequitur cum nostro Vegio, in cujus oculis demolitiones fiebant; sed epitaphia, & sarcophagum in fontis Baptismalis usum conversum ab oblivione vindicans, de Oratorio S. Crucis ne verbum quidem profert. Et quidem jure: longius enim quam par erat digressus esset. Quare nullatenus mirandum est siluisse Baronium de hoc Sacello. Id, ni fallor, admiratione dignum est, quod Alpharanus, & qui eum sequuntur, dejectionem Oratorii altissimo obruant silentio. Namque a Symmacho extructum memorant (*num.* 35.) exoletumque diuturnitate temporis revixisse ajunt, quum Berardus Herulus Episcopus Sabinus eodem in loco aliud cultioris architecturæ & ornatus excitavit: Atqui hunc Berardum Cardinalem creavit Pius II. an. 1460. Idem vero Pontifex aperte fatetur rem, quam ipse viderat, suum videlicet Prædecessorem funditus demoliri fecisse id Sacellum cum altaribus in eo sitis. Ista autem ex demolitione primam duxit originem, Pio II. teste, Beneficiatus de quo loquimur. Nam quandiu extitit altare illud fundatum & dotatum a Paulo Clerico Cameræ, non modo primus Capellanus, quem præsentaverat Capitulo ipse Fundator; sed etiam Petrus de Cassano a Capitulo institutus, Capellani ejus altaris fuerunt: quamvis aliquanto antea Petrus auctoritate Canonicali deserviret Ecclesiæ, fructusque perciperet ut reliqui Beneficiati. Primam dixi originem: etenim quam fieri possit altius deducere illam velim: originem tamen ancipitem, quia & Capellanum & Beneficiatum Pius semper appellat; nec nisi tempore Sixti IV. uti perpetuus Beneficiatus Chori haberi cœpit.

(a) Con-

legitime devoluta, ipsumque Beneficiatum, seu ipsam Capellaniam dispositioni Apostolicæ specialiter reservatum vel reservata existat, & super eo, vel alia inter aliquos lis cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datæ præsentium non sit in eo, vel ea alias alicui specialiter ius quæsitum, cum omnibus juribus & pertinentiis suis Francischino conferre & assignare, nec non Petro præfatis super fructibus redditibus & proventibus Beneficiati seu Capellæ hujusmodi, pensionem annuam decem florenorum similium per eumdem Francischinum, & Successores suos ipsum Beneficiatum vel Capellam pro tempore obtinentes, annis singulis, in locis & terminis, & sub sententiis censuris & pœnis Ecclesiasticis ad id per te de ipsarum partium consensu statuendis, integre persolvendam, reservare constituere & assignare eadem auctoritate procures, inducens per te, vel alium seu alios eumdem Francischinum, vel Procuratorem suum ejus nomine, in corporalem possessionem Beneficiati seu Capellæ juriumque, & pertinentiarum prædictorum, & defendens inductum amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens Francischinum, vel pro eo Procuratorem prædictum ad Beneficiatum, seu Capellam hujusmodi, ut est moris, admitti, sibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, & obventionibus universis, nec non ipsi Petro juxta reservationis, constitutionis, & assignationis prædd. si eas feceris, tenorem, de pensione hujusmodi integre responderi; Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Octavi etiam Prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis constitutionibus, nec non statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis (illis præsertim per piæ memoriæ Calixtum similiter Prædecessorem nostrum editis, (a) illis videlicet quibus caveri dicitur, ne super fructibus, redditibus, & proventibus Canonicatuum, & præbendarum, nec non beneficiatorum vel clericatuum dictæ Basilicæ pensio annua assignetur, & si assignata foret, nullius roboris vel momenti existeret: quibus hac vice dumtaxat, illis alias in suo pleno robore permansuris, auctoritate Apostolica tenore præsentium derogamus) contrariis quibuscumque: aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis, in illis partibus speciales vel generales prædictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet, sit processum. Quibus omnibus præfatum Francischinum in Capellæ, seu Beneficiati hujusmodi assecutione volumus anteferri; sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si dictus Francischinus præsens non fuerit ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia sua per Procuratorem idoneum, & cum ad Ecclesiam ipsam dictæ Basilicæ accesserit, corporaliter illud præstet: seu quod idem Francischinus, ut etiam asserit, Parochialem Ecclesiam prædictam noscitur obtinere, ac dudum sibi de quodam perpetuo Clericatu nuncupato in Ecclesia Sancti Petri de Burgo Sexii ejusdem Diœcesis, quem non possidet, sed super eo contra certum suum adversarium in Palatio Apostolico litigat; quorumque omnium fructus, redditus, & proventus triginta florenorum similium, secundum extimationem prædictam, valorem annuum non excedunt, tunc certo modo vacante Apostolica fuit auctoritate provisum. Attente quoque provideas, ne in hujusmodi resignatione, si fiat ex parte Petri & Francischini præfatorum, aliqua pravitas interveniat, seu etiam corruptela. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, undecimo Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno quinto.

...nsio ipsa ...florenor. ...tur.

...tur lite... ...ti III.

Derogatio Privilegior. Archipr. & Capit.

Per Procuratorem ineundæ possess. facultas.

Dona-

(a) Constitutionem Callisti III. de hac re usquam reperire non licuit.

(a) Con-

Donationem Possessionis *de Vicarello* Cameræ Apostolicæ factam a Maria Vidua Pisana ratam habet, eamque applicari mandat Fabricæ Basilicæ S. Petri.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vat. caps. 3. Fasc. 8.

AN. CH. 1462. 19. *Mar.*

PIus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Archidiacono Ecclesiæ Florentinæ; Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Votis humilium, illis præsertim, per quæ salus animarum procuratur, & illorum statui oportune consulitur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur oportunis. Sane pro parte dilectæ in Christo Filiæ Mariæ relictæ quondam Antonii Vannis de Aprano Laici viduæ Pisanæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet alias ipsa pro animæ suæ salute Hospitali pauperum de Trovatellis Pisan. (*a*) quasdam ejus possessiones, & alia immobilia bona in Dioc. Pisan. consistentia in puram elemosinam pie donasset, fructibus & redditibus exinde provenientibus eidem Mariæ, quoad viveret, competentibus; tamen postquam ipsa Maria fructus, & reditus cujusdam possessionis, de Vicarello (*b*) nuncupatæ, per aliquos annos perceperat, & levaverat; Dilectus filius Rector Hospitalis ejusdem præfatam Mariam jure percipiendi fructus & reditus hujusmodi de facto spoliavit, illosque sibi ex tunc usurpavit, prout usurpat etiam de præsenti, necnon litem super possessione prædicta eidem Mariæ moveri fecit. Unde præfata Maria tali ingratitudine mota, donationem per eam hospitali factam hujusmodi, expresse revocando, possessiones, & alia bona sua prædicta cum retentione fructuum, ut præfertur, pro animæ suæ remedio in Cameram Apostolicam transtulit, illaque eidem Cameræ donavit. Quare præfata Maria nobis humiliter supplicari fecit, ut revocationem donationis prædictæ ex certa scientia confirmare, & approbare, necnon translationem, & donationem Cameræ Apostolicæ hujusmodi per eam de bonis prædictis, ut præfertur factas valere, plenamque roboris firmitatem obtinere, ac illa ad eamdem Cameram donationis ejusdem vigore applicari, & in illius utilitatem, fructibus tamen, & redditibus prædictis ex eis resultantibus per eamdem Mariam, donec vixerit, retentis converti debere, aut bona prædicta ad aliquem alium pium locum simili sub conditione transferri, vel pro pauperibus puellis nubendis dari, seu ad quemcunque alium pium usum, prout nobis videretur, deputari mandaremus, & alias in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si vocatis dicto Rectore, & aliis, qui fuerint evocandi, tibi de hujusmodi assertis constiterit possessiones, & alia bona prædicta Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, illorum tamen fructibus exinde provenientibus eidem Mariæ, quoad vixerit, reservatis, auctoritate nostra perpetuo applices, appropries, & etiam assignes. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quibus cavetur nequis extra suam Civitatem, vel dioc. nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ dioc. ad judicium evocetur, seu ne Judices a Sede Apostolica deputati extra Civitatem, vel dioc. in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, seu alii, vel aliis vices suas committere præsumant, & aliis præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Donatio facta Hospitali Pisano de' Trovatelli.

Revocatur jure, & Cameræ Apostol. adjudicatur.

Post m... Donatricis

Eadem ... bricæ S. ... tribuitur.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, quartodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno quinto.

Mona-

(*a*) Quam audis vocem *de Trovatellis* ne arbitreris familiæ alicujus cognomen esse. Vulgaris omnino dictio est, *Trovatelli*: extatque etiam hodie id Hospitale projectorum (qui ita nuncupantur) in Pisana Urbe.

(*b*) Quod oppidulum, Volaterrano teste, *Vicus Aurelius* olim dicebatur, seu *Biracellum*, ut aliis placet, hodieque extat non longe a Roncilione haud hic innuitur. Humilius multo in Pisano Territorio situm memoratur.

(*a*) Con-

Monasterium monialium S. Pauli extra Castrum Podii Donadei Sabinen. Diœcesf. Ord. S. Aug. supprimit, & una cum eodem Castro ad Monasterium spectante, omnibusque juribus unit, & incorporat mensæ capitulari Basilicæ Principis Apostolorum.

Ex Regesto XXIV. Epistolar. de Curia Pii II. pag. 217. ap. Archiv. Apost. Vatic. (a)

N. CH. 1463. . Mart.

PIus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romana Ecclesia quam divinæ sapientiæ altitudo in montibus sanctis, Apostolorum videlicet doctrina & auctoritate fundavit, & cujus gubernacula in base stabilita firmissima beato Petro Apostolorum omnium summo præordinatione superna commisit, pro statu & conservatione aliarum omnium Ecclesiarum in Catholica Fide manentium, & præcipue ejusdem clavigeri ætherei venerandæ, Patriarchalisque Basilicæ Almæ Urbis tamquam pia mater sollicita vigilanter intendit, ut earum occurrat dispendiis, & necessitatibus (præsertim circa illius faciendas reparationes) opportuna subventione prospiciat, ac sublata rerum temporalium inopia, magnum circa divini cultus observationem suscipiat incrementum. Attendentes igitur, quod dicta Basilica propter diminutionem reddituum, qui sinistra temporum conditione, & hominum paucitate causantibus, plurimum extenuati sunt, in multis patitur, ipsius excellentia considerata, defectus; & pro illius oneribus debite supportandis ejus non suppetunt facultates. Nos ut eo commodius dictæ Basilicæ, quam interna charitate prosequimur, necessitatibus etiam circa illius Campanilis (b) reparationem, qua plurimum indigere dignoscitur, utiliter consulatur, & divinum officium non solum in ea peragatur quotidie, conserveturque imposterum; sed continuum recipere valeat augmentum: Motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, Monasterium Monialium sancti Pauli extra muros Castri Podii Donadei (c) Ordinis Sancti Augustini Sabinen. Diœcesis collapsum quodammodo, ut accepimus, & regulari observantia destitutum, in quo propter

...æ omnibus ...is Basili... Petri ha... a cura.

Pro ejus excellentia reparationes necessariæ.

(a) Constitutiones, & Diplomata Romm: Pontificum quæ nostra in Collectione prodeunt, quanti haberi debeant, ex una hac, lector æstimes. Namque Innocentius VIII. an. 1689. Cardinali Camerario S. Sedis Raphaeli Galeotto de Riariis Savonensi, cujus tum munus erat, quod hodie Archivi Apostolici Præfecto committitur, præcepit, ut ipsam hanc Constitutionem in lucem ederet. Quæ res quomodo facta sit, patet ex iis quæ præeunt, quæque Constitutionem sequuntur. Quumque in Archivo nostræ Basil. (*caps. 40. fasc. 161.*) hujusmodi edita, seu exscripta Constitutio diligenter, ut cætera tam multa, custodiatur; nostra refert plurimum & præeuntia Constitutionem, & eam sequentia huc summa cum fide afferre: *Universis, & singulis præsentes litteras inspecturis, Raphael miseratione Divina S. Georgii ad Vellum aureum* (in Velabro) *Diac. Card. Domini Papæ Camerarius; Salutem in Domino. Rationi congruit, & convenit honestati, ut de his, quæ a Romanis Pontificibus processerunt, & in eorum Archivis, & regestris ad perpetuam rei memoriam conscripta & registrata sunt, quum ab aliquibus petitur, testimonium perhibeatur. Hinc est, quod nos universitati vestræ tenore præsentium attestamur, quod in libris, & Regestris Cameræ Apostolicæ, videlicet lib. XXIII. Bullarum fel. rec. Domini Pii PP. II. fol. CCXVII. vidimus, palpavimus, & legimus quasdam literas Apostolicas ejusdem Domini Pii, ut moris est, scriptas, & registratas, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis. Pius Episcopus &c. Romana Ecclesia &c. Prid. Cal. Apr. Pont. N. anno quinto.* Post Bullam vero, seu Constitutionem, quæ omnino respondet exemplo per nos vulgato ex Archiv. Apost. Vat. hæc sequuntur: *Quibus quidem literis Apostolicis, sicut præmittitur, registratis, per nos visis, palpatis, & lectis, non ad petitionem & instantiam venerabilis Capituli dictæ Basilicæ S. Petri, de mandato SS. in Christo Patris & Domini N. Domini Innocentii Divina providentia Papæ VIII. super hoc vivæ vocis oraculo nobis facto, & auctoritate nostri Camerariatus officii, eas de dicto libro fideliter scribi, extrahi, & exemplari, nullo mutato, addito, vel diminuto verbo, quod sententiam mutet, seu variet intellectum, per infrascriptum præfatæ Cameræ Notarium, & in hanc publicam formam redigi mandavimus; nostramque, & dictæ Cameræ Apostolicæ de mandato & auctoritate prædictis hujusmodi Transumpti interposuimus auctoritatem pariter, & Decretum, & mandantes auctoritate & mandato prædictis eidem Transumpto tantam ubique fidem adhiberi, quanta eisdem originalibus litteris tribueretur, si originaliter exhiberentur. In quorum fidem &c. præsentes literas fieri sigillique nostri Camerariatus officii, quo in talibus utimur, jussimus & fecimus appensione muniri. Datum Romæ in Camera Apostolica anno Nativitatis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, die 23. mensis Maji, Pontificatus SS. in Christo Patris & Domini N. D. Innocentii div. prov. Papæ VIII. an. quinto.*

Pari cum solennitate hodie ex duobus Archivis Apostolicis, Vaticano Secretiori, & Castri S. Angeli, parique cum fide, exscribuntur quæ inde in lucem prodeunt; cujusmodi tantam copiam in nostra collectione habes, lector, ad solam Principis Apostolor. Basil. pertinentia: quod satis superque docet hæc Pii II. Constitutio ex Archivo eodem Apostolico depromta post 260. annos, quum primum fuit edita a Card. Camerario, ne uno quidem verbo duobus hisce exemplis discrepantibus. Id si animadverterint qui dant operam rei Diplomaticæ, qua scientia nulla, nullaque ars floret magis nostro ævo, minus facilem certe fidem adhibendam sentient cuivis exemplo undecumque habito, vitiatis utplurimum temporis notis, fortasse etiam accommodata ad voluntatem sententia. De Pontificiis Documentis id præsertim intelligo, quorum Autographa in prædictis Apostolicis Archivis diligentissime custodiuntur.

(b) Haud mireris, præcipuam Pontificis curam fuisse, dum ista largiebatur Capitulo, ut Campanile Basilicæ instauraretur: quemadmodum semel & iterum declarat. Cujusmodi forte fuerit Urbani V. ut superius vidimus (*pag. 1. & 4.*) Non enim vulgare erat opus, aut vetustatem spectes, aut formam. Octavo siquidem Eccl. seculo exeunte, quod Anast. testatur (*Sect. 329.*) Hadrianus I. *pro honore B. Petri Apostolorum Principis, & ornatu ipsius S. Patriarchii construxit, atque ædificavit ibidem noviter turrem miræ pulchritudinis decoratam cohærenti porticu &c.* De qua præ aliis Ciampinus (*de Sacr. ædif. pag. 84.*) jure affirmat: *Turris Campanaria cum mole, tum gravi ac sonoro campanarum tinnitu celeberrima.* Tabula autem Ichnographica tum apud ipsum XII. tum apud Grimaldum & Costagutum, qualis idem esset cum adhærenti porticu perspicue ostendit.

(c) Pleniorem hujusmodi donationis historiam habes infra ex duabus Constitutionibus Sixti IV. an. 1480. unde etiam disces, Sabinensis hujus Castri reditum ad Sabellam familiam, alia tamen conditione, ac prior fuerat: necnon permutationem in Abbatiam S. Paterniani Fanen. Diœcesis pro Capitulo Vatic.

propter ipsius Monialium paucitatem Abbatialem Dignitatem & Ordinem supprimimus antedictum, una cum dicto Castro ad ipsum Monasterium legitime pertinente, quod dudum dilectus filius Nobilis Vir Jacobus de Sabellis domicellus Romanus (*a*) sub certis modo & forma tenebat, & possidebat; & quod Cameræ Apostolicæ post illius eversionem & direptionem per gentes armigeras Romanæ Ecclesiæ factas ob ipsius domicelli inobedientiam & rebellionem, confiscatum fuit cum Vassallis, Roccha, Territorio, pratis, pascuis, montibus, vallibus, silvis, agris, aquarumque decursibus, aliisque ipsius juribus, & pertinentiis universis, nec non merô & mixto Imperio, eidem Basilicæ beati Petri de Urbe; cujus mensæ Capitularis, ac Monasterii & Castri prædictorum fructuum, redditu um, & proventuum veros annuos valores præsentibus haberi volumus pro expressis, ex nunc auctoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore præsentium perpetuo unimus, annectimus, incorporamus pariter & donamus; ita quod liceat dilectis filiis Capitulo dictæ Basilicæ per se, vel alium, seu alios dilectas in Christo filias Abbatissam, si qua sit, & Moniales dicti Monasterii, quæ supersunt, ad aliud vel alia prædicti aut alterius Ordinis, de quibus eis videbitur, Monasterium seu Monasteria transferre, & corporalem possessionem Monasterii & Castri, ejusque territorii, ac jurium & pertinentiarum prædictorum, auctoritate propria, libere & licite apprehendere, & perpetuo retinere, ac illorum fructus, redditus, & proventus, reservatis tamen & assignatis super eis aliquibus congruentibus portionibus pro singulis earumdem Abbatissæ & Monialium, de quibus ipsis Capitulo rationabiliter videbitur, percipere & habere, ac in ipsius Basilicæ necessitates & usus suos convertere, Diocesani loci, aut cuiusvis alterius super hoc licentia minime requisita. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non statutis & consuetudinibus Monasterii & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque. Proviso quod dictum Monasterium ad profanos usus, veluti hæreditas, minime redigatur; sed per idoneum Sacerdotem, qui in eo resideat, ac Missas & alia divina officia inibi celebret, gubernetur, ejusque alias congrue supportentur onera consueta. Volumus autem, quod ipsi Capitulum, postquam dicti Castri possessionem pacificam fuerint assequuti, circa reparationem dicti Campanilis talem provisionem adhibeant, quod restauretur, & conservetur decentius, & nequeat ex aliqua sui parte deficere. Et insuper volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod præsentes litteræ ad probandum plene confiscationem Castri & Territorii prædictorum, nec non ipsius Domicelli inobedientiam & rebellionem, ac juris, si quod in eis habebat, privationem, & amotionem, ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur: irritumque & inane quidquid per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, unionis, annexionis, incorporationis, donationis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Monasterium supprimit, Castrumque ad illud spectans &c concedit Basilicæ S. Petri.

C nfulit Abbatiss.e, & Monialib.

Monaste[rium] etiam Sancti[tas] [Sua] ti prospicit.

Castri eju[s] jus vetus an[ti]quatum dec[la]rat.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, Pridie Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno quinto.

Domus & Officina quædam ad Monasterium S. Blasii *della Pagnotta* spectantes conceduntur a Capitulo cum Beneplacito Apost. ad vitam Card. Vicecancellario, qui largitur Basilicæ trecentos florenos, annuoque censui unius Floreni in duobus cereis se adstringit.

Ex Regesto 25. Epistol. de Cur. Pii II. pag. 169. apud Arch. Ap. Vatic.

AN. CH. 1463. 13. Aug.

Pius Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Regimini universalis Ecclesiæ disponente Domino, licet immeriti, præsidentes ad ea, per quæ Ecclesiarum omnium, præcipue Patriarchalium, nec non Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, qui pro universalis Ecclesiæ defensione operosa sedulitate laborant, commodis & utilitatibus consulitur, libenter intendimus: & ut debitum quantocius sortiantur effectum, quantum cum Deo possumus, opem

(*a*) Hinc mirum in modum confirmantur quæ supra ajebam (*pag. 26. not. a*) Firmius etiam comprobantur prædictis constitutionibus, quas consule. Sabellam quippe Familiam intelliges postliminio revocatam in Castri Podii Donadei possessionem; at fiduciario nomine pro Camera Apostol.

(*a*) Hunc

opem & operam impendimus efficaces. Sane pro parte dilectorum filiorum Roderici Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii, (a) nec non Prioris & Capituli Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim, postquam bonæ memoriæ Jordanus Episcopus Sabinen. condens de bonis a Deo sibi collatis in ejus voluntate ultima testamentum inter cætera de propria salute recogitans, eidem Basilicæ in eventum, quo Monasterium sancti Blasii de Cantosecuto, alias de Pagnotta, de Urbe Ordinis Sancti Benedicti, juxta sui cordis affectum, & prout in humanis agens se facturum & curaturum spondebat, eidem Basilicæ perpetuo uniretur pro divini cultus augmento, & ut viri litterati ad adipiscendam scientiæ margaritam majorem librorum commoditatem haberent, ultra alia eidem Basilicæ ornamenta, paramenta, & bona divino cultui necessaria per eum legata, omnes & singulos libros ad ipsum Episcopum pertinentes, ad effectum ut in eodem Monasterio una libraria in qua libri prædicti ad usum litteratorum virorum, ut præfertur, reconderentur, sub certis modo & forma tunc expressis erigeretur; & ad illius custodiam duo ex perpetuis Beneficiatis in eadem Basilica deputarentur, in eadem voluntate legaverat; necnon inter cetera voluerat, quod si præmissa juxta ipsius ordinationem & voluntatem non fierent, legatum prædictum nullius esset roboris vel momenti, & pro infecto penitus haberetur. Pro parte bonæ memoriæ Juliani tituli Sanctæ Sabinæ Presbyteri Cardinalis tunc ejusdem Basilicæ Archipresbyteri, nec non Capituli prædictorum felicis recordationis Eugenio Papæ quarto Prædecessori nostro exposito, quod cum ipsa Basilica juxta mænia dictæ Urbis in loco a civilibus habitationibus plurimum remoto consisteret, & infra habitationes prædictas locum in quo vigentibus guerris libri, Calices, Paramenta, atque alia ad divini cultus decorem in eadem Basilica deputata ornamenta tute servari possent, non haberet, & Monasterium prædictum jam vigintiquinque annis tunc decursis Abbate & Monachis destitutum penitus remansisset, ac de illius ad debitam regularem observantiam reductione, præsertim propter ipsius exiguas facultates, parva seu nulla de cetero spes existeret; nec non pro parte Cardinalis & Capituli prædictorum eidem Prædecessori supplicato, ut dictum Monasterium eidem Basilicæ ejusque mensæ Capitulari perpetuo incorporare & annectere dignaretur; Idem Prædecessor, in cujus manibus præfatus Cardinalis Commendæ de dicto Monasterio Apostolica auctoritate antea sibi factæ, ac omni juri sibi in illius regimine & administratione, in quibus tunc erat, quomodolibet competenti, favore dictæ unionis sponte & libere cessit, cessione hujusmodi per eum admissa, Monasterium prædictum cum illius Ecclesiis, Capellis, Membris, Castris, Casalibus, atque aliis juribus, & pertinentiis universis Basilicæ & Mensæ prædictis auctoritate Apostolica ex certa scientia perpetuo incorporavit, annexuit, & univit; (b) ita quod ex tunc liceret Capitulo præfatis per se, vel alium, seu alios corporalem possessionem Monasterii Ecclesiarum, Capellarum, Membrorum, Castrorum, Casalium, juriumque & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria libere apprehendere, ac hujusmodi illius fructus, redditus, & proventus in suos Basilicæ, & Monasterii prædictorum usus, & utilitatem convertere, alicujus super hoc licentia minime requisita, prout in litteris ejusdem Prædecessoris desuper confectis plenius continetur. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, licet unio, annexio, & incorporatio prædictæ suum debitum fuerint sortitæ effectum, ipsique Prior & Capitulum illarum vigore dictum Monasterium ex tunc tenuerint, & possederint, ac in eo librariam prædictam fecerint, & ordinaverint, librosque in ea collocaverint, & alia præmissa fecerint, juxta ipsius Episcopi voluntatem: quia tamen postmodum piæ memoriæ Nicolaus Papa Quintus etiam Prædecessor noster primo; & postremo nos propter penuriam habitationum eorumdem Cardinalium in dicta Urbe domos & officinas ejusdem Monasterii illius Ecclesiæ contiguas cum certa parte hortorum illis adjacentium nonnullis ex ipsis Cardinalibus pro eorum usu & habitatione duximus concedendas; Prior & Capitulum præfati dubitant, ex hiis posse eis, & dictæ Basilicæ imposterum præjudicium generari. Attendentes quoque, quod idem Vicecancellarius prope dictum Monasterium quoddam insigne Palatium a fundamentis erexit, & tam pro ipsius, quam familiæ suæ commoditatibus eisdem domibus & officinis, ac etiam quodam horto Monasterii hujusmodi, quos dudum antea nos dilecto filio nostro Joanni tituli Sanctæ Priscæ Presbytero

[...]amenta- [...]positio ad [...]m Basili-

[...]ibliotheca [...]rtim insti-[...]a.

[...]uod factum Monast. S. [...]ii.

Ab Eugenio IV unito Basil. cum suis juribus.

Possessio jampridem inita & Bibliotheca erecta.

(a) Hunc Callistus III. ex sorore nepotem creavit Cardinalem Diac. S. Nicol. in carc. Tull. die 18. Septemb. an. 1456. Subinde Vicecancellarium S. R. E. Lenzolia gente is ortus Borgiæ cognomen ab Avunculo obtinuit, quo semper est usus. A Sixto IV. Episc. Albanus, deinde Portuensis est factus: ac demum ad D. Petri Sedem evectus, Alexander VI. est nuncupatus. Ad quem ubi ordo rerum nos ducet, plura afferemus in medium. Hæc ex Onuphrio, & Ciaconio. Ipsa hæc constitutio instar historiæ est, ad ejus primordia quod attinet in Urbe Romana.

(b) De his abunde Diploma superius allatum, quod consulesis pag. 97. hujus voluminis.

Concessio aliquot domor. &c. facta a Capitulo.

tero Cardinali (*a*) usque ad certum tempus tunc expressum concesseramus, quodque ipse domos & officinas prædictas, si illæ sibi concedantur, in bono statu conservare, & manutenere intendat, ac etiam pro commodis & utilitatibus ejusdem Basilicæ trecentos florenos auri de Camera manualiter solvere, & duos Cereos valoris unius floreni auri similis pro annuo censu annis singulis assignare proponit; idem Prior & Capitulum pro ipsius Basilicæ utilitate domos, officinas, & hortum prædictos eidem Vicecancellario, quamdiu viveret, pro ipsius usu & habitatione concedere & assignare intenderent, si nostra super hoc eis suffragetur auctoritas. Quare pro parte Vicecancellarii, Prioris & Capituli prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hiis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque attendentes, quod juxta Sacristiam dictæ Basilicæ (*b*) pro libraria & conservatione librorum eorumdem locus accommodus ad hoc noviter ædificatus existit, ac volentes tam ipsius Vicecancellarii, quam Basilicæ, & Capituli prædictorum commoditatibus opportune consulere, de præmissis etiam fidedignorum relatibus informati, honestis postulationibus hujusmodi annuentes, Capitulo præfatis domos, officinas, & hortum prædictos eidem Cardinali, donec in humanis egerit, ut præmittitur, concedendi auctoritate Apostolica, tenore præsentium, licentiam concedimus, ac etiam potestatem: statuentes, ac etiam decernentes, quod legata per eumdem Episcopum eidem Basilicæ, ut præmittitur, facta propterea caduca non fiant, sed in sua integritate permaneant, ac si dicta conditio in eodem testamento apposita non fuisset. Volumus autem quod tam summa trecentorum florenorum prædicta, quam alia ducentorum similium florenorum pro recompensa cujusdam domus ipsius Basilicæ pro ædificatione ejusdem Palatii demolitæ, quam idem Vicecancellarius manualiter solvit, in utilitatem & reparationem ipsius Basilicæ, sive Campanilis ejusdem, & non alias convertantur, (*c*) & ipse Vicecancellarius dictum censum annis singulis solvere, atque alia præmissa facere teneatur. Ceterum si concessio & assignatio prædictæ per eosdem Priorem & Capitulum fiant, ut præfertur, venerabili fratri nostro Alvaro Episcopo Silven. in Romana Curia residenti, præsentium tenore committimus, & mandamus; quatenus præmissa omnia, & singula, postquam rite peracta fuerint, eadem auctoritate approbet & confirmet, prout etiam nos ex nunc, prout ex tunc, tenore præsentium confirmamus & approbamus, supplemusque omnes & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum concessionis, statuti, voluntatis, constitutionis, commissionis, mandati, confirmationis, & approbationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Accedit Apost. auctoritas eid. concessioni.

Pretium provenien. instaurand. Basil. impendum.

Firmantur omnia auct. Apost.

Datum Tibure (*d*) Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimotertio, Idibus Augusti, Pontificatus nostri Anno quinto.

Sen-

(*a*) Joannem de Mela J. U. Consultissimum, Hispanum, Episcop. Zamoren. Auditorem Rotæ facie quidem deformi; at virtute, ac scientia insignem Callistus III. creavit Card. S. Priscæ an. 1456. Septuagenario major obiit Romæ an. 1467. quo adolescens venerat; & ubi vir summus assidua diligentia & studio evasit. In S. Iacobi Hispanor. jacet, ibique est ejus Epitaph. ap. Ciacon. in quo Presb. S. Laurentii in Damaso appellatur; quem scilicet titulum habuit a Paulo II.

(*b*) Hodie in Tabulario Basilicæ servatur librariæ hujus suppellectilis quidquid superfuit, quum in Vaticanam Bibliothecam Apostolica auctoritate translata fuit. Locus hîc designatus, prout hodie res sunt, in novo augustissimo Templo haud facilis captu est. In Tabula Ichnograph. Alpharani lit. *m.* faciliori negotio assequimur locum ipsum. Eoque id magis, quod in ejusd. Alphar. cod. Ms. cap. 4. hæc leguntur: *Erat etiam ibi extra Basilicæ parietes magnæ Basilicæ Vaticanæ Bibliotheca quamplurimis antiquissimis Codicibus referta, quæ viris doctissimis semper patebat, qua disjectu magnam partem libror. Bibliotheca Palatii Apostolici assequuta est.* Hodie autem e Sacrario Basilicam ingredienti ad lævam remanet locus ab Alpharano descriptus, inter Pilum maximi Tholi, & parietem Basilicæ; non tamen implens totum spatium usque ad transversæ crucis dextrum brachium, nec penitus attingens Pilum, quod e regione est ingredienti, præsefertque exesa tabula crucifixionem D. Petri.

(*c*) Paulo ante studium hoc vehemens Romm. Pontiff. pro Turri Campanaria Basilicæ meritis prosequebar laudibus. Duo hîc animadverti velim, I. nongentis aureis, seu Scutatis (tot enim sunt 500. Floreni juxta eor. Valor. Julior. 18. Pii II. tempore, ut dictum demonstratumque est) auctum Capitulum, ut Basilicæ, ac præsertim Campanilis satageret. II. Largitiones, donationesque tam multas idcirco factas esse Capitulo, quia Fabricæ etiam Principis Apostolorum illi cura incumbebat. Qua postea solutum, quum immanis Basilicæ moles immensæ opis cœpit indigere, quod opportune palam fiet, omnia ad Divinum cultum augendum convertit in eadem Basilica.

(*d*) Pius, ut cum Platina, æquali ejus temporis Scriptore, diximus, sæpissime mutabat Romanum Cœlum: *æstate præcipue aut Tibur, aut Senas in patriam proficiscebatur*. Suprema hæc tamen secessio æstiva illius fuit. Nam sequenti anno Anconam se contulit, quo classis ingens adversus Turcas convenire jussa erat: ibique obiit supremum diem, antequam instrueretur tota classis.

(*a*) Hujus

Sententiam fert in Episcopum Portuensem pro Capitulo Basilicæ Vatic. super salinis, aliisque Bonis in controversiam vocatis. (*a*)

Ex Autogr. Archivi Basil. Caps. 35. Fasc. 137. Item lib. A. Fol. 128.

N. CH. 146[illegible]. 4. Jan.

PIus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Tunc Pastoralis Officii debitum exercere censemus, dum causas nobis propositas, absque acceptione personarum, æqua lance diffinimus, & ut sententiæ per nos latæ cunctis innotescant, & debitæ executioni mandentur, illas nostris litteris debita attestatione ostendimus. Sane cum pridem inter Venerabilem fratrem nostrum Joannem (*b*) Episcopum Portuensem ex una, & dilectos filios Priorem, Canonicos, & Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe partibus ex altera, super nonnullis Salinariis, Galangis, & Fossatis, cum litoribus ad pascua, ac ad sal faciendum, sita in Campo Salino prope mare, & fauces Tyberis, ac prope Portum Trojanum usque ad Campum Stagni Salini inclusive, cum pleno jure percipiendi, & extrahendi aquas in abundantia ex dicto stagno, ad salinas, & sal in terris, galangis, & fossatis prædictis, & suis pertinentiis faciendum, congelandum, & comprimendum, positas, ac determinatas, ac duos Balzolos extra muros civitatis Portuensis ante Portam Romanam, unum positum supra silicatam, alterum subtus, terminatos, & confinatos suis confinibus lapideis, necnon casaletum, terras, sive tenimentum, quod dicitur Monteroni, ac aliud territorium, sive tenimentum nuncupatum Jonchetam Sancti Petri juxta Ecclesiam Sanctæ Anatoliæ, cum terris, griptis, parietinis, juribusque & pertinentiis suis, Piscariam Trojani cum matrice Trojani, & viginti pedes intus Trojanum, tenimentum Tumuleti cum plaga maris, & jus maris infrascriptis confinibus terminatos, videlicet limite marmoreo posito prope Concham Porfidi, & ante supradictum Casaletum, correspondentem aliis limitibus marmoreis existentibus in opposito margine Trojani, se dirigentibus usque ad flumicellum, & a limite flumicelli usque ejus Alveum, & remproce * usque ad fauces ejusdem flumicelli, & ab ipsius faucibus cum lictoribus maris continuato usque ad fauces stagni, & a faucibus ipsius stagni continuato ipsius margine usque ad limitem marmoreum positum juxta ripam ipsius stagni in loco, qui dicitur le Macerelle, & a dicto limite usque ad alios limites marmoreos successive positos usque ad Ecclesiam Sanctæ Nymphæ per viam Carrariam, correspondentes aliis limitibus marmoreis continuatis usque ad limitem marmoreum juxta Pescinam, quæ dicitur *dello Albuccio*, & a dicto limite successive per alios limites marmoreos usque ad limitem superius designatum, situm in loco, qui dicitur *le Matrice* versus eundi Romam, ac supradictam tertiam partem totius Insulæ Portuensis cum omnibus & singulis juribus, & pertinentiis omnium, & singulorum prædictorum, quæ Joannes Episcopus ad se ratione suæ Ecclesiæ Portuensis, ac Prior & Capitulum hujusmodi ad eos de jure spectare, & pertinere asserebant, materia quæstionis suborta fuisset: Nos causam hujusmodi Venerabili fratri nostro Theodoro Episcopo Feltren. (*c*) ac dilecto filio Magistro Gaspari de Theramo Cappellano nostro, & causarum Palatii Apostolici primo Auditori, & deinde propter ipsius Theodori Episcopi a Romana Curia absentiam, Venerabilem fratrem nostrum Alvarum Episcopum Silven. in eadem Curia residentem, eidem Gaspari adjungentes ad audiendum dictas partes, & referendum merita ejusdem causæ, ac jura & monimenta partium prædictarum, commisimus. Cum autem Alvarus Episcopus, & Gaspar Auditor prædicti nobis de meritis causæ hujusmodi fidelem fecerint relationem; Nos igitur, visis, & examinatis diligenter juribus partium prædictarum, & habito super hoc maturo consilio, dictisque partibus ad nos hinc inde convocatis, per hanc nostram sententiam, quam in scriptis tulimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, pertur-

[...]ntroversia [...]apitulum [...] Port.

[...]na juris [...]li cum [...]ibus de-

* *forte* reciproce.

Eadem Portuen. Episc. sibi vindicabat.

Causa committitur duobus Judicibus a Pontif.

(*a*) Hujus Bullæ, seu har. litterar. Apostol. mentio est sup. *pag.* 86. *not.* (c).

(*b*) Joannes Carvajal, Hispanus Pio II. acceptissimus, inque ejus Commentariis maxime commendatus, ab eodem declaratus fuerat Episc. Portuensis an. 1460. hac tamen occasione nullo ei fuit præsidio gratia Pontificis adversus Capitulum sua jura constanter asserens Basilicæ nostræ. Superfluum hodie esset de indicatis locis singillatim agere; nam jus omne in Apost. Cameram est translatum per pacta conventa ut *cit. loc. pag.* 86. Si vacat, videsis ap. Ughell. Pontificia Diplomata in Episcopis Portuen. unde quæ juris olim erant Portuensium Episcoporum intelliges; quemadmodum ex his literis vides quæ procedente tempore in jus venerant Capituli.

(*c*) Pontificis familiaris, quem teste Ughello, suam Citharam appellabat. Lælia familia Interamnensis Aprutinæ provinciæ, vulgo *de Lellis* (quæ hodie gloriatur Camillo fastis Sanctorum adscripto) hunc produxit virum insignem, qui a Paulo II. Pii Successore ad Tarvisinam Sedem translatus, brevi decessit Romæ, sepultusque est in S. Mariæ novæ, futurus Cardinalis, si convaluisset ex gravissimo morbo, quo tentatum Paulus visit, purpuræque pollicitatione levare nequicquam studuit.

(*a*) Romæ

turbationes, inquietationes, & impedimenta per eundem Joannem Episcopum Basilicæ, Priori, & Capitulo prædictis super possessione Bonorum & Terrarum hujusmodi præstitas, & factas, ac præstita, & facta, fuisse & esse illicitas, indebitas, & injustas, ac illicita, indebita, & injusta; illasque, & illa sibi minime facere licuisse, neque licere de jure, ipsique Joanni Episcopo Portuensi super eisdem perturbationibus, molestationibus, & impedimentis perpetuum silentium imponendum fore, & imponimus; prædictosque Priorem, Canonicos, & Capitulum ab hujusmodi perturbationibus, inquietationibus, & impedimentis absolvendos fore, & absolvimus. Sequestrum præterea possessionis, & fructuum Bonorum hujusmodi per nos positum, tollendum, & amovendum fore, ac tollimus, & amovemus; ipsisque Priori, Canonicis, & Capitulo de fructibus sequestratis hujusmodi respondendum fore, & responderi mandamus, expensarum condempnationem ex causa legitima obmittendo. Mandantes Venerabili fratri nostro in Urbe Vicario pro tempore existenti, seu ejus locumtenenti, ac dilectis filiis Sanctorum Andreæ, & Gregorii in Clivo Scauri (a) de Urbe, & Sancti Laurentii extra muros Urbis prædictæ Monasteriorum Abbatibus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios prædictam nostram sententiam, ac omnia, & singula in ea contenta, ubi & quando expedire viderint, ac pro parte ipsorum Prioris, Canonicorum, & Capituli fuerint super hoc requisiti, solemniter publicantes sententiam ipsam exequantur, ac faciant illam, necnon omnia, & singula in dicta sententia contenta inviolabiliter observari, ipsosque Priorem, Canonicos, & Capitulum pacifica salinariarum, galangarum, possessionum, rerum, & aliorum Bonorum præmissorum possessione gaudere. Contradictores, necnon molestatores quoslibet, & rebelles, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, præeminentiæ, nobilitatis, vel præeminentiæ, etiamsi Cardinalatus, aut alia quavis fulgeant dignitate, auctoritate Apostolica per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, illis præsertim, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel Dioc., nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Dioc. ad judicium evocetur, seu ne judices a Sede deputati prædicta, extra Civitatem, & Dioc. in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere præsumant, ac de duabus dietis in Concilio generali, necnon aliis constitutionibus, privilegiis, indultis, & litteris Apostolicis specialibus, vel generalibus, tam de Judicibus delegatis, quam de Personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad Judicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulo hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ pronunciationis, constitutionis, declarationis, impositionis, ablationis, amotionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sententia Pontificis pro Capitulo.

Executioni mandandam eam committit.

Contrar. Constitutionibus derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, nono Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno sexto.

Ratam

(a) Romæ degentibus nihil notius Clivo Scauri in ea parte Cœlii Montis quæ spectat Palatinum. Istud autem Monasterium, quod fuit domus materna S. Gregorii M. ab eod. in Monasterium conversa, ut docet Anast. florensque Monachorum numero & sanctitate, amplexum postea fuit Regulam S. Benedicti, diuque illam retinuit. *Mabill. Annal.* Postea inhabitarunt Monachi Belgæ, seu Flandri, ut habet Martinell. *Ro. Sac. pag.* 107. Quorum Abbati hoc negotium demandatur, nam Camaldulenses huc non venerunt ante an. 1573. Novum autem id non esse nosti ex hujusmodi negotiis Abbatum curæ commissis. Vel Archipresbytero possessionem dandam vidimus ab ejusd. Monast. & S. Pauli Abbatibus *To.* 1. Bullar. nostri *pag.* 322.

(a) Supe-

Ratam habet, & confirmat venditionem cujuſdamDomus in regione Pineæ factam a Capitulo pro aliis Baſilicæ utilitatibus ; ipſum que Inſtrumentum venditionis inſerit, cui adnectitur ſupplex libellus Capituli pro hujuſmodi Apoſtol. Beneplacito de alienandis Eccl. rebus impetrando.

Ex Regeſto XLV. Epiſtol. Secr. Pii II. pag. 43. Ap. Arch. Apoſt. Vatic.

CH. 54. ...um.

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

...at. Ba- ...ogativa

Etſi univerſis per orbem conſtitutis Eccleſiis Apoſtolica nos deceat proviſione conſulere; Baſilicæ tamen Principis Apoſtolorum de Urbe, quæ nobis ſtrictioribus jure & familiaritate adhæret, ampliori nos convenit ſollicitudine providere, & ea, quæ pro ipſius Baſilicæ, necnon perſonarum nobis, & Apoſtolicæ Sedi devotarum commodo, & utilitate proceſſiſſe comperimus, ne ſucceſſu temporis impugnationi ſubjaceant, Apoſtolico munimine roborare. Sane pro parte dilectorum filiorum Archipresbyteri, Prioris, & Capituli dictæ Baſilicæ, necnon Joachini Matthæucii de noſtra civitate Narniæ, utriuſque Juris Doctoris, & Sacri noſtri Conſiſtorii Advocati, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, cum dudum imminerent, & incumberent dictæ Baſilicæ, & Capitulo multæ expenſæ, videlicet pro complemento Fabricæ Campanilis ejuſdem Baſilicæ, ac Librariæ (*a*) jamdudum incoeptæ in eadem, & pro reparatione Caſtri Donadei, quod eidem Baſilicæ donavimus, ac pro dotibus Monialium quondam Monaſterii Sancti Pauli præfati Caſtri Podii aſſignandis, & quod expenſas hujuſmodi de fructibus, & redditibus dictæ Baſilicæ facere integraliter non poſſent, haberentque in Urbe in regione Pineæ unam domum cum turri & membris ſuis, cui a duobus lateribus tenent viæ publicæ, ab alio tenet Antonius Peto, ab alio domus quam inhabitabat quondam Magiſter Primus Lombardus, retro viam, & ad dictam Baſilicam pertinentem, quæ in ſuis parietibus, & tecto minabatur ruinam, & non potuit, nec poterat commode inhabitari, niſi magna pecuniarum quantitas in ipſius reparatione expenderetur; habitis inter eos matura deſuper deliberatione, & tractatu, quod ſit utilius dictæ Baſilicæ, & Capitulo dictam domum vendere, quam retinere, ſive reparare, obtenta prius a nobis deſuper licentia, dictam domum præfato Joachino pro ſumma ſeptingentorum & decem Ducatorum auri de Camera (*b*) vendiderunt, ceſſerunt, & conceſſerunt, & in eum titulo venditionis tranſtulerunt: ac pretium hujuſmodi, quod illico eiſdem Capitulo perſolutum, ac per ipſos Capitulum in præfatis fabricis, reparatione, & utilitatibus, ſive neceſſitatibus, totum & integrum dictum pretium converſum, traditum, & perſolutum extitit; ſicque pretium, quod ex venditione provenit hujuſmodi, in utilitatem Capituli prædictorum verſum fuit. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, licet domus ipſa juſto pretio vendita fuerit tamen pro eo quod in alienatione hujuſmodi, ſeu ante eam debiti ac etiam legitimi tractatus, & aliæ ſolemnitates a jure, ſeu ſtatutis dictæ Baſilicæ, etiam juramento, ſeu Apoſtolica confirmatione vallatis requiſitæ, non intervenerunt, ab aliquibus hæſitetur, an venditio & translatio prædictæ viribus ſubſiſtant; pro parte eorumdem Archipresbyteri, Prioris, Capituli, & Joachini nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut venditioni, conceſſioni, & translationi domus, ac pretii illius ſolutioni, & verſioni in evidentem utilitatem, & neceſſitatibus prædictis, & ejuſdem Baſilicæ, necnon omnibus & ſingulis in Inſtrumento publico ſuperinde confecto, cujus tenorem inferius de verbo ad verbum inſeri fecimus, contentis, ac inde ſecutis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, & alias ſuper hiis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de præmiſſis omnibus & ſingulis ſumus pleniſſime informati, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, venditionem, ceſſionem, & translationem domus, ac illius pretii

...ceſſariis ...expenſis ...ii.

Permittendo venditionem cujuſd. domus.

Quam autea factam a Capit. ratam habet.

(*a*) Superiori anno, quum res fuit de concedendo loco Bibliothecæ Jordani Urſini penes Eccleſ. S. Blaſii, Vicecancellario Borgiæ pro officinis Palatii ab eo ædificati; de hac bibliotheca, quam hic audimus nondum abſolutam, nonnihil diximus. Ciampinus, qui Alpharani Cod. Mſ. vidit, perperam Pontificiam appellat (*to. 3. pag. 95.*) Pontificia ea quidem evaſit, ubi disjecta una cum veteri Baſilicas tot pretioſi illi codices aſportati ſunt in Vaticanam Bibliothecam, quæ a Sixto IV. cœpta, & a Succeſſoribus mirum in modum aucta, & exculta, cæterarum omnium toto orbe celeberrima hodie eſt. In noſtro autem Tabulario ex veteri illa Bibliotheca noſtris majoribus addicta, duobuſque ex noſtrisBeneficiatisBibliothecariis inſtructa vix aliquot ſuperſunt codices Jordani Card. largitionem hanc inſignem teſtantes.

(*b*) Juxta valorem monetæ ſub Pio II. qui exploratus eſt ſupra, veniit iſta domus aureis, ſeu ſcutatis 1278. Florenus enim & Ducatus auri deCamera 24. Caratorum, duodeviginti Juliorum ſummam æquabat noſtri ævi. Tantidem hodie æſtimaretur Domuncula ex vilioribus quæ in urbe ſunt: tantam in res mutationem ferunt tempora.

(*a*) Hunc

pretii solutionem, & versionem, nec non omnia alia & singula inde secuta prædicta rata habentes & grata, auctoritate Apostolica & ex certa scientia tenore præsentium, approbamus & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus: supplentes omnes & singulos defectus, si qui ex non interventione solemnitatum hujusmodi, seu alias quomodocumque, intervenerint in eisdem; nec non auctoritate & scientia similibus statuimus pariter & decernimus, dictum Joachinum, seu illius hæredes, & successores, ad probandum venditionem, cessionem, & translationem prædictas in utilitatem dictæ Basilicæ, seu ex legitima causa, seu in prædictis necessitatibus, sive causis fuisse factas, ac pretium, quod ex illa provenit, in ipsius Basilicæ utilitatem versum fuisse, nullatenus teneri; quodque Instrumento sic inserto hujusmodi eadem prorsus fides adhibeatur, quandocumque, & ubicumque in judicio, & extra, vel alibi, ubi præsentes litteræ fuerint exhibitæ, vel ostensæ, & dicto tenori stetur firmiter in omnibus, sicuti ipsi originali instrumento staretur, si foret exhibitum, vel ostensum. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri, quibus sub certis tunc expressis censuris, & pœnis, res & bona Ecclesiarum Urbis, seu prædictæ Basilicæ alienari prohibentur, & quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus, necnon indultis & privilegiis Apostolicis Basilicæ quoque, & de gabellis non solutis Urbis prædictarum juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, quibus omnibus, & singulis illorum tenores de verbo ad verbum præsentibus pro expressis habentes, eis alias in suo robore permansuris, quoad præmissa, expresse derogare volumus, & derogamus per præsentes, ceterisque contrariis quibuscumque. Tenor autem dicti Instrumenti sequitur, & est talis: In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi Millesimo quadringentesimo sexagesimoquarto, Pontificatus Domini nostri Domini Pii Papæ secundi Indictione duodecima mensis Martii die quarta, quæ fuit dies Dominica, in præsentia mei Notarii, & testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum, convocato & congregatis & coadunatis insimul & invicem Canonicis & Capitulo sacrosanctæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe in Sacristia nova dictæ Basilicæ, loco eorum Capitulari solito, hodie dicto die Capitulari consueto, & ubi similes contractus facere consueverunt, ad sonum Campanellæ ad Capitulum faciendum more solito, ac pro infrascripta venditione fienda, ac citatis omnibus Canonicis vocem in Capitulo habentibus per Petrum Antonii Martini de Tibure Clericum dictæ Basilicæ, ac Mansionarium, de commissione & mandato præfati Domini Vicarii, ut mihi & præfato Domino Vicario & Capitulo dictus Petrus retulit, in qua congregatione & coadunatione interfuerunt venerabiles Viri videlicet Dominus Franciscus de Thomæis de Aquila decretorum Doctor Canonicus & Vicarius in dicta Basilica pro Sanctissimo Domino nostro Domino Pio Papa secundo Generalis in Spiritualibus & temporalibus, (a) ac Reverendissimo in Christo Patre & Domino Domino Petro Barbo tituli Sancti Marci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, Archipresbyteratum dictæ Ecclesiæ obtinente Reverendus in Christo Pater Dominus Georgius de Cæsarinis Apostolicæ Sedis Prothonotarius, Canonicus dictæ Basilicæ, & de præsenti Camerarius dictæ Basilicæ, Dominus Dominicus de Philippinis Prior, Dominus Paulus de Anania, Dominus Jacobus de Benenatis, Dominus Bartholomæus Petri, Dominus Laurentius Johannis Rubei, Dominus Johannes de Forano, Dominus Martinus de Roa, Dominus Petrus de Porcariis, Dominus Baptista Panis, Dominus Falco de Sinibaldis, Dominus Antonius de Margariis, Dominus Stephanus de Mathæis, Dominus Andreas de Spiritibus de Viterbio, & præfatus Dominus Georgius vice & nomine Domini Cornelii de Planca Canonici dictæ Ecclesiæ, qui sunt & sese esse dixerunt majorem partem, & ultra duas tertias partes Canonicorum, & Capituli dictæ Basilicæ præsentium in Urbe, Capitulum facientium, qui nihilominus sese, & bona dicti Capituli & Ecclesiæ obligando pro aliis Canonicis absentibus, pro quibus promiserunt de rato & ratihabitione, & sese facturos, & curaturos ita & taliter, & cum effectu, quod dicti omnes alii Canonici absentes contra infrascripta omnia & singula non facient, dicent, vel venient

Emptorem eximit a reddenda ratione pretii quomodolibet conversi a Capitulo.

Derogat de more contrariis Constitutionib.

Instrumentum venditionis inseritur.

Archipresb. & Canonici [præ]sentes.

Pro abs[enti]bus sese [obli]gant.

(a) Hunc vidimus an. 1458. die 7. Octob. (*pag.* 159.) a Pontifice confirmatum Vicarium Archibresbyteri Card. Petri Barbi. Rursus an. 1462. 13. Maji (*pag.* 168.) Vicarium Basilicæ nuncupatum audivimus, sed Apostolica auctoritate. Nunc perspicue appellatum accipimus Vicarium Pii II in spiritualibus & temporalibus Quid enim vero erat aliud Vicarius Urbis? Vicarium Basilicæ Principis Apostolorum, si laudatas Constitutiones serio animadvertamus, iisdem instructum facultatibus comperiemus, quæ Episcopis tum temporis Vicariis Urbis concedebantur, quin etiam Beneficiorum collationem, quæ Cardinali Vicario postea instituto non est permissa, Vicario Basilicæ demandatam intelligimus. Quid vero? Amplissima hæc facultas non extendebatur ad universam Urbem, sed intra Archipresbyteralis jurisdictionis limites continebatur: videlicet ad Canonicos & cæteros ipsius Basilicæ, necnon omnes subditos; quæ res in mentem revocat Privilegia Card. Episcopi Portuensis & Silvæ Candidæ; præbetque argumentum luculentissimum Territorii separati, quo Apostolica autoritate utebatur civitas Leonina cum adnexis Basilicæ Ecclesiis.

(a) Emo-

venient aliqua ratione, jure, modo, titulo, sive causa, quinimmo illa semper & perpetuo ratificabunt, acceptabunt, & emologabunt, (*a*) ac rata grata & firma habebunt, tenebunt, & observabunt ad omnem solam & simplicem petitionem requisitionem & voluntatem infrascripti Domini Joachini, ejusque hæredum & successorum, sponte unanimiter & concorditer, & eorum & cujuslibet ipsorum ex certa scientia, & non per errorem, dicti Domini Vicarii & Canonici coram me Notario & testibus infrascriptis dixerunt & asseruerunt, quod cum præfata Basilica, & præfatum Capitulum habeant teneant & possideant publice & palam, pacifice & quiete, justo titulo & bona fide, nemine eis contradicente, quamdam domum cum turri & terreneis & solaribus, sive terrineatam & solaratam ac tegulatam, cum claustro & puteo intra se, & cum porticali discooperto ante se, & cum quodam porticali cooperto supra cloacam, & duobus terrineis, sive Apothecis cum solaribus & tectis, & cum domuncula terrinea, & solarata, (*b*) sitam & sitas in Regione Pineæ inter hos fines; cui & quibus a duobus lateribus tenent viæ publicæ, ab alio tenet Antonius de Peto, ab alio domus, in qua habitat Magister Primus Lombardus, retro tenet & est via publica, vel si qui alii sunt vel esse possunt ad dictam domum & membra prædicta plures, aut veriores confines antiqui vel moderni, & nomina ac vocabula veriora, ad dictam Basilicam legitime pertinentem, liberam & exemptam ab omni onere servitutis, redditus canonis, sive census, quæ in parietibus & tecto a pluribus annis & de præsenti minatur ruinam & non potuit nec potest commode inhabitari, nisi magna pecuniarum quantitas in ipsius reparatione expenderetur, & propterea a multis annis citra, quia nemo repertus fuit, qui illam inhabitare vel reparare vellet, non absque magno viciniæ detrimento, & ipsorum Capituli & Canonicorum rubore, & a dictis multis annis citra, ipsa Ecclesia plus expendidit, quam perceperit ex domo præfata, & ita verisimiliter plus expenderet, quam perciperet in futurum, & expensa restaurationis, cum sit magna, in commodum dictæ Ecclesiæ non cederet; sitque dictæ Ecclesiæ & Capitulo expediens, dictam domum vendere, tamquam rem minus damnum inferens, potius quam aliud pro necessitatibus infrascriptis, cum inpræsentiarum immineant, & incumbant dictæ Ecclesiæ & ipsis Canonicis multæ expensæ, videlicet pro complemento Fabricæ Campanilis ejusdem Ecclesiæ, & pro complemento Fabricæ Librariæ jam dudum incoeptæ, & summe necessariæ in ipsa Ecclesia, pro cujus constructione dudum felicis recordationis Eugenius Papa quartus Abbati Sancti Sebastiani extra muros Urbis concedendi licentiam dicto Capitulo vendendi dictam domum auctoritate Apostolica commisit, & facultatem concessit, prout patet per Bullam Apostolicam plumbatam a me Notario visam & lectam, ac pro reparatione Castri Donadei dictæ Ecclesiæ concessi per sanctissimum Dominum nostrum Papam, & pro dotibus Monialium quondam Monasterii Sancti Pauli præfati Podii assignandis, ut alia Monasteria honestiora possint ingredi, & Altissimo famulari, quas expensas omnes de fructibus & redditibus dictæ Ecclesiæ, attentis maxime temporum calamitatibus, & ne divinus cultus in ipsa Ecclesia minuatur, facere & subire nequeunt, & impotentes existunt, nisi ad venditionem & alienationem alicujus possessionis dictæ Ecclesiæ deveniant; & non habeat dicta Ecclesia possessionem aliquam ad vendendum, sive alienandum minus damnosam, quam sit dicta domus, ut supra posita, & confinata; & propterea ipsi Canonici & Capitulum animadvertentes ad prædicta, & quod utilius est dictæ Ecclesiæ dictam domum, ut supra, vendere, quam reparare, & ejus pretium in necessitatibus prædictis convertere dictæ Ecclesiæ expedire, & in evidentem utilitatem & necessitatem dictæ Ecclesiæ cedere, & fecerint omnem eorum diligentiam possibilem pro habendo majus pretium, quod possent reperire, & neminem repererint, qui de ea tantum, prout est infrascriptum pretium, obtulerit, quam oblatum sit per infrascriptum Dominum Joachinum Matheucii de Narnia utriusque Juris Doctorem, & Advocatum Consistorialem; qui obtulit velle ipsam emere pro pretio septingentorum & decem ducatorum auri de Camera, & hujusmodi pretium fuerit & sit non solum competens & justum pretium ipsius domus, sed excessivum, & super predictis præfati Canonici & Capitulum sollicite vigilaverunt, & ad necessitatem & utilitatem dictæ Ecclesiæ animadvertentes pluries interesse,

...is ipsa ...ur.

...m con- ...sens.

Rationes cur alienari debeat.

Ejus pretium 710. ducati Aurei satis æquum.

(*a*) *Emologare*, & *Homologare* est confirmare, laudare, approbare. Vide Du-Cang. ad utramque vocem.

(*b*) Superius (*pag.* 38. *not. a*) lectori divinandum reliqui, quid sibi vellet domus terrinea. Non enim præsto habui hanc Pii II. constitutionem, quæ Du-Cangii Glossario significantius vocem explicat. Officinas seu tabernas, quæ hîc *Apothecæ*, & apud Ughellum passim in documentis *Potecæ* appellantur, nemo nescit in ima domus parte sitas esse. Terrenea igitur seu terrena pars ædium his nimium vernaculis appellationibus designatur. Cujusmodi hodieque sunt obvia in ipsis Palatiis, quæ honestis etiam civibus domicilium præbent satis aptum. Tabernis autem & officinis nil frequentius in Urbe. Cætera sunt captu faciliora, quam ut commentariis indigeant.

esse, prædicta proposuerunt, & super prædictis more in similibus venditionibus observari *solitis, pluries & pluries, ac pluribus & diversis vicibus & diebus tractatus habuerunt, in quibus quidem tractatibus prædicti Canonici, & alii tunc præsentes, ut asseruerunt, semper unanimiter & concorditer deliberaverunt, ad dictam venditionem deveniendum esse, illamque cedere in evidentem utilem & expedientem necessitatem dictæ Ecclesiæ: quare pro expeditione prædictorum nunc præsentialiter congregati & coadunati, ut supra, habita prius licentia Sanctissimi Domini nostri Papæ de vendendo ipsam domum dicto Domino Joachino pro dicto pretio, & in dictis fabricis, & reparationibus, & incumbentibus oneribus prædictis convertendo, per quamdam supplicationem, cujus tenor talis est, videlicet: Beatissime Pater. Pro parte Capituli, Archipresbyteri & Canonicorum Basilicæ Sancti Petri de Urbe Vestræ Sanctitati humiliter exponitur, quod, cum in præsentiarum immineant dictæ Ecclesiæ, & Oratoribus multæ expensæ, videlicet pro complemento Fabricæ Campanilis ejusdem Ecclesiæ in qua ultra ducentos Ducatos, ultra quam ab initio operis fuerit judicatum sive opinatum, infundere expedit, & pro complemento Fabricæ Librariæ jamdudum incœptæ, & summe necessariæ in dicta Ecclesia, ac pro reparatione Castri Donadei, quod vestra Sanctitas eidem Ecclesiæ concessit, & pro dotibus Monialium quondam Monasterii Sancti Pauli præfati Podii assignandis, ut alia Monasteria honestiora possint ingredi, & Altissimo famulari, quas expensas omnes de fructibus, & redditibus dictæ Ecclesiæ, attentis maxime temporum calamitatibus, & ne divinus cultus in dicta Ecclesia minuatur, facere seu sufferre nequeunt, habeantque unam domum in Urbe in Regione Pineæ, cum membris suis, cui a duobus lateribus tenent viæ publicæ, ab alio tenet Antonius Peto, ab alio inhabitat Magister Primus Lombardus, retro via, & alii fines; & quia dicta domus in parietibus & tecto a pluribus annis, & de præsenti minatur ruinam, & non potuit, nec potest commode inhabitari, nisi magna pecuniarum quantitas in ipsius reparationem expenderetur: propterea a multis annis citra, quia nemo repertus fuit, qui illam inhabitare vellet, non absque magno viciniæ detrimento, & Capituli ac oratorum prædictorum rubore, & Ecclesia plus expendiderit, quam perceperit, & expensa refectionis, cum sit magna, in commodum Ecclesiæ non cederet, sicque dictæ Ecclesiæ dictam domum vendere, potius quam aliud, minus damnosum; propterea humiliter supplicant Sanctitati vestræ, quatenus eisdem oratoribus licentiam dictam domum alienandi, & vendendi Domino Joachino de Narnia Advocato Consistoriali pro pretio septingentorum & decem Ducatorum auri de Camera, & dictum pretium in Fabricis & reparatione, ac necessitatibus prædictis convertendi, concedere & impartiri dignemini de gratia speciali, juribus tam imperialibus, quam canonicis, nec non privilegiis & Constitutionibus dictæ Ecclesiæ, ceterisque in contrarium forsan facientibus, seu disponentibus non obstantibus quibuscumque, quibus omnibus placeat ex certa vestra scientia, quoad prædicta, & pro ista vice tantum derogare, & pro derogatis haberi. Concessum ut petitur in præsentia Domini Papæ Ag. Camerinen. Datum Romæ apud Sanctum Petrum VII. Idus Januarii Anno sexto. Idcirco, cum alias pecunias non habeant, nec habere possint de præsenti, nisi ex venditione dictæ domus redigantur; prædicti Domini Vicarius, Prior, & Canonici, de præsentia, consensu, verbo, & auctoritate prædicti Domini Vicarii præsentis, & ipsius consensum & auctoritatem præstantis, sponte & ex certa scientia dictus Dominus Franciscus Vicarius & Canonicus, & Dominus Georgius tam suo nomine, quam vice & nomine præfati Domini Cornelii Canonici, habens ab eodem ad infrascripta speciale mandatum & commissionem, & Prior, Canonici, & Capitulum dictæ Ecclesiæ unanimiter & concorditer, ipsorum nemine discordante, pro utilitate, & commodo, & oneribus, ac necessitatibus prædictis ipsius Ecclesiæ & Capituli vendiderunt, & titulo venditionis jure proprio, & in perpetuo dederunt, cesserunt, & concesserunt, transtulerunt, & mandaverunt dicto eximio utriusque Juris Doctori Domino Joachino Matheucii de Narnia præsenti, recipienti, & legitime stipulanti pro se suisque hæredibus quibuscumque, & cui vel quibus dictus Dominus Joachinus, suique hæredes, & successores, quibuscumque vendere, dare, donare, pignorare, obligare, & alienare voluerint, jure proprio, & in perpetuum, id est supradictam domum cum Turri & omnibus membris prædictis supra positam & confinatam, cum que omnibus & singulis introitibus & exitibus, omnibusque & singulis suis juribus, jurisdictionibus; & specialiter cum vicinantia, sive jure vicinantiæ, commoditatibus, pertinentiis, & adjacentiis suis universis ad dictam domum cum Turri & membris prædictis quomodolibet spectantibus & pertinentibus, tam de consuetudine, quam de jure, ad habendum tenendum possidendum utendum fruendum & fructificandum, vendendum donandum obligandum ypothecandum pignorandum & alienandum, & de ea cum membris & juribus suis & pertinentiis prædictis faciendum & dispo-

Margin notes: * leg. solito — Supplex libellus Capituli pro venditione. — Descriptio domus, ut supra. — Concessio [Pon]tificis. — Contr[actus] venditioni[s ...]gatur.

disponendum ad ipsius emptoris ejusque hæredum & successorum libitum voluntatis, & prout cuilibet vero Domino, & patrono de re sua facere licet, & de jure permittitur. Item simili titulo venditionis jure proprio, & in perpetuum, dicti Dominus Vicarius, Prior & Canonici nominibus prædictis dederunt cesserunt,& concesserunt,eidem Domino Joachino emptori præsenti & legitime stipulanti, ut supra, ideſt omnia & singula jura, omnesque actiones reales & personales, utiles & directas, tacitas & expressas, ypothecarias pignoratitias sive mixtas & in rem scriptas, civiles & prætorias, & officium Judicis, ac beneficium juris, quæ, quas, & quod haberent, & eis, & dictæ Ecclesiæ & Capitulo, ac ipsis Archipresbytero, & Vicario, Priori & Canonicis pro ea competunt, habere & competere eis possent quomodolibet in futurum, in, de, & super dicta domo & Turri & membris prædictis, cum juribus pertinentiis adjacentiis, & jurisdictionibus suis, contra quascumque Universitates & loca, nullo jure, nullaque actione dictæ Ecclesiæ Canonicis & Capitulo quomodolibet de cetero reservatis, in, de, & super dicta domo cum membris juribus & pertinentiis suis prædictis, ponentes dicti Domini venditores dictum Dominum Joachinum emptorem præsentem, & legitime stipulantem & recipientem, ut supra, in, de, & super dicta domo cum juribus & pertinentiis suis, & juribus & actionibus prædictis, in locum jus & * promulgatum dictorum venditorum, & dictæ Ecclesiæ & Capituli, ac constituentes eum super illis Procuratorem, & in rem propriam ipsius Domini emptoris; ita quod ex nunc in antea dictus emptor, ejusque hæredes, & successores quicumque pro dictis juribus dictisque actionibus suo proprio nomine agant petant exigant excipiant recipiant & defendant, eisque libere utantur fruantur & experiantur in judicio & extra judicium ad eorum velle, tamquam utilibus & directis actionibus, dantes & concedentes dicti venditores eidem emptori præsenti & stipulanti, ut supra, plenam licentiam, & liberam facultatem & potestatem dictam domum cum juribus & pertinentiis suis, & ipsius possessionem propria ipsius emptoris auctoritate & sine alicujus Judicis, vel Curiæ licentia vel mandato, intrandi capiendi apprehendendi retinendi, & de eis deinceps faciendi & disponendi ad ipsius emptoris ipsiusque hæredum & successorum quorumcumque libitum voluntatis, & donec dictus emptor vacuam & expeditam corporalem possessionem adeptus fuerit, sese ipsius nomine, & pro eo tenere & possidere constituerunt. Hanc autem venditionem dationem cessionem & concessionem, & omnia & singula, quæ dicta sunt, & infra dicentur, fecerunt dicti Domini Vicarius, & Prior & Canonici ac Capitulum cum consensu & auctoritate prædictis, & cum licentia Sanctissimi Domini nostri Papæ eidem Domino Joachino emptori præfato præsenti & stipulanti, ut supra, pro pretio & nomine pretii dictorum septingentorum & decem Ducatorum auri de Camera, quos septingentos & decem Ducatos auri de Camera, pretium prædictum præfati Domini Canonici & Capitulum nunc præsentialiter & manualiter, & pro eis præfatus Reverendus Pater Dominus Georgius deCæsarinis Camerarius, & Dominus Petrus de Porcariis Canonicus in præsentia dictorum Vicarii, Prioris Canonicorum & Capituli, & in dicto Capitulo nomine dictæ Ecclesiæ, sive Basilicæ Canonicorum & Capituli, & pro eis convertendos, & convertendum per eos in præfatis necessitatibus, habuerunt, & receperunt a dictoDomino Joachino emptore præfato dante pacante & solvente, de quibus septingentis & decem ducatis, pretio præfato, post dictam solutionem & manualem receptionem, ut supra factam prædicti Prior, Canonici & Capitulum sese bene quietos contentos & pacatos atque solutos vocaverunt a dicto Domino Joachino præsente & stipulante, ut supra; & renunciaverunt exceptioni non habitorum, non receptorum, non ponderatorum, non numeratorum, non traditorum, & eis non consignatorum dictorum septingentorum & decem ducatorum pretii præfati, ac exceptioni non numeratæ pecuniæ doli mali vis metus, & in factum conditioni indebiti ob causam & sine causa, speique futuræ numerationis & receptionis, ac etiam dicti Venditores confessi fuerunt in præsentia dicti emptoris confessionem recipientis & acceptantis, dictos septingentos & decem Ducatos auri fuisse & esse non solum verum & justum pretium dictæ domus cum membris & juribus & jurisdictionibns suis, ut supra, venditæ; sed excessivum, & nullo umquam tempore majus pretium, nec tantum reperisse, licet quæsiverint, habere potuisse, & generaliter omnibus & singulis exceptionibus & defensionibus juris & facti, legibus statutis consuetudinibus factis & fiendis, quibus contra prædicta, & infrascripta sese quomodolibet contra facere, dicere vel venire, defendere vel tueri, & juvari possent, renunciaverunt, refutaverunt expresse, & ex certa scientia, & promiserunt dicti Domini venditores dicto Domino emptori præsenti & stipulanti, ut supra, ad præsentem venditionem facere consentire omnem personam adjacentem, vel aliquod jus habentem, vel habere quomodolibet

Jus omne ... emtorem ... feruntur.

* proprie...

Quod omne Apost. auctoritate factum.

Formulæ Curiales Instrum.

libet prætendentem in, de, & super dicta domo cum membris & juribus, ut supra, venditis ad omnem solam & simplicem petitionem & requisitionem & voluntatem dicti emptoris, ejusque hæredum & successorum quorumcumque. Insuper promiserunt eidem Domino emptori præsenti & stipulanti, ut supra, super dicta domo cum Turri juribus jurisdictionibus & pertinentiis, litem non inferre nec inferenti quomodolibet consentire, quinimmo ipsum emptorem, ejusque hæredes & successores quoscumque, defendere auctorizare & disbrigare ab omni persona, Universitate, Capitulo, sive loco litem differentiam controversiam & quæstionem quomodolibet inferente, in judicio & extra judicium, judiciumque in se suscipere, & eum prosequi & finire a principio usque ad finem, statim quod erit dicto Capitulo intimatum per simplicem citationem, omnibus ipsorum Canonicorum Capituli & Ecclesiæ sumptibus & expensis, & cum propriis eorum procuratoribus & Advocatis, tam in prima, quam in secunda, & in tertia instantiis. Item promiserunt eidem emptori habere & licere, & vacuam & liberam & expeditam possessionem tradere, dictumque emptorem suosque hæredes, & successores quoscumque in, de, & super dicta domo, rebus & juribus, præ ceteris facere potiores. Insuper promiserunt etiam dicto emptori præsenti & stipulanti, ut supra, quod dicta domus cum Turri & juribus & pertinentiis suis, ut supra venditis, est dictorum Canonicorum Capituli & Ecclesiæ, sive Basilicæ, & ad ipsos spectat & pertinet pleno jure Dominii, & nulli alteri personæ, loco, vel Universitati in totum vel in partem fuit, nec est vendita, data, donata, pignorata, obligata, ypothecata, cessa, concessa, nec quomodolibet alienata, alienationis largissimo modo sumpto vocabulo, nec de ea & de ejus juribus nec in totum, nec de aliqua parte ipsius, contractus aliquis, vel quasi contractus, vel distractus cum aliqua alia persona factus non est, nec factus apparet, nec apparebit in præjudicium præsentis contractus, & dicti emptoris, ejusque hæredum & successorum. Quod si prædicta omnia & singula, ut supra, promissa servata non fuerint, & ea occasione, vel quavis alia evictione quovis modo, in totum, vel in partem contigerit; dictusque emptor, suique hæredes, & successores propterea damnum aliquod, expensas, vel interesse incurrerint, aut passi fuerint, voluerunt dicti venditores, dictum Capitulum & Ecclesiam teneri, & obligatos esse de evictione, & in forma emptionis ipsius valida & ad duplum pretii rei evictæ, confitentes dictæ partes, talem esse in Urbe consuetudinem approbatam, quod duplum pretii rei evictæ restituatur evicto, & ad refectionem damnorum omnium, expensarum, & interesse quomodolibet faciendorum, & incurrendorum in judicio & extra judicium, occasione prædicta, de quibus damnis expensis & interesse, & eorum quantitate & numero stare & credere voluerunt soli & simplici sacramento damnum passi, vel interesse incursi, quod sacramentum ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, habere voluerunt & promiserunt pro plena & sufficienti probatione, absque alterius onere probationis, judicis taxato arbitrio, vel arbitratu alicujus alterius boni viri, ceterisque aliis probationibus & defensionibus juris & facti, quibus se quomodolibet defendere vel juvare possent, renunciaverunt & refutaverunt expresse, & ex certa scientia, pro quibus omnibus & singulis observandis dicti Prior & Canonici & Capitulum voluerunt posse cogi compelli & constringi omni tempore, & in omni Curia, tam ecclesiastica quam seculari, & coram quovis Judice, Auditore, Rectore, Vicario ordinario delegato, vel subdelegato, diebus feriatis & non feriatis, quibus feriis, & feriatis diebus renunciaverunt & refutaverunt, & expresse renunciaverunt etiam privilegio fori beneficio cessionis bonorum cedendorum & dividendarum actionum, & legi qua cavetur, quod si debitor non habeat aurum vel argentum vel aliquod mobile, unde suo possit satisfacere creditori, quod possit offerre de stabilibus, & generaliter omnibus & singulis exceptionibus & defensionibus juris & facti, legibus statutis & consuetudinibus, ut supra, renunciaverunt expresse & ex certa scientia: & juraverunt dicti Prior Canonici & Capitulum ad sancta Dei Evangelia, & in eorum animas, ponendo manus ad pectus singulariter singuli, prædicta omnia & singula perpetuo firma servare & pro servatione prædictorum obligaverunt omnia ipsius Basilicæ & Capituli bona præsentia & futura, quæ quantum ad hoc, precario nomine dicti emptoris suorumque hæredum & successorum, tenere & possidere constituerunt, quæ quidem omnia & singula dicti Prior Canonici & Capitulum perpetua, firma, & illæsa servare promiserunt mihi Notario infrascripto, ut publicæ personæ in omnibus & singulis Capitulis hujus contractus præsenti, recipienti, & legitime stipulanti vice & nomine omnium, quorum interest, vel in futurum poterit quomodolibet interesse, & in nullo contrafacere dicere vel venire, quavis ratione modo jure titulo sive causa, sub obligatione prædicta bonorum, & vinculo dicti per eos præstiti juramenti. Actum Romæ in loco Capitulari præfato, audientibus & intelligentibus hiis testibus videlicet Domino Bertoldo

Lellii

Defensio promittitur emtori ab omni prætensione.

Jus & proprietas Capituli affirmatur.

Consuet. Urbis in e... ctionibus.

Capitulum ... jurando obligat.

Lellii de Galeria Cappellano Reverendissimi Cardinalis Sanctæ Anastasiæ, Domino Paulo Georgii de Urbe, Domino Christophoro Sancti de Urbe, & Domino Juliano Johannis de Urbe Beneficiatis dictæ Basilicæ Sancti Petri, Nicolao de Collecto ad prædicta vocatis & rogatis. Et ego Marianus Johannis Scalabastii Civis Romanus Dei gratia publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia prædictis omnibus & singulis, dum sic agerentur, interfui & præsens fui, ideo ea scripsi, & publicavi rogatus, meumque Signum apposui consuetum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis confirmationis, communitionis, suppletionis, statuti, constitutionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Prædicta omnia confirmat Pius II.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimoquarto tertiodecimo Kalendas Iulii (*a*) Pontificatus nostri Anno sexto.

PAULUS II.

Post Pii II. mortem die 14. Mensis Augusti anno 1464. tametsi Cadaveris translatio Romam, & dissidium de loco conclavis (*b*) diuturnius aliquanto portenderent Interpontificium ante Conclavis ingressum; postea vero etiam novæ leges excogitatæ (*c*): nihilominus die 30. ejusdem, ut Infessura, & Auctor Chronici Bonon. docent, seu 31. ut monet Platina hac in re minime deferendus, videlicet intra consuetos dies quindecim eligitur Pontifex Petrus Barbus Presb. Card. S. Marci, qui Paulus II. dici voluit. (*d*) Coronatio ad diem 9. Septembris dilata, ut solennior fieret. (*e*) sedit annos 6. menses 10. dies 26. Apoplexia decessit anno 1471. die 26. Julii, aut 28. si Platinæ adhibeatur ulla fides.

More Prædecessorum, Vicarium Basilicæ instituit cum amplissima potestate spirituali & temporali in res & personas tam ipsius Basilicæ, quam omnium ejus membrorum Secular. & Regularium, Episc. Sebenicens.

Ex Regesto I. Officior. Pauli II. pag. 210. ap. Archiv. Apost. Vatic.

CH. 67. Mart.

Paulus II. Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Urbano Episcopo Sibinicen. (*f*) in Romana Curia residenti; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Etsi ex debito Ministerii pastoralis superna nobis dispositione commissi circa universarum Urbis & Orbis Ecclesiarum statum salubriter, & prospere dirigendum, nos deceat

(*a*) Putant nonnulli, Annalista Italiæ nuperus (*to. 9. pag. 488.*) certo scit, Pium II. Roma profectum esse Anconam versus, die 18. Junii. Nos interim nostra hac Constitutione freti sequenti die adhuc Romæ esse Pontificem affirmamus. Quin etiam Ciaconio adhæremus, qui celeberrimi Cosmi Medices tum florentis auctoritate discessisse eum docet ab Urbe ad balnea Petriolana, valetudinis ergo; indeque per Sabinos, Umbros, Picentes lectica jacentem delatum fuisse Anconam. Ibi Ducem Venetorum expectans belli socium, occubuit mortem die 14. Augusti hora secunda noctis.

(*b*) Antonius Dux Amalphitanus Pii II. sororis filius Celani in Marsorum oppido tunc degens, creditusque Ursinorum Procerum partes sequi, Hadriani arcem non reddiderat. Quare Patres illinc ad novenam, & ad Conclave transituros incessit timor non modicus: jamque ad S. Mariæ super Minervam Comitia habenda esse pars eorum decreverat. Pars vero alia & sanior, & major evicit, ut in antiqua Pontificum Sede apud Basilicam Principis Apostolorum haberentur; quare excusso omnes inani metu, eo conveniunt stato die, post missam Spiritus Sancti, 27. Augusti.

(*c*) Res nova, atque antea inaudita evenit altera comitiorum die. Duodeviginti leges conditæ firmatæque sunt communi omnium Cardinalium voto & jurejurando pro bona Pontificatus administratione; quas refert Card. Papiensis (*comm. lib. 2.*) Videsis Ciacon. & N. Alex. (*to. 8. cap. 1. art. 8.*) Id moris in consuetudinem transiit. Quare Augustinus Patritius (*tit. 1.*) de Conclavi agens: *Consueverunt*, inquit, *nostris temporibus Patres, antequam ad electionem deveniant statuere quædam communi consensu a futuro Pontifice confirmanda, quæ postea singuli subscribunt juramentoque astringunt, se observaturos, si ad Pontificatum assumantur.* Huc haud dubie Panvinius respexit in *Adnot. ad Clem. V.* at nimis alte moris meminit: idcirco se dicturum fatetur de ratione creandi Pontificis juxta suorum temporum consuetudinem: *Ut nihil postremo desit, quod accuratus lector desiderare possit.*

(*d*) Primo quidem non Pauli; sed *Formosi* appellationem assumserat. Quum vero formosissima is esset specie, a Patribus admonitus eam deseruit, ne hujusmodi naturæ dotes sequutus videretur. Perinde abjecit nomen *Marci*, quod sibi indiderat, ne nimio patriæ studio crederetur teneri. Hæc tradit Ciacon. ex Card. Papiensi.

(*e*) Consecratio, benedictio, & coronatio, necnon ad Lateranum processio uno eodemque die Dominico, seu etiam solenni, fiebant per hæc tempora. Hinc est, quod Pontifices vides, non prima adveniente Dominica die coronatos: multa enim parari oportuit ad tantas solennitates necessaria. Quare Paulus non die 2. sed 9. Septembris *coronam potestatis* accepit, ut Card. Papiensis testatur (*ubi sup.*)

(*f*) *Sebenicensis* haud dubie legendum Spalatensi in Dalmatia Archiepiscopo subjectus. Sebenicum in littore maris Adria-

Prærogativa Baſilicæ Vatic.

ceat eſſe intentos; circa tamen Patriarchalem Principis Apoſtolorum Baſilicam, dignitate, vetuſtate, & honore præcipuam (*a*) ac Salvatoris noſtri Sudario, aliiſque plurimis Sanctorum venerandis reliquiis, & indulgentiarum muneribus decoratam, tanto potioribus ſtudiis aciem noſtræ conſiderationis tenemur extendere; quanto ipſius Baſilicæ excellentia atque noſtra erga ipſum Apoſtolorum Principem ſingularis devotio id expoſcit. Cupientes igitur, ut ipſa Baſilica cujus, dum Cardinalatus fungeremur honore, Archipresbyter fuimus, in ſpiritualibus & temporalibus reformetur, ac noſtræ proviſionis opere, coadjuvante Altiſſimo, creſcat in benedictionibus gratiarum, & divinus cultus in ea continuum recipiat incrementum; de tua quoque providentia, circumſpectione, & aliis virtutum donis, quibus perſonam tuam illarum largitor Dominus inſignivit, ſumentes fiduciam ſpecialem, ac ſperantes, quod illa, quæ tibi committenda duximus, ad ipſius Baſilicæ decorem & utilitatem laudabiliter & fideliter exequeris; Fraternitatem tuam ex nunc noſtrum in dicta Baſilica in ſpiritualibus & temporalibus generalem Vicarium (*b*) auctoritate Apoſtolica, uſque ad beneplacitum noſtrum, per præſentes facimus, conſtituimus, & etiam deputamus, & nihilominus tibi omnes & ſingulos Canonicos, Beneficiatos, Clericos & perſonas præfatæ Baſilicæ præſentes, & futuras, tam conjunctim, quam diviſim, quoties expedire videbitur, ex nunc inantea ipſi in dicta Baſilica Miſſis, & aliis divinis Officiis diurnis atque nocturnis perſonaliter intereſſe, & in illis ſervire, necnon cum Cappa aut Cotta, ſeu ſuperpelliceo, & alias honeſte per Baſilicam prædictam incedere, ac in illa & ejus Choro permanere, & ſilentium dum inibi Miſſæ & divina hujuſmodi celebrabuntur, tenere & ſervare; nec non illi ex eis, ad quos id pro tempore pertinebit, Miſſas & divina prædicta bene & punctatim celebrare, dicere & recitare, Cruceſque & Calices, Paramenta, pannos, jocalia, & alia ornamenta dictæ Baſilicæ munde & nitide conſervare, aliaque, & Miſſarum, & divinorum eorumdem venuſtatem, & decorem facere: alias, juxta & ſecundum prædictæ Baſilicæ hactenus canonice editas, ac forſan a nobis de cetero, per correctionis, limitationis, additionis, diminutionis, & caſſationis eorumdem modos, vel ipſorum aliquem, ſeu aliquos edenda & condenda ordinationes & ſtatuta, omnino teneantur, & ad id aſtricti exiſtant, auctoritate noſtra monendi, & eis præcipiendo mandandi, necnon etiam, quoties tibi expedire videbitur, Capitulum inibi convocandi & congregandi, dictiſque Canonicis, Beneficiatis, Clericis, & perſonis præſentibus & futuris, & eorum ſingulis, ut ipſi, vel eorum aliqui Capitulum niſi in tua dumtaxat præſentia facere, aut capitulariter aliquid pertractare, ſeu gerere, vel ordinare, quodque tam ipſi, quam eorum præfatæ Baſilicæ præſentes & futuri Camerarii, & Officiales, vel ipſorum aliquis Caſalia, domos, terras, vineas, ſilvas, prata, paſcua, herbatica, territoria, tenimenta, aliaque jura, & bona mobilia ad ipſam Baſilicam pro tempore pertinentia, vel eorum aliquod, abſque tui conſcientia alicui, vel aliquibus, etiam ad minimum tempus, affictare, arrendare, ſeu locare, aut ad firmam vel annuam penſionem, ſive alias quomodolibet locare vel concedere, & quod aliquis ex Camerariis & Officialibus præſentibus & futuris Baſilicæ prædictæ, eorum officia hujuſmodi, niſi tuam ſuper illis confirmationem petierint, & ſuſceperint, aliqualiter exercere, aut in illis vel illo ſe intromittere ullo umquam tempore non poſſint, neque debeant, eadem auctoritate diſtrictius inhibendi; nec non tam præſentes & futuros, quam etiam illos, qui in humanis ad præſens vitam agentes, fuerunt hactenus Baſilicæ prælatorum, ac dilectorum filiorum Capituli, Camerarios & Officiales omnes & ſingulos, ut libros & alia ſcripta quæcumque ſuper receptis habitis expoſitis geſtis factis & adminiſtratis per eos in ſuis officiis, hujuſmodi confecta tibi realiter conſignare, ac ulterius ut de receptis habitis expoſitis & adminiſtratis prædictis omnibus & ſingulis, & etiam ſi forſan de illis computum & rationem reddiderint, & abſolutionem ac liberationem & quietantiam ab eiſdem Capitulo, vel alias quomodolibet obtinuerint, tibi computa & fidelem rationem reddere, & id totum quod ex ipſis receptis habitis expoſitis & adminiſtratis

Vicarium Apoſtolicum declarat Epiſc. Sebenic.

Singill... commit tu... Munera ...

Convo... Capituli.

Camera... & Offcial.

Reviſio ... num jam ... tarum.

Adriatici urbs maritima ad orientem ſub Venetorum ditione ſedes Epiſcopalis facta eſt a Bonifacio VIII. *Provincial. Labb. & Schelestr. Antiquit. Eccl. to. 2. pag. 764.*

(*a*) Gregorii XI. Conſtitutionis quam modica apud Succeſſores omnes auctoritas.

(*b*) Huc revocanda quæ diximus ad Pii II. Litteras Apoſtol. 1458. 1462. & 1464. *pagg.* 159. 171. & 184. Videri quidem poſſent tantam in Vicarios hujuſmodi poteſtatem Romm. Pontifices effudiſſe, quum præcipue Archipresbyteri reip. cauſa Roma aberant. Et vero Richardus Oliverius Longolius de Augio Gallus ex Normannia vir inſignis, maxime commendatus a Card. Papienſi, conſtitutus erat Archipresbyter a Paulo II. an. 1465. eique Baſilica Vaticana non modica beneficia refert accepta, quippe qui & palatium Archipresbyterale excitavit, & ſimulachrum æneum S. Petri aut ornavit, ut vult Turrigius, aut fieri curavit deſtructa Jovis Capitolini ſtatua, ut tradit Ughellus (*de Epiſc. Portuen.*) Sed idem Paulus Legatum eum miſit Peruſiam, ubi ſupremum obiit diem an. 1470. xv. Cal. Sept. Paulo ſuperſtite qui ei ſuffecit Baptiſtam Zeno ſororis filium, de quo infra. Attamen leve id fundamentum eſſe oſtendunt quæ per totum hoc ſeculum eveniſſe comperiemus.

(*a*) Hoc

ſtratis tam de præterito, quam de futuro temporibus remanſerit, ſeu ſuperfuerit, eisdem Capitulo & Baſilicæ integre reſtituere & aſſignare dicta auctoritate cogendi, & compellendi, ac omnes & ſingulas de quibuſvis ex caſalibus, domibus, terris, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, herbaticis, territoriis, juribus, & bonis Baſilicæ hujuſmodi per eoſdem Capitulum tam in perpetuum, quam ad certa tempora, tam ſingularibus ejuſdem Baſilicæ Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, quam aliis Laicalibus & Clericalibus perſonis, ſub quibuſvis formis, aut verborum expreſſionibus hactenus factas locationes, conceſſiones, alienationes, & venditiones, etiamſi ſuper illis Apoſtolica licentia, ſeu confirmatio intervenerit, examinandi, ac illas ex eis, quas in læſionem præfatæ Baſilicæ emanaſſe repereris, ſi per Sedem præfatam confirmatæ non fuerint, auctoritate præfata caſſandi, revocandi, & annullandi; necnon illorum poſſeſſores ſeu detentores ad eorum reſtitutionem integram præfatæ Baſilicæ per eos tunc faciendam etiam cogendi, nec non etiam, quoties opus fuerit, contra Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & perſonas dictæ Baſilicæ præſentes & futuros, omnes & ſingulos, ſuper eorum pro tempore exceſſibus criminibus culpis demeritis & delictis præmiſſa auctoritate inquirendi, (*a*) eoſque tam pro illis, quam etiam pro tranſgreſſionibus, & inobedientiis mandatorum ſeu monitionum, quæ ipſis tam conjunctim, quam diviſim auctoritate præſentium pro tempore feceris, excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti, ac aliis, de quibus tibi videbitur, etiam pecuniariis pœnis dicta auctoritate ligandi, ac pecuniariis pœnis hujuſmodi condemnandi, & mulctandi; necnon ligatos, & condemnatos pro tempore prædictos, juxta ſanctiones Canonicas, corrigendi, caſtigandi, carcerandi, ac ſuis pro tempore Beneficiis, & Officiis præfatæ Baſilicæ, ſi eorum demerita id exigant, privandi, & ab illis realiter amovendi, ipſaſque ſententias, cenſuras, & pœnas mitigandi, minuendi, relaxandi, ac eos ab illis abſolvendi, necnon cum eis ſuper irregularitate, ſi quam ſententiis ipſis, vel earum aliqua, ratione præmiſſorum, vel alicujus eorum pro tempore ligati Miſſas & alia divina Officia, non tamen in contemptum Clavium, celebrando, & ſe illis immiſcendo pro tempore contraxerint, diſpenſandi, aliaque omnia & ſingula quæ ad hujuſmodi Vicariatus Officium, ejuſque liberum exercitium tam de jure, quam de conſuetudine (*b*) pertinere noſcuntur, ac alias in præmiſſis omnibus & ſingulis neceſſaria fuerint, & quomodolibet opportuna, faciendi, gerendi, & exequendi, & ad id, ſi opus fuerit, auxilium brachii ſecularis invocandi plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, uſque ad dictum beneplacitum concedimus facultatem: quam etiam ad Eccleſias ac alia membra & loca eccleſiaſtica ſecularia & regularia ipſius Baſilicæ (*c*) omnia & ſingula, eorumque pro tempore Gubernatores, & perſonas extenſam fore decernimus, & extendimus per præſentes. Non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon præfatæ Baſilicæ etiam per Sedem præfatam factis ac juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque: Volumus autem, quod ad actualem prolationem ſententiæ privationis illorum ex Canonicis ipſius Baſilicæ, contra quos exigente juſtitia te procedere contigerit, nullatenus procedas, donec a nobis aliud habueris in mandatis. (*d*)

Cum jure ...andi ſi qui ...uerint.

...um Capi... ...ei ſubji...

Et quidquid juris eſt Baſilicæ Vatic.

In Canonicos reſervatio aliqua.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, IV. Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno quarto. (*e*)

Sup-

(*a*) Hoc Vicarii munus aliquanto amplius conſueto jam noſti Apoſtolica ex auctoritate proficiſci.

(*b*) Recte juri adjungit conſuetudinem. Neque enim Joannis XXI. ac Nicolai III. Conſtitutionibus nititur tanta Vicarii poteſtas; ſed conſuetudine, quæ jam invaluerat, vices Apoſtolicas hujuſmodi Vicariis committendi.

(*c*) Hinc luculentius evincitur diſcrimen inter Vicarium Archipresbyteri, & Vicarium auctoritate Apoſtolica inſtitutum.

(*d*) Neceſſaria limitatio poteſtatis ne tot præcedentes Conſtitutiones Baſilicæ noſtræ ſimul corruerent.

(*e*) Et Paulum inire annos a die 25. Martii ut ejus Deceſſor Pius II., eſt evidens: nam dies 12. Martii anni Civilis ab Januar. menſe non congrueret cum anno quarto Pontificatus, cujus exordium a die nona Septembris ſequentis ſumitur. Secus ſi annus 1467. producitur ad 25. Martii ſequentis anni: fluebat enim menſis ſeptimus anni quarti, quum dabantur hæ litteræ.

(*a*) In

Supprimit Monasterium S. Catharinæ Ord. S. Benedicti prope Basilicam, illudque cum suis Bonis omnibus unit & adnectit Capitulo, ut in habitationum usum convertatur pro Canonicis Beneficiatis &c. alienandi facultate interdicta.

Ex Autogr. in Archiv. Basil. Vat. (a) Caps. 28. Fasc. 109. cujus transumt. extat etiam lib. B. fol. 2. & lib. D. fol. 147.

AN. CH. 1469. 3. Januar.

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi universis per Orbem constitutis Ecclesiis, ut spiritualibus proficiant incrementis, & in eis sine intermissione Majestas Altissimi collaudetur, in retributionibus Gratiarum, nos deceat pervigili cura consulere; ad Basilicam tamen Principis Apostolorum de Urbe ejus, cui dedicata est, nomine, fama, devotione, atque miraculis inter cæteras Orbis Ecclesias præcellentem (b), ac plurimis Sanctorum, Sanctarumque Reliquiis decoratam, tanto amplius, ut in ea ingens, & exuberans divini cultus amplitudo vigeat, nos convenit majori sollicitudine aciem nostræ considerationis extendere, eique super hoc opportuna auxilia exhibere, quanto ejusdem Basilicæ cura nobis specialius est commissa, ac Romani Pontificis apud illam ut plurimum residentis præsentia, & hujusmodi excellentia, & decore pensatis ad divini nominis laudem, & gloriam, Christique fidelium devotionis augmentum, ac pro ejusdem Basilicæ famæ dilatatione felici, necnon Ministrorum aliarum Ecclesiarum exemplo, & excitatione in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane pro parte dilectorum filiorum Capituli dictæ Basilicæ nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Canonici, Præsbyteri, & Clerici perpetui Beneficiati dictæ Basilicæ pro majori parte non habent Cameras pro eorum Residentia apud Basilicam prædictam (c), & propterea diurnis, & nocturnis horis in eadem, sine magna eorum incommoditate, tempore debito interesse non possunt, quodque si in Monasterio Monialium Sanctæ Catharinæ Ordinis Sancti Benedicti prope ipsam Basilicam sito, & dudum eorumdem Capituli curæ commisso (d), ac jam Abbatissa, & Monialibus destituto, Abbatissalis dignitas, & dictus Ordo supprimerentur, ac penitus extinguerentur, illiusque structuræ & ædificia, ac Bona omnia dictæ Basilicæ applicarentur, & appropriarentur, ac quamplurimæ Cameræ, & mansiones infra ambitum ædificiorum prædictorum existentes, quæ propter illorum vetustatem dirutæ, & in se ipsis collapsæ sunt, repararentur, & instaurarentur, ac ad ipsorum Canonicorum, Presbyterorum, & Clericorum Beneficiatorum usum, & decentem receptionem reformarentur, eisque sic reparatæ, & reformatæ pro eorum residentia assignarentur: Canonici, & Presbyteri, ac Clerici Beneficiati prædicti, qui Cameras, & mansiones easdem pro tempore inhabitarent, eisdem horis in dicta Basilica tempore debito, absque tanta eorum incommoditate interesse, & eidem Basilicæ in eisdem Divinis diligentius deservire valerent, ac ex Bonorum eorumdem fructibus, redditibus, & proventibus, completa ex eis reparatione hujusmodi pro eorum decentiori sustentatione, & onerum eis incumbentium commodiori supportatione aliquod reciperent sublevamen. Quare pro parte Capituli prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in Monasterio prædicto, dignitatem, & Ordinem prædictos supprimere, & extinguere, ac illius structuras, ædificia, necnon Bona omnia dictæ Basilicæ, ut præfertur, applicare, & appropriare, aliasque eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum, inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem secundum communem æstimationem, tam Beneficii uniendi, quam illius cui uniri petitur, alioquin unio non valeret, & quod semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interest, de præmissis plenarie informati, ac verum ultimæ vacationis dicti Monasterii modum, necnon fructuum, reddituum, & proventuum Basilicæ, ac Monasterii prædictorum, veros annuos valores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus

Basil. Vatic. præstantia.

Monast. S. Cathar. Ord. S. Bened. destitutum.

A Capi... petitur pro ... tatione.

Monast... & Ordine ... presso.

(a) In hac Pauli II. Constitutione, ut etiam in cæteris ejusdem Pontificis ex una parte plumbi visuntur imagines SS. Petri & Pauli sedentes.

(b) Seculum fere integrum præteriit, quum Gregorius XI. secus sentire visus est de Basil. Vatic. Plurima interim Diplomata Successorum Gregorii sunt allata huic Pauli II. sententiæ perquam simile aliquid ferentia, quæ suis locis indicantur in margine, quandoque etiam in notis. Animadverti ea velim, ne studio magis Basilicæ nostræ, quam veritatis abreptus crederer.

(c) Jam nonnulla attulimus exempla, nonnulla etiam afferemus in posterum, ex quibus liquet, fuisse tunc in more positum, ut una cum Canonicatu, ac Beneficio domus, aut cameræ assignarentur ad inhabitandum.

(d) Quanta quanta usus sim diligentia, ut hujusmodi commissionem alicunde eruerem, haud licuit certi quippiam deprehendere, tanta rerum inversio fuerat per elapsa tempora in Civitate Leonina. Pontificia tamen auctoritas instar est cujusvis maxime certi Documenti.

(a) Revo-

bus inclinati, in Monasterio prædicto, quovis modo, & ex cujuscumque persona vacet, & ex quavis causa illius dispositio ad Sedem Apostolicam specialiter, vel generaliter pertineat, Abbatissalem dignitatem, & ordinem hujusmodi Apostolica auctoritate tenore præsentium supprimimus, ac penitus, & omnino extinguimus, ipsiusque Monasterii structuras, & ædificia, ac bona omnia immobilia cum omnibus juribus, & pertinentiis suis dictæ Basilicæ perpetuo applicamus, & appropriamus. Ita quod liceat Capitulo præfatis, ex nunc structurarum, ædificiorum, & bonorum jurium, ac pretinentiarum prædictorum, possessionem, auctoritate propria libere apprehendere, & ædificia prædicta inhabitare, ac eorumdem Bonorum fructus, redditus, & proventus in reparationem præmissam, & alias in eorum, dictæque Basilicæ usus, & utilitatem convertere, & perpetuo retinere, cujusvis licentia super hoc minime requisita. Alienatione tamen eorumdem ædificiorum, & bonorum applicatorum, ac appropriatorum hujusmodi sub pœnis, in quadam nostra super hoc ædita constitutione contentis eisdem Capitulo penitus interdicta (a). Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac voluntate nostra prædicta, necnon Monasterii, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Proviso quod Ecclesia dicti Monasterii ad prophanos usus non redigatur, sed Missæ, & alia Divina Officia in ea decenter celebrentur. Volumus autem, quod Capitulum præfati infra trimestre a data præsentium computandum, ædificia prædicta reparare teneantur, & procurent cum effectu: alioquin illo elapso præsentes literæ, & omnia in eis contenta nullius sint roboris, vel momenti, & habeantur prorsus pro infectis, ipsumque Monasterium in pristinum statum revertatur. Nulli ergo &c. nostræ suppressionis, extinctionis, applicationis, appropriationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

...rimitur, ...licæ uni-

...ienandi ...e adem-

Et cum onere manutendi Ecclesiam.

Necnon reparandi ædificia intra tres menses.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, tertio nonas Januarii, Pontificatus nostri Anno sexto.

Quædam bona Immobilia Basilicæ S. Petri in Territorio Tiburtino Apostolica auctoritate conceduntur in Emphiteusim Simoni Contareno, Pontificis Nepoti ex consobrina sub annuo Canone 45. Ducatorum.

Ex Regesto XII. epistolar. Secret. Pauli II. pag. 279. Ap. Archiv. Apost. Vatic.

...CII. ...70. ...Maji.

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Magistro Andreæ de Fano, Clerico Fanen. Notario nostro pro nobis & Romana Ecclesia in Civitate nostra Tiburtina Gubernatori; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ex injuncto nobis Apostolicæ servitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe utilitati valeat provideri: &, ut illa optatum sortiantur effectum, cum a nobis petitur favorem Apostolicum impartimur. Dudum siquidem a nobis emanarunt litteræ tenoris subsequentis. Paulus Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus judiciis sit rectitudo justitiæ &c. *prout de verbo ad verbum Lib. Primo. de Curia hujusmet Pontificis*. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Simonis Contareni Clerici Venetiarum, Subdiaconi nostri petitio continebat, infra nostram Civitatem Tiburtinam, & ejus Diœcesim sint nonnulla possessiones jura & bona immobilia ad præfatam Basilicam legitime spectantia (b), ex quibus nomine fictus, seu locationis annuæ, triginta dumtaxat Ducatos auri de Camera, & non ultra, singulis annis Basilica ipsa percipere consuevit; quæ quidem possessiones, jura, & bona, si dicto Simoni, quoad viveret, in Emphiteosim concederentur præfatus Simon pro illorum annuo censu, sive Canone, quadraginta quinque Ducatos similes eidem Basilicæ, seu illius Archipresbytero & Capitulo annuatim solveret, quod profecto in evidentem ipsius Basilicæ, seu illius Mensæ Capitularis utilitatem cederet. Quare dictus Simon, qui secundum carnem nepos noster ex Consobrina nostra genitus, & nobilis Venetus exi-

...litteræ ...II. ci-

Reditus antiqui exprimuntur Bonor. Tiburtinor.

(a) Revocari huc oportet quæ in Dissertatione diximus de duplici Monasterio S. Catharinæ *pag.* 57. *& seq.*

(b) Bullarii nostri (*to.* 1. *pag.* 137.) extant litteræ Apostolicæ, per quas Alexander IV. an. 1257. Ecclesia S. Mariæ Tiburtinæ Fratribus Ordinis Minorum concessa, possessiones, & bona omnia ad eam spectantia elargitur Capitulo in perpetuum. Eas vero litteras sequuntur aliæ (*pag. seq.*) de ineunda possessione. Num hic de iisdem bonis mentio sit, mihi incompertum. Triginta dumtaxat ducati aurei inde quotannis provenientes; quin etiam quinque & quadraginta exhibiti his litteris aut partem illius donationis, aut ignota nobis alia bona indicant.

existit, nobis humiliter supplicavit, ut possessiones jura & bona prædicta sibi, quo ad vixerit, sub eodem censu annuo quadraginta quinque Ducatorum in Emphiteosim concedi mandare, aliasque super hoc opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur de præmissis expositis certam notitiam non habentes, ipsaque bona possessiones & jura, & eorum qualitates, quantitates, situs, confines, & valores præsentibus pro expressis haberi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus designatis tibi prius possessionibus bonis & juribus prædictis, de præmissis expositis omnibus & singulis, ac eorum circumstantiis universis, per te ipsum plenam auctoritate nostra recipias informationem, & si servata forma præinsertarum litterarum ita esse, dictamque concessionem, si fiat, in evidentem ejusdem Basilicæ seu Mensæ Capitularis utilitatem cedere repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, possessiones bona & jura prædicta cum omnibus & singulis eorum domibus, & pertinentiis præfato Simoni, quo ad vixerit, in Emphiteosim, sub dicto annuo censu quadraginta quinque Ducatorum, ipsi Basilicæ seu Mensæ Capitulari singulis annis persolvendorum eadem auctoritate concedas: Et nihilominus si concessionem hujusmodi per te vigore præsentium fieri contingat, facias dictum Simonem, vel ejus Procuratorem, seu negotiorum gestorem legitimum, possessionibus bonis juribus domibus & pertinentiis supradictis pacifice frui, atque gaudere: Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus, quod tu ex personis, quibus litteræ Apostolicæ de jure dirigi debent, forsan non existas, ac felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris nostri, quæ incipit: *Statutum quod circa Judices* (*a*), & aliis constitutionibus, & ordinationibus, ac litteris Apostolicis etiam a nobis emanatis, (*b*) nec non statutis, & consuetudinibus ejusdem Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis contrariis quibuscumque. Aut si Archipresbytero & Capitulo præfatis vel quibusvis aliis communiter, vel divisim, ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus præsentium, aut tuæ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, seu differri, & quæ, quo ad hoc, ipsis Archipresbytero & Capitulo, vel alteri cuicumque noluimus aliquatenus suffragari.

Census dimidio major exhibetur.

Sub eod. datur in emphiteusim.

Contrariis quibuscumque derogando.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo, septimo Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno sexto.

Sixtus

(*a*) Constitut. laudatæ, *C. Statutum de rescriptis Cap. XI. in 6.* quæ huc spectant, sunt hujusmodi: *Sancimus igitur, ut nullis nisi dignitate præditis, aut Personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium canonicis causæ auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, vel legatorum ejusdem de cætero committantur; nec audiantur alibi, quam in civitatibus vel locis insignibus, ubi possit commode copia peritorum haberi.*

(*b*) Puta quas harum litterarum initio commemorat, ad rem nostram non facientes, ideoque prætermissas.

(*a*) Præ-

SIXTUS IV.

Poſt Pauli II. obitum die 26. Julii an. 1471. quintadecima Interpontificii die, ſeu 9. Auguſti Mag. Franciſcus de Ruvere Savonenſ. Card. S. Petri ad vincula (*a*) eligitur. Sixtus IV. nuncupatur. Die 26. ejuſdem menſis, quæ erat Dominica, benedicitur & coronatur. (*b*) Sedet annos 13. dies 4. obitque ſupremum diem 13. Auguſti inter quartam, & quintam horam noctis Anno 1484. (*c*)

Canonicatum, Præbendam, & Cameram Canonicalem confert Chriſtophoro Jacobi Cintii (d) ſeu de Cintiis.

Ex Regeſto VI. Bullar. Sixti IV. pag. 296. ap. Arch. Apoſt. Vat.

. CH. 471. Nov.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Chriſtophoro Jacobi de Cintiis Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

nonicatus, præbendæ vacæS. S

Vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem omnes Canonicatus & Præbendas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe tunc vacantes, & inantea vacaturos collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, (*e*) decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum Canonicatus & Præbenda (*f*) Baſilicæ prædictæ, quos quondam Laurentius de Venetinis ipſius Baſilicæ Canonicus, dum viveret, obtinebat per obitum ipſius Laurentii, qui curialis non exiſtens, in Urbe in qua proprium habebat domicilium diem clauſit extremum, vacaverint & vacent ad præſens, nulluſque de illis, præter nos, hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis: Nos volentes tibi præmiſſorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem, teque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis a jure vel ab homine quavis occa-

Canonicatum vacantem confert Pontifex.

(*a*) Præſtantiſſimum hunc Pontificem ſummis jure laudibus efferunt Philelphus, Card. Ægidius, & Panvinius, qui tota Europa clariſſimum fuiſſe ait, antequam purpuram aſſequeretur. Potiori autem jure a nobis pro virili commendabitur, ubi conſtitutiones proferemus an. 1479. die 8. Decemb. & 1482. Cal. Martii.

(*b*) Coronationis ſolennia ſeptemdecim dies dilata eſſe, ad tertiam nempe ab ejus electione Dominicam diem, quis mirabitur. At res nova evenit in Pontificis hujus conſecratione, quæ coronationem plus æquo produxit. In more majorum poſitum erat, teſte Auguſtino Patritio (*tit.* 2.) ſeu (*ſect.* 2. *c.* 1.) quod eſt in editione electi Corcyrenſis, ut uno eodemque die electus Pontifex conſecraretur Epiſcopus, benediceretur, & Coronæ inſignia ſuſciperet. Sixtus autem conſecrari voluit Epiſcopus ante eaſdem Pontificias ſolennitates: *Quoniam noſtris temporibus*, ait Patritius, *brevitatis ſtudio alio die facta eſt: ut in perſona fel. rec. Sixti Papæ IV. qui quum fuit electus, presbyter tantum erat, primo ponemus ordinem ipſius conſecrationis epiſcopalis ſine benedictione & coronatione.*

(*c*) Sunt inter Scriptores ejus ævi qui Sixti obitum prævertunt uno die. Sed fides major adhibenda eſt celebri æreo monumento, quod in noſtra Baſilica Vaticana ſervatur. Ibi autem legitur: *Obiit Idibus ſextilis hora ab occaſu quint a Anno Chriſti* 1484. *vixit annos* 70. *dies* 22. *horas* 12.

(*d*) Inclyta ex hac Familia Romana Canonicum & hodie habemus magnæ expectationis, qui nonnullis præclare functus muneribus Apoſtolica auctoritate ſibi demandatis, ſeptimo jam anno Auditoris Cameræ Locumtenens antiquior, ſtrenuum, æquique ac recti acerrimum vindicem ſe præbet. Is eſt Ill. Balthaſſar Cincius, Præſul ætate, ingenio, & J. U. ſcientia florentiſſimus.

(*e*) Tertio dumtaxat menſe gerebat Pontificatum Sixtus. Quare non multo antea Canonicatus & præbendas ſibi reſervaverat. Attamen quatuor Canonicos eodem anno, & die ab hoc Pontifice inſtitutos, indicata hîc Diplomata luculente oſtendunt. Quid autem, inquies, reſervatione opus habuit Pontifex Beneficiorum Baſilicæ Vaticanæ; ſi ex Regulis Cancell. jus iſtud generale erat? At vidimus in ſuperioribus conſueviſſe Romanos Pontifices Vicarios generales inſtituere in noſtra Baſilica cum ampliſſima facultate in ſpiritualibus, & temporalibus; cujuſmodi ante biennium inſtitutus fuerat a Paulo II. Necnon Pium II. poteſtatem etiam ejuſmodi Vicario elargitum eſſe Beneficia conferendi, ut notavimus *pag.* 184. *not. a*. Quamobrem reſervatio iſta neceſſaria fuit. Præterea moris fuiſſe comperiemus infra, ut per hæc tempora tali Pontifices formula uterentur in collationum quarumlibet Diplomatis, juxta Regulas Cancellariæ jam tum vigentes.

(*f*) Uberrime de Præbendis Du-Cangius, Gloſariique illuſtratores Maurini PP. Hinc nihilominus notionem præ aliis, quas adducunt parabiliorem accipimus. Præbenda hîc non eſt cibi ac potus portio diurna; non eſt portio Canonicalis, ſeu diviſio prædiorum &c. a menſa Canonicali, Vaticana enim hujuſmodi diviſionibus nec fuit unquam, neque eſſe poteſt obnoxia; denique nullius eorum generum portio eſt, quæ recenſentur in Gloſſario: immo ne portio quidem ædium, ſeu domicilium, quo uſus eſſet Canonicus, in cujus locum aut mortui, aut ad majora evecti, alius ſuccederet: paulo enim infra Cameræ Canonicalis mentio eſt, quæ ad hujuſmodi Canonicatum pertinebat. Erat autem ſeparatus a communi maſſa aliquis reditus ex Eccleſia etiam Parochiali, aut aliunde percipiendus, ut abunde in 6. Decretal. *lib.* III. *tit.* III. & *ſeqq.* adnexus Canonicatui iſti, non illi; antequam Portiones omnes æquales fierent Apoſtolica auctoritate, juxta primævam inſtitutionem. Quod planum fiet, ubi ad Sixtum V. perveniemus. De hujuſmodi præbendis loquitur Joannes XXII. (*to.* I. *pag.* 270.) non autem Nicol. III. ut (*ibid. not. a*) indicatur, re non explorata.

occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, quoad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Canonicatum & Præbendam præfatos, quorum fructus redditus & proventus centum Florenorum auri de Camera secundum communem extimationem, valorem annuum, ut asseris, non excedunt, (*a*) sive præmissis sive alio quovis modo aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Laurentii, vel alicujus alterius de illis in Romana curia, vel extra eam etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, vacent; etiam si tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta Concilii ad Sedem Apostolicam legitime devoluta, ipsique Canonicatus & Præbenda dispositioni Apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reservati existant (*b*), & super eis inter aliquos in dicta Curia, vel extra eam, lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat, cum plenitudine juris Canonici, ac Camera Canonicali, (*c*) quam dictus Laurentius ratione Canonicatus, & Præbendæ prædictorum apud ipsam Basilicam obtinebat, necnon omnibus juribus & pertinentiis suis, Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illis etiam providemus, decernentes, prout est, irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis constitutionibus, nec non dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate

Quomodocumque vacaverit, & vacet.

Contrariis Constitutionibus derog.

roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui Apostolica vel alia quavis auctoritate in dicta Basilica in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis ipsius Basilicæ speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus, generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quibus omnibus te in Cannicatus & præbendæ prædictorum assecutione volumus anteferri; sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Canonicatuum, & Præbendarum, seu Beneficiorum aliorum, præjudicium generari, seu si dilectis filiis Archipresbytero (*d*) & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non possint, quodque de Canonicatibus & Præbendis ipsius Basilicæ, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem præsentationem seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Pro-

Necnon ... stolicis lit... de futura co... tione.

Et specia... bus collation... privilegiis.

(*a*) Reditus canonicatuum per ea tempora centum octoginta aureos non excedebat, atque eorum quidem canonicatuum, queis præbenda erat adjuncta. Quare hinc duo valde perspicua videntur esse: primum, ex Donationibus, quas recensuimus; tenues admodum reditus ad mensam Capitularem provenisse: alterum vero, quamdiu eidem mensæ Basilicæ Fabrica juncta fuit, non modicam redituum partem instaurandæ eidem fuisse addictam.

(*b*) Consulendi hîc sunt Canonistæ de Devolutione ad S. Sedem. Vide etiam Thomassin. (*De Beneff. II. lib. 1. cap. 51.*) ubi de Conciliis Lateran. III. & IV.

(*c*) In Censuali libro Archivi nostri per Grimaldum fieri cœpto, & a Successoribus Præfectis continuato aliquæ visuntur domus ad Basilicam spectantes, quæ Præbendæ nomen adnexum habent. Quid vero? Cameram Pontifex assignat Christophoro Cincio non uti præbendam; sed ratione Canonicatus & præbendæ: ut ea videlicet uteretur pro domicilio, quemadmodum usus erat Laurentius de Venetinis, qui Canonicatu eodem, eademque præbenda fruitus erat. Quamobrem aut ex redditibus domorum hujusmodi præbendæ illæ conficiebantur, aut Grimaldus longo proximus intervallo iis temporibus, quum præbendæ vigebant, opinionis errorem est sequutus.

(*d*) Superiori anno, ut diximus *pag.* 190. Archipresbyter adlectus fuerat a Paulo II. Baptista Zeno sororis filius, qui dignitate eadem fruitus est usque ad Seculi insequentis initia. Pluribus & ipse Legationibus Sixto IV. Pontifice functus est Perusii nimirum, Umbriæque, & ad Venetos: quæ res magis magisque comprobat Basilicæ nostræ Vicariorum potestatem tam effusam per ea tempora. Ad hunc quum erat Protonotarius epistolam dedit 262. Card. Papiensis, qua in studiis literarum eum confirmat: *Plus*, inquiens, *illæ ad te honestandum afferent, quam Zenonia omnis nobilitas*. Præter nobilitatem generis scriptores commendant opes ejus ingentes, ajuntque ad quinquaginta Scutorum millia instaurandis, ornandisque Ecclesiis, ac piis locis expendisse: Ciacon. & Ughell. de Episc. Vicentin. (*to.* 5. *pag.* 1064.) Est notatu dignum quod Bembus *Hist. Venet.* ap. Victorellum enarrat de ejus morte: *Patavii Baptista Zenus e Cardd. Collegio moritur, grandi pecunia, argentique fabrefacti magno pondere Testamenti Tabulis suæ genti, & propinquis, & Sacerdotum Collegiis, & Reip. relicto. Absconderat hic Roma veniens aliquot ante annos auri libras* 260. *Anconæ in Ædis Sacræ pariete: de eo Alexander* (VI.) *a Senatu certior factus, aurum abstulit.* Liberalitate alia in nostram Basil. usum esse nemo memoriæ prodidit, præter constructionem Oratorii lit. p. indicati in Tabula Ichn. Alpharani prope Sacellum Chori a Sixto IV. ædificati, extra parietem meridionalem Basilicæ. Quod cæteroqui Oratorium pro Elisabethæ matris anima, quæ fuit neptis Eug. IV. & soror Pauli II. excitavit, ornavitque. Archipresbyterorum quoque utilitati consulens magnum stabulum ædificavit prope Palatium S. Inquisitionis, quod hodieque extat in usum fenilis conversum.

(*a*) Vox

Procuratorem idoneum, & cum ad Ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes. Nulli ergo &c. absolutionis, collationis, provisionis, constitutionis, & voluntatis infringere. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, nonis Novembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Tribus Episcopis demandatur possessio prædicti Canonicatus, quam novus Canonicus per se, vel per Procuratorem inire possit.

Ex eodem Regesto ibidem.

CH. 71. Nov.

SIxtus Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Alerien. & Esculan. ac Urbinaten. Episcopis; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Hodie dilecto filio Christophoro Jacobi de Cintiis Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Canonicatum & Præbendam dictæ Basilicæ tunc per obitum quondam Laurentii de Venetinis olim ipsius Basilicæ Canonici in Urbe, in qua Curialis (a) non existens, proprium habebat domicilium defuncti vacantes, & antea dispositioni Apostolicæ reservatos cum plenitudine juris Canonici, ac Camera Canonicali, quam dictus Laurentius ratione Canonicatus & Præbendæ prædictorum apud ipsam Basilicam obtinebat, necnon omnibus juribus & pertinentiis suis, Apostolica auctoritate contulimus; & de illis etiam providimus gratiose, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Vos, vel duo, aut unus vestrum, si, & postquam dictæ litteræ vobis præsentatæ fuerint, per vos vel alium seu alios eumdem Christophorum, vel Procuratorem suum, ejus nomine, in corporalem possessionem Canonicatus & Præbendæ ac Cameræ, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducatis auctoritate nostra, & defendatis inductum, amoto quolibet detentore ab eisdem, facientes ipsum Christophorum, vel dictum Procuratorem pro eo, ad dictam Præbendam in præfata Basilica in Canonicum recipi, & in fratrem stallo sibi in Choro, & loco in Capitulo ipsius Basilicæ cum dicti juris plenitudine assignatis, sibique de ipsorum Canonicatus, & præbendæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus, quæ in dictis litteris voluimus non obstare, seu si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo Basilicæ prædictæ, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim, ab Apostolica Sede indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita, compescendo.

Possessionem ineundam committit.

Obstacula omnia removet.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, Nonis Novembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Georgio de Ruvere confertur Canonicatus Basilicæ Vaticanæ cum domo Canonicali qua prius utebatur Georgius de Cæsarinis, ut supra.

Joanni Jacobo de Sclafenatis Canonico Basilicæ Vaticanæ conceditur quædam Camera cum Officinis in Basilica supradicta prius obtenta a Jacobo Gajetani. Joanni Jacobo supradicto conceditur domus Canonicalis Basilicæ Vaticanæ cum illi contiguis hortulo, vinea, aliisque juribus suis, prius obtenta a Fabiano de Monte Politiano.

Georgio de Castellanis Beneficiato conceditur una ex Cameris Beneficialibus Basilicæ Vaticanæ, cum hortis, stabulo, aliisque juribus eidem domui annexis, ut supra.

Joannes Baptista della Ganda obtinet Canonicatum Basilicæ Vaticanæ etiam cum Cameris & pertinentiis suis prius possessis a Petro Valletarii, ut supra.

Supradictus Georgius de Castellanis jam Beneficiatus Basilicæ Vaticanæ provehitur ad Canonicatum ejusdem Basilicæ ac etiam Altaristatum queis antea fruebatur Antonius de Forolivio, ut supra.

Unit

(a) Vox ista in Constitutione Benedicti VIII. occurrens apud Ughellum persuasit Du-Cangio, ut crederet *hospites*, & *mansionarios* Curiæ obnoxios appellari consuevisse Curiales. At Constitutio hæc, perinde ac superior, omne amovet dubium, quin pro Curiali accipiendus sit Romanus civis: aut nobili genere is esset, aut humiliori; modo ex Romanis parentibus natus, aut civitate donatus esset.

(a) Vul-

Unit, adnectit, & incorporat Monasterio S. Rufilli Ecclesiam Parochialem S. Petri de Foro Pompilio Brectonorien. Dioecesis, ad favorem Petri Belli Clerici Forolivien. qui Monasterium idem in Commendam obtinuerat ab Apostolica Sede.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vat. Caps. 32. Fasc. 100.

AN. CH. 1475. 9. Maji.

SIxtus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicæ servitutis Officium nobis licet immeritis ex alto commissum circa Monasteriorum, & aliorum Regularium locorum quorumlibet statum in melius dante Domino prosperandum, curis exactis exequi soliciti, libenter illa opportunæ provisionis impendimus auxilia, per quæ Monasteria, & alia loca ipsa prosperiores complectantur eventus, & salubribus proficiant incrementis. Dudum siquidem parochiali Ecclesia Sancti Petri de Foro Pompilio (*a*) Bretonorien. dioc. (*b*) certo modo vacante, nos de illa sic vacante quondam Damiano de Parma concessimus provideri. Cum autem postmodum ipse Damianus litteris Apostolicis super concessionis gratia hujusmodi nondum confectis apud Sedem Apostolicam diem clauserit extremum, ipsaque Ecclesia adhuc eo, quo dum eidem Damiano, ut præfertur, concesseramus provideri, vacaverat, modo vacare noscatur. Et sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Petri Belli Clerici Forlivien. qui Monasterium Sancti Rufilli (*c*) de Foro Pompilio Ordinis Sancti Benedicti dictæ dioc. ex concessione, & dispensatione Apostolica in Commendam obtinet, petitio continebat, quod dictum Monasterium causantibus temporum malitia adeo est in suis fructibus redditibus, & proventibus deterioratum, quod illius Abbas, sive Commendatarius pro tempore existens, ex eis decenter se sustentare, & onera sibi ratione dicti Monasterii pro tempore incumbentia commode perferre nequit, quodque si dicta Parochialis Ecclesia cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem Monasterio perpetuo uniretur, annecteretur & incorporaretur, indemnitati dicti Monasterii opportune consuleretur, & præfatus Petrus, ac illius pro tempore existens Abbas, sive Commendatarius decentius sustentari, ac onera prædicta facilius perferre valeret. Quare pro parte dicti Petri asserentis Ecclesiæ prædictæ, fructus redditus, & proventus viginti quatuor Florenos auri de Camera secundum communem extimationem, valorem annuum non excedere, ac dilecti filii nobilis Viri Pini de Ordelaphis (*d*) pro nobis, & Romana Ecclesia in Civitate nostra Forlivien. in temporalibus Vicarii, nobis fuit humiliter supplicatum, ut Ecclesiam hujusmodi cum omnibus juribus, & pertinentiis suis præfato Monasterio perpetuo unire, annectere, & incorporare, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter cætera voluimus, quod petentes beneficia aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem tam Beneficii Ecclesiastici uniendi, quam illius, cui unio fieri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret, ad partes vocatis quorum interest, præfatum Petrum a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & Poenis a ju-

Eccl. Parochialis Fori-Pompilii vacans semel, & iterum.

Petitur ab Abb. Commendatario Monast. S. Rufilli.

Ejusdem [...] ditus 24. [...] cat. non [...] dunt.

Condi[...] ad unioni[...] cessaria[...]

(*a*) Vulgo *Forlimpopoli* insignis olim civitas Flaminiæ cum Sede Episcopali. Hanc memorabili barbarie Grimoaldus Langobardorum Rex solo æquavit anno 667. in pervigilio Paschatis, cæsis ad internecionem civibus. *Paul. Diac. Blond. Sabellic.* eamdem a Foroliviensibus instauratam, seculo demum quartodecimo vir ille summus Card. Ægidius Albornotius tyrannis Ordelaffis eripuit, ac solo æquavit: quare Episcopalis Sedes translata est Brectonorium, estque hodie oppidum non vulgare retinens idem vetustum nomen Fori-Pompilii, Brectonorien. Episcopo subjectum.

(*b*) Antiquissimum Brectonorii nomen, in Donationibus S. Sedi factis a summis Principibus celebre, est *Castrum Sussubium*: quam rem alibi evulgavi ipse primus ex Cod. Ms. Documentorum quæ collegit Card. de Aragonia (*Giornale de' Letterati an.* 1747. *pag.* 5.) Ubi ajebam, quod ultimus Brectonorii Comes anno 1177. S. R. Ecclesiæ & Alexandro III. *Castrum ipsum Bretonorium, quod alio nomine vocatur Subsubium, & totam terram suam, licet ab antiquo juris B. Petri fuerit, sacros. R. E. in prima hæreditate donavit, & ad majorem ipsius donationis firmitatem Domino Alex. Papæ, suisque successoribus publicum exinde instrumentum fieri fecit.*

(*c*) Rosellum Populiensem vocat Honorius III. in sua Constitutione (*to.* 1. *pag.* 108.) Rufillum de Foro Pompilii, & Ruphyllum Foropompiliensem Alexander III. eum nuncuparat ante Honorium (*to.* 1. *pag.* 61. & 66.) Rofillum appellat Albertus in Flaminia (*Ital. pag.* 306.) ac demum Rofilum Card. Baronius (*an.* 359. *n.* 60.) ubi agens de S. Gaudentii Episcopi Ariminensis Martyrio post Ariminense Concilium: *Una*, inquit, *cum S. Gaudentio stetisse dicuntur Sancti Episcopi Rofilus Populiensis, & Mercurialis Episcopus Liviensis.* Magnæ Sanctitatis fuisse hic Episcopus fertur, pluresque in ejus honorem Ecclesiæ Deo dicatæ memorantur. Præ aliis celebris est ipso in oppido Fori-Pompilii Eccl. olim Monasterii (hodie parochialis) a Pio IV. unita nostræ Basilicæ, de qua disserte meus Collega ad laudatas constitutiones, quas consule: Ex prima earumdem intelliges, Monasterium ibi floruisse, antequam Brectonorium, quo Sedes Episcopalis translata fuit, ad S. Sedem rediret.

(*d*) Si forte ullam adhibes fidem Annalistæ nupero, ubi præcipuas Ecclesiasticæ ditionis civitates S. Sedi fidenter eripit, vindicatque antiquis tyrannis, eorumque generi: verba hæc Sixti IV. confer cum inficetis Annalistæ mendaciis (*to.* 9. *anno* 1480.) Ordelafforum familiam annos 150. dominatam esse Forolivii affirmat, doletque comitem Hieronymum Riarium Pontificis nepotem post Pini mortem absque prole legitima assequutum esse a Pontifice illius urbis dominium (fiduciario nimirum jure) Interea firmiori auctoritate nos docemur, ante quinquennium quam moreretur, Pinum Ordelaffum, non dominum, sed Vicarium S. Sedis in ea civitate se gessisse.

(*a*) Jure

a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon omnia, & singula alia Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, quæ dictus Petrus etiam ex quibusvis Apostolicis dispensationibus obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ jus sibi quomodolibet competit quæcumque, quotcumque & qualiacumque sint, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores, necnon verum, & ultimum dictæ Ecclesiæ vacationis modum, ac Monasterii prædicti fructuum, redituum, & proventuum verum annuum valorem præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Ecclesiam prædictam, sive ut præmittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per obitum dicti Damiani, vel illius liberam, aut cujusvis resignationem de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut Constitutionem felicis recordationis Johannis Papæ XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit. Execrabilis, vel assecutionem alterius Beneficii Ecclesiastici, quavis auctoritate collati, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. Statuta, Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque Ecclesia dispositioni Apostolicæ specialiter, vel ex eo, quod dictus Damianus dilecti filii nostri Juliani tituli Sancti Petri ad Vincula Presbyteri Cardinalis (a) familiaris, continuus commensalis extitit, generaliter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo tempore dat. Præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis præfato Monasterio auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Itaque liceat eidem Petro, seu Abbati dicti Monasterii pro tempore existenti per se, vel per alium seu alios corporalem Ecclesiæ, juriumque, & pertinentiarum prædictorum possessionem auctoritate propria apprehendere, illiusque fructus, redditus, & proventus in suos Ecclesiæ, & Monasterii prædictorum usus, utilitatemque convertere, & perpetuo retinere Diocesani loci, & cujuslibet alterius licentia super hoc minime requisita. Non obstantibus priori voluntate nostra prædicta, & quibuslibet Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Monasterii, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, & inde secuta quæcumque ad dictam Ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari; & quibuslibet aliis Privilegiis, Indulgentiis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem; quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujusmodi Ecclesia prædicta debitis non fraudetur obsequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur. (b) Et insuper ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, constitutionis, & voluntatis infringere. Si quis autem &c.

[margin: ...m Ecclesiam Monasterio ...]

[margin: Idem possessionem ... a Commendatario]

[margin: Tollit quid quid obstare posset.]

[margin: Onera incumbentia Commendatario.]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, septimo Idus Maji, Pontificatus nostri Anno quarto.

Funda-

(a) Jure ac merito familiares ipsos tanti viri singularibus prosequutus erat Beneficiis. Hic scilicet Cardinalis S. Petri ad Vincula est Julianus de Ruvere de Albizzola Pontificis Fratris filius, qui postea Ostiensis Episcopus, & Pœnitentiarius; ac demum Summus Pontifex est creatus an. 1503. Duobus & triginta annis quum Cardinalis fuit tam multa pro S. Sede præclare gessit, deque ea meritus tam bene est: ut uno eodemque die conclave ingressi sint Cardinales, & Julianus ad Petri Sedem ascenderit. Plura de tanto Pontifice dicenda erunt, ubi ad ejus constitutiones pro nostra Basilica ventum erit.

(b) Huc revocanda collegæ mei verba (*to. 1. pag. 61. not. b.*)

(a) Alpha-

Fundatio Capellaniæ SS. Lamberti & Servatii in S. Mariæ de Febribus cum Jurepatronatus ad favorem Fundatoris Georgii Cæsarini. (*a*)

Ex Autogr. Arch. Baſ. Vatic. capſ. 25. faſc. 311.

AN. Chr. 1477. 12. Jun.

** Suppl. Baſilicæ.*

Cappellania fundatur & dotatur.

Cum reſervatione Juris patronatus.

** Suppl. Jus patronat.*

** Pater Sancte*

BEatiſſime Pater. Alias quondam Georgius de Ceſærinis Canonicus * Principis Apoſtolorum de Urbe Sedis Apoſtolicæ Protonotarius, dum in humanis ageret, in dicta Baſilica in Subtribuna Sanctæ Mariæ de Febribus (*b*) conſtrui & ædificari fecit quamdam Capellam ſub vocabulo Sanctor. Lamberti, & Servatii; & deinde condens de bonis ſuis in ejus ultima voluntate teſtamentum, ſepulturam ſuâm in dicta Capella elegit, ac pro illius dote quamdam vineam in diſtrictu dictæ Urbis ad eum legitime pertinentem, & nonnulla alia bona tunc expreſſa aſſignavit, quæ Martyrologio prædictæ Baſilicæ, ut eſt moris, annotan., & deinde Capellam devoto Oratori veſtro Juliano Mariotti Clerico perpetuo Beneficiato in dicta Baſilica Capellano, quo ad ejus vitam, & eo vita functo alteri Capellano, qui ter in hebdomada Miſſam in dicta Capella pro ipſius Georgii, & ſuorum animarum ſalute celebraret. Item cum expoſt de cetero perpetuis futuris temporibus vacare contigerit, Gabrieli de Cæſarinis ſuo Nepoti, eorumque hæredibus ex maſculina linea deſcendentibus reſervari voluit *, prout in teſtamento prædicto cujus tenore &c. plenius continetur. Cum autem * P. S. Capella prædicta in beneficium Eccleſiaſticum nondum erecta fuerit, ſupplicat S. V. dictus Julianus Orator; quatenus, ne voluntas præfati Teſtatoris inexecuta remaneat, providere, dictumque teſtamentum confirmare & approbare, Capellam prædictam in Beneficium Eccleſiaſticum erigere, & bona prædicta relicta ei pro ejus dote prædicta aſſignare, deque illa ſic erecta cujus fructus &c. XXIIII. * *fl. tu. par.* ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedunt a ſui erectione hujuſmodi vacan. dicto Oratori providere, ſeu provideri mandare; necnon Juspatronatus, & præſentandi perſonam idoneam ad ipſam Capellaniam, dum pro tempore vacabit, hac prima vice excepta, præfato Gabrieli, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus ex maſculina linea deſcendentibus imperpetuum reſervari concedere, & aſſignare, ſeu præmiſſa omnia & ſingula fieri mandare dignemini de gratia ſpeciali; Non obſtant. conſtitut. & ordinat. Apoſtolicis, dictæque Baſilicæ juramento &c. roborat. cæteriſque contrariis quibuscumque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis. Fiat ut petitur F.

Et de reſervatione juris patronatus pro Gabrieli & ſucceſſoribus prædictis imperpetuum ut præfertur.

Et obſtan. Beneficiales Oratoris habeantur pro expreſſis.

Et cum abſolutione ad effectum &c.

Et litteræ abſque reſervatione Jurispatronatus pro Oratore expediri poſſint

Et major, & verior ſpecificatio præmiſſorum, & circa ea neceſſariorum, fiat in litteris.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum pridie Idus Junii, Anno ſexto.

Con-

(*a*) Alpharani Tab. Ichnograph. num. 168. Sacellum innuit SS. Lamberto, & Servatio Epiſcopis dicatum in S. Mariæ de Febribus, hodie Sacrario Baſilicæ, eſtque alterum ad ingredientium dexteram partem, ſeu verſus auſtrum, quod vulgo audit *Altare delle Reliquie*, quum ſacræ ibi Sanctorum Reliquiæ cuſtodiantur. Sacellum etiam Canonicorum appellatur, ab eorum ſepulturis. De cujus antiquitate Alpharanus, Grimaldus, Martinellus, & Ciampinus ita loquuntur, ut ante fundationem hujus Capellaniæ certi nihil afferant. Fundationem ipſam nos exhibemus ex ſupplicatione originali quam quicumque chartula excepit, ſibi potius, quam poſteritati conſuluit, tam inſolenti, atque inepta ſcribendi ratione uſus eſt. Quare veniam petimus, ſi unum aut alterum verbulum quis offendat ſenſu vacuum, ne inexploratum putet. Neque vero aut fundatio ejuſmodi, aut ſepulturæ Canonicorum ſunt præcipuum Sacelli decus. Quum enim Georgius Cæſarinus Baſil. Vatic. Canonicus Capellaniam hanc fundavit, dotavitque ſuo in teſtamento, ſibi ſepulturam ibidem elegit, quod antea tam Canonici quam Beneficiati & Clerici ſepulturæ mandabantur in veteri Baſilica. Quamobrem recentiores ſcriptores miſcent tempora, quum Sacellum Canonicorum antiquitus appellatum putant, quod plane nomen ſero admodum illi acceſſit, ut videbimus quum de nova Baſil. ſermo erit. Seculo fere integro elapſo poſt Capellaniæ hujus fundationem, novum multoque amplius attulit decus eidem Sacello S. Joannis Chryſoſtomi corpus eo tranſlatum: atque conſtat ex Altaris conſecratione in ejuſdem dictorumque Sanctorum honorem, quod docet ſchedula ibi reperta conceptis hiſce verbis: *Anno a Nativ. D. N. I. C.* 1567. *die Dom.* 27. *menſis April. Pontif. SS. D. N. P. Pii V. an.* 2. *Julius Antonius Sanctorius miſeratione Divina Archiep. S. Severinæ auctoritate ejuſdem SS. D. N. conſecravi hoc altare in honorem SS. Conſ. & Pont. Joannis Chryſoſtomi & Lamberti, atque Servatii, & tam Corpus B. Joannis Chriſti Præſulis, quam reliquias SS. Martyrum Sebaſtiani, & Chriſtophori in eo incluſi &c.* Quæ quidem Schedula reperta eſt ubi Sacrum illud corpus Urbani VIII. juſſu recognitum, ad Capellam Sixtinam a fundamentis inſtauratam, magnificeque ornatam translatum fuit anno 1626. Quæ omnia opportunius explicabuntur ſuis locis. Quemadmodum vero ſacrum hoc pignus, quod colebatur in veteri alio Sacello *in medio tranſitus* (ait Alpharanus num. 164.) *a Templo S. Petronillæ, ad Templum S. Mariæ de Febribus ad Orientem*, ut patet in Tab. Ichnogr. eodem numero, ſublatum inde eſt, quum vetus id Sacellum una cum aulis Sanctimonialium hinc inde (vulgo *le murate di S. Pietro*) eſt exciſum, ne novi auguſti Templi ædificio impedimento eſſet; ita & Canonici ſepeliri deſierant in veteri Baſilica, cœperuntque tumulari in hoc Sacello, quod Georgius Cæſarinus ad ſuam ſepulturam jampridem elegerat. Ac de hujus quidem Canonici prima, & valde antiqua ſepultura, ſatis explorata res eſt: ſecus de certo tempore, quum generalis omnium Canonicorum eſſe cœpit.

(*b*) Duo erant Templa ejuſdem ſtructuræ orbicularis exterius, interius vero octangularis, quorum formam & ſitum habemus in Tab. Ichnogr. Alpharani. Horum primum quod S. Paulus I. S. Petronillæ Virgini dedicarat, exciſum fuit, ubi novæ Baſilicæ jacta ſunt fundamenta. Alterum, quod ſupereſt, verſumque eſt in Sacrarium noſtræ Baſilicæ, S. Mariæ de Febri-

bus

Confirmat locationem cujusdam loci in Burgo a Capitulo factam Celso Millino ad vitam sub annuo censu libræ piperis: ita tamen ut locum ipsum Basilicæ utiliorem reddi curet proprio sumtu.

Ex Regesto XXXVI. Bullar. Sixti IV. pag. 42. ap. Archiv. Apostol. Vatic.

N. CH. 1477. .. Jul.

SIxtus Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Etsi universis per orbem constitutis Ecclesiis Apostolica nos deceat provisione consulere; Basilicæ tamen Principis Apostolorum de Urbe, quæ nobis magis proxima est, ampliori nos convenit sollicitudine providere, & ea, quæ pro ipsius Basilicæ, necnon Ecclesiasticarum in illa divinis laudibus deditarum personarum commodo, & utilitate processisse comperimus, ne successu temporis impugnationi subjaceant, Apostolico munimine roborare. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Magistri Celsi de Millinis ipsius Basilicæ Canonici, Referendarii, & familiaris nostri petitio continebat, quod olim Prior & Capitulum dictæ Basilicæ provide considerantes, quod in Burgo Sancti Petri esset quidam locus, sive petia terræ, incultus, in quo dudum fuerat quædam Fornax ad decoquendum lateres, & Coctilia, pleno jure ad mensam Capitularem dictæ Basilicæ spectans, & pertinens, ex quo nullum penitus percipiebant fructum, quodque magni sumptus, & expensæ ad locum ipsum claudendum, & cultivandum requirebantur; ne locus prædictus inutilis & infructuosus eidem Basilicæ perpetuo redderetur, locum ipsum dilecto filio nostro Joanni tituli Sanctorum Nerei & Achillei Presbytero Cardinali Urbinaten. (a) tunc dictæ Basilicæ Canonico, & in minoribus agenti ad vitam suam, nec non dilecti filii Petri de Millinis ejus Germani, absque alicujus census solutione facienda, sed ut locum prædictum clauderent, & ad culturam reducerent, una cum omnibus juribus & pertinentiis suis locarunt, dederunt, & concesserunt; & deinde, sicut eadem petitio subjungebat, idem Prior & Capitulum cupientes dictæ mensæ conditionem efficere meliorem, ac certis rationabilibus animum eorum moventibus causis, locationem & concessionem eidem Cardinali factas hujusmodi, ipsi Celso ad vitam suam sub annuo censu unius Libræ Piperis per eumdem Celsum in festivitate beatorum Petri & Pauli Apostolorum eidem mensæ Capitulari persolvendæ nostro & Sedis Apostolicæ beneplacito & auctoritate interveniente prorogarunt, & de novo locum ipsum sub dicto annuo censu unius Libræ Piperis locarunt, dederunt, & concesserunt, prout in diversis desuper confectis instrumentis, quorum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Quare pro parte dicti Celsi nobis fuit humiliter supplicatum, ut prorogationi, concessioni, & locationi prædictis, & inde secutis quibuscumque, pro eorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque attendentes, quod dictus Celsus locum prædictum intendit manutenere, & reparare, nec non sibi, qui dicti Cardinalis Nepos ac litterarum Apostolicarum Abbreviator existit (b), in præmissis opportune providere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati prorogationem, necnon locationem, & concessionem de novo per

...s locatus ...bitur.

...atio jam ...a facta ...ue censu.

Cum onere locum meliorandi.

Facta iterum cum censu aliquo.

Auctor. Apostolica confirmatur.

---

bus nuncupabatur. Quam scilicet denominationem mutuatum fuit ab uno, ac præcipuo e septem Sacellis, quæ in totidem angulis constituta erant, & de quibus abunde Alpharanus cæterique Scriptores. Prædictum autem Sacellum S. Mariæ de Febribus existebat in eo angulo, per quem hodie patet aditus ad Chorum. Venerabilis vero imago SS. Virginis ipsissima illa est, quam veneramur translatam in aquilonare aliud Sacellum Sanctiss. Trinitatis vocatum, sanctisque martyribus Cosmæ, & Damiano sacrum: atque una cum puero Jesu corona aurea redimitam a Capitulo nostræ Basil. ex singulari, quo utitur, privilegio coronandi Imagines Deiparæ insignes miraculis. Eodemque in Sacello ab Ansuino Beneficiator. priore amplissime dotato extant nostra Beneficiatorum, & Clericorum sepulchra. (Alpharan. *num.* 174. Ciampin. *de Sacr. Ædif. cap.* 4. *sect.* 13.

(a) Ad S. Mariæ de Populo in Epitaphio sepulchro ejus marmoreo insculpto appellatur Joannes Baptista: perinde a Ciaconio in Sixto IV. & ab Ughello (*Ital. sac. to.* 2. *p.* 794.) Summi hujus viri vel prima ætas insignis. Septennem Joannes XXIII. Canonicum Lateran. adlegit. Nicolaus V. Vicarium S. Petri magno cum Basilicæ incremento declaravit, quum temporis summo utebatur jure hujusmodi Vicarius ex Apostolica auctoritate, ut sæpe vidimus: Cardinalem etiam creasset; sed *unum solum obstitit*, (si fides Platinæ, *quod Romanus erat: tanta est infelicitas nostrorum temporum, ut cum multis patriæ splendor ad consequendos honores profuerit, solis Romanis vehementer obsit. Reformidant isti Romana ingenia, quod ea in plerisque ad amplitudinem, ad omnem denique virtutem nata & alta esse videantur.* Cortina Platinæ parum verat. Seditiones conjurationesque tum frequentes, Porcarii recens, quam memorat, Romanis aliquot Civibus obfuere, non patria. Cæterum Joannes Baptista præclaris functus muneribus domi & foris, nostræ etiam Basilicæ Canonicus, Datarius, & Episcopus Urbinas ætate jam gravis a Sixto IV. creatus Card. Presb. SS. Nerei & Achillei: at post biennium moritur, anno videlicet 1478. ætatis 73. quum peste urbs laboraret. Tres menses in Vatic. Basil. quievit: inde ad S. Mariæ de populo ad Capellam, quam ipse ædificarat in loco sibi concesso a Sixto IV. qui eam Ecclesiam a fundamentis erexit, divisitque oratoria inter amicos, quorum unus erat Card. Joannes Baptista. Vide plura ap. Ciacon. post Sixtum IV. ubi vita insignis hujus viri a Platina conscripta; ap. Ughell. *to.* 2. ap. Ciampin. de Parco Majori.

(b) Canonicum & hunc fuisse nostræ Basil. recte affirmans Ughell. & inter Ferettanos seu Leopolitanos Episcopos eum recensens (*to.* 2. *pag.* 850.) ab Innocentio VIII. electum Canonicum docet 1484. Calend. Octobr. Nos vero ex Autographis Regestis Sixti IV. in Tabulario secretiori Apost. Vatic. habemus, multo ante Innocentium VIII. factum fuisse Canonicum a Sixto IV. anno Pont. V. seu 1476. eodem nempe anno, quum

per Priorem & Capitulum eidem Celso factas hujusmodi, & inde secuta quæcumque rata habentes & grata, illas & illa Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes & singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem. Non obstantibus Constitutionibus &c. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis, approbationis, communitionis & suppletionis infringere &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, tertiodecimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Locationem cujusdam domus factam a Capitulo ad vitam conductoris cum onere instaurandi Ecclesiam S. Catharinæ, & solvendi annuum censum, ratam habet, & confirmat.

Ex Regesto XXXVII. Bullar. Sixti IV. pag. 203. Ap. Archiv. Apost. Vat.

AN. CH. 1479. 27. Sept.

SIxtus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Ea, quæ pro Basilicarum, & Ecclesiarum quarumlibet commodo & utilitate, præcipue in favorem Fratrum & Coepiscoporum nostrorum provide facta fuisse comperimus, ut firma & illibata permaneant, libenter, cum a nobis petitur, Apostolico munimine roboramus. Sane pro parte Venerabilis Fratris nostri Bartholomæi Episcopi Ferrarien. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias dilecti filii Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, provide attendens, quod, licet olim ipsi certam partem domorum ad Ecclesiam olim Monasterium Monialium Sanctæ Catharinæ, sitam in Platea dictæ Basilicæ & ipsi Basilicæ canonice unitam bonæ memoriæ Nicolao Episcopo Faren. ad ejus vitam tantum, sub certo annuo censu modis & conditionibus tunc expressis locavissent, (a) ipseque Nicolaus Episcopus tunc in humanis agens omne jus sibi in dictis domibus competens in præfatum Bartholomæum Episcopum transtulisset; tamen postmodum, dicto Nicolao vita functo, dicta pars domorum ei concessa ad eosdem Capitulum devoluta erat; quodque tam prædictæ, quam nonnullæ aliæ domus ad dictam Ecclesiam pertinentes, pro earum conservatione & reparatione, non modica continue egebant impensa, quæ præfatis Capitulo nimium onerosa & dispendiosa foret, eisque parum utilitatis afferret; & quod si domus prædictæ eidem Bartholomæo locationis, vel alio justo titulo, concederentur, ipse Bartholomæus Episcopus non solum illas, & dictam Ecclesiam Sanctæ Catharinæ repararet, & conservaret; verum etiam in structuris & ædificiis plurimum melioraret, & augeret; præfatas domos eidem Bartholomæo Episcopo, dilecto filio Luca de Paxis Canonico Ferrarien. pro ipso Bartholomæo Episcopo recipiente, & stipulante, dummodo ad hoc Apostolicæ Sedis assensus interveniret, sub annuo censu duarum Librarum Piperis eisdem Capitulo annis singulis in festo beatorum Apostolorum Petri & Pauli persolvendo, locarunt, & titulo locationis ad vitam ipsius Bartholomæi Episcopi dumtaxat concesserunt, prout in quodam publico Instrumento desuper confecto dicitur plenius contineri. Quare pro parte ejusdem Bartholomæi Episcopi, qui noster secundum carnem Nepos existit, nobis fuit humiliter supplicatum, ut locationi & concessioni hujusmodi, pro earum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur domorum prædictarum situs, confines, & designationes, ac dicti Instrumenti tenorem præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, locationem & concessionem præfatas, ac, prout illas concernunt, omnia & singula in dicto Instrumento contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplemusque omnes & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica,

Antiqua locatio facta a Capitulo ad vitam Episc. Faren.

Recentior facta similiter Episc. Ferrarien.

Cum reparation… censu an…

Apost… auctoritate …nitur.

quum Patruum ejus præstantissimum, de quo nuper, in sacrum collegium Cardd. cooptavit. Ciampin. de Parco Majori Ughellum sequitur, at uterque decipitur. Anno 1498. decedit Romæ, suæque in gentis Capella ad S. Mariæ de Populo sepelitur. Platina in vita Joannis Bapt. Card. hunc, Mariumque ejus fratrem summis effert laudibus. Ex inclyta hac Rom. Familia & nos sacra purpura ornatum suspicimus Marium Millinum, quem ex Sac. Rotæ Decano creavit Cardinalem Presb. S. Marcelli Benedictus XIV. an. 1747. Id vero maxime dolendum, quod vir iste præstantissimus inclytæ ejusd. Romanæ Familiæ ultimus jam quartum & septuagesimum agit annum.

(a) Huc revocanda quæ diximus in Differt. *de duobus Monast. S. Cathar. num.* 15. *& seq. pag.* 56.

(a) Mira-

ſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis, & ſuppletionis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Quinto Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

Fundationem Capellaniæ ad Altare Crucifixi in S. Mariæ de Febribus hodie, Sacrario noſtræ Baſilicæ, quam hæres Fundatoris executioni non mandaverat, committit exequendam Archiepiſcopo Salern. & duobus Epiſcopis.

Ex Regeſto XLIX. Bullar. Sixti IV. pag. 15. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

[...]I. CH. [...]479. [...] Jun.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Salernitan. (*a*) & Urbevetan. ac Faventin. Epiſcopis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

[...]rita per- [...]aCapella- [...]ſtituendi.

Grata devotionis, & familiaritatis obſequia, quæ dilectus filius Petrus de Ghirardutiis Clericus Parmen. Clericus perpetuus Beneficiatus in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, Acolytus & familiaris noſter, nobis & Apoſtolicæ Sedi hactenus impendit, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtit, nec non vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus perſonam ſuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut ſibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dicti Petri petitio continebat, quod quondam Dominicus de Philipputiis Canonicus dictæ Baſilicæ condens de bonis ſuis in ejus ultima voluntate teſtamentum, cupiens temporalia in cæleſtia felici commercio commutare, inter cætera unam perpetuam Capellaniam ad Altare Crucifixi (*b*) Canonicorum præfatæ Baſilicæ ſub tetudine, & ambitu Capellæ Beatæ Mariæ de Febribus (*c*) fundavit, ac illam de parte bonorum ſuorum dotavit, & per duos perpetuos Capellanos obtineri voluit, nec non ex tunc Hieronymum Mariani Roncioni Clericum Romanum ejus Nepotem in unum ex duobus Capellanis, qui dictæ Capellaniæ deſervire tenerentur, elegit, & eumdem Hieronymum hæredem ſuum univerſalem inſtituit; ac Juspatronatus, & præſentandi perpetuos Capellanos ad dictam Capellaniam dicto Hieronymo, & Succeſſoribus ſuis, Jus vero præſentatos inſtituendi dilectis filiis Capitulo ſeu Vicario præfatæ Baſilicæ voluit pertinere, prout in dicto teſtamento plenius dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dicto teſtatore vita functo dicta Capellania aliter, quam ut præfertur, in tempore dicto Hieronymo in teſtamento præfixo erecta non fuerit, & idem Hieronymus Capellanus ad aliam partem Capellaniæ hujuſmodi infra tempus ei in dicto teſtamento præfixum minime præſentaverit, & alia ordinata in dicto teſtamento non adimpleverit, & executioni mandare non curaverit, pro parte dicti Petri nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Capellaniam prædictam erigi, aliaſque ſuper executione voluntatis dicti teſtatoris opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui divinum cultum noſtris temporibus augeri, & pias decedentium voluntates debitæ executioni mandari intenſis deſideriis affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eumdem Petrum qui familiaris noſter eſt, & Præpoſitus Fabricæ ſacri hoſpitalis noſtri Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, quod a fundamentis reædificari fecimus, exiſtit, & ut aſſerit quoddam perpetuum Beneficium Eccleſiaſticum Clericatum nuncupatum in dicta Baſilica obtinet, præmiſſorum obſequiorum & meritorum ſuorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes, ipſumque Petrum ab omnibus & ſingulis Excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque

[...]ndatio & [...]Capella-

Neglecta ; oſt Fundatoris obitum.

Pontificia auctoritas pro executione invocatur.

(*a*) Miraris forſan, id muneris tributi a Pontifice Salernitano Archiepiſcopo? Audi ex diariis apud Oldoinum quæ in Ughelli nova editione habentur de Petro Guillelmo de Rocca, qui erat Archiepiſcopus Salernitanus: *Fuit hic tantæ auctoritatis apud Sixtum IV. ut vice ipſius Papæ ſubſcriberet chirographa, ac ſupplicationes.* Romæ is eſt mortuus an. 1482. Sixto ſuperſtite, ſepultuſque ad S. Mariæ de Populo. Duo Epiſcopi collegæ ſuis & ipſi inſignes meritis. Nam Urbevetanus erat Georgius Roboreus; & Faventinus erat Federicus Manfredi Aſtorgi filius, quem una cum Carolo fratre, Galeotus alius frater, ut tutius dominaretur Faventiæ, ſuperiori an. 1478. e patria expulerat. Quare Romæ degebat profugus ſuaque a Sede pulſus, qua Ughellus ultro ſe abdicaſſe putat. Conſule novam ejus editionem *to.* 2. *pag.* 504. & notam ſubjectam *num.* 2.

(*b*) Quid ſibi vult *Crucifixi Canonicorum*? Equidem non aliud fuiſſe hoc Sacellum crediderim, quam indicatum ab Alpharano (*num.* 173.) ubi latere omnino admonet, cui dicatum eſſet: namque & hodie maximo ſuper Armario ad Argenteam aureamque ſuppellectilem cuſtodiendam in Sacelli ejus loco collocato Crucifixus antiquus extat ad imaginem alîus argentei fictus, qui Borboniorum manus evaſit, fuitque conflatus ſacris reficiendis vaſis, quæ invaſores impii abſtulerant: conſtanſque traditio eſt loco motum nunquam fuiſſe.

(*c*) De hac diximus ſupra pag. 200. not. b.

(*a*) Julia-

aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ut præsentium dumtaxat consequatur effectum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, nec non omnia alia & singula Beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura, quæ dictus Petrus etiam ex quibusvis Apostolicis dispensationibus obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ Jus sibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, redditRuum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, si, & postquam vocatis executoribus dicti testamenti, & Hieronymo prædictis, & aliis, qui fuerint evocandi, de præmissis vobis legitime constiterit, Capellaniam prædictam sine cura ad præfatum Altare, quæ per duos perpetuos Capellanos obtineri debeat, auctoritate nostra erigatis, & illi de bonis dicti Testatoris, juxta illius ordinationem, dotem assignari faciatis, & nihilominus si erectionem, & assignationem prædictas per vos vigore præsentium fieri contigerit, ut præfertur, alteram portionem dictæ Capellaniæ, cujus fructus, redditus, & proventus vigintiquatuor florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, cum illa erecta & dotata fuerit, ut præfertur, non excedunt; sic a sua primævà erectione vacantem cum omnibus juribus & pertinentiis suis eidem Petro dicta auctoritate conferre & assignare curetis, inducentes per vos, vel alium, seu alios eumdem Petrum vel Procuratorem suum ejus nomine, in corporalem possessionem alterius portionis Capellaniæ, juriumque, & pertinentiarum prædictorum, & defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac facientes Petrum, vel pro eo Procuratorem prædictum ad portionem Capellaniæ hujusmodi, ut est moris, admitti, sibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra præfata per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Seu si dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint; quodque de hujusmodi vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si dictus Petrus præsens non fuerit ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum; dummodo in absentia sua per Procuratorem, & cum ad Basilicam ipsam accesserit corporaliter, illud præstet. Seu quod idem Petrus Beneficium prædictum, Clericatum nuncupatum, in dicta Basilica noscitur obtinere. Nos enim cum eodem Petro ut Capellaniæ portionem prædictam, si sibi vigore præsentium conferatur, recipere & cum illa Beneficium prædictum, Clericatum nuncupatum, quoad vixerit, retinere libere & licite valeat, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus supradictis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, de specialis dono gratiæ dispensamus. Proviso quod Beneficium & Capellania hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis; sed illorum congrue supportentur onera consueta, & insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, septimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri An. octavo.

Pontifex exequendam commisit.

Ejus possessionem inducendam decernit.

Obsta... quæcumque movet.

Dispensa... per plurali... nefic.

Cho-

Chorum, seu Capellam Sixtinam ab se fundatam SS. Conceptioni, sanctisque Francisco Assisiati, & Antonio de Padua nuncupatam dedicat, plenariam largitur indulgentiam festis tribus diebus SS. Concept. & Sanctor. Franc. & Antonii, utrique sexui. Mulieres inde arcet quovis alio tempore excommunicatio latæ sententiæ. (a)

Ex Regesto XII. Bullar. diverf. Sixti IV. pag. 504. ap. Archiv. Apost. Vatic.

[.] CH. [1]479. Dec.

SIxtus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, cui a Domino in terris collata est ligandi potestas atque solvendi, ad excitandam devotionem fidelium suæ curæ commissorum nonnunquam Ecclesias, Capellas, ac loca in honorem Sanctorum tam olim, quam etiam novissime dedicata indulgentiarum muneribus ornat; ut fideles ipsi Sanctorum eorumdem recolentes memoriam & Ecclesias, Capellas, ac loca ipsa pro consequendis peccatorum remissionibus visitantes, quod alias suis meritis non valerent impetrare, apud Deum illorum intercessionibus facilius consequi mereantur. Sane postquam reparationi, restaurationi, & constructioni multarum almæ Urbis Ecclesiarum intenderamus, considerantes tandem extremæ peregrinationis nostræ diem, cogitavimus apud Basilicam Principis Apostolorum de eadem Urbe, ad quam specialem gerimus devotionis affectum, nostram eligere sepulturam,(b) ac ob id extra, & juxta ipsius Basilicæ dexterum parietem amplam Capellam cum Altari construi & ædificari fecimus pro divinis officiis inibi ad laudem divini nominis honorifice, & devote persolvendis. Nos igitur, qui ad gloriosam Domini nostri Jesu Christi genitricem Virginem Mariam, ac Sanctum Franciscum, & Sanctum Antonium de Padua, quorum meritis & intercessione Altissimus non solum nos ex Ordine Fratrum minorum, qui ab eodem Sancto Francisco sumpsit exordium, & in quo a teneris annis juxta illius regularia instituta vitam duximus, ad Cardinalatus honorem, & tandem ad summi Apostolatus apicem, cum nos nostra ad id merita non juvarent, erexit; sed quamplurimas alias uberrimas gratias nobis hactenus concessit, & continuo concedere non cessat, specialem gerimus devotionis affectum, & illius vices tenemus in terris, cujus perfecta sunt opera; cupientes opus Capellæ hujusmodi ad optatum suæ dedicationis finem perducere, ut Christifideles illam eo devotius studeant congruis frequentare honoribus, quo ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ uberius conspexerint se refectos, Capellam ipsam, & in ea constructum Altare prædictum, per venerabilem fratrem nostrum Petrum Guillermum Archiepiscopum Salernitanum Referendarium, nostrum domesticum, & continuum commensalem in nostra, & venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum Romanæ Curiæ & multitudinis Populi præsentia hodie Missam in eadem Capella celebrantem Omnipotenti Deo in honorem, & sub invocatione Conceptionis prælibatæ Virginis Mariæ, cujus festum etiam hodie ex institutione Romanæ Ecclesiæ solemniter celebramus, ac Sancti Francisci & Sancti Antonii prædictorum, auctoritate Apostolica, præsentium tenore, de ipsorum fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu, opportunis ad id in eodem Altari collocatis Sanctorum Reliquiis, & convenienti dote ipsi Capellæ per nos constituta dedicari & consecrari fecimus. (c) Idcirco de ejusdem Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, universis Christifidelibus utriusque sexus vere pœnitentibus & confessis, qui Capellam ipsam nunc visitarunt, & tam hodie, quam deinceps annis singulis ipsa Conceptionis ejusdem Virginis Mariæ, qua etiam Anniversarii Dedicationis hujusmodi commemorationem fieri, & festum celebrari volumus, ac eorumdem Sancti Francisci, & Sancti Antonii festivitatum diebus, a primis Vesperis usque ad occasum solis dierum Festivita-

[O]rditur a [o]fficiæ In[dulgen]tiæ me-

[Ca]llam fun[dat i]n honor. [B.] V. San[cti F]ranc. & [Ant]onii.

Eamdem dedicat in die festo SS. Conceptionis.

Indulgentiam plenariam largitur eam visitantibus trib. dieb. festis prædictis.

(a) Urbanus VIII. an. 1627. die 22. Januar. excommunic. hujusmodi ratam habet, ut videbimus suo loco.

(b) Julianus de Ruvere de Albizzola fratris filius hujus Pontificis, a quo Presb. Card. S. Petri ad Vincula creatus erat an. 1471. (is est Julius II. Pontifex belli domique clarus, de quo plura dicenda erunt suo loco) structura elegantissimum monumentum æreum patruo faciendum curavit, epitaphio in eodem insculpto, quod cuique patet in Capella SS. Sacramenti, ubi nunc extat. Primo quidem ante ipsum Altare Capellæ Sixtinæ locatum fuit, ut Alpharan. (*num. 67.*) postea vero sacris functionibus incommodum, amoveri debuit: quumque instabili aliquandiu sede vagaretur; denique ad lævam partem Capellæ SS. Sacram. prope Altare S. Mauritii & Socior. MM. Legionis Thebææ constitit introrsum vacuum, alio translatis ossibus.

(c) Balthasar Senensis Altaris apsidem jussu Pontificis picturis hisce ornavit: Ss. Virginem expressit Seraphinis circumdatam, inferius SS. Petrum & Franciscum parte dextera, SS. Paulum & Antonium sinistra, postremo humiliori loco Sixtum IV. in orantis modum ad pedes Apostolorum Principis.

Anno

vitatum earumdem devote visitaverint, annuatim plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem elargimur. Et insuper nonnullorum Prædecessorum nostrorum qui mulieribus, ne ad Sancta Sanctorum in Lateranensi, & quasdam alias in reliquis præfatæ Urbis Ecclesiis consistentes Capellas, certis tunc expressis diebus dumtaxat exceptis ingrederentur, sub censuris & pœnis Ecclesiasticis inhibuisse dicuntur, vestigiis inhærendo, ut divina Officia in antedicta Capella sine strepitu mulierum quietius & devotius peragantur, universis mulieribus, ne sub conceptionis Virginis Mariæ ac Sanctorum Francisci & Antonii, ac in illorum honorem dedicatam hodie Capellam prædictam ullo umquam tempore, præterquam Indulgentiæ prædictæ, & Anniversarii obitus nostri diebus intrare ullatenus præsumant, sub Excommunicationis latæ sententiæ poena districtius inhibemus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Nulli ergo &c. nostræ voluntatis, elargitionis, & inhibitionis infringere &c. Si quis autem &c.

Mulieres ad eam accedentes alio tempore excommunicat.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Sexto Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno nono.

Tres Dignitates omnium primus instituit in Basilica Vaticana Decani, Archidiaconi, & Altaristæ: suis cuique muneribus decretis. Hinc Altarista esse cœpit ex corpore Canonicorum. Plura inde constituit pro Canonicis (quos creat Protonotarios Apostolicos) Beneficiatis, & Clericis.

Ex Archiv. Basil. Vat. Caps. 6. Fasc. 266. Item lib. B. pag. 130. (a)

AN. CH. 1470. 26. Maji.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Licet ex debito summi Pontificatus, cui disponente Domino præsidemus, circa Ecclesiarum quarumlibet statum salubriter, & prospere dirigendum nos deceat esse intentos; ad Venerandam tamen, Sanctamque Basilicam Principis Apostolorum de Urbe tanto diligentiori studio aciem nostræ considerationis extendimus, quanto inter alias Ecclesias singulare speculum ejus, cujus dedicata est nomine, cum ejusdem Principis, aliorumque Sanctorum, Sanctarumque Reliquiis, & Pontificum dignitate fuit decorata. Decet ergo, quinimmo omnis ratio exposcere videtur, ut quemadmodum Basilica ipsa cæteris eidem Principi in toto orbe terrarum constitutis Ecclesiis principalior, & venerabilior existit, etiam majoribus honoribus, atque Privilegiis decorari & muniri debeat. Hinc est, quod eamdem Basilicam, & illius Ministros protot & tantis meritis, ac ipsius Principis reverentia, a quo, ut omnibus fidei Christianæ cultoribus liquet, derivata est per ipsius merita plenitudo Ecclesiasticæ potestatis, & Apostolatus successio, condignis favoribus, & gratiis prosequi volentes, illis præsertim, quibus inibi cultus divinus, & devotio fidelium augeatur; Ministri quoque prædicti honoribus, & dignitatibus attollantur; indemnitati ejusdem Basilicæ consulatur: motu proprio, & non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra certa scientia, & spontanea voluntate omnes, & singulas literas, ac omnia, & singula in eis contenta Privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, indulgentias, remissiones, facultates, concessiones, & indulta a Romanis Pontificibus dictæ Basilicæ concessa, præsentibus tamen non contraria, illarum

Eximia laus Vatic. Basilicæ.

Ejus pri[vi]legia omnia [con]firmat.

Anno 1577. fere centesimo post conditam Capellam idem Altare instauratum omnino est; amotæque picturæ illæ veteres in Cryptis Vaticanis pone Sacellum S. Mariæ de Prægnantibus hodie visuntur. Ea occasione lamina plumbea est reperta, quæ mirum in modum illustrat has Apostolicas literas. In ea siquidem hæc Alpharanus legit: *Anno Chr. Sal. nono, & LXX. supra mille & C D. sexto Id. Dec. in Concept. B. M. V. celebritate Sixti IV. Pont. Max. jussu hanc Capellam, quam opere sumptuoso erexerat, magnificeque dotaverat in honorem ejusd. Dei genitricis, & SS. Confessor. Francisci, & Antonii de Padua, Rev. Petrus Guillermus Archiep. Salernit. S. Sanctitatis Referendarius dedicavit, ac consecravit, & in hoc Altari Reliquias SS. infrascriptas recondidit; videlicet: de Velo B. M. Virginis, de Spatula S. Stephani Protom., de Costa S. Laurentii M., de ossibus Spinæ S. Sixti II. P. & M., de Costa S. Sebastiani M., de Sanguine, qui fluxit ex latere B. Francisci stigmatizati, de Capillis, de Cilicio, de Tunica, de habitu ejusd. in quo mortuus est, & de cute Capitis S. Antonii de Padua. Concessit præterea idem Pont. indulgent. plenar. omnibus visitantibus hanc Capellam a primis Vesperis usque ad totum diem Conceptionis B. M. & Festivitatum SS. Francisci & Antonii prædictorum; probibuitque, nequa mulier possit aliquando intrare Capellam ipsam, nisi in Festivitatibus prædictis, & die Anniversarii sui obitus, sub pœna excommunicationis. Pontif. an. nono.* Cæterum, ut ad instaurationem Altaris redeamus, prædicto anno 1577. Gregorio XIII. Pontifice Bartholomæus Ferratinus Episcopus Basilicæ nostræ Canonicus Altare jam instauratum, multoque ornatius, quam antea, ut suo loco ostendemus, in honorem Ssmæ Conceptionis, Sanctorumque Francisci & Antonii dicatum consecravit, sacrasque omnes reliquias, quas recensuimus, in eodem recondidit, ut Alpharanus notat ex Pergamena memoria in nostro Archivo.

(a) Eadem Bulla extat in Regesto 55. Bullarum Sixti IV. pag. 177. in Tabulario Secretiori Vaticano, cum qua hanc diligenter contulimus, unumque aut alterum verbum emendavimus ejus auctoritate. Indidem autem exemplum originale nostri Archivi desumtum esse] patet ex Bulla Innoc. VIII. an. 1492. 31. Maji, quam dabimus suo loco.

(a) Huic

rum, tenores, series & effectus, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro sufficienter expressis habentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illasque, & illa perpetuo juribus subsistere volumus, atque decernimus: nec non ad decorem dictæ Basilicæ tres in ea dignitates, ultra Archipresbyteralem, quæ inibi principalis existit, suppresso penitus inibi nomine, seu dignitate Prioris, erigimus, atque creamus Decanalem videlicet, Archidiaconalem, & Altaristam cum honoribus, gratiis, prærogativis, privilegiis, & indultis, quibus alii Decani, Archidiaconi, & Altaristæ tam de jure, quam de consuetudine utuntur, & gaudent, ac uti, & gaudere consueverunt; volentes, atque decernentes, quod Decanalis & Archidiaconalis dignitates hujusmodi debeantur antiquioribus Canonicis, videlicet in primis locis sedentibus, ita quod gradatim ad illas ex nunc, & de cætero cum illas per cessum, vel decessum antiquiorum Canonicorum hujusmodi aut alios suos Canonicatus & Præbendas dimittentium, vacare contigerit, absque alia collatione fiat ascensus. Altarista vero per nos, aut Successores nostros dumtaxat ex eisdem Canonicis deputetur, & deputari debeat, & cum onere inter alia visitandi singulis diebus, aut saltem ter in hebdomada omnia Altaria prædictæ Basilicæ, ac opportune illorum necessariis more solito providendi (a). Archidiaconus vero gerat omnimodam curam Capellæ nostræ, quam nuper in præfata Basilica ab ipsis fundamentis sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis, Sancti Francisci, & Sancti Antonii de Padua cum magno siquidem sumptu, insignique opere, & ornamentis condecentibus, pro ut omnibus intuentibus patet, erigi fecimus: statuentes, quod in eadem Basilica locus Decani in Choro esse debeat in latere dextro immediate post Archipresbyterum; Archidiaconi vero in sinistro, & quos ex nunc ad Decanalem & Archidiaconalem dignitates hujusmodi tenore, & auctoritate prædictis recipimus & admittimus, & in Altaristam eligimus, & deputamus, ac loca hujusmodi ipsis, & cuilibet ipsorum, ut præfertur, respective assignamus, & eos per Capitulum ejusdem Basilicæ, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac omnium Beneficiorum suorum privationis pœnis per eos, si contrafecerint, incurrendis, ac ad dignitates hujusmodi sic per nos, ut præmittitur, erectas recipi, & admitti debere, & pro talibus haberi, teneri, & reputari volumus, atque mandamus; decernentes tamen, quod ratione dictarum dignitatum dicti electi, & assumpti ad illas nihil amplius habeant de fructibus redditibus, & proventibus dictæ Basilicæ, quam hactenus ut simplices Canonici habere consueverunt. Et ut dicta Basilica, ejusque Canonici pro tempore tanto majoribus privilegiis, honoribus, & gratiis decorentur, quanto in digniori loco constituti existunt; motu, & scientia similibus singulos Canonicos prædictos in nostros, & Sedis prædictæ Notarios, ac etiam Capellanos, & familiares continuos commensales recipimus, & aliorum nostrorum, & dictæ Sedis Notariorum, Capellanorumque, an familiarium nostrorum continuorum commensalium consortio favorabiliter aggregamus. Decernentes, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Canonici dictæ Basilicæ pro tempore in nostros, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum, & præfatæ Sedis Notarios, Capellanos, & familiares continuos commensales recepti, & consortio hujusmodi aggregati fuisse & esse censeantur, ac tales etiam postquam Canonici dictæ Basilicæ esse desierint, ut præfertur, omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, prærogativis, antelationibus, favoribus, honoribus, & indultis, quibus nostri, & præfatæ Sedis Notarii Capellani, & familiares continui commensales usi sunt hactenus, & gaudent, seu uti, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum utantur, & gaudeant. Volentes nihilominus, quod, antequam insignia hujusmodi Notariatus officii, honoris, & dignitatis recipiant, in manibus Venerabilis fratris nostri Episcopi Ostien. nostri, & pro tempore Camerarii fidelitatis debitæ juxta formam Notariorum, & Capellanorum hujusmodi, præstent Juramentum solitum. Et deinde Camerarius ipse hujusmodi insignia eisdem Canonicis pro tempore auctoritate prædicta absque solutione aliqua, vel onere conferat. Non obstante decreto dictorum Notariorum numero. Ad hoc autem ut prædicta Basilica majori numero Ministrorum Sacerdotii pro celeriori inibi cultu divino abundet, statuimus, quod nullus in dicta Basilica beneficium Beneficiatum nuncupatum * obtinere, neque ad illius possessionem admitti, nisi in tali ætate sit constitutus, quod infra annum Sacerdos effici possit. Adjicientes insuper præmissis, quod nulli in futurum in dicta Basilica ad Canonicatus, & Præbendas, ad Beneficia, & Clericatus prædicta recipiantur, neque ad illorum possessionem admittantur, nisi (b) Canonici quinqua-

[Margin notes:] *...es digni... Canonica... stituit, ...tu sup-* — *...can. & ...iac. pri... ætatis ...us: Al... sit a Pon-* — *Nulli assignantur reditus prædictis dignitatibus.* — *Canonici omnes fiunt Protonotarii Apostol.* — *† Ita tamen, ut juramentum præstent coram Camerario.* — ** Suppl. valeat.*

(a) Huic oneri adjunctus fuit honos bis centum Scutator. queis hodie fruitur Ill. & Rev. Ignatius Reali Sac. Cær. Præf.

(b) Providam hujusmodi legem maxima cum religione servamus quicumque alicui ex trib. ordinib. adscribimur.

(a) Joan-

quaginta, Beneficiati vigintiquinque, & Clerici duodecim cum dimidio florenos auri de Camera pro eorum receptione, & admissione Sacristis ejusdem Basilicæ solverint in illius paramentis, ac ornamentis ad divinum cultum necessariis convertendos. Sane, ut dictæ Basilicæ laudabilius in divinis deserviatur; prohibemus expresse, quod nullus Canonicus, seu Beneficiatus, aut Clericus ejusdem Basilicæ pro tempore, fructibus, redditibus, & proventibus Canonicatuum, & Præbendarum, & Beneficiatorum, ac Clericatuum suorum, aut mensæ Capitularis, vel massæ grossæ dictæ Basilicæ, seu alias quomodocumque, vel qualitercumque, nisi actu dictæ Basilicæ deserviverint, & interfuerint in divinis, gaudere possit, neque debeat, etiamsi Canonicos, Beneficiatos, & Clericos hujusmodi cum reservatione Canonicatuum, Beneficiatorum, & Clericatuum suorum ad Episcopales, seu Abbatiales, aut alias dignitates promoveri contigerit, rejectis prorsus omnibus indultis, ac dispensationibus super perceptione fructuum hujusmodi in absentia a nobis forsan, vel a Prædecessoribus Romanis Pontificibus motu & scientia similibus, ac cum quibusvis fortioribus & insolitis clausulis, & talibus, quibus forsan, nisi de illis specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum, nec non per generales clausulas fiat mentio, derogari non possit, & quibus motu & scientia prædictis expresse derogamus. Volentes nihilominus, quod Canonici, Beneficiati, & Clerici præsentes, & pro tempore Basilicæ hujusmodi in ea residendo, ac deserviendo, hujusmodi, ut præfertur, quoad vixerint, fructus, redditus, & proventus omnium, & singulorum aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, quæ in quibusvis Ecclesiis, seu locis obtinent, & imposterum obtinebunt, etiamsi Canonicatus, & præbendæ, Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis fuerint dictæ Urbis, vel extra eam cum ea integritate percipere valeant, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis, sive locis personaliter residerent, & ad residendum in eis minime teneantur, nec ad id inviti a quoquam valeant coarctari. Non obstantibus, si in eisdem Ecclesiis, sive locis, aut eorum aliquo primam non fecerint personalem residentiam consuetam, ac felicis recordationis Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris nostri, illa præsertim qua concessiones hujusmodi sine præfinitione temporis fieri prohibentur, & quibusvis aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis generalibus, vel specialibus per Sedem Apostolicam, vel Legatos ipsius, aut in Synodalibus, vel Provincialibus, Conciliis editis, & quibusvis statutis, & consuetudinibus ipsarum Ecclesiarum, seu locorum contrariis, juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, etiam si de illis servandis, & non impetrandis litteris contra ea, & ipsis litteris non utendo, etiam ab alio impetratis, vel alias quomodolibet concessis per eos, vel procuratores suos præstiterint forsitan, vel imposterum eos præstare contigerit juramentum. Seu si locorum ipsorum Ordinariis, vel quibusvis aliis a Sede prædicta sit concessum, vel imposterum concedi contingat, quod Canonicos, Rectores, & personas Ecclesiarum, seu locorum suarum Civitatum, et Dioc., dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officiis constitutos per subtractionem proventuum suorum beneficiorum Ecclesiasticorum, aut alias compellere valeant ad residendum personaliter in eisdem: aut si eisdem Ordinariis, & dilectis filiis Capitulis earumdem Ecclesiarum, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, vel imposterum indulgeri contingat, quod Canonicis, Rectoribus, & Personis dictarum Ecclesiarum, sive locorum etiam in dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officiis constitutis fructus, & proventus Ecclesiarum Canonicatuum, & præbendarum, Dignitatum, seu Personatuum, Administrationum, seu Officiorum, vel Beneficiorum suorum ministrare in absentia minime teneantur, & ad id compelli non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Proviso tamen, quod Canonicatus, & Præbendæ, ac dignitates, personatus, administrationes, vel officia, nec non beneficia hujusmodi, debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura, quibus imminet, in eis nullatenus negligatur, sed per bonos, & sufficientes Vicarios, quibus de Proventibus ipsorum beneficiorum necessaria congrue ministrentur, cura hujusmodi diligenter exerceatur, & deserviatur inibi laudabiliter in divinis: & divina non solum orationibus, sed etiam canticis veneranda sint Capitulo dictæ Basilicæ; eisdem tenore, & auctoritate concedimus licentiam, & facultatem deputandi, & constituendi in præfata Basilica decem Cantores pro tempore idoneos ad serviendum actu ibidem, circa Missas, & alia divina officia in cantu,

Origo mediæ annatæ pro Sacristia.

Non deservientes Basilicæ nihil omnino percipiant.

Retinere possint cum eis alia Beneficia.

Contrariis omnib. Constitutionib. derogatur.

Ne eno… vilegiis O… riorum, … pitulor.

Ita tam… cura anim… alia oner… negligantu…

cantu, & alias juxta ordinem Capellæ Palatii Apoſtolici. Ita quod Cantores ipſi in eadem Baſilica pro tempore deputati gaudeant omnibus, & ſingulis privilegiis favoribus, & gratiis, quibus gaudent, potiuntur & utuntur, ſeu uti potiri, & gaudere conſueverunt, aut potuerunt quomodolibet in futurum Cantores Capellæ Palatii Apoſtolici hujuſmodi abſque tamen illorum, & dilectorum filiorum literarum Apoſtolicarum Scriptorum præjudicio, præſertim in aſſecutione beneficiorum Eccleſiaſticorum.

…tores Ba… …em privi… …Cantorum …æ Ap. mu… …r.

Et inſuper cupientes Baſilicam prædictam illiuſque pro tempore Capitulum ſpecialibus prærogativis, & gratiis etiam gaudere, volumus, quod omnes, & ſingulæ conceſſiones, & literæ Apoſtolicæ, gratiam, ſive juſtitiam concernentes, & Baſilicam, & Capitulum hujuſmodi dumtaxat in genere, non autem particulares illius perſonas particulariter in ſpecie concernentes, gratis ubique etiam in officio Abbreviatorum de mandato noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium expediantur, mandantes motu, & auctoritate præfatis Reſcribendario earumdem literarum pro tempore, ac aliis, ad quos ſpectat; quatenus ſub eiſdem pœnis literas prædictas quoquo modo Baſilicam ipſam, & illius pro tempore Capitulum, non autem particulares ejuſdem Capituli perſonas particulariter in ſpecie, ſed in genere concernentes gratis ubique etiam in dicto officio Abbreviatorum ſignare, & tranſire permittant.

…vitatis pri… in expe… …ib.

Porro ſaluti animarum ſingulorum Canonicorum & Beneficiatorum, & Clericorum, ſervitorum, & oblatorum pro tempore præfatæ Baſilicæ conſulere volentes ipſis & cuilibet ipſorum; motu, & ſcientia præfatis etiam concedimus, ut Presbyterum idoneum, ſecularem, vel cujuſvis ordinis Regularem in ſuum poſſint eligere Confeſſorem, qui eorum confeſſione diligenter audita plenaria omnium peccatorum ſuorum etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis ſpecialiter ſemel in vita & ſemel in mortis articulo remiſſionem; de aliis vero non reſervatis toties, quoties fuerit opportunum, elargiri poſſit.

…ndulgentia …riaCanon. …f. & Cleri… …nceſſa.

Et ut Chriſti fideles Baſilicam ipſam eo libentius viſitent, & confluant ad eamdem, ac ad illius ornamenta ædificiorumque ſuorum conſervationem, & reſtaurationem manus porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus & ſingulis fidelibus utriuſque ſexus præſentibus & futuris vere pœnitentibus, & confeſſis, qui dictam Baſilicam a primis Veſperis vigiliæ ipſius Principis, & per omnes illius octavæ dies incluſive, nec non ipſius Cathedræ, & dedicationis Feſtivitatum eam vene

…triuſque ſe… …fidelibus ple… …ia item In… …g. conceditur …eſto & octa… S. Petri &c.

ranter viſitaverint annuatim, & ad ornamenta, & conſervationem, & reſtaurationem ædificiorum Baſilicæ prædictæ manus porrexerint adjutrices, plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & indulgentiam ſimiliter elargimur. Demum indemnitati dictæ Baſilicæ conſulere cupientes, monemus omnes, & ſingulos occupatores, & detinentes bona mobilia, & immobilia ad dictam Baſilicam ſpectantia, & pertinentia, aut ſcientes detentores, & occupatores hujuſmodi, quatinus ſub eadem excommunicationis ſententia, a qua niſi per Romanum Pontificem præter quam in mortis articulo conſtituti, abſolvi nequeant, etiamſi bona hujuſmodi ipſi, vel prædeceſſores ſui ſpatio centum annorum, ac longiori tempore pacifice poſſediſſent, necnon privationis omnium dignitatum, tam Eccleſiaſticarum, quam Secularium, ac præterea inhabilitationis ad illas in futurum obtinendas, ita quod ſint perpetuo infames, inteſtabiles, & abſque ulla ſpe ſuſceptionis alicujus hæreditatis, tanquam Dathan, & Abiron maledicti exiſtant, & ſepultura Eccleſiaſtica penitus & omnino careant, bona hujuſmodi cum damnis, & fructibus perceptis libere & integre dictæ Baſilicæ reſtituere, ac occupatores & detentores Capitulo præfatæ Baſilicæ revelent, reſtituere, & revelare debeant.

Excommunicat detentores, bonor. Baſil. ac non revelantes.

Obſecrantes per viſcera Domini noſtri Jeſu Chriſti omnes, & ſingulos Succeſſores noſtros Romanos Pontifices; quatenus attendentes merita tanti Principis; ab eo etiam Sedem Apoſtolicam, ac Apoſtolatus officium initium ſumpſiſſe; & ſibi ſoli ab ipſo omnipotenti Deo poteſtatem ſolvendi, & ligandi traditam fuiſſe: velint Statuta, Ordinationes ac decreta noſtra hujuſmodi ad ipſius Omnipotentis, & ejuſdem; necnon ad Principis decorem, & venerationem dicti S. Templi ſalubriter ordinata inviolabiliter obſervari facere, mandantes etiam ſub pœnis hujuſmodi dicto Capitulo, ut ſingulis annis præſentes in dicta Baſilica inter Miſſarum ſolemnia publice, & alta voce legant, atque publicent, ſeu legi & publicari faciant.

Summa, ac ſingulari Baſilicam laude proſequitur.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ac dictæ Baſilicæ ſtatutis & conſuetudinibus etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, approbationis, communitionis, voluntatis, conſtitutionis, erectionis, creationis, decreti, ſtatuti, receptionis, admiſſionis, electionis, deputationis, aſſignationis, mandati, aggregationis, derogationis, conceſſionis, elargitionis, monitionis & obſecrationis infringere &c. Si quis &c.

Contrariis omnibus conſtitutionibus derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono, Kalendis Januarii, Pontificatus noſtri Anno nono.

Unio

Unio Abbatiæ S. Paterniani Fanen. Dioec. per resignationem Joannis Baptistæ Cardinalis de Sabellis ad favorem Basilicæ S. Petri in compensationem Castri Podii Donadei Sabinen. Dioec. eidem Cardinali Fratribus & nepotibus eorumque successoribus in perpetuum collati pro bono pacis, titulo vicariatus S. Sedis.

Ex libro Bullar. Sixti IV. penes D. Philippum de Pontecurvo repertar. fol. 71. & Regestis Cam. Apost. in Arch. Basil. Vat. caps. 74. fasc. 164.

An. Chr. 1480. 18. Jan.

SIxtus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni Baptistæ Sancti Viti in Macello (*a*) Diacono Cardinali in Castro Podii Donadei Sabinen. dioec. nostro & Apostolicæ Sedis in temporalibus Vicario; Salutem &c.

Romani Pontificis providentia circumspecta juxta pastoralis officii debitum utilitati subditorum libenter intendit, & ad removenda scandala, procurandamque quietem sibi commissorum populorum eo propensius Apostolicæ sollicitudinis studium adhibet, quo illorum regiminis cura ei specialius dinoscitur imminere. Sane postquam Castrum Podii Donadei Sabinen. dioecesis dudum temporali dominio quondam Jacobi de Sabellis Domicelli Romani subjectum, & ob nonnulla per ipsum Jacobum commissa, Cameræ Apostolicæ confiscatum, ac demum dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe pro certo pretio tunc expresso per ipsius Cameræ Prælatos, Præsidentes, & Clericos, seu Apostolicam Sedem venditum, seu alias concessum extitit, inter dilectos filios illius, & ei vicini Castri Tossiæ dictæ Dioecesis hominum universitates ab aliquibus annis citra, occasione quarumdam possessionum consistentium in locis intermediis, inter ipsa castra, nonnullæ discordiæ & dissensiones sunt exortæ, & propter illas intra utriusque Castri incolas nonnunquam ad hostiles incursus, agrorum depopulationes, incendia, cædes, & vulnera deventum extitit. Et quamquam plures Commissarii ad Castra ipsa transmissi, & nonnulli ex utriusque eorum incolis ad Romanam Curiam evocati, & aliquandiu in illa tenti, vanique tractatus ad sopiendas hujusmodi controversias habiti fuerint; illæ tamen adhuc de medio summoveri nequiverunt: immo illis sic durantibus, inter præpositos per Archipresbyterum, & Capitulum præfatos, ad regimen dicti Castri Podii Donadei, & diversos ipsius Castri incolas aliæ dissensiones, & contentiones exortæ fuere, quæ paulatim in tantum excreverunt, quod universitas præfati oppidi Podii Donadei, ab eorumdem Archipresbyteri, & Capituli obedientia se subtrahere tentaverunt. Et illis ut eorum dominis parere recusantes, sub immediata dictæ Sedis subjectione recipi cum instantia postulaverunt; fuitque expediens, quod nos pro sedandis scandalis, & illorum quiete committeremus regimen ipsius Castri Podii Donadei, & illius incolarum venerabili fratri nostro Georgio Episcopo Urbevetan. in Romana Curia Residenti, & nostro in eadem Basilica Vicario, (*b*) ita, ut illud nostro nomine regere, & gubernare deberet. Quæsivimus quoque quoad potuimus hujusmodi contentiones inter Archipresbyterum, & Capitulum, ac dicti Castri Podii Donadei incolas præfatos bono modo sopire, & eosdem incolas Podii Donadei, sub ipsorum Archipresbyteri, & Capituli obedientia reducere, nec id efficere potuimus usque modo, veremurque, ne si aliter non provideatur, ex præmissis controversiis, & contentionibus majora & duriora sint imposterum scandala perventura, non sine gravi incolarum prædictorum detrimento. Et ea propter volentes, ut debemus, scandalis hujusmodi quantum possumus obviare, & sperantes, quod si Castrum prædictum Podii Donadei cum hominibus, territorio, juribus, & pertinentiis suis ab omni dominio, & superioritate aliisque bonis Basilicæ Archipresbyteri, & Capituli prædictorum divideretur, separaretur, & dismembraretur; & tu, ac te decedente fratres, & ex eisdem fratribus nepotes, posteri, ac successores in perpetuum deputaremini vicarii nostri, &

Castrum Podii Donadei Fisco addictum.

Capitulo venditum: unde lites & contentiones.

Incol. eod. defic... liuntur.

Ad off... reducere Pontifex potest.

(*a*) Joannem Baptistam Sabellum prudentia fortitudine, dexteritate, atque amore in Apostol. Sedem illustrem laudat Victorellus ad Ciacon. Epitaphii Aracælani auctoritate: quod ex nomenclatore allatum a Ciaconio post vitam Alex. VI. est hujusmodi: *Joannes Baptista Sabellus S. R. E. Diac. Card. temporum varietate, ac malignitate bis ad Cardinalatum electus est. In mole Hadriani detentus semper tamen honorifice liberatus sub Paulo, Xisto, Innocentio, Alexandro, Ducatus, Bononiæ, Marchiæ, Genuæ, Legat. plene & clare functus, fragilitat. humani generis meditat. monumentum vivens sibi posuit.* Hoc testimonio, quod de se ipse tulit satis liquet, quare Pontifex Castrum Fisco jampridem ad dictum culpa majorum ejusdem gentis Sabellæ tanto isti viro suisque iterum credit, tametsi alia lege.

(*b*) Hujusmodi Vicariorum in Basilica Vaticana insigne exemplum in Superioribus vidimus. Nam Pius II. anno 1458. Francisco de Thomæis Basil. nostræ Canonico amplissima cum facultate Vicariatum (ab Archipresbytero cæteroqui obtentum) confirmavit, ut suo loco diximus. Quam ille auctoritatem in Canonicos ipsos exercuit.

Rursus anno 1464. (*pag.* 184.) eumdem appellatum mirati sumus Vicarium Pii II. in Basilica Vatic. En tibi aliud exemplum æque perspicuum, majorique dignum admiratione. Vicarius siquidem Pii II. erat merus Canonicus: at Vicarius Sixti IV. Episcopali erat dignitate conspicuus. Cætera videsis ad Constitutiones Pii II. (*pagg.* 159. 168. & 184. *not. a.*

Leges

ee Mona-lum S. Pa-ani Basili-confer̄re deli-.

& dictæ Sedis in temporalibus in ipso Castro Podii Donadei; & Monasterium Sancti Paterniani Ordinis Sancti Benedicti Fanen. dioc. quod tu ex concessione, & dispensatione Apostolica nuper in Commendam obtinebas, de Commenda hujusmodi ex eo, quod tu eidem Commendæ hodie in manibus nostris sponte, & libere cessisti, cessante adhuc eo, quo dum tibi commendatum extitit vacabat modo, vacans mensæ Capitulari dictæ Basilicæ perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, tam ipsius Castri Podii Donadei, & incolarum ejus, qui Dominio, & familiæ tuæ de Sabellis, cujus ditioni longissimo tempore obtemperaverunt, plurimum sunt affecti, & tuo tuorumque fratrum, & nepotum, ac Successorum eorumdem dominio, & superioritati subjici affectant prospero, & felici regimini, quieti; quam etiam indemnitati dictæ Basilicæ, quæ majora emolumenta percipiet ex Monasterio, quam non percipit ex Castro prædictis, & exonerationi Archipresbyteri, & Capituli prædictorum, a cura, & regimine ejusdem Castri Podii Donadei opportune consuleretur, & tam dilecti filii nostri Cosmæ tituli Sanctorum Nerei, & Achillei Presbyteri Cardinalis, qui Monasterio Farfen., cujus ditioni subjicitur dictum Castrum Toffiæ ex simili concessione & dispensatione præesse dinoscitur, quam tua opera exortæ inter universitates Castrorum prædictorum controversiæ prædictæ de medio tollerentur cum perpetuis pace, & quiete utriusque universitatis prædictorum, habita super hiis cum venerabilibus fratribus nostris S. R. Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum consilio, & assensu Castrum prædictum Podii Donadei cum territorio, incolis, & habitatoribus, ac universis aliis juribus, & pertinentiis suis, ac omni dominio jurisdictione, & superioritate, reliquisve bonis Basilicæ, Archipresbyteri, & Capituli prædictorum Apostolica auctoritate præsentium tenore de Apostolicæ potestatis plenitudine subtrahimus, dividimus, dismembramus, & separamus, & ad jus, & proprietatem Sedis Apostolicæ, & Cameræ prædictarum, necnon in pristinum, & eum statum, in quo erat post confiscationem, & ante venditionem illius prædictas reponimus, instituimus, & plane reintegramus.

...sse, cur in ... prædicto ...ios insti-...Sabellos,

Perpetuum ...tium impo-... Capitulo.

Ac Basilicæ Archipresbytero, & Capitulo præfatis super illo, ejusque territorio hominibus, & bonis, ac juribus quibuscumque, quæ hactenus ad eos ibidem pertinuerunt perpetuum silentium imponimus. Et te quoad vixeris, ac post tui obitum fratres, & ex eis nepotes tuos eorumque posteros, & successores in perpetuum in Castro Podii Donadei prædicto, ejusque territorio, & districtu, nostros, & dictæ Sedis in temporalibus Vicarios cum illius mero, & mixto imperio, ac gladii potestate, & omnimoda jurisdictione temporali, quæ inibi per dictum Jacobum, & ejus Antecessores exerceri consueverunt, ad honorem nostrum, & Romanæ Ecclesiæ statum prosperum, & tranquillum, ac pacificum ejusdem Castri Podii Donadei, & illius incolarum, & habitatorum prædictorum te tuisque fratribus, nepotibus, posteris & successoribus prædictis in sinceritate fidei, obedientia, ac devotione nostris, & Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus eisdem auctoritate, & potestate.

Et quidem cum mero, & mixto imperio &c.

Et de simili consilio harum serie facimus, creamus, constituimus, & etiam deputamus, tibi quoad vixeris, & deinde tuis fratribus, & ex eis nepotibus eorumque posteris, & successoribus prædictis officiales idoneos, qui quæstiones civiles, & criminales, ac alias quascumque, cujuscumque generis, & speciei motas, & movendas ad forum dicti Castri Podii Donadei pertinentes audire, fine debito terminare, et earum terminationes exequi valeant, deputandi; Contradictores quoslibet & rebelles corrigendi, mulctandi, & puniendi, colligendi quoque ex propriis usibus applicandi, omnes & singulos fructus, redditus, & proventus inibi per dictos Jacobum, & ejus Antecessores, & deinde per Capitulum præfatos percipi solitos, & de illis disponendi, & generaliter omnia, & singula faciendi, mandandi, & exercendi, quæ ad dictum Vicarii in temporalibus in terminis Romanæ Ecclesiæ officium quomodolibet pertinent de consuetudine, vel de jure, & quæ Jacobus, & ejus Antecessores, ac alii in terris Romanæ Ecclesiæ Vicarii facere, mandare, & exercere consueverunt, plenam, & omnimodam potestatem eadem auctoritate concedimus, ac Universitati præsentis Castri Podii Donadei districte præcipiendo injungimus, ut tibi, & te vita functo tuis fratribus, & ex eis nepotibus, posteris, & successoribus, eorumdem in perpetuum præfatæ Romanæ Ecclesiæ inibi Vicariis in iis, quæ ad ejusdem Vicariatus officium pertinent, pareant, & intendant.

Concessa jura numerando recenset.

Necnon Venerabilibus fratribus Ostien. Portuen. & Prænestin. Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium seu alios præmissa ubi, quando, & quotiens expedire cognoverint, fuerintque desuper legitime requisiti, solemniter publicantes, faciant te, vel Procuratorem tuum tuo nomine, & te vita functo fratres, & ex eis nepotes, posteros, & successores eorum ad hujusmodi Vicariatus officium recipi & admitti, & receptos, & admissos manutenere in eodem; non permittentes te, & tuos fratres, nepotes, posteros, & successores prædictos super dicto Castro Podii Donadei, ejusque territorio, & Vicariatu præ-

Executionem prædictorum committit tribus Episc.

Constitutionibus contrariis derogat.

prædictis per Archipresbyterum, & Capitulum prædictos, seu præfatum Episcopum Urbevetan., vel alios quoscumque contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus præmissis, ac consuetudinibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Basilicæ concessis privilegiis & literis Apostolicis, quibus illa etiamsi de eis, eorumque totis tenoribus habenda esset mentio specialis, & in eis caveretur expresse, quod eis non censeretur derogatum, nisi sub certis inibi expressis modo, & forma, ac conceptione verborum, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, quoad præmissa specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Seu si Archipresbytero, & Capitulo præfatis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod tu, & te vita functo fratres, nepotes, posteri, & successores prædicti in recognitionem Vicariatus hujusmodi nomine census tres libras ceræ albæ in festo Apostolorum Petri, & Pauli de mense Junii anno quolibet dictæ Cameræ dare teneamini. Et antequam in Vicariatu hujusmodi te incipias exercere, de hujusmodi Vicariatu exercendo fidelitatis debitæ in manibus nostris solitum præstes juramentum. Et si (quod absit) te tuosque fratres, nepotes, posteros, & successores prædictos ab obedientia, & devotione Sedis Apostolicæ deviare contingat, Castrum prædictum Podii Donadei ad præfatam Romanam Ecclesiam libere revertatur eo ipso. Nulli ergo &c. nostræ subtractionis, divisionis, dismembrationis, separationis, repositionis, institutionis, reintegrationis, impositionis creationis, constitutionis, deputationis, invictionis, concessionis, mandati, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Jurame fidelitatis mittendun tuit.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo, XV. Kal. Februarii, Pontificatus nostri Anno decimo. (*a*)

Ejusdem Argumenti.

Ex eodem libro Bullar. Cam. Apost. ead. Caps. & Fasc. Arch. Basil.

AN. CH. 1480. 18. *Jan.*

SIxtus &c. Ad perpetuam rei memoriam.

Licet ex debito Ministerii pastoralis superna nobis dispositione commissi, circa universarum Urbis, & Orbis Ecclesiarum statum salubriter, & prospere dirigend. nos deceat esse intentos; circa tamen Patriarchalem Principis Apostolorum Basilicam dignitate, honore, & venustate præcipuam (*b*) tanto potioribus studiis aciem nostræ considerationis tenemur extendere, & ut inibi divinis insistentes obsequiis opportuna pro eorum sustentatione non desint, providere; quanto ipsius Basilicæ excellentia, & erga ipsum Apostolorum Principem singularis nostra devotio id exposcunt. (*c*) Sane Monasterium sancti Patrignani Ordinis Sancti Benedicti Fanen. dioc., quod dilectus filius noster Johannes Baptista Sancti Viti in Macello Diaconus Cardinalis nuper ex concessione, & dispensatione Apostolica in Commendam obtinebat, Commenda hujusmodi, ex eo, quod dictus Cardinalis eidem Commendæ hodie in manibus nostris sponte, & libere cessit, Nosque cessionem ipsam duximus admittendam, cessante adhuc eo, quo dum eidem Cardinali Commendatum extitit, vacabat modo, vacante. Nos qui dudum intra alia voluimus, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem tam beneficii uniendi, quam illius, cui unio fieri peteretur; alioquin unio non valeret, & semper in

Basil. Vatic. merita favorem exigunt.

Monast. S.Paterni dem unire berat

(*a*) Leges apud Ciaconium, Joannem Baptistam Sabellum, creatum esse Cardinalem die 15. Maji anno Domini 1480. Pontificatus Sixti IV. nono, qui certe fluebat usque ad diem Coronationis 25. Augusti. Hic autem vides anno eodem 1480. die 18. Januarii constitutum eum esse Vicarium Castri Podii Donadei, appellatumque Card. Diaconum S. Viti. Quid? inquies: quatuor fere mensibus antequam crearetur, vocatur a Pontifice Cardinalis? jam monui supra (pag. 164. not. *a*) hos Pontifices inire annos a die 25. Martii, quos perspicue numerant ab Incarnatione. Idcirco annus decimus Pontificatus usque ad eam diem fluit: quumque dabantur hæ literæ, nono jam mense Joannes Baptista Sabellus erat Card. Diaconus S. Viti. Namque annus 1480. usque ad 25. Martii 1481. excurrit, juxta eam numerandi rationem, quæ Florentiæ hodieque viget.

(*b*) Ante annos novem & centum, seu an. 1371. (*pag.* 20. *b.* 10.) Gregorius XI. incerta nobis de causa definiverat de Primatu Patriarchalium Urbis. Nihilominus Successores sensisse cum Prædecessoribus Gregorii XI. non semel vidimus. Perspicue iterum hic rem videmus quæ animadversione magis, quam commentariis indiget.

(*c*) S. Pateruiani Monasterium recte appellatum in præcedenti Constitutione, seu vulg. vocabulo S. Patrignani Ord. Bened. non longe ab ipsa civitate Fano existens unitum audis mensæ Capitulari æquissimo compensationis nomine. Namque eadem possessione legitima Castri Podii Donadei excidens post annos duodeviginti in gratiam Card. S. Viti resarcienda erat indidem, unde detrimentum acceperat. Quare commutationis instar Monasterium istud, seu Abbatiam Cardinali eidem commendatam, & ab eo libere dimissam in Sixti manibus, Apostolica auctoritate semel & iterum expressa consequitur.

(*a*) Præ-

in unionibus commiſſio fieri ad partes vocatis quorum intereſt; quique hodie caſtrum Podii Donadei Sabinen. dioc. ad dictam Baſilicam tunc legitime pertinens ex certis tunc expreſſis cauſis ab aliis dictæ Baſilicæ bonis dismembravimus, & ad jus, ac proprietatem Cameræ Apoſtolicæ cujus antea fuerat, & a qua dilecti filii Archipresbyter, & Capitulum dictæ Baſilicæ illud habuerant, reduximus, ac præfatum Cardinalem, quoad viveret, & eo vita functo illius fratres, & ex eis nepotes illorumque poſteros, & ſucceſſores in perpetuum noſtros, & ejuſdem Eccleſiæ in temporalibus Vicarios in Caſtro prædicto, illiuſque territorio, & pertinentiis fecimus, conſtituimus, & deputavimus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Ne Baſilica Archipresbyter, & Capitulum præfati exinde detrimentum patiantur providere volentes, ac tam Monaſterii, quam menſæ Capitularis dictæ Baſilicæ fructuum reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac ultimum dicti Monaſterii vacationis modum, etiamſi ex illo generalis reſervatio reſultet, præſentibus pro expreſſis habentes Monaſterium prædictum quovis modo, & ex cujuſcumque perſona vacet, & ex quavis cauſa illius proviſio ad Sedem Apoſtolicam ſpecialiter, vel generaliter pertineat, menſæ prædictæ auctoritate Apoſtolica de fratrum noſtrorum conſilio perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod liceat Capitulo prædictis per ſe, vel alium, ſeu alios regiminis, & adminiſtrationis dicti Monaſterii, juriumque, & pertinentiarum ejuſdem poſſeſſionem, vel quaſi, propria auctoritate apprehendere, & illius fructus & proventus in ſuos, & dictæ menſæ uſus utilitatemque convertere, & perpetuo retinere Dioceſani loci, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus ac Baſilicæ Monaſterii, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, ac quibuslibet aliis Privilegiis, Indultis, & literis Apoſtolicis quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri; & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda eſſet præſentibus mentio ſpecialis. Proviſo quod in dicto Monaſterio divinus cultus, & ſolitus Monachorum, & miniſtrorum numerus non minuatur; ſed illius, & dilectorum filiorum Conventus ejuſdem congrue ſupportentur onera conſueta. Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

...o Caſtro Donadei abſtule... Capitulo.

...cto illud unit & ...at.

Contrariis conſtitutionibus non obſtantib.

At Divino Cultu & Monaſterii oneribus illæſis.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quintodecimo Kal. Feb. Pontificatus noſtri Anno decimo.

Prædictam unionem Abbatiæ S. Paterniani diſſolvit, quod Capitulum inire ejus poſſeſſionem diſtulerit, & Abbatiam eamdem Card. Jo. Baptiſtæ Sabello iterum commendat.

Ex Regeſto LXXIV. Bullar. Sixti IV. pag. 273. ap. Arch. Apoſt. Vat.

...CH. 3?. Feb.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Joanni Baptiſtæ Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali; (a) Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Romanus Pontifex cui Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium cura imminet generalis, illorum, prout poteſt, diſpendiis obviat, & de illorum regimine, illud idoneis committendo perſonis, diſponit; ac eiſdem perſonis, præſertim Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ut expenſarum onera, quæ eos jugiter ſubire oportet, de ſubventionis auxilio providet opportune. Dudum ſiquidem proviſiones Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantium, & inantea vacaturorum diſpoſitioni & ordinationi noſtræ reſervavimus; decernentes, ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et deinde Monaſterio Sancti Patrignani Ordinis Sancti Benedicti extra muros Fanen. quod tu ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica in Commendam tunc obtinebas, Commenda hujuſmodi ex eo, quod tu eidem Commendæ in manibus noſtris ſponte & libere ceſſeris, noſque ceſſionem ipſam duxerimus admittendam,

...llicitudo ...f. circa ...ſteria.

Monaſt. S. Paterniani olim vacans.

(a) Præſtantiſſimo huic Card. Sabello, quem nuper appellatum vidimus Diaconum S. Viti, nunc nono & triceſimo die novus titulus tribuitur. Neque vero id mirum: nam Sixtus IV. Rodericum Borgia ex Diacono S. Nicolai in carcere creavit Epiſcopum Albanum, eodemque Diaconali titulo ornavit Sabellum medio eo tempore. Magna autem dignum admiratione eſt, noſtrum Capitulum brevi eadem temporis intercapedine ſuo jure excidiſſe, quod non illico Abbatiæ poſſeſſionem inierit; adeoque & Caſtro Podii Donadei, & Abbatia S. Paterniani exutum fuiſſe.

(a) Monet

dam, cessante, adhuc eo, quo dum tibi commendatum extiterat, vacabat modo, vacante, nos Monasterium ipsum sic vacans mensæ Capitulari Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe in recompensam Castri Podii Donadei Sabinen. Diœcesis olim dictæ Basilicæ, & a mensa prædicta per nos dismembrati, ac Cameræ Apostolicæ applicati, & postea tibi sub certis modo & forma in Vicariatum concessi, per alias nostras litteras perpetuo univimus, annexuimus, & incorporavimus. Cum autem postmodum Monasterium prædictum, ex eo quod nos, qui accepimus, quod dilecti filii Archipresbyter, & Capitulum dictæ Basilicæ unionis, annexionis, & incorporationis prædictarum notitiam habentes, regiminis, & administrationis, ac bonorum dicti Monasterii curam suscipere usque modo distulerunt, & differunt etiam de præsenti, impedimento cessante legittimo; quique mente gessimus juxta dicti Capituli votum, & desiderium ejusdem mensæ indemnitati convenientem, & utilem eis assignando recompensam, per unionem prædictam cupientes super regimine & administratione dicti Monasterii, ne propterea in spiritualibus & temporalibus detrimentum patiatur, utiliter & salubriter providere; unionem, annexionem, & incorporationem prædictas auctoritate Apostolica præsentium tenore dissolvimus, ipsumque Monasterium ab eadem mensa separamus, ac in pristinum, & eum statum, in quo erat, antequam uniretur, annecteretur, & incorporaretur reponimus, & plenarie reintegramus, apud Sedem prædictam vacaverit & vacet ad præsens, nullusque de illius provisione, præter nos hac vice se intromittere potuerit sive possit, reservatione & decreto obsistentibus supradictis; Nos qui dudum statuimus, & ordinavimus, quod ex tunc deinceps clausula motus proprii, & per quam Beneficia Ecclesiastica habebantur pro expressis in Commendis Monasteriorum, aut quorumcumque aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium, & certo modo vacaturorum, & quæ desuper emanarent gratiarum concessionibus & mandatis hujusmodi, qualitercumque, & quibuscumque verbis, quantumcunque generalibus, vel specialibus concepta, & per quamcunque signaturam, quam desuper ex tunc a nobis vel in præsentia nostra fieri contingeret, pro tempore concessa, & quoad illorum quæ personæ quibus concederentur tunc expectarent vacaturorum dumtaxat, non autem aliorum, quæ tunc obtinerent, ac in quibus, & ad quæ jus eis competeret Beneficiorum Ecclesiasticorum, ac pensionum annuarum, quæ tunc perciperent, expressionem hujusmodi eis suffragarentur, litterasque super concessione clausularum hujusmodi, quæ in futurum a nobis emanarent ob non expressionem Beneficiorum valorum, & qualitatum, ac pensionum earumdem, subreptionis & defectus intentionis nostræ vitio omnino subjacere decrevimus, perinde ac si clausula ipsa in eisdem litteris apposita non esset, tam dicto Monasterio de gubernatore utili & idoneo, quam tibi pro onerum tibi incumbentium faciliori supportatione de alicujus subventionis auxilio providere volentes; motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate Monasterium prædictum, cujus fructus, redditus, & proventus ad centum & viginti florenos auri de Camera in libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur, sive præmisso sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona vacet, & ex quavis causa illius provisio ad Sedem prædictam specialiter vel generaliter pertineat, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, tibi per te, quoad vixeris, una cum omnibus & singulis Monasteriis, Prioratibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, & officiis, ac beneficiis Ecclesiasticis secularibus, & quorumvis Ordinum regularibus, quæ in titulum, vel Commendam obtines, & imposterum obtinebis, ac pensionum quarumcumque quantitatibus, quas percipis & percipies in futurum, tenendum regendum & gubernandum; ita quod liceat tibi, debitis & consuetis dicti Monasterii, ac dilectorum filiorum Conventus ejusdem supportatis oneribus, de residuis illius fructibus redditibus & proventibus disponere, & ordinare sicuti veri Monasterii prædicti Abbates, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium dicti Monasterii tibi penitus interdicta, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, Commendamus, curam, regimen, & administrationem dicti Monasterii tibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committentes, ac sperantes, quod per tuæ circumspectionis industriam, & studium fructuosum præfatum Monasterium regetur utiliter, & prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus & temporalibus suscipiet incrementa, decernentes quoque ex nunc irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contige-

Basilicæ Vat. pro Castro Podii Donadei univerat.

Adnexionem dissolvit ob regimen non susceptum a Capitulo.

Idem M... sterium com... in Commen... Card. Sab...

Cum ple... re super ej... ditibus &...

tigerit attentari. Et nihilominus venerabilibus fratribus Esculan. (*a*) & Alatrin. ac Marsican. Episcopis motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant tibi auctoritate nostra a Conventu præfatis obedientiam & reverentiam congruentes, & a dilectis filiis Vassallis, & aliis subditis dicti Monasterii consueta servitia & jura ab eis tibi debita integre exhiberi; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Statuto & ordinatione nostris præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Monasterii & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque, seu si Conventui Vassallis & subditis præfatis vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a Sede præfata indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Proviso quod propter Commendam hujusmodi in dicto Monasterio divinus cultus, ac solitus Monachorum & Ministrorum numerus non minuatur; sed illius & Conventus prædictorum congrue supportentur onera antedicta. Nulli ergo &c. nostræ dissolutionis, separationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis Commendæ, commissionis, constitutionis, & mandati infringere &c. Si quis &c.

Monachorum Monasterii subditorum ... ntiam illi

Ita tamen, ut Divinus Cultus & onera Monasterii non negligantur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo, tertio Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno decimo.

Capellaniam perpetuam ante annos 50. fundatam ad Altare, mortuorum nuncupatum, cum onere inserviendi choro una cum clericis perpetuis Basilicæ, confert Matthæo Angeli de Magliano contra mentem Fundatoris, cum debita dispensatione.

Ex Regesto LXIX. Sixti IV. pag. 4. ap. Archiv. Apost. Vatic.

CH. 81. Dec.

SIxtus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Matthæo Angeli de Magliano perpetuo Capellano ad Altare mortuorum (*b*) situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe; Salutem &. Apostolicam Benedictionem.

...itis per... more or...

Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnia Beneficia Ecclesiastica apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & inantea vacatura collationi nostræ reservavimus, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque postmodum perpetua Capellania ad Altare mortuorum (*c*) situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, in cujus fundatione caveri dicitur, quod in illa, dum pro tempore vacat, eligi debeat Capellanus per Priores pro tempore existentes Canonicorum, Presbyterorum, ac Clericorum, & perpetuorum Beneficiatorum dictæ Basilicæ, & electus suæ electionis confirmationem obtinere a Capitulo ejusdem Basilicæ, & quam quondam Paulus Antonius (*d*) de Galera ad dictum Altare

Capellaniæ altaris mortuor. conditio.

(*a*) Monet Ughellus (*to. v. de Asculan. Episc.*) hanc Piceni urbem vocari ab aliquibus *Esculum*, eam discernendi ergo a cognomine alia, quæ est in Apulia: tametsi Cæsar, Cicero, Vellejus, cæterique Scriptores veteres Asculum semper, nunquam Esculum appellent. Quare non cubat hîc error Amanuensis, sed juxta prædictam opinionem Esculanus appellatur Episcopus, qui erat Asculanus, & quidem magni nominis, Prosper videlicet Caffarellus nobilis Romanus mira eruditione illustris, ac summis virtutibus præstans.

(*b*) Ejusdem nominis Altaria duo existebant in veteri Basilica; ut patet ex Alpharani Tab. ichnogr. num. 28. & 48. Primum scilicet situm erat juxta intercolumniorum parastatam, quæ sinistram partem Crucis transversæ intersecabat, ubi erat loco principe oratorium S. Joannis ad fontes cum Baptisterio. Alterum vero extabat inter januas Ravennianam, & Argenteam, penes quod erat sepulchrum S. Leonis IX. ac de isto hîc sermo est.

(*c*) Hanc fundavit Petrus de Benevento noster Canonicus an. 1430. extatque ipsum instrumentum fundationis in Archivo nostræ Basil. Vatic. inter Bullas & Privil. lib. signato *lit.* A *pag.* 169. ex quo patet, Petrum de Benevento, non autem Bartholomæum, ut perperam Alpharanus *num.* 48. & ex eo Ciampinus *de sac. ædif. pag.* 65.) fundasse hanc Capellaniam *intra duas portas majoris navis*, ad altare mortuorum *Indict. VIII. die* 19. *Augusti Martino V. Pontifice*, anno videlicet 1430. ut supra dictum est. Hujus autem conditiones Apostolicis hisce literis breviter indicatæ ex Instrumento eodem satis prolixo, (quod propterea hîc omittimus) possunt repeti: Id prætereundum non videtur, quod Gregorius XIII. Capellaniam istam Sacristiæ univit, adnexumque Clericatum, quinque & viginti Clericatibus perpetuis chori adjunxit per suam Bullam (*Ind. Bullar. Archiv. Basil. Vat. pag.* 195.) quam dabimus suo loco, ubi ventum erit ad an. 1581. Qui quidem Clericatus est vicesimus sextus, ac proinde omnium postremus: nam Bonifacius VIII. anno 1308. primus omnium viginti Clericos instituit, ut supra *to.* 1. *pag.* 230. Franciscus de Thebaldeschis Presb. Card. tit. S. Sabinæ, dum erat Prior Canonicorum nostræ Basil. tres Clericos instituit, ac demum Sixtus IV. ut paulo infra planum erit, duos alios an. 1482. adjunxit: adeoque eorum numerus ad 25. pervenit, quem demum explevit vicesimus sextus prædictus, qui in libro Archivi nostri nuncupato *Descendentia Canonicor. Beneficiatorum & Clericorum* jure postremus omnium recensetur, *pag.* 400.

(*c*) In prædicto libro *Descendentia &c.* ab an. 1520. recensentur Capellani Altaris mortuorum Basilius, Joannes, Petrus, Honoratus, & Joannes Thomas Vertua: quo consentiente,

tare perpetuus Cappellanus, dum viveret, obtinebat; per obitum ejuſdem Pauli Antonii, qui apud Sedem prædictam diem clauſit extremum, apud Sedem ipſam vacaverit, & vacet ad præſens, nulluſque de illa præter nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis:

S. Sedi reſervatam confert ipſe Pontifex.

Nos volentes tibi præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, gratiam facere ſpecialem, teque a quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Capellaniam prædictam, quæ ſine cura eſt, & cujus ac cujuſdam perpetui Beneficii Eccleſiaſtici, Clericatus nuncupati, in eadem Baſilica eidem Capellaniæ perpetuo annexi fructus, redditus, & proventus octuaginta florenorum auri de Camera. (*a*) ſecundum communem extimationem, valorem annuum, ut aſſeris, non excedunt, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per liberam reſignationem dicti Pauli Antonii, vel alicujus alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam vacet; etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii ad Sedem præfatam legitime devoluta, ipſaque Capellania diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel ex eo quod, ut a nonnullis aſſeritur, dictus Paulus Antonius illam obtinens bonæ memoriæ Coſmæ tituli Sanctorum Nerei & Achillei Presbyteri Cardinalis (*b*) familiaris, continuus commenſalis extitit, vel alias generaliter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, & de illa etiam providemus, decernentes, prout eſt irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel impoſterum contigerit attentari.

Collationis juſtas cauſas enumerat.

Et nihilominus Venerabilibus fratribus Patracen. (*c*) & Florentin. Archiepiſcopis, ac dilecto filio Bartholomæo de Paglionibus Canonico Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios te, vel Procuratorem tuum tuo nomine in corporalem poſſeſſionem Capellaniæ, ac annexi, juriumque, & pertinentiarum præfatorum inducant auctoritate noſtra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet detentore, facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum ad Capellaniam, & annexum hujuſmodi, ut eſt moris, admitti, tibique de Capellaniæ, & annexi hujuſmodi fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi, contradictores auctoritate noſtra præfata, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Ejuſdem [...]ſſionem in[...] dam demat[...]

Non obſtantibus fundatione prædicta, cui hac vice dumtaxat derogamus, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ac dictæ Baſilicæ juramento &c. *ut ſupra pag.* 204. Aut ſi aliquibus ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſm. vel aliis Beneficiis Eccl. in d. Urbe ſpeciales, vel generales d. Sedis, vel Legator. ejus litteras impetraverint; etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus te in aſſecutione dictæ Capellaniæ, & annexi hujuſmodi volumus anteferri; ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu ſi dilecto filio &c. ſeu quod tu ad Parochialem Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Lucigliano ruralem habitu & non actu curatam quam non poſſides, jus habere prætendis, & alteram ex portionibus Parochialis Eccleſiæ S. Joannis de Magliano per duos Rectores regi ſolitæ Nepeſin. dioceſ. ac perpetuam Capellaniam ad Altare S. Catharinæ ſitum in Parochiali Eccleſia Sancti Salvatoris in Peſtula de eadem Urbe, quorum omnium inſimul triginta florenorum auri ſimilium

Cont[...] qui uſq[...] derogat.

te, & ſupplicante Gregorius XIII. Clericatum chori perpetuum, ut cæteri, eſſe voluit. Sed ante prædictos Capellanos Grimaldus ejus libri auctor duos enumerat ſibi ignotos per literas NN.NN. quorum nomina ſuppetunt ex hiſce Apoſtolicis literis; nempe Paulus Antonius de Galera, & Matthæus Angeli de Magliano, quem Sixtus IV. inſtituit.

(*a*) Extat in Archivo Baſil. Vat. Codex ejuſdem Joannis Thomæ Vertua manu exaratum, unde reditus, & proventus hujuſmodi ex ſyngraphis, & memorialibus regeſtis eruuntur. Hinc diſcimus, octoginta florenos omnino, ſeu centum ſexaginta circiter aureos ex Capellania, & clericatu ſimul junctis conſueviſſe confici. Ex Bulla autem unionis palam fiet, *ſexaginta & amplius* ſcutatis Capellaniam æſtimari.

(*b*) Coſmas de Melioratis ex Matre Romana Urſina, ideoque Urſinus nominatus ex Abbate Farfenſi Archiep. Tranenſis factus erat a Sixto IV. an. 1479. mox Presb. Card. SS. Nerei & Achillei an. 1480. Idibus Maji: ſequenti autem anno die 21. Novemb. deceſſit, 24. diebus ante has literas. *Ciacon. Ughell.*

(*c*) Hunc Archiep. ex provincia Achaja Romæ degere nihil mirum: at Raynaldum Urſinum qui ab an. 1474. ad 1508. Florentinam adminiſtravit Eccleſiam, ibidem commorari, patriæ ſuæ, quam Eccleſiæ amantiorem fuiſſe demonſtraret; niſi reputaretur horridum multiplexque id Florentinorum Sacrilegium tum in S. Reparatæ adverſus Mediceos, tum in Curia adverſus Archiepiſcopum Piſanum laqueo ſuſpenſum, actumque præcipitem e feneſtris, anno 1478. Quamobrem tota civitas ad annum uſque extremum 1480. interdicto ſubjacuit. Archiepiſcopum vero ne ſequenti quidem anno reverſum eo eſſe ſatis comprobat hoc munus ei demandatum a Pontifice in Urbe. Cæterum Grimaldus ubi ſucceſſionem, ſeu deſcendentiam hujuſmodi Clericatus a prima inſtitutione orditur, minime accipiendus, ac ſi clericatuum perpetuorum chori naturam iſti tribuat.

(*a*) Scla

lium fructus redditus & proventus, secundum extimationem prædictam, valorem annuum non excedunt, noſceris obtinere. Nulli ergo &c. noſtræ abſolutionis, collationis, proviſionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo, decimonono Kalend. Januarii, Pontificatus noſtri Anno undecimo.

Deputat quinque Canonicos Conſervatores, & unum Clericum Camerarium pro bonis, & rebus; ac duos Beneficiatos camerarios abſentiæ Canonicorum &c. pro recta diſtributione facienda inſervientibus Baſilicæ.

Ex Tabul. Baſ. Vatic. capſ. 12. faſc. 277. & ex Regeſto 66. Bullar. Sixti IV. pag. 169. ap. Archiv. Apoſt. Vat.

. Ch. 181. Libr.

AD futuram rei memoriam.

Licet ex debito Miniſterii paſtoralis ſuperna nobis diſpoſitione commiſſi circa univerſarum Urbis, & Orbis Eccleſiarum ſtatum ſalubriter, & proſpere dirigendum nos deceat eſſe intentos; circa tamen Patriarchalem Principis Apoſtolorum de Urbe Baſilicam dignitate, honore, & venuſtate præcipuam Salvatoris noſtri Sudario, atque aliis plurimis Sanctorum venerandis Reliquiis, Indulgentiarumque muneribus decoratam, illiusque proſperitatis votivæ regimen, tanto potioribus ſtudiis aciem noſtræ conſiderationis tenemur extendere, quanto ipſius Baſilicæ excellentia, & illius nobis ſtrictiori jure cura commiſſa, noſtraque ad ipſum Apoſtolorum Principem ſingularis devotio id expoſcunt. Cupientes igitur, ut dilecti filii ejuſdem Baſilicæ Capitulum, Beneficiati, & Clerici divinorum decenti celebrationi tanto diligentius, & ſolertius ſint intenti, quanto ex noſtra ordinatione cognoverint ſuper diſtributiones fructuum, reddituum, & proventuum ejuſdem Baſilicæ inter deſervientes eidem in divinis utiliter, & ſalubriter fore proviſum; motu proprio non ad Capituli Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum prædictorum, vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa noſtra ſcientia auctoritate Apoſtolica præſentium tenore ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli Canonici, Beneficiati, & Clerici dictæ Baſilicæ debeant ſingulis horis Canonicis in dicta Baſilica ſuis hebdomadis intereſſe, & ratione intereſſentiæ hujuſmodi Canonici, Beneficiati, & Clerici prædicti in ſingulis horis prædictis, quibus interſuerint, certam quotam per eos hactenus percipi ſolitam de proventibus dictæ Baſilicæ nomine quotidianarum diſtributionum percipiant, & qui horis non interfuerint eiſdem, quacumque excuſatione ſint muniti, præter quam menſibus a Statutis permiſſis, diſtributionem ſive quotam hujuſmodi nullatenus habere debeant in futurum, niſi aliud a nobis ſuper hoc ex aliqua rationabili cauſa contingat demandari. Quodque in eadem Baſilica Vicarius noſter pro tempore exiſtens ratione hujuſmodi ſervitii quotidianas diſtributiones groſſum, & emolumenta quæcumque ut unus Canonicorum eorumdem percipiat & habeat, Beneficiatique in eadem Baſilica Capellanias aliquas obtinentes onera celebrationis Miſſarum ad eos ratione Capellaniarum prædictarum pertinentia per ſe ipſos, vel per alias perſonas de eadem Eccleſia, ſi ipſi juſto impedimento impediti fuerint, adimplere debeant, & non celebrantes qualibet vice, qua defecerint, tres bolendenos retinendos de eorum quotidianis diſtributionibus perdant, ac pro abſentibus, quo ad omnes horas ejus diei, per Camerarios abſentiæ in libro eorum annotentur. Et quia non ſufficit circa ſpiritualia hujuſmodi ſic providere, niſi circa conſervationem temporalium bonorum, & jurium dictæ Baſilicæ, ſine quibus ſpiritualia diu ſubſiſtere nequeunt utiliter, ſalubriter conſulatur, & experiri volentes an, ut a nonnullis aſſeritur, pro dictæ Baſilicæ proſperis ſucceſſibus expedit, quod omnes illius fructus, redditus, & proventus colligantur, & in unam maſſam redigantur, & per quotidianas diſtributiones hujuſmodi dividantur, deputenturque in eadem quinque ex Canonicis ejuſdem Baſilicæ, qui Conſervatores, & ex Beneficiatis prædictis unus, qui Camerarius dictæ Baſilicæ nuncupetur, eiſdem motu, ſcientia, & auctoritate dilectos filios Laurentium de Rubeis, Antonium de Forlivio, Bartholomæum de Bollis, Hieronymum de Porcariis, & Simonem Bonadies dictæ Baſilicæ Canonicos viros prudentes, & graves, & de quorum fide plurimum confidimus, in Conſervatores, ac Georgium de Caſtellanis Clericum perpetuum Beneficiatum in eadem familiarem noſtrum continuum commenſalem in Camerarium Cameræ dictæ Baſilicæ. Ad annotandum vero non intereſſentes divinis in eadem & officium Camerariorum abſentiæ dilectos filios Anſuinum Angeli, & Petrum Johannis Pauli perpetuos Beneficiatos ejuſdem Baſilicæ, qui more ſolito, Canonicos, Beneficiatos, & Clericos eiſdem horis non intereſſentes qualibet die in certo libro ſecundum formam ſtatutor. ejuſdem

Non ſatisfacientes per ſe, aut per alios oneribus Miſſarum, & abſentes multandi.

Quinque Canonici Conſervatores, & BeneficiatusCamerarius inſtituuntur.

Duo Beneficiati Camerarii absentiæ & eorum munus.

dem Basilicæ fideliter annotare debeant pro uno anno incohando in Kal. proxime futuri mensis Martii dicta auctoritate assumimus, & deputamus: eisdemque Conservatoribus, & merario Cameræ eligendi aliquem virum bonum fide,& facultatibus idoneum in depositarium fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum cum salario per eos de consensu dicti Vicarii assignando, ac dicto Camerario Cameræ sibi commissum Camerariatus hujusmodi officium etiam per alium idoneum,quem duxerit eligendum de gremio dictæ Ecclesiæ, exercendi, facultatem eisdem motu, scientia, & auctoritate concedimus; ac volumus quod anno prædicto durante omnes, & singuli fructus, redditus, & proventus dictæ Basilicæ tam grossi, & decimarum ac exceptorum & vinearum, nec non grani, & aliorum bladorum, ac piperis; quam alii quocumque alio nomine nuncupati, & quomodocumque, ac qualitercumque ad eandem Basilicam pertinentes in unam communem massam ut præfertur, redigantur, & ad manus dicti Depositarii debeant pervenire, ipseque Depositarius quotidianas distributiones prædictas quolibet mense deservientibus in divinis in dicta Basilica, ac nomine grossi, & Præben. cuilibet ex illis, qui usque tunc residentiam fecerint in Urbe, & deservierint in divinis eidem Basilicæ temporibus consuetis, secundum determinationem Vicarii, Conservatorum, & Camerarii Cameræ, & secundum quotam Canonicis, Beneficiatis, & Clericis dari, & assignari consuetam ex dispositione statutoque ipsius Basilicæ, & cum expediens fuerit in supplementum quotidianarum distributionum assignare, ac in fine anni computum de eisdem Conservatoribus fideliter reddere teneatur. Et quicquid reddita ratione hujusmodi superesse continget inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, juxta statutorum dispositionem dividatur. Conservatores vero Sacristiæ jurium, & bonorum omnium mobilium & immobilium dictæ Basilicæ curam, & custodiam habeant, ita ut nullus alius absque eorum consensu de illis se intromittere possit: debeant etiam singulis tribus mensibus, durante eorum officio hujusmodi, se conferre personaliter ad omnia Casalia, & possessiones dictæ Basilicæ, ac illa, eorumque confinia, nec non domus in urbe & alibi existentes revidere, & quæ pro conservatione jurium dictæ Basilicæ in illis eis necessaria seu quomodolibet opportuna videbuntur, Capitulo præfatis referre,super quibus sic relatis Capitulum præfati studeant providere, prout expedire cognoverint, manutentioni casalium, domorum, & bonorum prædictorum & jurium dictæ Basilicæ in eisdem. Camerarii autem prædicti officium sit in solicitando debitores, ut solvant, ac causas & negocia dictæ Basilicæ, & alia facienda, quæ ei pro tempore commissa, & per Capitulum, & Conservatores demandata fuerint. Conservatores vero prædicti esse debeant superintendentes in singulis causis, & negociis dictæ Basilicæ, & depositarium, & Camerarium prædictos sæpius monere, ut eis incumbentia diligenter exequantur. Et quotiens expedire cognoverint, an id faciant investigare, & rationem exigere ab eisdem; necnon omnes & singulos Camerarios, qui fuerunt in dicta Basilica a tempore assumptionis nostræ ad summi Apostolatus apicem citra, sive Canonici, sive Beneficiati, & Clerici, sive alii, quocumque nomine censeantur, pro controversiis componendis, seu legatis exigendis ad præfatam Basilicam spectantibus specialiter deputati fuerint ad reddendam rationem de administratis per eos, cogant, & compellant, ac in gravioribus negotiis illis assistere in exequutione eis incumbentium officiorum prædictorum, & de cetero computa omnia eorum,qui aliquid hactenus administrarunt de bonis,fructibus,reditibus,& proventibus dictæ Basilicæ revidere, & solutis debitis ejusdem, quicquid supererit ad dictum Depositarium facere pervenire,ac singulis mensibus cum Camerariis absentiæ, quantum cuilibet deservientium in divinis debeatur nomine distributionis illo mense calculare, & dicto Depositario ut id solvat mandare, ac anno finito, & antea si eis expedire videbitur,computa dicti Depositarii revidere. Volumus insuper quod omnes, & singulæ eleemosynæ, sive oblationes pervenientes ad Capellam beatæ Mariæ de Febribus nuncupatam, sint & esse debeant pro salario Capellani ac reparatione dictæ Capellæ, & quicquid supererit,ac ceteræ oblationes, & eleemosynæ dictæ Basilicæ juxta ipsius consuetudinem, dispensentur: deputati quoque inibi officiales alii quicumque decurso præsenti mense, computa de administratis per eos reddant Conservatoribus prædictis,& ab exequutione officiorum suorum abstineant, usquequo contigerit, eis per nos aliud demandari. Et quia facile evenire posset, quod Conservatores prædicti omnes insimul convenire nollent, vel non possent, aut convenientes non concordarent; volumus, quod ea, quæ fieri continget a majori parte eorum etiam aliis præsentibus & contradicentibus, vel absentibus, tamen vocatis, plenam obtineant roboris firmitatem. Et quia parum esset præmissa ordinasse, nisi debitæ exequutioni demandentur, Vicario prædicto committimus, & mandamus, ut Conservatores, Camerarium Cameræ, Camerarios absentiæ procuratorem, & Depositarium prædictos ad acceptand. eorum officia in primo Capitulo, quod de mense

Depositarius omnium redituum creatur extra Capitulum.

Qui æque omnia distribuant, & quidquid superest in fine anni dividatur.

Camerarii, Conservato[rum] officia.

Rationes [exi]gendæ ab iis [qui] administrar[unt].

Qui in[terim] suspendunt[ur ab] officio.

se

ſe Martii contigerit, celebrari auctoritate noſtra cogat, & compellat, & juramentum exigat ab eis in Capituli prædictorum præſentia de eorum officiis debite, & fideliter exercendis, ac alios Officiales, quorum officia ſuſpendimus, ut ab officiorum eis commiſſorum, & ſuſpenſorum exequutione abſtineant, & computa reddant inſtantibus Conſervatoribus prædictis, ac ſuper emergentibus cauſis & negociis quibuſlibet, ſuper quibus per partes non ſufficienter, aut nullo modo proviſum foret, prout ſibi videbitur expedire. Et ſi facti id expoſcat qualitas, nobis ſtudeat intimare. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam &c. Non obſtan. &c. Nulli ergo &c. noſtrorum ſtatuti, ordinationis, aſſumptionis, deputationis, conceſſionis, voluntatis, commiſſionis, mandati, & ſuſpenſionis infringere &c. Si quis &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo, pridie Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Joanni Jacobo Sclafinato ex Canonico S. Petri electo Epiſcopo Parmenſi prorogat poſſeſſionem domus, horti, vineæ &c. quibus fruebatur, tanquam Canonicus, quoad vixerit.

Ex Regeſto LXXVII. Bullar. Sixti IV. pag. 325. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Joanni Iacobo Electo Parmen. (a) Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Perſonam tuam nobis & Apoſtolicæ Sedi devotam, tuis exigentibus meritis, paterna benevolentia proſequentes, illa tibi libenter concedimus, quæ tuis commoditatibus fore conſpicimus opportuna. Dudum ſiquidem Canonicatu & Præbenda, ac domo Canonicali Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quos quondam Fabianus de Montepolitiano Canonicus dictæ Baſilicæ, dum viveret, obtinebat, per obitum dicti Fabiani, qui apud Sedem prædictam diem clauſerat extremum, vacantibus, nos tunc, ut tibi, qui dictæ Baſilicæ Canonicus eras, prout adhuc exiſtis, de domo commoda pro tua, & tuis exiſtentium obſequiis receptione provideremus, domum prædictam cum illi contiguis hortulo & vinea, aliiſque juribus, & pertinentiis ſuis tibi per te, quamdiu obtines Canonicatum & Præbendam prædictos, quos tunc, ut præfertur, obtinebas, tenendam & poſſidendam per alias noſtras litteras conceſſimus, & aſſignavimus, ac voluimus, quod te cedente vel decedente, ſeu Canonicatum & Præbendam prædictos, quos in dicta Baſilica obtinebas, prout obtines, alias quomodolibet dimittente, domus prædicta cum hortulo, vinea, juribus & pertinentiis ſupradictis ad dilectum filium Bartholomæum de Bollis Canonicum dictæ Baſilicæ familiarem noſtrum, continuum commenſalem, cui de Canonicatu & Præbenda prædictis per obitum dicti Fabiani vacantibus duxerimus providendum, libere pertineret, quamdiu ipſe Bartholomæus ſibi collatos Canonicatum & Præbendam prædictos obtineret in eadem Baſilica, liceretque ſibi ex tunc domus, hortuli, & vineæ, juriumque & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem propria auctoritate apprehendere, & quamdiu ſibi collatos Canonicatum & Præbendam prædictos obtineret, retinere; cujuſvis licentia ſuper hoc minime requiſita, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem nos nuper de perſona tua Eccleſiæ Parmen. tunc vacanti duxerimus providendum, tuque Canonicatum & Præbendam prædictos, quos in dicta Baſilica obtines, reſignare proponas ſponte & libere in manibus noſtris, noſque reſignationem ipſam admittere, & de eiſdem per te obtentis Canonicatu & Præbenda dilecto filio Magiſtro de Sclaffanatis germano tuo providere intendamus; Nos te, qui noſtris inſiſtis obſequiis, & de domo prædicta pro tua & familiarium tuorum receptione indigere dignoſceris, favore proſequi, tuiſque commoditatibus conſulere volentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia tibi de dicta domo cum hortulo, vinea, juribus, & pertinentiis ſuis conceſſionem & aſſignationem prædictam ad vitam tuam prorogamus, ac volumus, & tibi concedimus, ut

Eoque decedente aut cedente alii Canonico deſtinata.

Utenda eidem permittitur etiam Epiſcopo deſignato.

(a) Sclafenatum Ciaconius appellat, ut in Regeſt. Arch. Apoſt. Vatic. At Ughell. Epitaph. referens in ejus marmoreo monum. ad S. Auguſtini in urbe, Sclafinatum vocat. Erat is cubicularius Pontificis, eique admodum charus, quem idcirco minime mirum, ſi novo exemplo uti voluit Canonicali domo prope Auſam. Quin etiam inſeq. anno Card. Presbyterum S. Stephani in Cælio monte adlegit, publiciſque ac privatis in rebus pertractandis dexteritatem ejus non ſemel adhibuit. Mediolanenſis ipſe erat; eodemque anno quum Parmen. Epiſcopus eligebatur, Gabrielem de Sclafenatis Canonicum S. Petri eſſe factum teſtantur Regeſt. Arch. Apoſt. Vat. & infra in hiſce Apoſtolicis literis ejus germanus appellatur. Quæ ſane res admirationem adimit, cur domum Canonicalem eidem concedat, ſimul nempe cum fratre incolendam.

Acsi illam obtinuisset ad vitam.

ut etiam, postquam Canonicatum & Præbendam prædictos, quos obtines dimiseris, domo, hortulo, vinea, & eorum juribus & pertinentiis supradictis uti, potiri, & gaudere possis & debeas, quoad vixeris in omnibus & per omnia, perinde ac si domus ipsa cum hortulo, vinea, juribus & pertinentiis supradictis tibi, quoad viveres, etiam postquam obtentos per te Canonicatum & Præbendam prædictos dimisisses, per nos concessa & assignata fuisset: Non obstantibus priori voluntate nostra prædicta, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac omnibus illis, quæ in dictis tibi concessis litteris voluimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo &c. prorogationis, voluntatis, & concessionis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, Pridie Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Institutio duorum Beneficiatorum, totidemque Clericorum, qui Sixtini vocantur certis statutis oneribus, ac dote assignata, cum insertis duobus Instrumentis, quorum altero continetur solutio quinque mill. florenor. auri pro dote; altero vero emtio bonorum stabilium pro fundo eorumdem Beneficior. & Clericat. qui pares omnino cæteris antiquioribus constituuntur.

Ex Autogr. Arch. Basil. Vat. caps. 7. fasc. 269. Item lib. A. pag. 192. & lib. B. pag. 119.

AN. CH. 1482. 1. Mart.

IN Nomine Dñi nostri Jesu Christi. Amen. Noverint universi, & singuli præsentes, pariterque futuri, per hoc verum, & publicum Instrumentum; quod anno a Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, Indictione prima, die vigesima mensis Aprilis, Pontificatus vero Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Sixti divina Providentia Papæ quarti anno duodecimo; personaliter constituti in Sacristia Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Reverendi in Christo Patres Dominus Joannes Jacobus Parmen., & Stephanus Maurian. (a) Episcopi, & Joannes Andreas de Grimaldis, Sedis Apostolicæ Prothonotarius, Magister Domus Palatii Apostolici, præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Referendarii domestici, in qua Sacristia erant congregati capitulariter, & Capitulum facientes, & celebrantes Reverendus Pater Dominus Hieronymus Episcopus Forosempronien. Vicarius, & Canonici dictæ Basilicæ infrascripti, videlicet Dominus Laurentius Rubeus, Antonius de Trevio, Bartholomæus de Bollis, Britius de Monte, Celsus Mellinus, Bonincasa (b) Anconitanus, Carolus de Comitibus, Gabriel de Sclaffanatis, Nicolaus de Crapanica, Franciscus Maffeus, Simon Bonadies, Franciscus de Sinibaldis, Franciscus de Chere, & Joannes Franciscus della Ceccha. Qui quidem Domini Episcopi, & Magister domus prædicti de mandato præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ, præsentibus me Notario publico, & testibus infrascriptis, mandarunt legi, & publicari coram dictis Dominis Canonicis capitulariter ibidem sedentibus per me dictum, & infrascriptum Notarium quasdam litteras Apostolicas, quas illuc detulerant de mandato ejusdem Domini nostri Papæ, tenoris sequentis:

Capitulum congregatum pro publicat. Constitut.

Notarius eam recitare jubetur.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Constit. ipsa in Capi[tulo] perlecta.

Cum illius, cujus perfecta sunt opera, vices, quanquam immeriti, geramus in terris, eum pro viribus imitari nos convenit, ut ea, quæ ad ejus laudem, & gloriam pia devotione incœpimus, ad optatum perducamus effectum. Cum itaque nos pridem ad Patriarchalem Principis Apostolorum Basilicam, inter alias Urbis, & Orbis Ecclesias dignitate, honore, & venustate præcipuam, Salvatoris nostri Sudario, atque aliis plurimis Sanctorum venerandis Reliquiis, ac Indulgentiarum muneribus, necnon uno Archipresbyteratu, triginta Canonicatibus, & totidem Præbendis, ac triginta quatuor Beneficiatis, & viginti quinque Clericatibus nuncupatis, perpetuis Beneficiis Ecclesiasticis pro totidem Canonicis Capitulum inibi constituentibus, triginta quatuor Beneficiatis, & vigintiquinque Clericis ad divina inibi ministranda deputatis, decoratam, aciem nostræ considerationis extendentes, in eadem Basilica insignem Capellam cum Altari, & decenti choro, in quo Canonici, Beneficiati, & Clerici dictæ Basilicæ singulis diebus horis canonicis conveniunt ad divina decantanda officia, opere non parum sumptuoso construi &

De more [...] tur a præ[...] tia Basil. V[...]

Capella Si[x]na nuncupat[a] seu Chorus Ba[...]

(a) Suffraganeus Archiepiscopi Viennensis in Gallia, cujus Sedes appellatur *S. Jean de Maurienne*. Erat olim Maurianensis alia Episcopalis Sedes in Mauritania Cæsariensi.

(b) Petrus Benincasa de Benincasis Canonicatum adeptus Pontificatus anno VI. ut ex Archiv. Apost. Vat. Regest.

& ædificari fecerimus, eamque sic constructam, in honorem, & sub invocatione Conceptionis Virginis Mariæ, ac Sanctorum Francisci, & Antonii de Padua consecrari facere curaverimus; & ut condignis frequentaretur honoribus, Indulgentiis, & peccatorum remissionibus decoraverimus; intendamusque ibidem corpus nostrum, dum animam ab illo separari contigerit, sepeliri. Nos attendentes, parum esse hæc omnia peregisse, nisi per nos provideatur, quod in eadem Capella, præter alia, quæ Canonici primum, & Beneficiati secundum, ac clerici tertium ordinem ministrorum ibidem obtinentes præfati, in communi celebrant Missas, & officia, aliquæ missæ singulis diebus ex ordinatione nostra celebrentur; & quod si cuilibet ex Ordinibus prædictis, Beneficiatorum videlicet, & Clericorum superadderentur duo alii Beneficiati, & Clerici, qui aliis Beneficiatis, & Clericis inibi in onerum supportatione, & emolumentorum perceptione æquales existerent, & ultra hoc duas Missas qualibet die in dicta Capella celebrarent, & pro hujusmodi superaddito onere aliqua alia emolumenta perciperent; assignarentur quoque eidem Basilicæ redditus ad id sufficientes, profecto eidem Capellæ quoad ejus laudabilem ordinationem nil deesse censeretur; ac volentes super hoc oportune providere; motu proprio, non ad dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli dictæ Basilicæ, aut alicujus alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa nostra scientia, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in dicta Basilica, præter dictos triginta quatuor Beneficiatos, & viginti quinque Clericos, esse debeant duo Beneficiati, & duo Clerici in Presbyteratus ordine constituti, Sixtini nuncupandi, Apostolica auctoritate statuimus, & pro eisdem quatuor totidem perpetua Beneficia Ecclesiastica, duo videlicet secundi ordinis Beneficiatorum, & alii duo tertii ordinis Clericorum prædictorum nuncupatorum, etiam Sixtina primum, & secundum sui Ordinis nuncupanda, aliis Beneficiis eorum Ordinis in nomine, cognomine, & omnibus aliis æqualia, eisdem motu, scientia, & auctoritate erigimus, & instituimus in eadem: & quod illa hac prima vice per nos, & dum postmodum pro tempore vacabunt perpetuis futuris temporibus, dumtaxat per Canonicos dictæ Basilicæ pro tempore existentes, in Urbe præsentes, ad id invicem convenientes, seu saniorem partem eorum, Personis, de quibus eis videbitur, in Presbyteratus tamen ordine constitutis, conferantur, quæ in onerum supportatione, & quotidianarum distributionum, ac aliorum emolumentorum omnium dictæ Basilicæ perceptione aliis Beneficiatis, & Clericis dictæ Basilicæ omnino æquales existant, & præter hujusmodi onera singulis diebus duas Missas per seipsos in Altari dictæ Capellæ submissa voce celebrare teneantur, onus celebrationis Missarum hujusmodi alternis hebdomadis, vel diebus, aut alias, prout Capitulo præfatis videbitur, inter se dividendo, possint tamen, legitimo subsistente impedimento, per aliquem Presbyterum, existentem de aliquo ordinum prædictorum, Missas hujusmodi facere celebrari, & dum impedimentum tale superveniret, quod verisimiliter tempus octo dierum transcendere deberet, ad celebrandum hujusmodi Missas pro eis, alium etiam, qui non foret de Ordinibus prædictis, consentientibus tamen Capitulo præfatis, durante tali tempore dumtaxat, subrogare, & si Missas hujusmodi celebrare obmitterent, pro singulis Missis, quas non celebrarent, singuli Carleni de eorum distributione per Camerarium illarum retineantur, in iis, quæ necessaria erunt pro conservatione Paramentorum dictæ Capellæ, convertendi, possintque, & dum incumbentia eis onera celebrationis dictarum Missarum non adimplerent, debeant illa hac prima vice, & in posterum obtinentes pro solo nutu Capituli prædictorum ab illis amoveri. Implentes autem onus celebrationis Missarum hujusmodi, de proventibus dictæ Basilicæ decem florenos auri de Camera pro quolibet eorumdem quatuor, ultra alia emolumenta, in quibus cum aliis sunt æquales, ut præfertur, percipiant annuatim; Canonici vero præfati diligenter curare debeant Beneficia hujusmodi talibus conferre Personis in Presbyteratus ordine constitutis, bonæ opinionis, & famæ, quæ verisimiliter sciant, velint, & valeant Basilicæ, & Capellæ præfatis in divinorum celebratione hujusmodi decenter deservire, super quibus quorumcumque ipsorum Canonicorum conscientiam oneramus, & an illi, quibus per nos hac prima vice, & alii, quibus in posterum per eos conferentur, Missas hujusmodi celebrent, ut tenentur, per se, vel camerarium distributionum, ac alias attente investigare, & non celebrantes punire, & cum expediens fuerit, amovere ab eisdem. Teneantur præterea Canonici præfati de cætero singulis annis perpetuis futuris temporibus quatuor anniversaria pro anima nostra, expensis eorum solemniter celebrare in Capella prædicta, unum videlicet die secunda quadragesimæ, & reliquum prima die post octavam Resurrectionis Dominicæ; tertium, quandiu vixerimus, sequenti die post Octavam festivitatis Apostolorum Petri & Pauli de mense Julii, & demum in die obitus nostri; & reliquum in die universalis commemorationis Defunctorum, eisdem motu, scientia, & auctoritate ordinamus; & pro eorundem Beneficiorum

[...]d. Ca[...] [...]edificatio, [...]ntia, de[...]

[...]eficiator. [...]ricorum [...]c. onera.

[...]und. in[...], & cum [...] æquatio

Duæ in ea Capella missæ celebrandæ quotidie per eorum duos.

Mulcta & pœna eorum, qui id negligerent.

Quæ emolumenta, & in quos conferenda talia beneficia?

Quatuor Anniversaria quotannis a Capitulo celebranda.

Beneficiis ejusm. dos assignata indicatur.

rum per nos sic erectorum supportandis oneribus, Basilicæ præfatæ Bona in aliis litteris nostris, seu publico inde conficiendo Instrumento designanda largimur, concedimus, & donamus; & si, quod absit, contingat, Capitulum præfatos in præmissorum executione cessare, & minus fideliter se habere, volumus, & eisdem motu, scientia, & auctoritate decernimus, quod Prælati, Præsidentes, & Clerici Cameræ Apostolicæ, qui pro tempore erunt, præmissa adimplere teneantur, & quoad hoc Canonicis præfatis concessa potestas ad eosdem Prælatos, Præsidentes, & Clericos devolvatur eo ipso, qui Prælati, Præsidentes, & Clerici super votiva executione præmissorum, sicut eis videbitur, possint, & debeant providere. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, & alia juris remedia compescendo. Non obstantibus Constitutionibus. & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, necnon litteris nostris, per quas Capella ipsa Hospitali nostro Sancti Spiritus in Saxia de Urbe Ordinis Sancti Augustini unita, annexa, & incorporata, seu illius regiminis, & administrationis, ac celebrationis divinorum in illa cura, aut quævis alia auctoritas dilectis filiis Præceptori, & Fratribus ejusdem Hospitalis forsan commissa foret, quibus, etiamsi cum motus proprii, & certæ scientiæ, aut aliis derogatoriarum derogatoriis clausulis emanassent, & de eis, earumque toto tenore, & data mentio, seu quævis alia expressio habenda esset, illas præsentibus pro expressis habentes quoad hoc, ipsis alias in suo robore permanentibus, motu, & scientia prædictis specifice, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque; districtius inhibentes Præceptori, & Fratribus prædictis, ne litteris ipsis, & concessa eis per illas potestate, & auctoritate quoad ipsam Capellam de cætero quomodolibet uti præsumant, eisque mandantes, ut Sanctorum Reliquias, Rosam, & alia jocalia, Paramenta Ecclesiastica ad ornatum dictæ Capellæ per nos deputata, penes eos existentia, Canonicis præfatis absque mora consignare procurent, per ipsos Canonicos cum aliis Sanctorum Reliquiis, & Ecclesiasticis Ornamentis dictæ Basilicæ decenter pro ejusdem Capellæ ornatu in posterum conservanda. Et similiter Canonicis præfatis consignare procurent alia quæcumque Bona mobilia & immobilia, quæ a nobis pro Capella prædicta habuissent. Nulli ergo &c. nostri statuti, erectionis, institutionis, ordinationis, concessionis, donationis, voluntatis, constitutionis, derogationis, inhibitionis, & mandati infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnat. Dom. Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo Kal. Mart., Pont. N. anno duod. P. de Valle.

Capitulo exequi id nolente ad Clericos Cameræ res devolvitur.

Hospitali S. Spiritus concessio prius facta irritatur.

Quibus litteris sic lectis, & publicatis, & per prædictos Dominos Canonicos capitulariter congregatos acceptatis, & approbatis, illico dicti Domini Parmensis, & Maurianensis Episcopi, ac Magister domus dicti Palatii Apostolici, nomine, & & de mandato præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ, per manus Venerabilis Viri Rubei de Ricciis mercatoris Florentini, Institoris, sive Gubernatoris Societatis de Rabbatis, & de Ricasulis de Romana Curia, ibidem præsentis, solverunt, numerarunt, assignarunt, & tradiderunt dictis Dominis Canonicis capitulariter congregatis summam florenorum auri de Camera, in auro quinque millium in valore florenorum auri in auro largorum, valentium dictam summam dictorum quinque millium florenorum auri in auro de Camera; quam summam dictorum quinque millium florenorum in auro præfati Domini ibidem præsentes Canonici, & capitulariter congregati confessi fuerunt illos habuisse, & recepisse a Sanctitate præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ, & de quibus florenis in auro quinque millibus dicti Domini Canonici promiserunt Sanctissimo Domino nostro Papæ, & mihi Notario publico infrascripto stipulanti, & recipienti emere possessiones, & fructus ac proventus pro dicta Capella pro dotibus duorum Beneficiatorum, & duorum Clericatuum Sixtinorum nuncupatorum, in præinsertis litteris contentorum, & etiam tenere, & servare dictas præinsertas litteras Apostolicas juxta illarum tenorem. Et etiam promiserunt dicti Domini Canonici ex nunc, & continuo dare, ttadere, & assignare, sive dari, tradi, & assignari facere dictis duobus Beneficiatis, & duobus Clericis fructus, redditus, & proventus ad eos pertinentes, sicuti aliis Beneficiatis, & Clericis dictæ Basilicæ, & ultra decem ducatos auri in auro de camera singulis annis, juxta formam dictarum præinsertarum litterarum. Et pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, & inviolabiliter observandis, præfati Domini Canonici capitulariter congregati omnia eorum, & cujuslibet ipsorum, & præfatæ Basilicæ Bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, ubicumque constituta, & permanentia, sub pœnis Cameræ, & sub quavis alia majori, & meliori, ac efficaciori forma, & pro refectione omnium, & singulorum damnorum, expensarum, & interesse solempniter, & in solidum obligaverunt, & hypothecarunt, cum promissionibus, submissionibus, renunciationibus, Procuratorum constitutionibus, solemnitatibus, & aliis clausulis in similibus Contractibus poni soli-

Floreni ... numerantur qui... mill. pro ... prædicta in ... sessiones ... tenai.

Capitulum ... ligat sua b... omnia pro ea... re.

ſolitis, & conſuetis. Et inſuper præfatiDomini Canonici ſuper eorum pectus, & conſcientias, Sacroſanctis Scripturis manualiter per eos tactis,juraverunt, & quilibet eorumjuravit præmiſſa omnia, & ſingula attendere, & inviolabiliter obſervare, & in nullo contradicere, facere,vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios in Judicio vel extra, directe vel indirecte, tacite vel expreſſe quovis quæſito colore ſub hypotheca, & obligatione prædictis. De, & ſuper quibus omnibus,&ſingulis ſupradictis præfati Domini Epiſcopi, & Magiſter domus præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ petierunt ſibi, & aliis, quorum intereſt, fieri a me Notario publico infraſcripto unum, vel plura publicum, ſeu publica Inſtrumentum, vel Inſtrumenta. Et inſuper dicti Domini Epiſcopi, & Magiſter domus dicti Apoſtolici Palatii aſſeruerunt, præfatum Sanctiſſimum Dominumnoſtrum Papam velle dare, & elargiri dictæ Baſilicæ ultra dictos quinque millia florenos auri in auro de Camera, pro complemento dotium dictorum Beneficiatorum, & Clericatuum dictæ Capellæ mille ſimiles florenos, convertendos in ſimiles emptiones fructuum ad opus dictorum Beneficiatorum, & Clericatuum dictæ ſuæ Capellæ. Acta fuerunt hæc Romæ in dicta Sacriſtia dictæ Baſilicæ anno, Indictione, die, menſe, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus honorabilib. & venerandis Viris Domino Strocio, Caroli de Strotiis mercatore Florentino Romanam Curiam ſequente, & Claudio de Blandanco Canonico Biſuntino, & Nicolao de Ponte vitreo Clerico Gebennen. Diœceſis, teſtibus ad prædicta vocatis ſpecialiter, & rogatis.

[M]ille flo[...] [...]ro com[...] [...]tatis eo[...] Beneff.

Poſtmodum vero anno a nativitate ejuſdem Domini milleſimo ſeptingenteſimo octuageſimo quarto, indictione ſecunda, die vero Dominica, vigeſima prima menſisMartii,Pontificatus præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Sixti divina providentia Papæ quarti anno tertiodecimo, præſentibus me dicto Notario publico, & teſtibus infraſcriptis ad hæc ſpecialiter vocatis, & rogatis, Reverendi Patres, & venerabiles Viri Domini Epiſcopus Faventinus Vicarius, Laurentius Rubeus Prior, Antonius de Forlivio, Andreas de Viterbio Sedis Apoſtolicæ Protonotarius, Antonius de Trevio, Stephanus de Gottifredis, Bartholomæus de Bollis, Jacobus de Cicchinis, Agapitus de Bellishominibus,Benincaſa Anconitanus, Celſus de Millinis, Britius de monte, Franciſcus de Maffeis, Leonardus de Capoccinis, Laurentius de Mari, Nicolaus de Crapanica, Simon Bondies, Joannes Franciſcus dellaCeccha Franciſcus de Sinibaldis, Coſmus de Pazziis, Canonici dictæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe congregati capitulariter in Sacriſtia dictæ Baſilicæ, & ibidem Capitulum poſt veſperas facientes, & celebrantes, inſtante, & requirente venerabili Viro Domino Demetrio Guaſſello altero ex Beneficiatis dictæ Capellæ Sixtinæ dictæ Baſilicæ, de mandato, ut dixit, præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Sixti Papæ quarti, ac etiam nomine ſuo proprio, & alterius Beneficiati, & duorum Clericorum dictæ Baſilicæ nominibus, præfati Domini Canonici capitulariter, ut prædicitur, congregati gratis, & ſponte dixerunt, & in veritate confeſſi fuerunt, emiſſe de dicta ſumma dictorum quinque millium florenorum auri in auro de Camera, eis dudum aſſignatorum, & numeratorum nomine præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ pro dote dictæ Capellæ, poſſeſſiones infraſcriptas, videlicet, ab hæredibus quondam nobilis Viri Evangeliſtæ Magdalenæ, alias Capo di Ferro, civibus Romanis integram medietatem totius Tenimenti vulgariter dicti Campoſalini, ad ipſos hæredes tunc pertinentem, junctam pro indiviſo cum alia integra medietate filiorum, & hæredum quondam Joannis Jacobi Lælii de Cinciis; quod Tenimentum ſitum eſt in partibus Tranſtyberinis extra Portam Portuenſem, ſeu Sancti Pancratii infra ſuos Confines pro pretio, & nomine pretii trium millium quingentorum ducatorum auri de Camera ad rationem bolendinorum ſeptuagintaquinque pro quolibet ducato, ut plene conſtat Inſtrumento publico recepto in poſſe Domini Camilli Bembene Civis Romani publici Imperiali auctoritate Notarii, Item a magnifico Viro Domino Paulo de Urſinis, & Chriſtophoro de Formello filio quondam Philippi de Formello tres integras quartas partes Caſalis, quod dicitur Falcetula, junctas pro indiviſo cum alia integra quarta parte dictæ Baſilicæ, pro pretio, & nomine pretii ducatorum noningentorum ſimilium ad dictam rationem ſeptuagintaquinque Bolendinorum pro quolibet ducato infra ſuos Confines pro dicta Capella, ut plene conſtat publico Inſtrumento recepto in poſſe Domini Chriſtophori Sanctis, in dicta Baſilica Beneficiati, publici Imperiali auctoritate Notarii. Item ab honorabili Viro Domino Stephano Perlyone laico Cive Romano regionis Ripæ integram tertiam partem domus ſitæ in regione Pontis,junctam pro indiviſo cum aliis duobus tertiis pertinentibus ad præfatam Baſilicam, & Hoſpitale Sancti Spiritus in Saxia, pro pretio, & nomine pretii ducatorum auri in auro quadringentorum infra ſuos Confines, ut patet publico Inſtrumento recepto in poſſe Domini Rufini de Sabloindis publici Apoſtolica auctoritate Notarii, pro dote dictæ Capellæ; de, & ſuper quibus omnibus, & ſingulis præfatiDomini Capitulum,&Demetrius dictis nominibus petierunt a me dicto, & infraſcripto Notario, tanquam publica, & authentica per-

Poſſeſſiones emtæ prigrib. quinque mill. flor.

Id eſt Tenimentum Campoſalini, Caſale Falcetulæ, &c.

Acta omnia in Capitulo de more post Vesperas.

persona stipulante, & recipiente sibi fieri, & tradi unum, & plura publicum, & publica Instrumentum, & Instrumenta. Acta fuerunt hæc Romæ in Sacristia dictæ Basilicæ post dictas Vesperas hora, qua solent fieri similia capitula, sedentibus, & congregatis dictis Dominis Vicario, & Canonicis sub anno, Indictione, die, mense, & Pontificatu, quibus supra, præsentibus Nobilibus, & venerabil. viris Dominis Baptista Margano de regione Campitelli, Francisco Baptistæ de Thomaroziis de regione Sancti Eustachii Civibus Romanis, & Joanne Omocque Canonico Ecclesiæ Cameracen., Reverendissimi Domini Vicecancellarii Familiari Testibus ad præmissa vocatis, & specialiter rogatis; & me Joanne Gerones Presbytero Gerunden. diœcesis. publico Apostolica, & Imperiali auctoritatibus Notario, qui præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præmittitur, agerentur, dicerentur, & fierent, una cum prænominatis Testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi, audivi, & in notam sumpsi, ex qua hoc præsens Instrumentum, seu Instrumenta per alium fideliter scriptum, seu scripta inde confeci, & in hanc publicam formam redegi, signoque, & nomine meis solitis, & consuetis signavi, & subscripsi in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

Prædictis duobus Beneficiatis, & duobus Clericis, Sixtinis nuncupatis, confert Beneficia, & Clericatus ab se nuper erectos, ac dotatos cum muneribus, & oneribus, ut supra.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vatic. caps. 7. fasc. 269.

AN. CH. 1482. 15. Mart.

SIxtus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Matthæo Rufo, & Demetrio (a) de Guasellis Beneficiatis, ac Bartholomæo Antonii Organistæ, necnon Stephano Grillo, alias Clerico, Clericis Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Sixtinis nuncupatis; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Merita personalia ex more laudat.

Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendamini testimonio, nos inducunt, ut vobis reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnia beneficia Ecclesiastica apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi, & dispositioni nostræ reservavimus. (b) Decernentes irritum, & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Cum itaque postmodum duo Ordinis Beneficiatorum: Primum videlicet, & secundum beneficia, & duo Ordinis Clericorum similiter primum, & secundum Clericatus Sixtina nuncupanda perpetua beneficia Ecclesiastica in Basilica Principis Apostolorum de Urbe per nos erecta, & dotata, quorum ratione illa pro tempore obtinentes in honoribus, & oneribus dictæ Basilicæ, ac perceptione fructuum, redditunm, & proventuum ejus aliis eorum ordinum prædictorum personis respective æquales esse debent, & duas missas qualibet die in Capella, quam in dicta Basilica in honorem, & sub invocatione Conceptionis Virginis Mariæ, ac Sanctorum Francisci, & Antonii de Padua a fundamentis de novo construi fecimus, submissa voce celebrare tenerentur, a sui erectione, & dotatione vacaverint, & vacent ad præsens, nullusque de illis, præter nos, hac vice disponere potuerit, sive possit reservatione, & decreto obsistentibus supradictis: Nos volentes vos Matthæum, qui Presbyter, & Demetrium, qui etiam Presbyter nostræque Bibliothecæ Custos, ac Bartholomæum, qui similiter Presbyter, necnon Stephanum, qui pariter Presbyter estis præmissorum meritorum vestrorum intuitu gratia prosequi speciali, ac vos a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati estis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: Motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate: Primum Ordinis Beneficiatorum, cujus viginti quatuor tibi Matthæe, & secundum ejusdem Ordinis, cujus etiam viginti quatuor tibi Demetri, ac primum Ordinis Clericorum cujus similiter viginti quatuor tibi Bartholomæe, & reliquum ejusdem ordinis cujus etiam viginti quatuor florenorum auri de Camera fructus, redditus, & proventus secun-

Beneficiator. & Clericor. Sixtinor. honores, & onera.

Omnes debent P... teri.

Primo a fundatori ... tuti.

(a) In litteris Apostolicis quinto post mense datis Petrum Demetrium appellatum hunc reperimus Beneficiatum.

(b) De generali reservatione Beneficior. vacantium in Curia hîc sermo est. Qua super re consulendi Canonistæ ad Regulas Cancellariæ, quarum origo multo antiquior est his temporibus: quum maxime vigebant.

(a) Foro-

ſecundum communem extimationem, valorem annuum non excedunt, beneficia prædicta, quæ ſine cura ſunt, ſic ut præfertur, tibi Stephane, dilecti filii cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis Apoſtolica auctoritate præſentium tenore conferimus, & de illis etiam providemus. Decernentes prout eſt irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus, vel inpoſterum contigerit attemptari. Et nihilominus Venerabili fratri Epiſcopo Foroſempronien. (a) & dilectis filiis Johanni Jacobo Parmen., ac Stephano Maurianen. Electis per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus; quatenus ipſi vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios vos, vel Procuratores veſtros veſtris nominibus in corporalem poſſeſſionem beneficiorum vobis reſpective collatorum juriumque, & pertinentiarum prædictorum reſpective inducant auctoritate noſtra, & defendant inductos, amotis quibuſlibet detentoribus ab eiſdem, ac faciant vos, vel pro vobis veſtros procuratores prædictos ad vobis ſic collata beneficia prædicta, ut eſt moris admitti, vobiſque de ipſorum collatorum beneficiorum hujuſmodi fructibus redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Baſilicæ juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus vos in aſſecutione beneficiorum prædictorum volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari. Seu ſi dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo dictæ Baſilicæ vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, quodque de hujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Aut ſi quilibet veſtrum præſens non fuerit ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ ſolitum juramentum, dummodo in abſentia veſtra per Procuratores idoneos, & cum ad Baſilicam ipſam acceſſeritis, ſeu quilibet veſtrum acceſſerit corporaliter, illud præſtetis, ſeu præſtet. Nulli ergo &c. noſtræ abſolutionis, collationis, proviſionis, conſtitutionis, mandati, & voluntatis infringere. Si quis autem &c.

Præcipue privilegiis Archipresb. & Capituli;

Necnon abſentia Beneficiator. & Clericor. poſſeſſ. tempore.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo, Id. Martii, Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Unio

(a) Foroſempronienſis hic epiſcopus erat Hieronymus Sanctuccius Urbinas, qui an. 1494. deceſſit Urbini, ibique eſt tumulatus prope Sacrarium ut ex Ughell. (*to.* 2. *pag.* 834.) Vicarius idem erat Baſilicæ noſtræ, ut patet ex Inſtrumento nuper allato cum inſerta Sixti IV. Bulla. Perinde duo electi hîc memorati erant Canonici ejuſdem Baſilicæ Joannes Jacobus Sclafenatus, & Stephanus Morellus, qui hiſce in litteris filii appellantur, tanquam electi ad Epiſcopatus Parmenſem, & Maurianenſem: in prædicto autem Inſtrumento, quum Epiſcopi nuncupentur (ſequenti enim anno rogatum fuit) non eſt dubium, quin conſecrati jam fuerint: propterea extra corpus Capituli recenſentur. Contra in his litteris demandatur iis cura poſſeſſionis Beneficiatorum & Clericorum, quæ ad Canonicos privative ſpectat ex Conſtitutionibus. Quamobrem de duobus his Beneficiatis, totidemque Clericis Sixtinis ſecus ſentire oportet, ac de Clerico, ſimulque Capellano Altaris mortuorum, de quo ſupra (*pag.* 215. *not.* b) Iſte enim nonniſi Gregorio XIII. Pontifice in Collegio Clericorum cenſeri cœpit: dum e contrario hi quatuor a Sixto IV. inſtituti a primæva inſtitutione in utroque ordine recenſentur, ut conſtat ex Regeſtis Tabularii Secretioris Vaticani ad annum XII. Sixti IV. Tametſi Beneficiati & Clerici Sixtini appellari conſueverint uſque ad annum 1589. quum Sixtus V. quinto Calendas Octobris anno Pontif. 5. in ſua Bulla *Quum pro noſtro Paſtorali munere*, quam ſuo loco proferemus, utrumque ordinem Beneficiatorum, & Clericorum, nomine, conditione, cæteriſque omnibus ſimiles eſſe voluit: *Eoſque*, ajens, *cum aliis penitus in omnibus, & per omnia æquamus.*

Unio & incorporatio Monaſterii Virginum S. Catharinæ cum Monaſterio S. Baſilii Aquilanæ Diœceſis.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. capſ. 31. faſc. 318.

AN. CH. 1483. 1. Jul.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex continua rerum temporalium mutabilitate ſuadente, Monaſteriis, & aliis piis locis, ut melioris ſtatus regimine dirigantur, novam formam dare, necnon cœleſtis patriæ contemplationi, Deique ſervitio intentis perſonis utriuſque ſexus, ut ad ſanctas operationes ferventius intendere valeant, de opportunæ proviſionis ope ſuccurrere conſuevit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Cum itaque ſicut accepimus fructus, redditus, & proventus Monaſterii Sancti Baſilii Aquilan Ord. Sancti Benedicti quod ſub cura, & protectione dilectorum filiorum Archipresbyteri & Capituli Principis Apoſtolorum de Urbe fore dinoſcitur, & in quo regularis viget obſervantia, adeo tenues ſint, & exiles, quod Abbatiſſa, & Moniales ejuſdem ſe commode ſuſtentare, & onera eis incumbentia ſupportare non valent, quodque ſi Monaſterium Sanctæ Catharinæ etiam Aquilan. dicti Ordinis, quod ſub eadem cura & protectione Archipresbyteri, & Capituli prædictorum exiſtit, & ex quo Abbatiſſa & Moniales ejuſdem, quia ad illicita prolapſæ, & vitam minus honeſtam ducere videbantur, non ſine religionis obprobrio, & Archipresbyteri, Capitulique prædictorum diſplicentia ſingulari ejectæ fuerunt, & in illo amplius non reſident, eidem Monaſterio S. Baſilii perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, applicaretur, & appropriaretur, ex hoc præfatæ Abbatiſſa & Moniales dicti Monaſterii S. Baſilii commodius ſuſtentari valerent, & materia delinquendi in ipſo Monaſterio S. Catharinæ ſublata, ſcandalorum quoque, & obprobrii hujuſmodi fomenta ceſſarent. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, & ordinavimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem ſecundum communem extimationem tam beneficii uniendi quam illius, cui uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſt, cupientes opportunitatibus Abbatiſſæ, & Monialium dicti Monaſterii S. Baſilii ſalubriter providere, & ne in dicto Monaſterio S. Catharinæ ſcandala de cætero eveniant, quantum cum Deo poſſumus obviare, necnon tam S. Baſilii, quam S. Catharinæ Monaſteriorum prædictorum fructuum, redituum, & proventuum veros valores annuos præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio non ad ipſarum Abbatiſſæ, & Monialium S. Baſilii aut aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra ſcientia, & mera voluntate Monaſterium S. Catharinæ hujuſmodi in eo Abbatiali dignitate ſuppreſſa, dicto monaſterio S. Baſilii cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, incorporamus, appropriamus, & applicamus. Ita quod liceat ex nunc præfatis Abbatiſſæ, & Monialibus monaſterii S. Baſilii, monaſterii S. Catharinæ hujuſmodi juriumque, & pertinentiarum ejuſdem poſſeſſionem auctoritate propria apprehendere, & perpetuo retinere, illiuſque fructus, redditus, & proventus in ſuos, & dicti monaſterii S. Baſilii uſus, & utilitatem convertere, & perpetuo retinere, Dioceſani loci & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, & nihilominus motu ſimili Abbatiſſæ, & Monialibus præfati monaſterii S. Catharinæ, quod dotes ſuas habere, & cum illis, ac aliis earum, & cujuſlibet ipſarum rebus, & bonis mobilibus ad earum uſum deputatis, dummodo non fuerint Altaris, ſeu Altarium, aut alteri pio uſui dedicata, & ad alia monaſteria, vel alterius Ordinis, in quibus benivolas invenerint receptrices ſe transferre, & in illis ſub illorum habitu, ac regularibus inſtitutis perpetuo degere, vel ſi maluerint apud propinquos, & benevolos earum, & cujuſlibet ipſarum ſe recipere, & etiam inibi ſub ipſarum habitu permanere libere, & licite poſſint, & valeant, licentiam concedimus per præſentes. Non obſtan. voluntate, & ordinatione noſtris prædictis, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; necnon monaſteriorum, & Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod monaſterium S. Catharinæ prædictum propter unionem hujuſmodi ad profanos uſus nullatenus redigatur, ſed in ejus Eccleſia Miſſæ, & alia divina Officia congrue, debitis temporibus celebrentur. Nulli ergo &c. noſtræ unionis, annexionis, incorporationis, appropriationis, applicationis, conceſſionis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio, Kalendis Julii, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Monaſter. Virg. S. Baſil. Aquilan. juris Capituli Vatic. valde inopi,

Aliud Monaſt. Virg. S. Cathar. ejuſd. Diœc. notæ non ita bonæ

Cum bonis omnibus & juribus motu proprio adnectit;

Sup... ejuſd. M... dignit. Ab... tem.

Mon... S. Cathar... lio ſe t... rani, c...

Contrar... ſtitution... rogat.

Unio

Unio, annexio, & incorporatio Eccl. Parochialis S. Salvatoris cum uno ex Beneficiatis Sixtinis, vita dumtaxat durante Beneficiati ejusdem possessoris.

Ex Regesto CVII. Bullar. Sixti IV. pag. 5. ap. Archiv. Apostol. Vatic.

...CH. 83. ...Aug.

SIxtus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto nobis desuper Apostolicæ servitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ Ecclesiasticarum personarum quarumlibet, præsertim nobis grata familiaritatis obsequia impendentium, commodo, & utilitati opportune valeat provideri. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Petri Demetrii (a) Clerici, in Basilica Principis Apostolorum de Urbe perpetui Beneficiati, familiaris nostri, petitio continebat, quod, si Parochialis Ecclesia Sancti Salvatoris de Urbe perpetuo Beneficio Beneficiato nuncupato ad Altare beatæ Mariæ Virginis, & Sancti Antonii de Padua situm in dicta Basilica in Capella, quam in eadem Basilica ad honorem beatæ Mariæ, & Sancti Antonii prædictorum ereximus, quod & præfatam Ecclesiam dictus Petrus Demetrius obtinet ad vitam ipsius Petri Demetrii, uniretur, & incorporaretur, profecto id in non modicum commodum, & utilitatem dicti Petri Demetrii cederet. Quare pro parte dicti Petri Demetrii, qui etiam continuus commensalis noster existit, asserentis, quod Ecclesiæ Vigintiquatuor, & Beneficii prædictorum etiam viginti quatuor Ducatorum auri de Camera fructus, redditus, & proventus, secundum communem extimationem, valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatum, ut Ecclesiam prædictam eidem Beneficio, ad vitam præfati Petri Demetrii dumtaxat, unire, annectere, & incorporare, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod semper in unionibus commissio fieret, ad partes vocatis quorum interest, dictum Petrum Demetrium ab omnibus & singulis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac aliis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Ecclesiam prædictam cum omnibus juribus & pertinentiis suis eidem Beneficio, ad vitam ipsius Petri Demetrii dumtaxat, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, unimus, annectimus, & incorporamus; ita quod liceat eidem Petro Demetrio possessionem dictæ Ecclesiæ continuare, & quoad vixerit retinere, illiusque fructus redditus & proventus in suos ac Beneficii & Ecclesiæ prædictorum usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia super hoc minime requisita. Non obstantibus voluntate nostra prædicta, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Proviso, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujusmodi dicta Ecclesia debitis non fraudetur obsequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur. Volumus autem, quod cedente, vel decedente dicto Petro Demetrio, seu dictam Ecclesiam quomodolibet dimittente, unio, annexio, & incorporatio prædictæ ex tunc dissolutæ sint, & esse censeantur, ipsaque Ecclesia in pristinum statum revertatur: & insuper ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, & constitutionis infringere. Si quis autem &c.

Eamdem unit ad vitam ipsius Demetrii dumtaxat:

Modo anim. cura nullum detrim. accipiat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, tertio Kal. Septemb. Pontificatus nostri Anno tertiodec.

Ratam

(a) Grimaldus in libro Descendentiæ Canonicor. &c. huic præmittit Joannem de Magistris Beneficiatum, ut putat an. 1482. Qui autem fieri potuit, ut primum Sixtus contulerit id Beneficium in Petrum Demetrium anno Incarnat. 1482. Idibus Martii, sive (ut ante id tempus, & postmodum, anni numerabantur) seq. anno 1483. idemque Demetrius alii succederet? quum præsertim Joannes de Magistris ad Pontif. Sixti IV. annum sextum spectet, & Capellæ Sixtinæ fundatio ad annum duodecimum. Pontificia quidem nuper allata Diplomata mihi persuadent, ut credam, Demetrium statui oportere loco principe in hujus Beneficii descendentia. Et Regestum Archivi Apostol. Vatic. retro trahendum docet, aliique descendentiæ adscribendum Joannem de Magistris non recte hic locatum a Grimaldo.

Ratam habet, & confirmat venditionem cujuſdam domus ſitæ in Platea D. Petri factam a Capitulo pro inſtaurandis aliis domibus ad utilitatem menſæ Capitularis.

Ex Regeſto XCIII. Bullar. Sixti IV. pag. 46. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1483. 25. Dec.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ex debito Paſtoralis Officii quo Eccleſiarum omnium cura nobis imminet generalis, vota perſonarum quarumlibet quæ Eccleſiarum quarumlibet commoda, & utilitatem concernunt, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, & hiis, quæ propterea provide proceſſiſſe dicuntur, ut illibata perſiſtant, libenter, cum a nobis petitur, noſtri adjicimus muniminis firmitatem. Sane, ſicut accepimus, dilecti filii Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe provide conſiderantes, quod Baſilica ipſa multis, & diverſis hinc inde ſparſis abundat domibus, & poſſeſſionibus, inter quas aliquæ non nullos, vel quaſi paucos fructus eidem Baſilicæ reddunt annuatim, quodque, ſi ex illis aliquæ minus utiles venderentur, & earum valor in reparationem domorum magis utilium converteretur, profecto majorem ex reparatis domibus hujuſmodi exinde fructuum reportarent, idque in eorum & dictæ Baſilicæ cederet utilitatem, vendiderunt dilecto filio Andreæ de Grandia Laico Brixien. Cubiculario, & familiari noſtro præſentiementi, & recipienti pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, quamdam domum ſitam in Platea Palatii noſtri Apoſtolici, & dictæ Baſilicæ juxta viam publicam, & alios ejus confines, pro pretio ducentorum, & vigintiquinque ducatorum Papalium, quos manualiter ab eodem Andrea poſtmodum receperunt, venerabilis fratris Baptiſtæ Epiſcopi Faventin. in eadem Baſilica Vicarii noſtri (a) in hiis interveniente conſenſu, auctoritate, & publico decreto, prout in quodam Inſtrumento deſuper confecto plenius continetur; converteruntque pretium prædictum in reparatione aliarum domorum dictæ Baſilicæ, cupitque dictus Andreas eiſdem venditioni, & alienationi pro earum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ firmitatis adjici. Nos igitur de præmiſſis, quodque venditio, & alienatio prædictæ ceſſerunt, & cedunt in evidentem dictæ Baſilicæ utilitatem, fide digno teſtimonio certificati, Andreæ, ac hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis prædictis, ut venditio, & alienatio prædictæ tanto firmius obſerventur, quanto erunt majori auctoritate roboratæ, providere volentes, ipſumque Andream a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, & inflictis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, quoad hoc, ut præſentium conſequatur effectum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, domumque prædictam per illius ulteriorem deſignationem, & fines præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, non ad dicti Andreæ, vel alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia venditionem, alienationem, traditionem, & aſſignationem prædictas, & prout illas concernunt, omnia & ſingula in dicto Inſtrumento contenta auctoritate Apoſtolica præſentium tenore confirmamus, & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplemuſque omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Non obſtantibus Bonifacii Papæ Noni in ſua obedientia nuncupati, per quam bona immobilia dictæ Baſilicæ & aliarum Eccleſiarum Urbis alienari prohibuit, ac felicis recordationis Pauli Papæ ſecundi Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, nec non dictæ Baſilicæ juramento, &c. Nulli ergo &c. noſtræ abſolutionis, confirmationis, approbationis, communitionis infringere.

Capitulum vendit domum quamdam pro aliis reparandis.

Emtor ſolvit 225. ducatos Papales.

Emtio firmari ... auctor. Ap...

Pont. eam approbat & confirmat motu pr.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio, octavo Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri Anno tertiodecimo.

Unio

(a) Eodem hoc anno, die videlicet 27. April. erat Vicarius Baſilicæ Hieronymus Foroſempronienſis Epiſcopus, de quo ſupra, *pag.* 225. Faventinum vero Epiſcopum perinde Vicarium eſſe mirari quis poſſet, niſi animadverteret non Archipresbyteri, ſed Pontificis Vicarium hunc fuiſſe.

(a) Bapti-

Revocat, irritat, & annullat locationes & concessiones omnes bonorum & rerum Basilicæ factas Canonicis &c. propinquis &c. sub gravibus pœnis, Basilicæ utilitati consulens.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vat. caps. 12. fasc. 277. & Lib. B. fol. 150.

MOtu proprio, & ex certa nostra scientia, & non ad alicujus alterius instantiam volentes melius reformare regimen nostræ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, tenore præsentium revocamus, irritamus, & annullamus omnes, & singulas locationes, & concessiones de Pratis, Tabernis, Hospitiis, Nemoribus, Capannis, Ortis, Domibus non propria habitatione receptis, habitis, & retentis, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis; de quibuscumque aliis Bonis, & rebus ad dictam Ecclesiam spectantibus, quibusvis Canonicis, ac Clericis, & Beneficiatis quomodocumque, qualitercumque, & quandocumque, aut eorum Consanguineis in secundo gradu, familiaribus, seu servitoribus factas, mandamus omnibus, & singulis illas, seu illa tenentibus sub poena excommunicationis latæ sententiæ quam ipso facto incurrant, & distributionum quotidianarum perditione, quas Camerarius pro tempore, & in præsenti existens sub eadem poena debeant inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos hujusmodi, nostris mandatis parentes distribuere, ac ducentorum Ducatorum auri pro una Cameræ Apostolicæ, & pro alia medietatibus Sacristiæ ejusdem Ecclesiæ, si contrafecerint, applicandorum; quatenus infra terminum viginti dierum a publicatione præsentium, aut per Vicarium præfigendum, aut moderandum debeant hujusmodi Prata, Tabernas, Hospitia, Nemora, Silvas, Capannas, Ortos, Vineas, Domos, & alia Bona expeditas, vacuas, seu expedita, & vacua dimisisse, seu relaxasse sub dispositione Capituli, seu Officialium ejusdem, qui easdem, seu eadem utiliori modo locare teneantur. Qui vero ex dictis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Domos prædictas pro habitatione, seu residentia habent, si tamen dictam pensionem solvant, & de sex mensibus in sex menses in principio: quod si non fecerint, sub eisdem tamen poenis similiter eas dimittant. *Excipit habitationes Canon. Benef. & Cler.* Impostérum vero hujusmodi locationes dictis Canonicis Beneficiatis, & Clericis, aut familiaribus eorum omnino inhibemus sub eisdem poenis, quas tam locantes, quam consentientes ipso facto incurrant, & quas ex nunc si fieri contingat, irritas, & inanes esse volumus, mandantes Venerabili fratri nostro Baptistæ Episcopo Faventino (a) in eadem Basilica Vicario nostro, ejusque successoribus pro tempore Vicariis, quatenus contra præfatos, qui fuerint inobedientes, seu rebelles procedat, seu procedant ad executionem poenarum prædictarum, omni amoto respectu, omnique appellatione remota. *Vicario Basil. pro tempore executionem dat mandat.* Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ, cæterisque non obstantibus quibuscumque: Mandantes insuper hoc modo præsens mandatum nostrum inter constitutiones dictæ Basilicæ de verbo ad verbum describi, & registrari.

Placet proprio motu, & ita mandamus.

INNO-

(a) Baptistam de Canonicis Bononiensem ex Abbate SS. Naboris & Felicis Episcopum Faventinum esse factum an. 1484. testatur Ughellus (to. 2. pag. 504.) Quare ad hunc annum Diploma istud referri posse videretur. Nihilominus nuper vidimus, auctoritate ejusdem Pontificis Sixti IV. vel anno præcedenti Faventinum Episcopum hunc vocari. Quamobrem fateamur necesse est, inexploratam nobis esse ætatem hujus diplomatis.

(a) Car.

INNOCENTIUS VIII.

Sixti IV. obitum die 13. Augusti Anno 1484. breve Interpontificium dierum quindecim excepit, ut superiorum Pontificum. Joannes Baptista Cibo Genuensis patria, Episcopus primum Savonensis, deinde Melphitensis, Presb. Card. S. Laurentii in Lucina eligitur (*a*) die Dom. 29. Augusti: atque hinc diebus aliis quindecim 12. nimirum Septembris coronatur. Sedet annos 7. menses 10. dies 27. numeratis extremis moritur quinta hora noctis diei 25. Julii anno 1492. æreo monumento sepelitur in Basilica Vaticana.

Canonicatum & Præbendam per promotionem Celsi de Mellinis vacantes confert Jacobo de Capotiis Cubiculario suo, una cum Camera Canonicali, qua idem Celsus fruebatur, derogans consuetudini optandi, quæ vigebat inter Canonicos antiquiores.

Ex Regesto I. Bullar. Innoc. VIII. pag. 100. ap. Archiv. Apost. Vatic.

AN. CH. 1484. 12. Octobr.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Jacobo de Capotiis Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe familiari nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

A meritis personalibus de more orditur.

Grata familiaritatis obsequia, quæ nobis hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnes Canonicatus & Præbendas, ceteraque Beneficia Ecclesiastica apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & inantea vacatura collationi, & dispositioni nostræ reservavimus, (*b*) decernentes, ex tunc irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cum itaque postmodum Canonicatus & Præbenda Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, quos dilectus filius Celsus de Millinis (*c*) electus Feretran. tempore promotionis per nos hodie factæ de persona sua ad Ecclesiam Feretran. tunc Pastore carentem obtinebat (ex eo quod nos quascumque gratias, expectativas speciales, vel generales, reservationes, & litteras Apostolicas, quæ in quorumvis favorem, & ex quavis causa, etiam motu proprio, & ex certa scientia, & cum quibusvis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam talibus, per quas caveretur expresse, quod illis nullatenus derogari posset, nec derogatum censeretur, nisi sub totis inibi expressis modo & forma, & pro quibusvis personis quavis dignitate & auctoritate etiam Cardinalatus fungentibus a felicis recordationis Sixto Papa quarto Prædecessore nostro, seu nobis quomodo-

Canoni... & Præb... vacantes...

Et ad S.S... collationem... tinentes,

(*a*) Cardinalium numerus 31. non excedebat Comitiorum tempore: at quinque eorum Roma aberant suis in Episcopalibus sedibus degentes. Quare sex & viginti tantum Conclave ingressi Pontificem elegerunt. Estque is numerus satis amplus, si cum Superiorum Pontificum electoribus conferatur. Nam soli 14 convenerunt ad Comitia Eugenii IV. Nicolaum V. duodeviginti congregati elegerunt: soli quindecim Callistum III. octodecim Pium II. viginti Paulum II. ac duodeviginti Sixtum IV. Id enim moris invaluerat post fædissimum Schisma sublatum, ut decedente Pontifice Successor quantocyus eligeretur ab iis tantummodo Cardinalibus, qui Romæ erant. Cæterum Cardinalium numerus coarctatus admodum fuerat Constantiensibus, Basileensibusque decretis. Præterea quinta ex iis duodeviginti legibus, quas juramento omnium Cardinalium confirmatas ajebam in Comitiis Pauli II. viginti abhinc annis, per hæc verba a Card. Papiensi refertur: *Cardinales non ante creare, quam ii, qui creati jam haberentur, ad numerum 24. essent redacti majoremque hoc numero non pati in Ecclesia esse.* Cui tamen legi haud stetisse ipsum Paulum II. ejusque Successorem Sixtum IV. vel inde discimus, quod uterque suos, pluresque creavit Cardinales, atque unus & triginta supererant quum Innocentius VIII. est electus. Sensim postea numerus excrevit, quoad Sixti V. Constitutione cautum fuit, ne plures, paucioresve essent septuaginta; sex nimirum Episcopi, Presbyteri 50. & quatuordecim Diaconi. Plura videsis (modo caute) apud Cohell. (*not. Cardinalat. cap. 3.*) & Ludov. Thomassin. (*de benef. P. 1. lib. 2. c. 114. n. 12. & seqq.*

(*b*) Memoria oportet repeti quæ ajebam supra *pag.* 195. *not. e.* de hujusmodi reservationibus Canonicatuum, ac Beneficiorum omnium Basilicæ præsertim Vaticanæ. Hîc autem generalis reservatio est Beneficiorum omnium ap. Sedem Apostol. vacantium juxta Regulas Cancellariæ. Quas sane Regulas esse conditas a quolibet Pontifice, statimatque ad Petri Sedem ascendebat, ut hodie fit, satis superque ostendunt tum hæ Innocentii litteræ, tum quas attuli Sixti IV. uterque enim paucis post adeptum Pontificatum mensibus profitetur, se Beneficiorum collationem sibi reservasse. Quamobrem quod Canonistæ tradunt de Nicolao V. hunc videlicet, selectis Prædecessorum Constitutionibus ad eam formam reduxisse Cancellariæ Regulas; quam hodie habent, litteris hisce Apostolicis confirmatur. Vide Thomassin. *de Benef. P. 11. l. 1. c. 44. n. 2.* Cohell. *notit. Cardin. cap.* 20.

(*c*) Hunc Basilicæ nostræ Canonicum adlegit Sixtus IV. ut Regest. Vatic. testantur; non Innocentius VIII. ut putat Ciampin. (*de Parco ma. pag. XII.*) Vide quæ diximus ad litteras Sixti IV. an. 1477. 20. Jul: *pag.* 201. *not. a* & *b.*

(*a*) Ciam-

modolibet emanassent, & effectum sortitæ non forent, suspendendo, & in Canonicatus & Præbendæ prædictorum vacatione effectum sortiri non posse, nec debere decernendo, eosdem Canonicatum & Præbendam per promotionem hujusmodi ex nunc vacare decernimus per præsentes) apud Sedem prædictam vacaverint, & vacent ad præsens, nullusque de illis, præter nos, hac vice disponere potuerit, sive possit, reservatione & decreto obsistentibus supradictus: Nos tibi, qui etiam cubicularius, & continuus commensalis noster existis, præmissorum obsequiorum & meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes; necnon omnia & singula Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, quæ etiam ex quibusvis Apostolicis dispensationibus obtines, & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, redditutuum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, Canonicatum & Præbendam prædictos, quorum fructus, redditus, & proventus vigintiquatuor florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut asseris, non excedunt; sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam dicti Celsi, vel alicujus alterius resignationem, de illis in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam vacent, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsique Canonicatus, & Præbenda dispositioni Apostolicæ specialiter, vel ex eo, quod dictus Celsus illos obtinens præfati Sixti Prædecessoris familiaris continuus commensalis fuit, & etiam ejusdem Prædecessoris, ac noster Notarius,

obo deCa- … conferun-

nretentio- … quorumvis … beneficior-

ufe cur ad … dem perti- … t.

(a) nec non litterarum Apostolicarum Corrector, & Abbreviator existit, aut alias generaliter reservati existant, & super eis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat cum plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis, necnon Camera seu domo Canonicali, quam ipse Celsus in claustro dictæ Basilicæ ex speciali concessione de illius usu & habitatione eidem Celso ejusdem Prædecessoris Referendario ex certis tunc expressis causis, per eumdem Prædecessorem cum derogatione juris in illa quomodolibet competentis dilecto filio Antonio de Trenis* dictæ Basilicæ Canonico facta, seu alias, tunc inhabitabat, cum juribus & pertinentiis suis, prout adhuc inhabitat, Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illis etiam providemus, decernentes, prout est, irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel inposterum contigerit attentari. Et nihilominus Venerabilibus fratribus Agathen. & Pientin (b) Episcopis & dilecto filio Archidiacono Ecclesiæ Senen. per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, te, vel Procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem Canonicatus, & Præbendæ, ac Cameræ seu domus Canonicalis juriumque & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde dicto Celso, & quolibet alio detentore, ac faciant te, vel procuratorem prædictum ad præbendam hujusmodi in dicta Basilica in Canonicum recipi, & in fratrem, stallo tibi in Choro, & loco in Capitulo ipsius Basilicæ cum dicti juris plenitudine assignatis, necnon usu, & habitatione Cameræ, seu domus Canonicalis hujusmodi pacifice gaudere, tibique de ipsorum Canonicatus, & præbendæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi: Contradictores auctoritate nostra præfata, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis con-

Camera Canonicalis in Claustro Basil. perinde confertur.

**al. de Tremo*

Possessionem ab eo ineundam committit tribus Personis in dignitate constitutis

Obstantia omnia removet;

(a) Ciampin. Chronologica methodo Abbreviatores enumerans, hunc refert ad an. 1471.

(b) Augustinus Patritius, quo Pius II. ut testatur Platina, *lectore usus est: a quo etiam, dum ipse dictabat, describebantur omnia*; a Sixto IV. datus erat Præsul Pientinæ Ecclesiæ (ex Victorell. *addit. ad Ciacon.*) anno 1483. juxta Ughell. Corsignanum oppidum olim appellabatur, ubi Pius II. natus erat, ibidem exulante ejus patre: factus postea Pontifex mœnibus cinxit oppidum, ac Pientiam dici voluit, parique honore Montem Ilcinum prosecutus utramque novam urbem uni subjecit Episcopo, qui Pientinus est nuncupatus; quoad Clemens VIII. anno 1599. Ecclesias disjunxit, suumque utrique Episcopum dedit. Augustinus autem Patritius, de quo hic sermo est, fuit tertius ex Pientinis Episcopis; neque hæc præcipue dignitas commendabilem eum reddit. Magister siquidem Cæremoniarum præstantissimus, atque ea propter Pio II. & Successoribus valde acceptus, celebrem illum Tractatum de Sacris Cæremoniis, Innocentio VIII. ut morem gereret, conscripsit, quem Electus Corcyrensis proprio nomine vulgavit, dedicavitque Leoni X. nonnullis immutatis, nec paucis adjectis. Quæ omnia Paris de Grassis diligenter notavit, plagiariumque haud passus fuit per summam Pientini Præsulis injuriam latere. Extat in Bibliotheca Vatic. Cod. Ms. 4757. quem laudat Franciscus Maria Phœbeus de anno Jubilæi *Par.* 1. *c.* 4. *p.* 45. unde genuinum Patritii opus edi potest in lucem. Jamque id factum esset, nisi novam electi Corcyrensis editionem cum P. Catalani notis prælo commissam præstolari visum esset, ne Cl. Auctori molesta res fieret, superfluisque oneraretur Respublica.

(a) De

constitutionibus, necnon dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, illis præsertim, quibus cavetur expresse, quod vacantibus in eadem Basilica Canonicatibus, & Præbendis, ac Cameris seu domibus Canonicalibus pro tempore, antiquiores dictæ Basilicæ Canonici, dum vacant, hujusmodi vacantes inibi Cameras Canonicales optare possint, ac dictis Antonio ac Celso, & cuilibet eorum de dicta domo Canonicali factis concessionibus a Prædecessore præfato, quibus illa & confectarum super concessionibus domus, sive Cameræ prædictæ litterarum tenores, etiamsi de eis, eorumque totis tenoribus hujusmodi, seu quavis alia expressio habenda esset, & in eis caveretur expresse, quod illis nunquam censeretur esse derogatum, nisi dum & quoties sub certis inibi expressis modo & forma contingeret derogari, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, quoad præmissa hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui Apostolica vel alia quavis auctoritate in dicta Basilica in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus, & Præbendis dictæ Basilicæ speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione Canonicatus & Præbendæ ac Cameræ, sive domus prædictorum volumus anteferri; sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Canonicatuum & Præbendarum, seu Beneficiorum aliorum præjudicium generari, seu si dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de Canonicatibus & Præbendis dictæ Basilicæ, vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, &, cum ad Basilicam ipsam accesseris corporaliter illud præstes. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, collationis, provisionis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Præcipue optationem, quæ jampridem moris erat.

Litteris Apostolicis favore aliorum, & expectativis derogat.

Necnon privilegiis Capit. Vatic.

Concedit ut juramentum præstare possit per Procuratorem.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimoquarto: Quarto Idus Octobris, Pontificatûs nostri Anno primo.

Item Baptista de Lenis Canonico confertur una cum Canonicatu Camera Canonicalis cumque omnibus juribus & pertinentiis suis. Reg. LVII. *pag.* 106.

Item Petro Joanni Pauli Canonico confertur una cum Canonicatu Basilicæ Domus cum Cameris Canonicalibus cumque omnibus juribus & pertinentiis suis, ut supra Reg. eodem LVII. *pag.* 285. *tergo.*

Archipresbytero Card. Baptistæ Zeno, præter ordinariam facultatem dignitati adnexam concedit aliam conferendi Beneficia omnia, & Clericatus Basilicæ, ac tres Canonicatus, & totidem Præbendas Romanis dumtaxat, & salvo jure Capitulo competente.

Ex Regesto I. Bullar. Innoc. VIII. pag. 307. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1484. 19. Octobr.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Baptistæ Episcopo Tusculan. (*a*) Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dum ad personam tuam quam divina clementia magnis illustravit gratiarum muneribus, nostræ dirigimus considerationis intuitum, & attenta meditatione pensamus, quod tu Romanam Ecclesiam, cujus honorabile membrum existis, tuorum honoras per amplius

(*a*) De eo dictum est supra *pag.* 202. *not. a.* Hic adjicimus, quod Sixtus IV. ex Diacono S. Mariæ in Porticu Presb. Card. S. Anastasiæ, ac postmodum, decedente Jacobo Amanato, seu Card. Papiensi anno 1475. Episcopum Tusculanum creavit; qualem his litteris appellatum videmus.

(*a*) Nunc

...ingularia ...beneficiis ...uitur.

lius magnitudine meritorum, dignum, quin potius debitum reputamus, ut in hiis, quæ personarum ecclesiasticarum provisionem & Ecclesiarum præsertim Basilicæ nostræ Principis Apostolorum de Urbe, quam digne gerimus in visceribus charitatis, decorem, ac divini cultus in eis incrementum respiciunt, eam tibi invenias in exhibitione gratiarum munificam, & etiam liberalem. Hinc est, quod nos, qui dudum omnes Canonicatus & Præbendas dictæ Basilicæ dispositioni Apostolicæ reservavimus, cupientes, ut dicta Basilica personis idoneis, & divino cultui intentis fulciatur, per quas cultus ipse in eadem Ecclesia continuetur, & amplietur, ac sperantes, quod tu, qui Archipresbyteratum dictæ Basilicæ ex concessione, & dispensatione Apostolica obtines in Commendam. (*a*) quique erga ipsam Basilicam singularem geris affectionem, per tuæ diligentiæ studium eidem Basilicæ de hujusmodi personis idoneis, & benemeritis voles, & poteris providere: Motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia nostra Fraternitati tuæ, ut quamdiu Archipresbyteratum prædictum obtinueris, omnia & singula perpetua simplicia ecclesiastica beneficia, Beneficiatus, & Clericatus Chori nuncupata, quoties illa in antea per obitum, nec non tres Canonicatus & totidem Præbendas (*b*) dictæ Basilicæ, quos primo simili modo cessantibus etiam eorum, quæ Commendata forent, Commendis in quibuscumque mensibus, etiamsi apud Sedem Apostolicam vacare contigerit, etiamsi ad tuam, ac dilectorum filiorum Capituli dictæ Basilicæ collationem, provisionem, præsentationem, electionem, institutionem, approbationem, seu quamvis aliam etiam dissimilem dispositionem quomodolibet quocumque jure vel titulo, conjunctim vel divisim pertineant, ac dispositioni Apostolicæ ex quavis causa specialiter vel generaliter reservata, vel ex generali Apostolica reservatione affecta existant, vel pro tempore fuerint personis idoneis, de quibus tibi videbitur, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus per te vel alium seu alios, quem vel quos ad id duxeris deputandum, vel deputandos, etiamsi te ex quavis causa etiam pro tua voluntate a Romana Curia abesse contigerit, salvo tamen jure eisdem Capitulo in collatione beneficiorum prædictorum competente, non tamen alienigenis, sed Romanis dumtaxat conferre, & de illis providere, omniaque & singula in præmissis & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, & exequi libere & licite possis, & debeas, perinde ac si generales vel speciales reservationes & affectiones etiam per regulas Cancellariæ, vel alias Apostolicas constitutiones, & ordinationes factæ vel inposterum forsan faciendæ, vel alias inductæ vel inducendæ, ac gratiæ expectativæ, (*c*) earumque revalidationes, extensiones, & mutationes, collationes, ac nominandi, & nominatis conferendi facultates & mandata, ac uniones, annexiones, & incorporationes pro quibusvis personis, quacumque dignitate etiam Cardinalatus, & auctoritate, & quibusvis prærogativis fulgentibus nullatenus emanassent, & in futurum non emanarent, auctoritate Apostolica & ex certa nostra scientia tenore præsentium indulgemus, ac plenam, liberam, & omnimodam concedimus facultatem decernentes, affectiones, reservationes, regulas, constitutiones, & ordinationes, expectativas, revalidationes, extensiones, collationes, mutationes, facultates, mandata, uniones, annexiones, & incorporationes hujusmodi, ac decreta in illis contenta, quoad impediendum te, quominus in præmissis tua ordinaria auctoritate, & hujusmodi per nos tibi concessa facultate uti valeas, ad dicta Beneficia nullatenus se extendere, ac quascumque collationes, provisiones, & quasvis alias provisiones, quas de Canonicatibus, & Præbendis, ac Beneficiis prædictis alias, quam ut præmittitur, per te, vel a te deputandis prædictis fieri, nec non quidquid secus super hiis a quoquam quavis auctoritate etiam a nobis scienter vel ignoranter attentari contigerit, & quæcumque pro tempore inde secuta, nulla & invalida, nulliusque roboris vel momenti, sicque per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in quibuscumque causis & negotiis, sublata eis & cuilibet eorum quavis alia interpretandi facultate, sententiari, pronunciari & definiri debere, non obstantibus omnibus præmissis, ac aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus dictæ Basilicæ juramento

...llationem ...ior. omni- ...& trium ...icat. lar-

Salvo jure Capituli, & modo solis Romanis conferantur.

Plenam ad id facultatem concedit.

Obstantia quæcumque tollit, & removet.

(*a*) Nunc primum accipimus, Archipresbyteralem dignitatem Commendatam: quum cæteroqui ne de isto quidem Archipresbytero tale aliquid affirmatum hactenus invenerimus. Quid igitur, inquies, novum hoc, atque inauditum loquendi genus sibi vult? Eo scilicet spectat, quod facultates dignitatem excedentes, Canonicatuum videlicet collationem his litteris largitur Pontifex Archipresbytero.

(*b*) De hujusmodi Præbendis adhuc adnexis Canonicatibus consule 6. Decretal. lib. III. tit. 3. & seqq.

(*c*) De reservationibus, & gratiis expectativis, super quibus tantæ per hæc tempora concertationes erant, consule Thomassin. *de Benef. P. II. lib. 2. cap. 45.* Expectativas autem gratias seq. seculo revocatas liquet a Concil. Trid. *Sess. 24. cap. 19.*

mento confirmatione Apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, quibus omnibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, specialis, specifica, & expressa mentio pro illorum sufficienti derogatione habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, quoad præmissa, motu scientia & auctoritate similibus, specialiter & expresse hac vice dumtaxat derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod si singulorum Canonicatuum, & Præbendarum, ac beneficiorum per te, vel a te deputatis hujusmodi pro tempore collatorum fructus, redditus, & proventus viginti quatuor ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum excedant, illi quibus collata fuerint, infra tres menses, post adeptam per eos illorum pacificam possessionem, novam provisionem, desuper a nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus obtinere, ac litteras Apostolicas desuper expedire, & annatam eidem Cameræ debitam cum effectu persolvere teneantur: alioquin collationes, & provisiones per te vel a te deputatis prædictis de beneficiis hujusmodi factæ, ut præfertur, & inde secuta quæcumque sint cassa & irrita, nulliusque roboris vel momenti. Nulli ergo &c. nostrorum indulti, concessionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Constitutionibus & privilegiis contrariis derogat.

Pro beneficiis 24. Ducatorum valorem excedent. nova expeditio requiritur.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, quartodecimo Kalendas Novembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Archipresbyteri Basil. Vatic. auctoritatem omnimodam instauraturus exemplo Nicolai III., eamdem illi potestatem largitur, quam sui aliquot Prædecessores in Vicarios ejusdem Basilicæ effuderant.

Ex Regesto II. Bullar. Innoc. VIII. pag. 210. ap. Archiv. Apost. Vat.

AN. CH. 1484. 21. Nov.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Baptistæ Episcopo Tusculan. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Archipresbytero Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Licet ex debito ministerii pastoralis superna nobis dispositione commissi circa universarum Urbis & Orbis Ecclesiarum statum salubriter, & prospere dirigendum nos deceat esse intentos, circa tamen Patriarchalem Principis Apostolorum Basilicam dignitate honore & vetustate præcipuam, Salvatoris nostri Sudario atque aliis plurimis Sanctorum venerandis Reliquiis, Indulgentiarum muneribus decoratam, tanto potioribus studiis aciem nostræ considerationis tenemur extendere, quanto ipsius Basilicæ excellentia, & erga ipsum Apostolorum Principem singularis nostra devotio id exposcunt. Cupientes igitur, ut ipsa veneranda Basilica digne & opportune in spiritualibus, & temporalibus regatur, & gubernetur, & in hiis, quæ expediunt, opportune reformetur, ac nostræ provisionis ope, coadjuvante Altissimo, crescat in muneribus gratiarum, & divinus cultus in ea continuum suscipiat incrementum, de persona quoque tua, quam Divina providentia plurimis sapientiæ, & circumspectionis aliarumque eximiarum virtutum donis insignivit, sumentes in Domino fiduciam specialem, qui Apostolicæ Sedis & Romanæ Ecclesiæ clarissimum & honorabile membrum existis; ac sperantes, quod illa, quæ tibi committenda duxerimus, ad ipsius Basilicæ decorem, & utilitatem, nec non dilectorum filiorum Capituli ministrorum ipsius directionem laudabiliter exequeris: & cum, sicut accepimus, felicis recordationis Nicolaus Papa tertius Prædecessor noster inter alia, quæ pro decenti statu, ac regimine temporalium, ac spiritualium edidit in Basilica antedicta, illius curam & regimen Archipresbytero ejusdem pro tempore existenti commisit; ejus nos nunc merito vestigiis inhærentes universum dictæ Basilicæ, ac personarum, rerum quoque, & bonorum ejusdem regimen, curam, & administrationem fraternitati tuæ ad nostrum, & Apostolicæ Sedis beneplacitum committimus, & demandamus: (a) & nihilominus pro ipsius Basilicæ, & personarum ejus tam in spiritualibus, quam in temporalibus necessaria, & opportuna reformatione omnes, & singulos Canonicos, Beneficiatos, Clericus, & Ministros præfatæ Basilicæ tam conjunctim, quam divisim, prout, & quoties expedire videbitur, ut in dicta Basilica Missis

Præstantia Basil. Vat.

Basilicæ administrationis & Divini in ea cultus satagit.

Nicolai III. vestigiis insistit.

Reformationem necessariam eidem Archipr. committit.

(a) Auctoritatem tam effusam quodammodo cohibet: non enim perpetuam fore declarat; sed Apostolicæ Sedis arbitrio eam subjicit. Animadverti autem debet, quod Innocentius non modo auctoritatem pristinam Archipresbyteri hoc Diplomate instaurat; sed cum pristina illa conjungit alteram, quam sui Prædecessores Vicariis generalibus in Basilica nostra institutis elargiti fuerant.

(a) Com-

Miſſis & aliis divinis officiis nocturnis, atque diurnis perſonaliter intereſſe, ac in habitu & tonſura decenti cum omni ſolertia ei deſervire, debita & conſueta obſequia præcipue in Miſſarum, & divinorum celebratione, juxta ipſius Nicolai Papæ ordinationes, & ſtatuta exhibere teneantur, & debeant; auctoritate noſtra monendi, eoſque ad id, ſi opus fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellendi, Capitulum quoque temporibus opportunis convocandi, & congregari faciendi, quodque ipſius Camerarii & Officiales locationes aliquarum poſſeſſionum, ſive prædiorum Urbanorum, vel ruſticorum dictæ Baſilicæ, & herbarum venditiones, alioſque a jure permiſſos contractus abſque tua licentia facere, aut ipſorum officia, ad quæ electi fuerunt pro tempore, abſque confirmatione, & ratificatione tua exercere nullo modo præſumant, eadem auctoritate inhibendi, necnon Camerarios & Officiales prædictos, ut libros & codices rationum ſuper receptis habitis, expoſitis, geſtis, & adminiſtratis per eos in ſuis officiis hujuſmodi, etiam pro tempore præterito confectos, tibi realiter aſſignare, & de receptis quoque, habitis, expoſitis, & adminiſtratis hujuſmodi, etiamſi de illis computum & rationem reddiderint, & abſolutionem, liberationem & quietantiam ab eiſdem Capitulo, vel alias quomodolibet obtinuerint, tibi denuo computa, & fidelem rationem reddere, & id totum, quod ex ipſis receptis, habitis, expoſitis, & adminiſtratis tam de præterito, quam de futuro temporibus remanſerit, ſeu ſuperfuerit, eiſdem Capitulo & Baſilicæ integre reſtituere, & aſſignare debeant, dicta auctoritate cogendi & compellendi; ac omnes & ſingulas de quibuſvis prædiis, caſalibus, domibus, terris, vineis, ſylvis, pratis, paſcuis herbaticis, territoriis, tenimentis, juribus, & bonis ipſius Baſilicæ per eoſdem Capitulum tam in perpetuum, quam ad certa tempora, ac ſingularibus ejuſdem Baſilicæ Canonicis, Beneficiatis, Clericis, quam aliis laicalibus, & eccleſiaſticis perſonis, ſub quibuſvis formis, & verborum expreſſionibus hactenus factas locationes, conceſſiones, alienationes, & venditiones; etiamſi ſuper illis Apoſtolica licentia, ſeu confirmatio intervenerit, examinandi, illaſque ex eis, quas in læſionem præfatæ Baſilicæ emanaſſe repereris, ſi per Sedem præfatam confirmatæ non fuerint, eadem auctoritate caſſandi, revocandi, & annullandi, necnon bonorum alienatorum, venditorum, locatorum; aut alias diſtractorum, & conceſſorum poſſeſſores & detentores ad eorum reſtitutionem integram præfatæ Baſilicæ per eos tunc faciendam etiam cogendi, de quibuſcumque etiam cauſis per Capitulum, Canonicos, Presbyteros, ſeu Clericos Beneficiatos, dictæ Baſilicæ inter ſe ipſos, aut contra alios Eccleſiaſticos, vel ſeculares, & per alios quoſcumque contra ipſos Capitulum, Canonicos, Presbyteros, & Clericos Beneficiatos, aut aliquem eorum movendis, etiam ratione quarumcumque rerum, & bonorum mobilium & immobilium, ac pecuniarum ex quacumque occaſione, vel cauſa, jure contractus, vel quaſi ad dictam Baſilicam, aut Canonicos & Capitulum communiter vel diviſim, quomodocumque, & qualitercumque ſpectantium, & pertinentium, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu & figura judicii ſola facti veritate inſpecta, per te vel alium cognoſcendi, illaſque ſine debito terminandi, & quæ indicata fuerint per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas ac ſecularis brachii invocationem exequendi, & quoties tibi videbitur, contra Canonicos Beneficiatos Clericos & perſonas dictæ Baſilicæ præſentes & futuros, ſuper eorum exceſſibus, criminibus, culpis, demeritis, & delictis præmiſſa auctoritate inquirendi, & procedendi, illoſque pro transgreſſionibus, & inobedientiis mandatorum, ſeu monitionum, quæ ipſis pro tempore feceris, cenſura ſimili, ac pecuniariis pœnis dicta auctoritate mulctandi, plectendi, & juxta ſtatuta prædicta puniendi, uſque ad omnium, & ſingulorum officiorum, Canonicatuum, & Præbendarum, ac beneficiorum ſuorum ſuſpenſionem, privationem, & amotionem incluſive, ſententias quoque, cenſuras, & pœnas per te forſan pro tempore promulgatas, ſi tibi videbitur expediens, mitigandi, minuendi, & relaxandi, ac eos ab illis abſolvendi, cum eiſdem etiam ſuper irregularitate, ſi quam ſententiis ipſis vel earum aliqua, ratione præmiſſorum, vel alicujus eorum pro tempore ligati, Miſſas & alia divina officia, non tamen in contemptum clavium celebrando, & ſe illis immiſcendo contraxerint, diſpenſandi, aliaque omnia, & ſingula, quæ ad Vicarium Romani Pontificis, & ipſius officium, ejuſque liberum exercitium, tam de jure, quam de conſuetudine in eadam Baſilica pertinere noſcuntur, & quicumque Vicarii Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, qui pro tempore fuerunt, facere, mandare, ordinare, & exequi quomodolibet conſueverunt, (*a*) ac alias in præmiſſis omnibus & ſingulis neceſſaria, & quomodolibet opportuna putaveris, faciendi, mandandi, ordinandi, gerendi, & exequendi cum invocatione,

...ximodam ...n res & ...s largi-

...onum re... ...m eidem ...it.

...ecnon jus ...ndi, & ...di quæ... ...e minus ...facta fue-

Judicandi etiam, & exequendi in quibuslibet negotiis Capituli

Inſtar Vicarior. Apoſtolic. ejuſdem Baſilicæ

(*a*) Commentariis hæc non indigent. Quæ Nicolaus V. Pius II. Paulus II. Sixtus IV. demandaverant Vicariis ſuis, ut patet ex eorum litteris, quas attulimus; omnia Innocentius committit Archipresbytero; iiſque ſingillatim recenſendis ne immoretur, ſe Archipresbytero largiri profitetur quæcumque ad Vicarium Pontificis ſpectaverunt.

tione, si opus fuerit, auxilii brachii secularis, plenam & liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium, usque ad dictum beneplacitum, concedimus facultatem: qua te etiam, quoad Ecclesiam, atque alia membra & loca ecclesiastica, secularia, & regularia ipsius Basilicæ atque eorum Gubernatores, & in ipsis degentes personas, volumus per præsentes uti posse. Volumus autem, quod postquam ad actualem prolationem sententiæ privationis illorum ex Canonicis ipsius Basilicæ, contra quos exigente justitia te procedere contigerit, nos infra biduum de hujusmodi privatione reddere debeas certiores, ut de vacantibus per hujusmodi privationem Canonicatibus, & Præbendis possimus personis idoneis providere. Et ne dicta Basilica, ob alia ardua Romanæ Ecclesiæ tibi incumbentia negotia, in suo debito regimine aliquatenus patiatur, harum serie volumus, ac tuæ fraternitati concedimus, ut aliquem ad hoc, quem idoneum putaveris, in tuum Vicarium in spiritualibus & temporalibus generalem (*a*) eligere, constituere, & deputare in Basilica antedicta cum omnimoda tibi potestate demandata, ubi, quando, & quoties tibi visum fuerit, libere ac licite possis & valeas: non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non præfatæ Basilicæ per sedem præfatam factis, ac juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus prædictis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sententia privationis Canonicat. communicanda Pontifici priusquam proferatur.

Tantæ p... statis deleg... permittitur ... chipresbytero

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, undecimo Kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Ecclesiam Parochialem S. Mariæ Reginæ Cœli collationis Capituli confert in Commendam uni e suis familiaribus Clerico Veneto.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vat. caps. 10. Fasc. 276.

AN. CH. 1485. 4. Nov.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Clugien., & Auseren. Episcopis, ac dilecto filio Joanni Baptistæ de Ferrariis (*b*) Canonico Ecclesiæ Mutinen.; Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Grata devotionis, & familiaritatis obsequia, quæ dilectus filius Magister Joannes Laurentii Clericus Venetiarum utriusque Juris Doctor, Scriptor, & familiaris noster nobis, & Apostolicæ Sedi hactenus impendit, & adhuc solicitis studiis impendere non desistit, necnon literarum scientia, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam suam etiam fidedignorum testimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut illa sibi favorabiliter concedamus, quæ suis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Cum itaque Parochialis Ecclesia Sanctæ Mariæ de Regina Cœli in Burgo Sancti Petri de Urbe, quam dilectus filius Philippus Archiepiscopus Antibaren. ex concessione, & dispensatione Apostolica nuper in Commendam obtinebat, Commenda hujusmodi ex eo quod idem Archiepiscopus hodie illi in manibus nostris sponte, & libere cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, cessante adhuc eo quo dum eidem Archiepiscopo commendata fuit, vacabat, modo, vacare noscatur. Nos volentes præfato Joanni

A meritis personalibus de more orditur.

Eccles. P... chialis com... dandæ cond... nem profe...

(*a*) Nil desiderari potest illustrius ad illud discrimen deprehendendum, quod sæpe in superioribus indicavimus. Duo scilicet Vicariorum genera per hanc ætatem spectari oportet in Basilica Vatic. Vicarios Pontificis summa auctoritate præditos, & Vicarios Archipresbyteri cum potestate ab eodem delegata.

(*b*) Est, cur mirer tanti nominis virum ignotum fuisse Ciampino (*de parco ma.p. xiv.*) Nam nomine tenus eum novit inter testes juramenti præstiti ab Ascanio Maria Sfortia Vicecomite Mediolanensi, ubi Vicecancellarii munus obtinuit ab Alexandro VI. Attamen Ughellus & in addit. ad Ciacon. (*pag.* 1337.) & Italiæ Sacræ (*to. 2. pag.* 133. *to. 6. pag.* 355.) uberrime de eodem loquitur. Modicis ille scilicet, sed honestis natus parentibus Mutinæ, venit Romam; acceptusque inter Aulicos Roderici Borgia, Canonicatum Cathedralis Mutinensis obtinuit, ex cujus reditibus parcus ipse, ac tenax officia quædam Cancellariæ coemit, ac fortuna meliori uti cœpit. Quanti autem esset apud Romanos Pontifices plane ostendunt decora, quæ est adeptus. Innocentius siquidem post hæc tempora, quum Mutinensis tantum Canonicus agnoscebatur, inter duodecim Abbreviatores de Parco Majori nuncupatos, qui erant, ut hodie, Prælati Romanæ Curiæ, illum recensuit; & Alexander VI. (Rodericus olim Borgia) primo Referendarium, deinde Datarium, & Regentem Cancellariæ Apostolicæ renunciavit. Quumque ærarii per fas & nefas augendi cura maximam illi conciliasset invidiam, Episcopum Mutinensem anno 1497. & post triennium Cardinalem S. Chrysogoni, Capuano Archiepiscopatu superaddito, eum Pontifex creavit. Quid vero? Sebastianus Pinzonus, necator pretio emtus, veneno sustulit virum (qui virtute duce, comite fortuna ex loco humili tam alte per gradus ascenderat) ipso in Vaticano Palatio VI. Cal. Aug. an. 1502. Sepultus fuit in nostra Basilica, unde postea translatus Mutinam, supra portam Cathedralis Ecclesiæ fuit locatus. Summas ejus opes Ærarium exhausit, nequicquam reclamante Francisco Fratre, quem Mutinensis Episcopatus illicium dicitur elinguem reddidisse.

(*a*) Cle:

Joanni, qui etiam Secretarius noster, & literarum Apostolicarum Abbreviator, (*a*) & ad præsens Rescribendarius (*b*) existit, ut commodius sustentari valeat, de alicujus subventionis auxilio providere, præmissorumque meritorum, & obsequiorum suorum intuitu gratiam facere specialem, ipsumque Joannem a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, nec non omnia, & singula beneficia Ecclesiastica cum cura, quæ dictus Joannes etiam ex quibusvis Apostolicis dispensationibus obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ jus sibi quomodolibet competit, quæcumque quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores, dictæque Ecclesiæ verum ultimæ vacationis modum, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio resultet, præsentibus pro expressis habentes discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios Ecclesiam prædictam, cujus fructus, redditus, & proventus vigintiquatuor florenorum auri de Camera secundum communem extimationem, valorem annuum, ut idem Joannes asserit, non excedunt, quovis modo, aut ex cujuscumque persona, seu per liberam resignationem alicujus de illa extra Romanam Curiam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit *Execrabilis*, vel assecutionem alterius beneficii Ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque Ecclesia dispositioni Apostolicæ specialiter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore dat. præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum cum omnibus juribus, & pertinentiis suis præfato Joanni per eum, quoad vixerit etiam una cum omnibus, & singulis beneficiis Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, quæ ut præfertur, obtinet, & imposterum obtinebit, tenendum, regendum, & gubernandum; ita quod liceat sibi debitis, & consuetis ipsius Ecclesiæ supportatis oneribus, de residuis illius fructibus, redditibus, & proventibus disponere, & ordinare, sicuti veri ipsius Ecclesiæ Rectores, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt. Alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium dictæ Ecclesiæ sibi penitus interdicta, auctoritate nostra commendare curetis. Inducentes eum, vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem Ecclesiæ juriumque, & pertinentiarum prædictorum, & defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, facientes sibi de Ecclesiæ prædictæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus universis integre responderi: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, & aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus, seu Commendis sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in dicta Urbe speciales, vel generales dictæ Sedis, vel legatorum ejus literas impetrarint, etiamsi per eas ad iuhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus eumdem Johannem in assecutione dictæ Ecclesiæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari. Seu si dilectis filiis Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de dicta Urbe, ad quos collatio, (*c*) provisio, præsentatio dictæ Ecclesiæ, dum pro tempore vacat, de antiqua, & approbata hactenusque pacifice observata consuetudine pertinet, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint

...endatar. ...suris de ...bsolvit

Dispensat ...eralitate ...tor.

...lationem ... ad S. declarat

Parochialia onera Commendatario injungit

Contrariis Constitutionibus derogat.

Necnon privilegiis Capituli Basil. Vat.

(*a*) Clericum esse Abbreviatorem haud sane novum: per hæc enim tempora, ut constat ex Bulla Sixti IV. apud Cohell. (*notit. Cardinalat. cap.* 22.) & Ciampin. (*de Parco ma.*) idem erat Collegii numerus, eademque distinctio, quam nostra ætate cernimus. Duo & septuaginta omnino erant Abbreviatores. De horum præcipuis duodecim *de Parco majori* nuncupatis, nuper diximus. Hos sequebantur 22. *de Parco minori*, quos quandoque Clericos, quandoque etiam laicos fuisse deprehendimus, minimeque prohibitos uxorem ducere. Alii demum 38. Abbreviatores collegium explebant minoris notæ, de quorum officio, conditione &c. consulendi laudati Auctores. Id notandum, quod majoris, minorisve præsidentiæ primæ duæ classes appellantur: post institutos a Pio II. minoris præsidentiæ, seu de *Parco minori* Abbreviatores.

(*b*) Callistus III. & Pius II. ad sex dumtaxat redegerant Secretarios Apostolicos; at Innocentius VIII. pecuniæ indigens ad redimendam Mitram Pontificalem, seu Regnum ut vocant, aliaque plurima Mercatoribus oppignorata 24. adjunxit Prælatos, & in ecclesiastica dignitate constitutos; ita ut essent omnino 30. Rescribendarii autem officium uni eorum tribuebatur. Cohell. (*notit. Cardinal. cap.* 23.)

(*c*) Ecclesiæ hujus mentio nulla in veteribus Documentis. Martinellus (*Rom. Sac. p.* 374.) eam reperit in Taxa Leonis decimi sitamque inde apparet in platea S. Petri. Hisce autem ex litteris Apostolici; tenemus, collationem ejus ad Capitulum spectasse.

(*a*) Pro-

possint, quodque de hujusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus nulli valeat provideri, seu Commenda fieri per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Proviso quod propter Commendam hujusmodi dicta Ecclesia debitis propterea non fraudetur obsequiis, & animarum cura nullatenus negligatur, sed ejus congrue supportentur onera antedicta. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. *Cura animarum nullatenus negligatur.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimoquinto pridie nonas Novembris. Pontificatus nostri Anno secundo.

Ratam habet, & confirmat locationem cujusdam domus sitæ prope S. Michaelem in via sacra.

Ex Autogr. Arch. Basil. Vatic. caps. 57. fasc. 210.

AN. CH. 1485. 15. Januar.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ecclesiarum profectibus ut tenemur intenti, hiis, quæ pro illarum utilitate, rationabilibus suadentibus causis, & matura desuper habita deliberatione emanasse comperimus, ut eo firmius illibata permaneant, quo majori erunt auctoritate munita, libenter, cum a nobis petitur, nostri adjicimus muniminis firmitatem. Sane dudum dilectus filius magister Joannes de la Sega Clericus Venetiarum Notarius (a) noster, & venerabilis fratris nostri Baptistæ Episcopi Tusculan., qui Archipresbyteratum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe ex concessione, & dispensatione Apostolica obtinet in eadem Basilica, Vicarius, (b) & Capitulum dictæ Basilicæ pro ejusdem Basilicæ negotiis utiliter pertractandis de mandato dicti Vicarii in loco solito congregati, habita notitia, quod venerabilis frater noster Andreas Episcopus Tirasonen. qui quamdam domum dictæ Basilicæ sitam in Urbe in via sacra, seu Burgo Sancti Petri nuncupata juxta vias a pluribus, & domum quam dudum construi fecit quondam Meliadux Cicala Laicus Januen. secus dictam viam in solo dictæ Basilicæ in suis structuris, & ædificiis pro majori parte imperfectam cum turri, orto, ambitu, juribus & pertinentiis suis in Emphiteosim a dicta Basilica pro annua responsione trium ducatorum ad vitam suam obtinebat, cupiebat jura sibi in dicta domo competentia transferre in dilectum filium Hieronymum Calagranum Clericum Papien. Subdiaconum familiarem continuum commensalem, & Cubicularium secretum nostrum; quodque idem Hieronymus pari modo desiderabat domum ipsam sibi concedi in Emphiteosim ad vitam suam, & unius personæ, quam duceret nominandam pro annuo Canone quatuor ducatorum similium dictæ Basilicæ persolvendo, & cum onere exponendi in illius structuris, & ædificiis utiliter summam ducentorum ducatorum auri similium, & legitimo desuper interveniente tractatu inter eos; provide considerantes, quod nova concessio prædicta, si fieret, cederet in evidentem dictæ Basilicæ utilitatem, præfato Vicario cessionem prædictam recipiendi, & admittendi, & novam de ipsa domo concessionem prædictam dicto Hieronymo faciendi cum incremento dicti Canonis, & pacto exponendi dictos ducentos florenos in illius fabricæ prosecutione faciendi nomine ipsorum Archipresbyteri, & Capituli, salvo tamen Sedis Apostolicæ beneplacito, plenam, & liberam potestatem, & facultatem concesserunt. Et deinde præfatus Vicarius, in cujus manibus præfatus Andreas Episcopus ad dictum effectum omni juri sibi competenti in dicta domo per dilectum filium Magistrum Joannem Laurentium Clericum Venetiarum litterarum Apostolicarum Scriptorem, & Abbreviatorem, ac Secretarium nostrum Procuratorem substitutum a Venerabili fratre nostro Marco Episcopo Penestrin. ipsius Andreæ Episcopi Procuratore adhoc ab eo specialiter constituto sponte, & libere cessit, & cessione hujusmodi per eum admissa habens tam a dicto Episcopo Tusculan. per illius litteras, quam Capitulo præfatis specialem facul-

Domus quædam prope San. Michaelem in Burgo S. Petri.

In Emphiteusim olim data cum canone trium Ducatorum transfertur in alium.

Pro an[...] Cnone qua[...] Ducator. cu[...] cto 200. [...] instructuri[...] penaen.

Cessio legi[...] jurium om[...] in dicta d[...]

(a) Protonotarios non alio, quam Notariorum nomine appellari solitos a Pontifice in Bullis, aliisve dispositionibus Apostolicis adnotavit Cohellius *notit. Cardinalat. cap.* 18. auctoritate Chassanei.

(b) Superiori anno 1484. mensis Novembris die 21. Archipresb. auctoritatem instaurans, Vicarii eligendi cum omnimoda facultate Card. Baptistæ Zeno privilegium utique instauraverat. Quare nuperrima erat electio hujus Vicarii.

(a) Pon-

cultatem, concessit dicto Hieronymo pro se, & una persona per eumdem Hieronymum nominanda ad cujusque ipsorum Hieronymi, & personæ nominandæ vitam duntaxat domum præfatam cum turri, orto, ambitu, juribus, & pertinentiis suis in hujusmodi Emphiteosim pro dicto annuo canone quatuor ducatorum dictæ Basilicæ annis singulis in eisdem terminis, in quibus dictus Andreas Episcopus dictum Canonem trium ducatorum solvere tenebatur persolvendo cum pacto prædicto, quod dictus Hieronymus exponere debeat cum effectu dictam summam ducentorum florenorum auri in bonificatione, & melioramento structurarum ejusdem domus, & nostro beneplacito semper salvo, prout in quibusdam publicis Instrumentis desuper confectis plene continetur. Nos igitur, qui de domo ipsa, quæ ante Basilicam prædictam, & Palatium nostrum sita est, & quam dudum in minoribus constituti sæpius inspeximus, & vidimus, et jam de ædificiorum imperfectione, & statu plene informati sumus, ac scimus, quod dicta concessio, sicut præfertur, dicto Hieronymo facta, cedit in evidentem dictæ Basilicæ utilitatem, quique ejusdem Basilicæ commoda, & utilitatem supremis desideramus affectibus, domum ipsam per illius ulteriorem designationem, & fines, ac instrumentorum prædictorum tenores præsentibus pro expressis habentes; motu proprio, non ad Archipresbyteri, Vicarii, Capituli, & Hieronymi prædictorum, vel alicujus alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa nostra scientia factam eidem Hieronymo, & personæ per eum nominandæ concessionem prædictam, & prout illam concernunt omnia, & singula in dictis instrumentis contenta, auctoritate Apostolica præsentium tenore confirmamus, & approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsan intervenissent in eisdem, proque potiori cautela domum ipsam eidem Hieronymo pro se, & nominanda per eum persona prædicta ad cujusque eorum vitam pro annuo Canone prædicto quatuor ducatorum, & cum dicto pacto eisdem motu scientia, & auctoritate de novo concedimus. Et nihilominus Venerabili fratri Episcopo Albanen., & dilectis filiis Sancti Gregorii de Urbe, ac Sancti Pauli extra muros Urbis Monasteriorum Abbatibus per Apostolica scripta motu, & scientia similibus mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra Hieronymum, & personam, quam nominabit ad præmissa, dicta domo, & illius habitatione, & fructibus quo ad vixerint pacifice potiri, & gaudere; non permittentes super illa per quoscumque indebite molestari: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Pauli PP. II. prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis Constitutionibus, ac dictæ Basilicæ juramento &c. Nulli ergo &c. confirmationis, approbationis, communitionis, suppletionis, concessionis, & mandati infringere &c. Si quis autem &c.

Consultique tuitæ, a pacificæ possessioni.

Contrariis Constitutionibus derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, decimooctavo Kal. Februarii, (c) Pontificatus nostri anno secundo.

Usum lacticiniorum Bavaris, aliisque Germaniæ populis concessum quadragesimali tempore cum onere contribuendi certam pecuniam pro Basilica Principis Apostolor. & Ecclesiis Regionum illarum, ratum habet, & confirmat.

[Ex Regesto IV. Epist. Secret. Innoc. VIII. pag. 173. ap. Archiv. Apost. Vat.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Sedis Apostolicæ clementia suæ benignitatis ubera in fideles singulos copiosa largitate effundens, non solum ipsorum animarum salutem; sed etiam corporum sospitatem desiderat, & hiis, quæ propterea per ipsius Sedis Nuncios perinde facta fuisse dicuntur, ut firma & inconcussa permaneant, libenter adjicit Apostolici muniminis firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum Capitulorum Ecclesiarum, & Universitatum, hominum, ac Collegiorum terrarum, & locorum, ac aliarum personarum partium Germaniæ, quibus esus lacticiniorum per venerabilem fratrem nostrum Bartholomæum (a) Episcopum Civitatis Castelli, olim in eisdem partibus dictæ Sedis cum potestate Legati de Latere Nuncium

Nuncius S. Sedis Germaniæ populis concessit usum Lacticiniorum Quadrag. tempore.

(a) Pontificatus annus secundus fluebat a die 29. Augusti 1485. etiamsi ab ipsa electionis die ordiamur; nam Coronatio non nisi 12. Sept. est facta. Quumque hic 15. Januarii tribuatur annus secundus, constat liquido, & Innocentium Prædecessorum more a die 25. Martii anni initium sumere.

(b) Bartolus Moranus etiam dictus ap. Ughell. (to. 1. pag. 1324.) Erat is Mantuanus: Tiphernatem administravit Eccles. ab anno 1474. ad 1487. quum decessit Romæ, sepultusque est in nostra Basilica cum hac Epigraphe: *Bartolo Morano Antistite Castellano MCCCCLXXXVII.*

(a) Vox

cium est concessus, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim pro ipsorum parte eidem Bartholomæo Episcopo tunc Nuncio exposito, quod sicut Itali, cum apud eos usus Lacticiniorum hujusmodi parum frequentaretur, multisque esset contrarius, ab ineunte ætate vino & oleo nutrirentur; ita Germani, & præsertim Bavari Butyro, Caseo, & Lacte, cum apud eos non crescerent Olivæ, ex quibus oleum conficeretur, naturæ ipsorum esset contrarium, immo consuetudo quædam ab omnibus, & præsertim in partibus Bavariæ frequentata inoleverat, quod Quadragesimalibus, & aliis diebus, quibus usus Butyri, & aliorum Lacticiniorum est prohibitus, paucissimi tam spiritualium, quam secularium personarum cibariis oleo conditis utebantur; sed ob innatam illis ab ineunte ætate vescendi Lacticiniis consuetudinem, & propter Oleum olivarum hujusmodi in partibus illis non crescentia, fere omnes Butyro, & Lacte vescantur; adeo mos ille inoleverat, quod plerique quæcumque incommoda potius vellent pati, quam oleo vesci, qui neque Ecclesiæ statutorum promulgationi, nec Confessorum informationi ab hujusmodi innata quasi, & impressa consuetudine flecti & abduci possent, multique sæpius volentes se in hoc statutis Ecclesiæ conformare, per oleorum esum desuetum, & naturæ ipsorum contrarium, variis infirmitatibus prægravabantur: quinimmo in aliquibus partibus, & præsertim Comitatu Hagæ Frisingen. Diœcesis, cujus Incolæ diebus Quadragesimæ, præter Lacticiniorum usum, quasi aliud nihil habebant, quo vescerentur, plerique se Ecclesiæ præceptis subjicere volentes, & ab hujusmodi Lacticiniorum usu abstinentes, pane & aqua debilitati, mortui comprobati erant; major denique in illis partibus hominum multitudo, quæ paupertate, & inopia premitur, non haberent unde sibi cibaria jejunio convenientia comparare, & disponere possent; & quod propterea felicis recordationis Sixtus Papa Quartus Prædecessor noster Incolis Terrarum, locorum, & dominiorum dilecti filii nobilis Viri Alberti Ducis Bavariæ, ut dictis diebus prohibitis Lacticiniis uti possent indulserat, ac in eadem expositione subjuncto, quod si esus Butyri, & aliorum Lacticiniorum eis etiam cum aliquo onere concederetur, multi a variis infirmitatibus relevarentur, quibus ob Lacticiniorum hujusmodi abstinentiam verisimiliter timendum erat gravari, necnon peccata, quæ contra Ecclesiæ statuta Lacticiniorum hujusmodi usus induxerat evitarentur; plures denique fidelium animæ, quas forte ob dictam transgressionem pati contingeret, Deo lucrifierent, præfatus Bartholomæus Episcopus etiam oculata fide circa præmissa informatus, ut ipsis in Quadragesimalibus, & aliis diebus prohibitis hujusmodi, præterquam in ultima hebdomada quadragesimæ possent, & quilibet eorum posset, & valeret Butyro, & aliis Lacticiniis absque aliquo conscientiæ scrupulo, libere, & licite perpetuo vesci plenam & liberam per diversas suas literas successive concessit facultatem; certis tamen & diversis oneribus ut plurimum adjectis, & præsertim quod quilibet eorum, qui hujusmodi concessione uti vellet, teneretur loco pœnitentiæ salutaris, ad Truncum (*a*) in dictis locis respective ad hoc deputatum, singulis annis imponere in numerata pecunia tantum, quantum uno die esset pro victu verisimiliter consumpturus; quarum pecuniarum certa pars ad Cameram Apostolicam pro Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & reliqua pro Ecclesiarum dictorum locorum Fabricis transmitti, & respective converti deberent, prout in litteris ipsius Bartholomæi Episcopi, tunc Nuncii, desuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Universitatum, Collegiorum, & aliarum personarum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut concessioni prædictæ, pro illius subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui fidelium singulorum salutem mentis & corporis sinceris desideramus affectibus, hujusmodi supplicationibus inclinati concessionem prædictam, ac prout illam concernunt omnia & singula in litteris Bartholomæi Episcopi, tunc Nuncii, hujusmodi contenta, & inde secuta quæcumque, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, ratificamus, approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus: supplentes omnes & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, etiam ratione sibi concessæ facultatis prædictæ. Et nihilominus, ut a fidelium mentibus circa Lacticinia hujusmodi omnis dubietas auferatur, Lacticiniorum eorum appellatione non Ova, sed Butyrum Lac & Caseum dumtaxat comprehendi harum serie declaramus.

Non

Quia nempe oleum apud illos deerat, neque assueti eidem erant.

Siqui oleo vesci periclitati sunt contraxerunt morbos.

Pauperibus privatio Lacticinior. mortem peperit

Sixtus IV. eorum usum concessit Bavariis.

Nuncius alius po[...] concessionem [...]tendit.

Eleemos[...] illis injun[...] pro Basil. S[...] tri, & Ec[...] sua gentis.

Ratam hujus. co[n]cessionem [...]

Declara[...] non compr[...] d. sub La[...] niis.

(*a*) Vox apud latinam Ecclesiam satis nota. Arcellam ad recipiendas fidelium eleemosynas prostantem in Ecclesiis definit Du-Cangius v. *Truncus*. Eum consule. Exemplis ab eo allatis, indicatisve adjungi potest Constitutio Synodi Cicestrensis anno 1292. ap. Labb. (*Concil. to. XI. p.* 1363.) ex ipsa enim Anglia petita auctoritas rem magis magisque comprobat: *Sancimus, ne qui parochiani, rectores, vel Vicarii, vel sacerdos parochialis Ecclesiæ curam gerens truncos hujusmodi, vel aliud pecuniæ receptaculum cum clausura sine nostra, vel officialis nostri licentia erigant.* (*Can.* 6.)

(*a*) Post.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ ratificationis, approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis & voluntatis, ac declarationis infringere, &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto, nono Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Franciſco de Anguillaria ob rebellionis crimen amoto, Canonicatum & Præbendam, queis fruebatur in Baſilica S. Petri, confert Roberto de Sabellis Baroni Romano.

Ex Regeſto XIX. Bullar. Innoc. VIII. pag. 265. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

...'. CH. ...1486. ...>. Jul.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Roberto de Sabellis (*a*) Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

...Perſonalia ...ex more ...ntur.

Nobilitas generis, vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem omnes Canonicatus, & Præbendas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe tunc vacantes, & inantea vacaturos, collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contingeret attentari. Et deinde ad audientiam noſtram, dilecto filio Nicolao de Parma Fiſci noſtri Procuratore (*b*) referente, deducto, quod poſtmodum iniquitatis filius Franciſcus de Anguillaria de Cære olim dictæ Baſilicæ Canonicus (*c*) nobis & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ hoſtibus & rebellibus adhærere, ac in Caſtro Cære Portuen. Diœceſis, cujus jurium, & pertinentiarum, ac juriſdictionis pro certa rata poſſeſſor tunc erat, prout ad præſens exiſtit, & cujus Caſtri Incolæ, & ibidem degentes de hoſtibus, & rebellibus prædictis erant, prout adhuc ſunt, commorari non expaverat; Nos tunc conſiderantes, quod, veris exiſtentibus præmiſſis, dictus Franciſcus Canonicatu, & Præbenda ejuſdem Baſilicæ, ac aliis per eum, dum ſic adhærere eiſdem rebellibus præſumpſerat, obtentis propterea privatus erat, dilecto filio Magiſtro Petro de Vincentia cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori (*d*) commiſimus, ut eumdem Franciſcum per edictum publicum in Valvis dictæ Baſilicæ, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & Audientiæ cauſarum Palatii Apoſtolici, acieque Campi Floræ dictæ Urbis affigendum citaret, ut ſuper ſuæ privationis tam dictorum Canonicatus & Præbendæ, quam aliorum per eum obtentorum Beneficiorum, necnon inhabilitationis ad alia obtinenda, pœnis per eum ipſo facto incurrendis, perſonaliter coram eodem Auditore compareret intra certum competentem terminum, ipſius Auditoris arbitrio moderandum, ad ſe excuſandum de præmiſſis; & eodem Franciſco non comparente, eum Canonicatu, & Præbenda, ac aliis Beneficiis prædictis privatum, & ad illa, ac alia impoſterum obtinendum inhabilem eſſe, & ad alias pœnas in talia perpetrantes a jure ſtatutas incurriſſe, terminis in beneficialibus cauſis ſervari ſolitis, & requiſitis, unica audientia & unico contextu ſervatis, decerneret & declararet. Cum autem poſtmodum idem Auditor in præmiſſis rite procedens, juxta formam commiſſionis prædictæ ſibi factæ præfatum Franciſcum citatum, & perſonaliter non comparentem Canonicatu &

Quare Canonicatum, & omnia beneficia amiſit.

...nonicus S. ...rebellibus ...tis adhæret

Citatur ab Auditore Cameræ ad dicendam cauſam.

(*a*) Poſtquam anno 1447. Nicolaus V. Joannem-Baptiſtam, Marianum, Baptiſtam, & Franciſcum Sabellos Eccleſiæ Romanæ hoſtes, ac Majeſtatis reos recepit in gratiam (*Regeſt. 1. epiſt. Secret. Nicol. V. Archiv. Apoſt. Vat. pag. 43.*) ſæpe occurrit aliquis ex inclyta hac familia beneficiis ornatus ab Apoſtolica Sede. In iis non modicum id videtur fuiſſe, in Canonici ob crimen rebellionis dejecti locum eſſe adlectum Robertum. Non enim luculentius fidei, quam fiduciæ argumentum eſt. Et quidem jure Pontifex gratificatur Sabellis: nam ſuperiori anno una cum Columnenſibus habuit Joannem Sabellum ſtrenue pro Eccleſia pugnantem contra hoſtes, in quibus recenſebantur Urſini.

(*b*) Civilium Cameræ negociorum curam gerit Commiſſarius Cameræ: Capitalium vero Procurator Fiſci. Quare ex ipſa Procuratoris relatione Majeſtatis reum deprehendimus hunc Canonicum. Nihilominus præcipuam Pontificiæ deliberationis cauſam indicare oportet. Pars illa Etruriæ, in qua Cære oppidum ſitum, Urſinorum juris tum erat: Virginius autem Urſinus Pontifici, Columnenſibus, aliiſque Eccleſiæ cauſam tuentibus, maxime infenſus, hoſtiliter ſe geſſit, fautoremque habuit hunc Canonicum quatenus eidem licuit. Propterea Sabellam in acceptiſſimam familiam munificus, Urſinarum partium homines averſatur. *Panvin. Ciacon. &c.*

(*c*) Ipſe Innocentius, quod maxime animadverti debet, Canonicum hunc adlegerat, ut conſtat ex Archivi Apoſt. Vatic. Regeſtis.

(*d*) Hunc virum præſtantiſſimum J. U. D. Capellanum ſuum Innocentius paulo ante Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalem Auditorem in Judicem Ordinarium deputaverat, multiſque ornaverat prærogativis & facultatibus, ut videre eſt *Bullar. Conſt. 7.* ubi Cherubinus adnotat, ante hoc tempus non ordinarium, ſed delegatum fuiſſe Judicem. Hinc vero augeri auctoritas illius cœpit. Coheſl. *notit. Cardin. cap. 42.* Officium venale fuit uſque ad an. 1692. quum Innocentius XII. venalitatem ſuppreſſit, decrevitque ad beneplacitum Pontificis officium duraturum. Innoc. XII. *Bullar. pag. 72.*

Non comparens privatur omnib. Beneficiis.

& Præbenda, ac aliis Beneficiis prædictis privatum fore, illaque per hujusmodi privationem vacavisse,& vacare per suam diffinitivam sententiam declaraverit, ipsique Canonicatus, & Præbenda propterea vacaverint, & vacent ad præsens, nullusque de illis, præter nos hac vice disponere potuerit, sive possit, reservatione & decreto obsistentibus supradictis: nos attendentes, quod, sicut evidentia facti demonstrat, & tam notorium & manifestum est, quod nulla potest tergiversatione celari, ex dicto Castro Cære, & per ibidem degentes quamplures mansiones in agrum nostrum Romanum factæ, diversaque animalia & bona delata, captivi deducti in prædam ex dicto agro ad dictum Castrum fuerunt, eodem Francisco, qui ibidem, ut præmittitur, jurisdictionem habet, præsente, & ut effectus demonstrat, saltem tacite assentiente, eo maxime, quod citatus per præfatum Auditorem ad personaliter comparendum, & se excusandum, contumaciter comparere neglexit, ne prædicta contumacia impunita remaneat, ipsaque sententia per appellationum seu cavillationum diffugia effectum sortiri impediatur, & ut alii ejusdem Francisci exemplo perterriti similia committere expavescant, providere, ac tibi, qui, ut accepimus, de nobili Baronum Romanorum genere procreatus, nec non dilecti filii Joannis Baptistæ (a) Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis Nepos existis, præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & inflictis, quibus forsan quomodolibet innodatus existis, quoad hoc dumtaxat, ut præsentium consequaris effectum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, nostra & ex certa scientia, omnes appellationes a præmissis assertis gravaminibus illatis interlocutoria, seu diffinitiva sententia prolatis per dictum Auditorem in præmissis, pro parte dicti Francisci forsan ad nos, & Sedem Apostolicam interpositas, seu quomodolibet interponendas de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam ex nunc cassamus, & causas quascumque desuper forsan commissas, & committendas, illarum statum pro expressis habentes, ad nos earumdem serie similibus motu, scientia, potestate, & auctoritate advocamus, & litem penitus extinguimus; processum quoque habitum & acta actitata, nec non omnia & singula coram præfato Auditore per dictum Nicolaum contra eumdem Franciscum gesta, ejusdemque Auditoris sententiam, declarationem, & decretum hujusmodi motu, scientia, auctoritate, & potestate similibus confirmamus, & approbamus, supplemusque omnes & singulos defectus tam juris, quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem, ipsosque Canonicatum & Præbendam, ut præfertur, vacavisse, & vacare de novo eisdem motu, scientia, auctoritate, & potestate decernimus, & declaramus, omniaque facta & facienda, quæ privationem, declarationem, & decretum hujusmodi impedire possunt quomodolibet, vel differre, prælibatis motu, scientia, auctoritate, & potestate tollimus, revocamus, & annullamus, & viribus vacuamus, & eosdem Canonicatum & Præbendam, quorum fructus, redditus, & proventus centum florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Francisci, vel alicujus alterius de illis in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, vacent; etiamsi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio, juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsique Canonicatus, & Præbenda dispositioni Apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reservati existant, & super eis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat, cum plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis, motu, scientia, & auctoritate præmissis tibi conferimus, & de illis etiam providemus, decernentes, prout est, irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Et nihilominus venerabilibus fratribus Brectonorien, & Auximan. ac Castren. Episcopis per Apostolica scripta motu proprio simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios te, vel Procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem Canonicatus & Præbendæ juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet detentore, ac faciant te, vel dictum Procuratorem pro te ad Præbendam hujusmodi in dicta Basilica in Canonicum recipi, & in fratrem,

Ne contumacia remaneat impunita.

Appellationem & cætera omnia cassat: ad se causam advocat.

Ratum h[...] decretum Au[...] toris Camer[...]

Canonica[...] & Præben[...] vacare a[...]

Utrum Roberto de [...] bellis conf[...]

Possessio[...] ab eo incun[...] committit [...] Episcopis.

(a) Summi hujus viri laudes repetendæ ex superius dictis ad Literas Apostolicas Sixti IV. an. 1480. 18. Januar. pag. 210. not. a.

(a) Hic

trem, Stallo tibi in Choro, & loco in Capitulo dictæ Basilicæ cum dicti juris plenitudine assignatis, tibique de illorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi; Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis Constitutionibus, ac dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque: aut si aliqui Apostolica, vel quavis auctoritate, in dicta Basilica in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant: seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis dictæ Basilicæ, speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in dicta Urbe generales dictæ Sedis, aut Legatorum ejus litteras impetrarint; etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dictorum Canonicatus & Præbendæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Canonicatuum, & Præbendarum, aut Beneficiorum aliorum præjudicium generari. Aut si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de Canonicatibus, & Præbendis dictæ Basilicæ, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; seu si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum: dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, cassationis, avocationis, extinctionis, confirmationis, approbationis, suppletionis, constitutionis, declarationis, tollitionis, revocationis, annullationis, vacuationis, collationis, provisionis, decreti mandati, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

[margin:] ...Obstantia ...nque tol... ...removet.

[margin:] ...rivilegiis ...resb. & ...li derogat

[margin:] Permittit ut juramentum præstet per Procurator.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, tertio Kal. Augusti, Pontificatus nostri Anno secundo.

Cassat, irritat, & omnino revocat concessionem a ixto IV. & ab se factam Episcopo Cerviensi, & hæredibus cujusdam domus cum adnexa Capella S. Zenonis in præjudicium Capituli; ipsumque restituit in integrum, circa jus &c. ejusdem domus &c.

Ex Regesto IV. epist. secret. Innoc. VIII. pag. 212. ap. Arch. Apost. Vatic.

[margin:] ...CH. ...486. ...Octobr.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

[margin:] Sedes cur ...a quando... ...vocet?

Importuna petentium ambitio Apostolicam Sedem inducit frequenter ad ea concedendum, quæ postea, cum in Ecclesiarum cedere conspicit detrimento, non immerito revocat, & ad statum debitum reducit, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem felicis recordationis Sixtus Papa quartus Prædecessor noster domum, quam quondam Martinus de Roa (*a*) Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, tunc in humanis agens inhabitabat, sitam in Burgo Sancti Petri etiam de Urbe, & quam, ut acceperat, dictus Martinus pro majori parte ædificaverat, & reparaverat, a Canonicatu, & Præbenda dictæ Basilicæ, quos idem Martinus obtinebat, seu Capella Sancti Zenonis (*b*) in dicta domo consistente, & quocumque loco Ecclesiastico, cui annexa foret, aut quovis

[margin:] Domus Canonicalis cum adnexa Capella S. Zenonis.

(*a*) Hic Canonicatum assequutus erat a Pio II. ut docent ejus Regesta Arch. Apost. Vatic. rari quidem cognominis, cujus reperire est apud Ughellum exemplum unicum Fr. Jacobum de Roa Ord. Minor. Episcopum Litterensem Amalphitani Metrop. Suffraganeum, quem excelsæ doctrinæ virum Clemens VI. creavit anno 1349. Editor nuperus ita vocatum putat a terra *Joba* vulgo *Gioja* (in Lucania hodie Basilicata *Albertus* locat terrulam ejus nominis) Equidem nullus dubito, quin genere Hispanus fuerit. Martinum de Roa Scriptorem de antiquo Principatu Cordub. eruditi probe norunt. Ejusdem nominis, familiæ, patriæ quidni fuerit noster hic Canonicus?

(*b*) Grimaldus, & ex eo Martinellus (*Rom. Sac. pag.* 406.) prope Ecclesiam S. Salvatoris fuisse aliam S. Zenonis docet; necnon utramque defecisse in constructione Palatii S. Inquisitionis. De iisdem S. Leo IX. Bullar. nostri *to.* 1. *pag.* 23. & 25.

vis modo ſpectaret, diſmembrans, & ſeparans; illam, etiamſi Camera Canonicalis foret, concedendam dilecto filio noſtro Dominico tituli Sancti Clementis Presbytero Cardinali (*a*) tunc ipſius Prædeceſſoris Cubiculario, & familiari, continuo commenſali donationi ſuæ cum motus proprii, & certæ ſcientiæ clauſulis ſpecialiter reſervavit, cum inhibitione, & irritanti decreto eorum, quæ ſecus ſuper hiis contingeret attentari, primo per quaſdam, & eadem die illas, necnon deſuper forſan habitos proceſſus per eaſdem, ac omnia & ſingula in eis contenta, & inde ſecuta quæcumque per alias ſuas litteras rovocavit, ac præter mentem ſuam inadvertenter emanaſſe declaravit, ac domum prædictam, ſi canonicalis exiſteret, a Canonicatu & Præbenda, ſeu Capella Sancti Zenonis prædictis, & quacumque alia Eccleſia, ſeu eccleſiaſtico loco, cui forſan annexa foret, & quacumque ratione ſpectaret, ſeu deberetur, ſegregavit, & diſmembravit, & bonæ memoriæ Achilli Epiſcopo Cervien. (*b*) pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus impoſterum perpetuo donandam, concedendam, & aſſignandam, ſuæ dumtaxat conceſſioni, donationi, & diſpoſitioni ſuæ reſervavit, & quamprimum eumdem Martinum cedere, vel decedere, aut domum prædictam quomodolibet dimittere contingeret, præfato Achilli Epiſcopo, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis, per eos, & eorum quemlibet inhabitandam, tenendam, poſſidendam, & uſufructuandam perpetuo donavit, conceſſit, & aſſignavit: cum inhibitione, ne ſecus fieret, & irritanti decreto eorum, quæ ſecus contingeret attentari, certis deſuper ipſi Epiſcopo executoribus deputatis. Noſque poſtmodum poſterioribus conceſſioni, & aſſignationi, ac literis prædictis per alias noſtras litteras noſtræ approbationis robur adjecimus, & pro potiori dicti Epiſcopi cautela domum eamdem de novo ſibi, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis conceſſimus, prout in ſingulis litteris plenius continetur. Cum autem, ſicuti exhibita nobis nuper, pro parte dilectorum filiorum Capituli dictæ Baſilicæ, petitio continebat, litteræ prædictæ in enormem læſionem dictæ Baſilicæ, eis ad id minime vocatis, emanarint; & ſi dicto Epiſcopo jam vita functo, illius hæredes in perpetuum domo prædicta uterentur, exinde Baſilica prædicta longe magis læderetur impoſterum, pro parte Capituli prædicti nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut litteras prædictas, ac in eis contenta revocare, & Baſilicam ipſam in ſuum priſtinum jus reſtituere, reponere, & reintegrare, ac in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dictæ Baſilicæ jura tueri tenemur, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, litteras prædictas, quæ, non vocatis nec citatis dictis Capitulo & Canonicis, pro dicto Epiſcopo ab eodem Prædeceſſore, & a nobis emanarunt, & in illis contenta, & inde ſecuta quæcumque prout ejuſdem Epiſcopi hæredes, & ſucceſſores concernunt, auctoritate Apoſtolica præſentium tenore ex certa noſtra ſcientia revocamus, caſſamus, & annullamus, ac volumus, & decernimus de cetero pro infectis haberi: domumque ipſam ad jus, & proprietatem ejuſdem Baſilicæ eadem auctoritate reducimus; & Baſilicam ac Capellam quoad domum ipſam, ad ipſius Baſilicæ priſtinum jus, ac in priſtinum & eum ſtatum, in quo erant quomodolibet, antequam litteræ prædictæ emanarent, præfata auctoritate reponimus, reſtituimus, & plenarie reintegramus. Et nihilominus venerabilibus fratribus noſtris Alerien. (*c*) & Aurien. Epiſcopis, ac dilecto filio Præpoſito S. Joannis Trajecten. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præfatos Capitulum, vel Procuratorem ſuum eorum nomine, in corporalem poſſeſſionem domus juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate noſtra, & defendant inductum, amotis exinde dictis hæredibus, & quolibet alio illicito detentore, ac eiſdem Capitulo efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant eos, & pro eis domum ipſam tenentes, domus, juriumque, & pertinentiarum prædictorum pacifica poſſeſſione gaudere,

Sixtus IV. ſibi eam reſervat donandam Familiari ſuo.

Ea reſervatione revocata alii perpetuo poſſidendam donat.

Ejuſm. donationem Innocentius ratam habuerat.

Inde Cap... lum lede... in ſu's juri...

Sixti IV. ſua l.t eras... dictas revo...

Jura ſua... ſtina aſſeri... pitulo.

(*a*) De Ruvere Taurinenſis Allobrox frater Chriſtophori Tarentaſienſis Archiepiſcopi, Presb. Card. S. Vitalis, quem titulum primo habuit & Dominicus, deinde S. Clementis. Deceſſit anno 1469. Alexandro VI. Pontifice; ſepultuſque eſt in S. Mariæ de Populo Sacello ab ſe conſtructo juxta fratrem ſuum. Archipresbyterales ædes juxta gradus Baſilicæ Principis Apoſtolor. ab ipſo ædificatas tradit Victorellus, *ad Ciacon.* Auguſtinus ab Eccleſia ap. Ughellum in patria, cujus erat Epiſcopus vult eſſe mortuum, ac ſepultum in Cathedrali, quam a fundamentis inſtaurarat. (*to.* 4. *Ital. Sac. pag.* 1057.)

(*b*) Filio Galeatii Mareſcotti nobilis Bononienſis, quem Sixtus IV. ex Archidiacono patriæ ad Cervienſem, olim Ficoclenſem, ſeu Ficuclenſem Eccleſiam Ravennatis Metrop. Suffraganeam evexit an. 1474. Bononiæ is deceſſit an. 1485. *Ughell.*

(*c*) Religio mihi eſſet ſilentio præterire virum ſummum cujus cineres in noſtra Baſilica extant, e priſtino licet loco translati, ubi novi auguſti Templi moles erecta eſt. Erat is Ardicinus *de la Porta* Novarienſis, quem Sixtus IV. Datarium fecit, deinde Aleriæ in Corſica Epiſcopum renunciavit an. 1475. Innocentius autem VIII. an. 1489. creavit Cardinalem Presb. SS. Joan. & Pauli tit. Pammachii. Tanti viri legationes, reſque alias præclare geſtas videſis ap. *Ciacon.* & *Ughell.* ſupremo vitæ anno ſeceſſit ægre permittente Innocentio in Cœnobium Monachorum Montis Oliveti, ibique purpura poſita cucullum induit. Poſtmodum inſtante Sacro Collegio a Pontifice revocatus Romam, gravi & eleganti epiſtola ap. eumdem ſe purgavit: attamen Romam rediit Cardinalis, ubi quinto poſt menſe Alexandro VI. Pontifice, an. 1493. die 5 Febr. occubuit mortem, ſepultuſque eſt in Oratorio D. Thomæ prope Ardicinum ſeniorem, ut patet ex tabula Ichnograph. Alpharani num. 76. & 77. a dextro cornu altaris in Orientem: Plura habes in nova edit. *Ughell.* & ap. *Ciacon.*

(*a*) Ex

re, non permittentes eos super illa per dictos hæredes, seu quempiam alium quomodolibet molestari: Contradictores quoslibet, & rebelles per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia dicta auctoritate compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis aliis donationibus, concessionibus, assignationibus, aut dispositionibus de domo hujusmodi etiam per eumdem Prædecessorem, seu nos, aut Sedem Apostolicam, seu litterarum dicti Prædecessoris, aut nostrarum auctoritate, ac Martinum præfatum, vel quoscumque alios in præjudicium dictæ Basilicæ forsitan factis, quas cum omnibus & singulis inde secutis nullas, & infectas fore, & esse, ac pro nullis & infectis haberi volumus, & decernimus, quibus illorum tenores & formas, ac si de verbo ad verbum insererentur, etiamsi de illis specialis & expressa mentio habenda foret, præsentibus pro sufficienter expressis habendo, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus contrariis quibuscumque. Seu si hæredibus præfatis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verdo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in eisdem præsentibus mentio specialis, quæ, quoad hoc, nolumus cuiquam ullatenus suffragari. Nulli ergo &c. nostræ revocationis, cassationis, annullationis, constitutionis, restitutionis, reintegrationis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

[Margin: ...tionibus, ...tris qui-...que con-...derogat.]

[Margin: Necnon Privilegiis favore eorum qui donationem obtinuerant.]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimosexto; Pridie Idus Octobris, Pontificatus nostri Anno tertio.

Monasterium S. Nicolai de Carceribus prope muros Terræ Nursiæ unitum alteri S. Catharinæ a Capitulo S. Petri, cujus juris erat, deinde Fratribus Ord. Prædic. concessum variis ex justis causis, asserit iisdem Fratribus contra Moniales S. Catharinæ nequicquam reclamantes.

Ex Regesto XXX. Bullarum Innoc. VIII. pag. 103. ap. Arch. Apost. Vatic.

[Margin: ...CH. ...7. ...celebr.]

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Magistro Felino de Sandeis Capellano nostro, & causarum Palatii Apostolici Auditori; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dum ad fructus uberes, quos sacer Ordo Fratrum Prædicatorum sub regulari obserservantia degentium, in agro militantis Ecclesiæ continuo producit, diligenter attendimus, Fratribus eisdem illa libenter concedimus, per quæ eorum Religio valeat ubilibet propagari. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum fratrum Ordinis, & observantiæ prædictorum in domo, olim Monasterio Sancti Nicolai de Carceribus, extra & prope muros Terræ nostræ Nursiæ Spoletan. Diœcesis degentium, petitio continebat, quod dudum, postquam ex ordinatione dilectorum filiorum Vicarii, & Capituli Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, quibus dicta domus, quæ tunc Monasterium Monialium Ordinis Sancti Benedicti erat, subjiciebatur; Monasterium prædictum per dilectos filios Consules dictæ Terræ habentes ad hoc, ut asserebant, sufficientem per litteras felicis recordationis Pii Papæ secundi Prædecessoris nostri potestatem, illius vigore Fratribus prædictis concessum fuerat, Abbatissa & Monialibus eiusdem Monasterii ad Monasterium ipsum Sancti Nicolai intra muros dictæ Terræ dicti Ordinis Sancti Benedicti translatis cum Abbatissa; & Moniales prædictæ in eodem Monasterio intra Muros per decem annos & ultra Altissimo famulantes laudabiliter vixissent pro parte Abbatissæ, & Monialium Monasterii Sanctæ Catharinæ dictæ Terræ ejusdem Ordinis piæ memoriæ Sixto Papæ Quarto etiam Prædecessori nostro exposito, quod Monasterium Sancti Nicolai extra muros hujusmodi vetustate collapsum, & in suis redditibus diminutum erat, adeo ut illius fructus, redditus, & proventus viginti florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum non excedebant, & quod Moniales inibi degentes vitam ducebant impudicam, ex quo gravia scandala verisimiliter exoriri formidabant, quodque si dictum Monasterium Sancti Nicolai præfato Monasterio Sanctæ Catharinæ in quo, ut asserebatur, vigebat regularis observantia, cum omnibus juribus & pertinentiis suis perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, dictique Mona-

[Margin: ...cis situ... ordi-...dicator.]

[Margin: ...Nicolai ...sterium ...d. con-...uctori-...III.]

[Margin: Quod quum juris esset Capituli, ab eod. postmodo unitur Monast. S. Catharinæ terræ Nursiæ.]

Monasterii Sancti Nicolai Moniales ad præfatum Monasterium Sanctæ Catharinæ transferrentur, profecto tam Monialium, quam Monasteriorum prædictorum statui opportune provideretur, ac Abbatissa & Conventus præfati onera sibi pro tempore incumbentia commodius supportare valerent, idem Sixtus Prædecessor ad supplicationem Abbatissæ & Conventus prædictorum asserentium, quod Sancti Nicolai viginti, & Sanctæ Catharinæ Monasteriorum prædictorum etiam viginti ducatorum auri de Camera fructus, redditus, & proventus, secundum communem extimationem, valorem annuum non excedebant, ac quod dilecti filii Archipresbyter, & Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, quibus ipsum Monasterium Sancti Nicolai ex antiqua, & approbata consuetudine suberat, dilecto filio Epiphanio Abbati Monasterii S. Euticii de Vallecastoriana, Ordinis &Diœcesis prædictorum, ut dictum Monasterium Sancti Nicolai præfato Monasterio Sanctæ Catharinæ uniret, annecteret, & incorporaret per suas litteras mandaverant, & ipse Epiphanius Abbas præfatum Monasterium Sancti Nicolai Monasterio Sanctæ Catharinæ hujusmodi litterarum prædictarum vigore perpetuo univerat, annexuerat, & incorporaverat Præposito Monasterii Sancti Marci, per Præpositum soliti gubernari, & Plebano Ecclesiæ Sanctæ Mariæ dictæ Terræ, eorum propriis nominibus non expressis, per quasdam dedit in mandatis, ut ipsi vel eorum alter, vocatis quorum interesset, de præmissis omnibus & singulis, ac eorum circumstantiis universis, Apostolica auctoritate se diligenter informarent,& si per informationem hujusmodi ita esse reperirent, Monasterium Sancti Nicolai prædictum cum omnibus juribus, & pertinentiis suis præfato Monasterio Sanctæ Catharinæ eadem auctoritate de novo perpetuo unirent, annecterent,& incorporarent. Et nihilominus si annexionem, unionem, & incorporationem prædictas per eos dictarum litterarum vigore fieri contingeret, Moniales dicti Monasterii Sancti Nicolai ad dictum Monasterium Sanctæ Catharinæ eadem auctoritate transferrent, ac inibi sincera in Domino charitate tractari facerent. Voluit tamen idem Sixtus Prædecessor, quod propter unionem, annexionem & incorporationem prædictas Ecclesia dicti Monasterii S. Nicolai ad prophanos usus, veluti hæreditarios dicti Monasterii Sanctæ Catharinæ non reduceretur, sed in ea Missæ & alia divina Officia celebrarentur, illiusque supportarentur onera consueta, ad quarum quidem litterarum executionem, sicut pro parte dilectorum filiorum universitatis hominum dictæ Terræ expositum fuit, cum tunc Prior & Plebanus prædicti, illarum forma minime servata processissent, Abbatissa & Conventus præfatæ possessionem bonorum mobilium, & immobilium dicti Monasterii Sancti Nicolai assecutæ fuerunt prout tunc tenebant, & possidebant & in eadem expositione subjuncto, quod in litteris præfati Sixti Prædecessoris expressum non fuerat, Moniales Monasterii Sancti Nicolai, ratione illius eidem Capitulo dictæ Basilicæ Libram unam Ceræ laboratæ solvere tenerentur annuatim, quodque in eodem sepeliebantur corpora defunctorum extra muros dictæ Terræ Nursiæ, quovis modo sinistra aut mala morte, etiam peste decedentium, habitatoribus dictæ Ecclesiæ etiam invitis, cum nullum aliud Cœmeterium ibidem esset, in quo similia corpora sepeliri possent, & ipsius Monasterii Sancti Nicolai fructus, redditus, & proventus etiam tunc ad summam quinquaginta ducatorum auri similium ascenderent annuatim, & in ipsis litteris prædecessoris præfati falso expressum fuerat, quod in ipso Monasterio Sanctæ Catharinæ vigebat regularis observantia, cum etiam tunc nulla inibi vigeret observantia regularis, & universitas & homines dictæ Terræ cupientes, ut decedentium prædictorum corpora in eodem Cœmeterio prout eatenus observatum fuerat, sepelirentur,& ne in ipso Monasterio Sancti Nicolai divinus cultus deperiret, providere volentes, de consensu Capituli prædictorum, in ipso Monasterio Sancti Nicolai fratres Ordinis Fratrum Prædicatorum sufficienti facultate ad recipiendum ipsum Monasterium Sancti Nicolai communitos introduxerant, sperantes quod ex prædicationibus ipsorum Fratrum, & alias eorum exemplari vita uberiores fructus pro animarum salute, quam ex Monialibus prædictis consequerentur, ac pro parte universitatis & hominum, nec non Fratrum introductorum prædictorum asserentium, quod ex Monialibus prædicti Monasterii Sancti Nicolai duæ solum ad ipsum Monasterium Sanctæ Catharinæ transierant, quodque aliquæ ex illis ad domos parentum, & consanguineorum suorum, aliæ vero ad laicalia vota, matrimonialiter se viris copulando, in opprobrium Religionis, & scandalum plurimorum transierant, quodque ipsæ Moniales Sanctæ Catharinæ ex ejusdem Monasterii Sanctæ Catharinæ fructibus, & ex diversis suis exercitiis, quibus satis lucrabantur, se sustentare poterant, ac quod si præmissa eidem Prædecessori exposita fuissent, litteras prædictas minime concessisset, nobis humiliter supplicato, ut omnia & singula immobilia per dictas Moniales ablata, cum Campana & Imagine Sancti Nicolai, & aliis ornamentis inde ablatis, Bona ad ipsum Monasterium S. Nicolai spectantia eisdem Fratribus introductis; ita tamen, quod alimenta uni Moniali in illo existenti, quoad viveret, præstare tenerent-

Eorum Monasteriorum annui reditus.

Prædicta unio facta Capituli auctorit. examinatur a Sixto IV.

Confirmatur auctoritate Apostolica.

Census ann[...] Monialium [...] Nicolai ad[...] vor. Capitu[...]

Unio scin[...] S. Nicolai [...] nast. F[...] Ord. F[...] obtinent a[...] tulo.

Subrep[...] vitio lab[...] unio.

tur, restitui, ac ipsos fratres in pacifica possessione dictorum bonorum, in qua Moniales ipsius Monasterii Sancti Nicolai tempore translationis prædictæ erant, reponi mandare, aliasque eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos tunc de præmissis certam notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Priori secularis & Collegiatæ, & Plebano Sanctæ Mariæ dictæ Terræ, ac Præposito Sancti Angeli de Savellis Spoletan. Diœcesis Ecclesiarum, eorum propriis nominibus non expressis, per alias nostras litteras dedimus in mandatis, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum vocatis Abbatissa & Conventu præfatis, & aliis qui forent evocandi, de præmissis omnibus & singulis, ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra se diligenter informarent, & auditis hinc inde propositis, quod justum foret, appellatione remota, decernerent, ac facerent quod decrevissent per censuram ecclesiasticam firmiter observari, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Postmodum vero, sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorumFratrum petitio continebat, postquam causa hujusmodi coram uno ex eisdem Judicibus introducta fuerat, dilectus filius Bartholomæus de Græcis Canonicus Placentin., quem ad partes illas propterea destinaveramus, eique causam hujusmodi audiendam & fine debito terminandam commiseramus, in causa ipsa rite procedens, diffinitivam in favorem eorumdem Fratrum, & contra Abbatissam & Moniales prædictas sententiam promulgavit, a qua pro parte Abbatissæ, & Monialium prædictarum ad Sedem Apostolicam appellatum extitit, nosque causam appellationis hujusmodi tibi, & deinde ex certis causis venerabili fratri nostro Leonello Episcopo Tragurien. in Romana Curia residenti audiendam commisimus, & fine debito terminandam. Et cum ipse Episcopus causam ipsam, postquam in illa ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, processerat, ad Cancellariam Apostolicam remisisset; Nos illam denuo tibi audiendam commisimus, & fine debito terminandam, tuque in illa ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, diceris processisse. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, a nonnullis asseratur Fratribus, ac Abbatissæ & Monialibus prædictis in dicto monasterio, seu ad illud nullum jus competere; Nos, qui dicti Ordinis Prædicatorum dilatationem sinceris desideriis affectamus, statum causæ hujusmodi præsentibus pro expresso habentes, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus omnes & singulos Fratres in dicto monasterio nunc habitantes, si id humiliter petierint, ab excommunicationis sententia, quam forsan propter receptionem dicti Monasterii incurrerunt, auctoritate nostra hac vice dumtaxat absolvas, in forma Ecclesiæ consueta, injunctis inde ipsis, & eorum cuilibet pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis. quæ de jure fuerint injungenda. Et nihilominus, si per eventum litis hujusmodi tibi constiterit, Fratribus, ac Abbatissæ, & Conventui præfatis in dicto Monasterio, vel ad illud jus non competere, monasterium ipsum Sancti Nicolai, cujus fructus, redditus, & proventus quinquaginta trium florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut dicti Fratres asserunt, non excedunt; quovis modo, & ex cujuscumque persona vacet, etiam si ejus provisio ex quavis causa ad Sedem Apostolicam specialiter, vel generaliter pertineat cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, Fratribus Ordinis, & observantiæ prædictorum, pro illorum perpetuis usu & habitatione, eadem auctoritate concedas. Non obstan. fe. re. Bonifacii PP. octavi similiter Prædecessoris nostri, qua prohibetur, ne quivis Ordinum mendicantium fratres loca ad habitandum de novo recipere, vel recepta mutare præsumant, absque Sedis prædictæ licentia speciali, faciente plena & expressa, ac de verbo ad verbum de prohibitione hujusmodi mentionem, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis & consuetudinibus Monasterii, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fratres absolvuntur ab excomm. forsan contracta.

Idemque Monast. auctorit. Apost. possider – dum obtinent.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, octavo Kal. Nov., Pontificatus nostri Anno quarto.

Deme-

Demetrio de Guasellis Beneficiato confert Capellaniam ad Altare S. Nicolai in Basil. Vat. fundatam in Nicolai V. Fratris ex matre memoriam a Philippo Card. Calandrino, injungitque onera missarum &c.

Ex Regesto XXXIV. Bullar. Innoc. VIII. pag. *169*. ap. Arch. Apost. Vatic.

AN. CH. 1487. 25. Febr.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus fratribus Graffen. & Tiburtin. Episcopis; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Merita personalia ex more praemittit.

Grata familiaritatis obsequia, quæ dilectus filius Demetrius de Guasellis (*a*) Presbyter Lucan. Dioec. familiaris noster nobis hactenus impendit, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistit, necnon vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam suam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, perpetua Capellania ad Altare Sancti Nicolai situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, olim per bonæ memoriæ Philippum (*b*) tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem, ob memoriam felicis recordationis Nicolai Papæ quinti Prædecessoris nostri, & pro ejus salute animæ instituta, certo modo vacet ad præsens, & ad dictum Altare apud quod, sicut etiam accepimus, corpus ipsius Nicolai Papæ sepultum existit, (*c*) officia in memoriam ejusdem Nicolai, prout conveniret, non celebrentur, neque in vigiliis omnium mortuorum inibi divina officia pro anima ejusdem Nicolai Prædecessoris, prout in sepulturis aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum in ipsa Basilica sepultorum observari consuevit, celebrentur, & decantentur; Nos dicto Demetrio, qui etiam continuus commensalis noster, & Bibliothecæ nostræ custos existit, ac, ut asserit, quoddam perpetuum beneficium ecclesiasticum in eadem Basilica obtinet, & per viginti quatuor annos in dicta Urbe moram traxit, præmissorum obsequiorum, & meritorum suorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, ipsumque Demetrium a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, quæ dictus Demetrius etiam ex quibusvis dispensationibus Apostolicis obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ jus sibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque, ac dicti beneficii fructuum, redditiuum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores, necnon verum & ultimum dictæ Capellaniæ vacationis modum, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio, etiam apud Sedem Apostolicam resultet, præsentibus pro expressis habentes, Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum per vos, vel alium, seu alios Capellaniam prædictam, quæ sine cura est, & cujus fructus, redditus, & proventus viginti quatuor florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut dictus Demetrius etiam asserit, non excedunt; quovis modo, & ex cujuscumque persona, seu per liberam resignationem cujusvis de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque Capellania dispositioni Apostolicæ specialiter, vel ex quavis causa generaliter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem Demetrio auctoritate nostra conferre, & assignare curetis, inducentes eumdem Demetrium,

Capellaniæ onera antea neglecta.

Absolvit ... *Cap... collation... mittit.* *Han... ctorita... facien... bet.*

(*a*) Ex Sixti IV. binis litteris Apostolicis didicimus, primum hunc ex Beneficiatis Sixtinis fuisse, & Pontificis ejusdem familiarem. Hinc habemus familiarem utique Innocentii eum fuisse, & Lucensi ex Dioecesi. Perinde enim Lucanam & Lucensem vocari deprehendimus in notitiis ap. Schelst. *de antiq. Eccl. to. 2. pag. 746. & seq.*

(*b*) Calandrinum fratrem ex matre Nicolai V. Sergianensem qui obiit supremum diem Bagnajæ Viterbien. Dioec. Romamque translatus in S. Laurentii in Lucina fuit sepultus. Ciac. Ughell. in *Episc. Bononien.* & *Portuen.* De eo diximus *pag. 162. not.* b.

(*c*) Alpharanus & in Tab. Ichnogr. & in libro MS. designat locum *num. 61.* ajens, prope Altare S. Nicolai (post grande ostium in pariete Basilicæ ducens in Sacrarium) sub tabula e lapide nobilissimo servari corpus hujus Pontificis. Idem *nu. 104.* docet marmoreum Nicolai V. sepulchrum ex ruinis Basilicæ translatum esse pone altare B. Agathæ, fere e regione Altaris S. Nicolai: quum enim istud in Australi pariete situm esset, illud B. Agathæ in Aquilonari existebat. Hodie extat in Cryptis Vaticanis *num. 42.* in extrema videlicet earum parte versus Aquilonem, ut videre est in Tabula ap. Grimaldum, & Ciampinum *Tab. xxv.* Quum autem dabantur hæ literæ, apud altare S. Nicolai existebat, quo spectat Capellania, & ejus onera.

(*a*) Civi-

trium, vel Procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem Capellaniæ, juriumque & pertinentiarum prædictorum, & defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac facientes Demetrium, vel pro eo Procuratorem prædictum ad Capellaniam hujusmodi, ut est moris, admitti, sibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi; Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi &c. *ut supra pag.* 204. *nomine tantum Demetrii in Petrum mutato.* Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in dicta Urbe, speciales vel generales dictæ Sedis, vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quibus omnibus præfatum Demetrium in assecutione dictæ Capellaniæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis; quoad assecutionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari, seu si &c. Nos enim eumdem Demetrium, quoad Capellaniam hujusmodi obtinendam, attenta tanta diuturnitate habitationis per eum in ipsa Urbe facta, Civem Romanum esse decernimus, (*a*) & cum eodem Demetrio, ut una cum dicto Beneficio, quod obtinet, prædictam Capellaniam, si sibi vigore præsentium conferatur, & ipse illam assequantur, recipere, & insimul, quoad vixerit, retinere libere & licite valeat, generalis Concilii & aliis Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis Statutis quoque, & consuetudinibus supradictis similiter roboratis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus. Proviso, quod Capellania, & Beneficium hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, sed eorum congrue supportentur onera consueta. Præterea volumus & auctoritate præfata statuimus, quod dictus Demetrius, & Capellaniam ipsam pro tempore obtinens singulis septimanis tres missas ad prædictum Altare, & unam in festo ejusdem Sancti Nicolai celebrare, aut celebrari facere, ac in die commemorationis omnium defunctorum sepulcrum ipsius Nicolai Prædecessoris, secundum morem dictæ Basilicæ, cum octo torciis, sive cereis præparare, & inibi missam capitulariter celebrari facere, sub poena decem Ducatorum Sacristiæ prædictæ Basilicæ applicandorum, quos ex nunc, prout ex tunc, eidem Sacristiæ applicamus. Camerarius vero exceptorum dictæ Basilicæ præmissa onera Capellaniæ prædictæ per nos imposita juxta voluntatem, & statutum prædicta, exequi & observari facere teneatur. Et insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

De more consulit oneribus Capellaniæ.

Proposita pœna eadem onera implenti

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, quinto Kal. Martii, Pontificatus nostri An. quarto.

Usum Lacticiniorum concedit Eysteten. Diœcesis Moguntinæ Metrop. Suffraganeæ incolis & advenis Quadrages. tempore cum onere tres partes certæ pecuniæ impendendi in Ecclesiar. Regionis Fabricis; quartam vero pro Basilicæ Vatic. Fabrica. (*b*)

Ex Regesto XXXI. Bullar. Innoc. VIII. pag. 72. ap. Arch. Apost. Vatic.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Episcopo, & dilectis filiis Capitulo Eysteten. Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ex debito Pastoralis Officii, meritis licet insufficientibus, divina nobis dispositione commissi astringimur, more pii Patris, devotorum filiorum dispendiis occurrere, eorumque necessitatibus, ac Ecclesiarum Fabricis paterna charitate providere. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in Diœcesi Eysteten. non crescunt Olivæ, nec ibi conficitur Oleum olivarum, sed si oleum hujusmodi inibi interdum inveniatur, hoc rarum est, & ex longinquis partibus illuc defertur, & adeo caro pretio venditur; ut pauperes illud emere nequeant: unde quadragesimali & aliis temporibus, quibus esus Butyri, & aliorum Lacticiniorum est prohibitus, Incolæ & habitatores dictæ Diœcesis propterea in condiendis cibariis defectum patiuntur, & ex hoc in eorum personis non parum gravantur: & licet in aliquibus locis ejusdem Diœcesis homines ex quadam consuetudine, seu

(*a*) Civitate Romana donatum aliquem ex diuturnitate domicilii, & Pontificia auctoritate, fateor me nunquam antea invenisse.

(*b*) Concessio hujus similis facta Bavaris, aliisque Germaniæ populis paulo ante prolata est.

ſeu verius corruptela, aut etiam ex eo, quod eorum vicini ex indulto Apoſtolico Butyro, & Lacticiniis hujuſmodi temporibus prædictis veſcuntur, eorum exemplo ducti illis veſcantur; tamen conſcientia moti deſiderant, pro eorum conſcientiæ hujuſmodi ſecuritate, id eis per Sedem Apoſtolicam indulgeri. Quare pro parte veſtra cum, ſicut aſſeritis, civitatis Eyſteten. & pro magna parte dictæ Dioeceſis homines ex Apoſtolico indulto eorum vicinis conceſſo, Butyro, & Lacticiniis hujuſmodi veſci poſſint, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus dictæ Dioeceſis, & ad illam pro tempore confluentibus, ſeu vobis quovis modo ſubjectis, ut Quadrageſimalibus, & aliis diebus, quibus eſus Butyri, & aliorum Lacticiniorum hujuſmodi de jure, vel conſuetudine eſt prohibitus, illis perpetuo veſci poſſint concedere, & alias in præmiſſis eis providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati omnibus & ſingulis Fidelibus prædictis ipſius Dioeceſis, & ad illam pro tempore confluentibus, ſeu vobis quomodolibet ſubjectis, ut Quadrageſimalibus, & aliis diebus prædictis, quibus eſus Butyri & Lacticiniorum hujuſmodi de jure, vel conſuetudine eſt prohibitus, ut præfertur, Butyro, & Lacticiniis hujuſmodi perpetuo, præterquam in ultima hebdomada Quadrageſimæ veſci poſſint, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus. Volumus autem, quod illi qui indulto hujuſmodi uti voluerint, annis ſingulis in locis ad id per te frater Epiſcope & Eyſteten. Epiſcopum pro tempore exiſtentem deputandis, in pecunia numerata tantum tribuere teneantur ſingulis annis, quantum quilibet eorum uno die pro victu ſuo veriſimiliter conſumpturus eſſet, cujus quidem pecuniæ tres partes in Fabricam Parochialis Eccleſiæ Beatæ Mariæ Eyſteten. quæ magnis ſumptibus incepta, & nondum completa eſt, donec perfecta fuerit; & deinde, poſtquam completa extiterit, in reparationem aliarum Eccleſiarum Civitatis & Dioeceſis prædictarum, juxta Epiſcopi pro tempore exiſtentis hujuſmodi, & veſtram, filii Capitulum, ordinationem exponi debeant. Reliqua vero quarta pars ad Cameram Apoſtolicam pro Fabrica Baſilicæ Sancti Petri de Urbe fideliter tranſmittatur. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in provincialibus & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuscumque. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem hoc attentare &c.

Apoſt. auctoritas neceſſaria ad quietem animorum.

Conceſſio ipſa & ejus amplitudo.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, pridie Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Capellaniæ ad Altare S. Nicolai fundatæ aſſignat pro dote Domum nomine *Stupham* in Burgo, & Vineam extra portam Turrionis: ſeu potius declarat ſimilem antiquiorem dotem veram & certam eſſe.

Ex Regeſto XXXIV. Bullar. Innoc. VIII. pag. 304. ap. Arch. Apoſt. Vat.

AN. CII. 1488. 27. *Mart.*

Ordinem a neceſſitate dotandi Capellanias & Beneficia.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis providentia circumſpecta ad ea libenter intendit, per quæ bona pro beneficiorum eccleſiaſticorum dote ad perſonarum eccleſiaſticarum ſubſtentationem, ſaltem ex veriſimili conjectura per Chriſti fideles pia devotione ductos deputata ad ipſorum beneficiorum jus & proprietatem reducantur, ac pro potiori cautela bona ipſa eiſdem Beneficiis applicat, & alias opportune providet, prout Beneficiorum & bonorum eorumdem qualitate penſata, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem per nos accepto, quod perpetua Capellania ad Altare Sancti Nicolai ſitum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, olim per bonæ memoriæ Philippum tituli Sancti Laurentii in Lucina (*a*) Presbyterum Cardinalem, ob memoriam felicis recordationis Nicolai Papæ Quinti Prædeceſſoris noſtri inſtituta certo modo vacaverat, & vacabat tunc. Nos verum, & ultimum ipſius Capellaniæ vacationis modum pro expreſſo habentes, de eadem Capellania ſic vacante dilecto filio Demetrio de Guaſellis Presbytero Lucan. Dioeceſis, Bibliothecæ noſtræ Cuſtodi, familiari noſtro, continuo commenſali per quaſdam noſtras litteras provideri mandavimus. Et deinde venerabili fratri noſtro Nicolao Epiſcopo Ceneten. (*b*) noſtro in alma Urbe Vicario generali, vigore cujuſdam ſpecialis commiſ-

(*a*) Huc revocanda quæ ſupra diximus *pag.* 148. *not.* b.

(*b*) Aquilejenſis Patriarchæ Suffraganeo, quem docet Ughellus (*Ital. Sac. to.* 5. *pag.* 219.) fuiſſe Vicarium Urbis Sixto IV. Pontifice nos Innocentio etiam Pontif. fuiſſe diſcimus. Quamdiu autem, perinde incertum, ac dignitate Cardinalatus præfulſiſſe, ut autumant: nam an. 1498. Triviſanus hic Antiſtes deceſſit in domo patria.

(*a*) Flo-

missionis, quam dictus Demetrius a nobis obtinuit, commisimus, ut omnia & singula bona mobilia, & immobilia, quæ sibi alias legitime constaret, ad dictam Capellaniam pertinere, ad jus & proprietatem dictæ Capellaniæ reduceret, & eidem Capellaniæ pro ejus dote applicaret, ac illorum occupatores, & detentores ad dimittendum dicta bona sic occupata per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia cogeret, & compelleret, prout in litteris & commissione prædictis desuper confectis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Demetrii petitio continebat, præfatus Philippus Cardinalis quamdam Vineam extra Portam Turionis (*a*) de Urbe ac quondam Valentinus Ordinis fratrum Sancti Pauli primi Heremitæ Professor, & in dicta Basilica Pœnitentiarius quamdam domum, Stupham (*b*) nuncupatam in Burgo Sancti Petri consistentem, dum viveret, emerint; & ipse Valentinus domum, vineam vero præfatas quondam frater Liberatus litterarũ Apostolicarum Plumbator, ex permissione dicti Cardinalis, cujus ipse Liberatus antea familiaris, continuus commensalis extiterat, dum vixerunt, respective possederint, & tenuerint, & præfatus Valentinus dictam Stupham pro dote dictæ Capellaniæ emerit, & post ejus obitum ipsa Stupha ad præfatum Cardinalem redierit, & ipse Cardinalis illam, dictus vero Liberatus, qui præfato Cardinali supervixit, vineam præfatam usque ad eorum obitum respective tenuerint, & possederint, & a nonnullis asseratur, tam Cardinalem, quam Valentinum prædictos domum & vineam præfatas cum intentione emisse, ut illæ pro dote ipsius Capellæ existerent, quamvis de illarum eidem Capellaniæ pro illius dotis applicatione, & alia dictarum Stuphæ & Vineæ per eosdem Cardinalem & Valentinum facta dispositione, forsan aliter clare, nisi per auditum, constare non possit, ac propterea a nonnullis etiam asseratur, illas, tanquam bona Cardinalis & Valentini prædictorum ad Cameram Apostolicam devolutas esse, pro parte dicti Demetrii nobis fuit humiliter supplicatum, ut domum, & vineam prædictas, tanquam ad dictam Cameram devolutas, eidem Capellaniæ pro illius dote applicare, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ne dicta Capellania indotata remaneat, & ne etiam domus, & vinea præfatæ ab aliis indebite occupentur, prout nostro pastorali incumbit officio, providere volentes, ipsumque Demetrium a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, nec non domus, & vineæ prædictarum situs, confines, & veros valores, ac ipsarum, si qui sint, detentorum nomina & cognomina præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati domum, & vineam prædictas, tanquam ad Cameram Apostolicam devolutas, eidem Capellaniæ pro illius dote auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo applicamus, & appropriamus. Et nihilominus dicto Vicario eadem auctoritate per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus eidem Demetrio, pro assecutione domus, & vineæ prædictarum, efficacis defensionis præsidio assistens, dictas domum, & vineam ad jus, & proprietatem ejusdem Capellaniæ, tanquam ad illam pertinentes, auctoritate nostra reducat, & detentores ab eisdem, si qui sint, eadem auctoritate amoveat. Contradictores quoslibet & rebelles per censuras ecclesiasticas, & alia juris remedia, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Basilicæ & Cameræ prædictarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscumque: Aut si aliquibus communiter vel divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, applicationis, appropriationis, commissionis, & mandati infringere &c. Si quis autem &c.

De facto Pontifex illas restituit.

Obstantia quæcumque amovet, & contrariis derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo sexto Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

Basi-

(*a*) Floravante Martinello utar interprete hac in re: En ejus verba (*Rom. Sac. pag.* 8.) *XV*, (Porta) *Turrionis ducebat ad Scholam Saxonum, & Longobardorum, prope S. Inquisitionis Palatium: aliquando Posterula a Posterulano quodam Saxone juxta illam habitante, dicta fuit: vulgo hodie* de Cavalleggieri *dicitur.*

(*b*) De hac domo jam excisa iterum res est anno 1491. At turpis otii esset inutilem ejus situm indagare.

Basilicam Vaticanam a solutione quartæ Canonicæ & funeralis perpetuo eximit & liberat.

Ex Autogr. in Archiv. Basil. Vatic. capſ. 71. faſc. 355. Item lib. I. *pag.* 113. & lib. B. *pag.* 127.

AN. CH. 1488. 10. *Jun.*

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo Principis Apostolorum de Urbe; Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Etsi universis per Orbem constitutis Ecclesiis Apostolica nos deceat provisione consulere; Basilicæ tamen vestræ Principis Apostolorum de Urbe, quæ nobis strictioribus cura, & familiaritate adhæret, ampliori nos convenit sollicitudine providere, & ea illi, ac vobis in ea Divinis laudibus dedicatis, concedere, per quæ possitis ab indebitis molestiis relevari. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet vos super solutione Quartæ Canonicæ de his, quæ dictæ Basilicæ, aut vobis retroactis temporibus pie relicta, seu legata, aut alias ad vestrum, & ejusdem Basilicæ commodum qualitercumque disposita, & erogata fuerunt per Rectores Parochialium Ecclesiarum Urbis molestati hactenus non fueritis, credatisque Basilicam eamdem, sicut in multis aliis, ita etiam in hoc speciali fore Sedis Apostolicæ Privilegio ab illius solutione exemptam: tamen quia de hujusmodi exemptione, & Privilegio docere non potestis, nonnulli a modico tempore citra a vobis hujusmodi Quartam petere, & exigere temptarunt. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut vos, & Basilicam præfatam cum ejus annexis ab onere solutionis hujusmodi Quartæ Canonicæ, & Parochialis tam de relictis legatis, & pie dispositis, quam de funeralibus in perpetuum prorsus eximere, & liberare, & quod ad illius solutionem, etiam pro præterito tempore non teneamini vobis concedere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui ad ea, per quæ Personarum quarumlibet, præsertim Divinis laudibus insistentium opportunitatibus consulitur, libenter intendimus, hujusmodi supplicationibus inclinati vos, & Basilicam, ac annexa hujusmodi ab onere solutionis dictæ Quartæ Canonicæ, & Parochialis, tam de relictis legatis, & pie dispositis, quam de funeralibus in perpetuum auctoritate Apostolica præsentium tenore prorsus eximimus, ac totaliter liberamus, & quod ad illius solutionem perpetuis futuris temporibus non teneamini, nec ad id inviti compelli possitis, tam pro præterito, quam futuro tempore dicta auctoritate concedimus. Et nihilominus (*a*) Venerabili Fratri Episcopo Tyburtin., & dilectis filiis Sancti Gregorii, & Sancti Pauli Monasteriorum de Urbe Abbatibus per hæc Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes non permittant vos contra præsentium tenorem ad dictæ quartæ solutionem invitos compelli, aut alias per Parochialium Ecclesiarum Urbis hujusmodi Rectores quomodolibet molestari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, contrariis quibuscumque, aut si Rectoribus præfatis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo &c. nostræ exemptionis, liberationis, concessionis, & mandati infringere &c. Si quis autem &c.

Quartam funeralem contra consuetudinem aliqui exigere tentant a Basil. Vatic.

Eadem Quarta Ca[nonica] & fune[ralis] eximitur.

Constit[utio]nibus & d[...]tis contr[ariis] non obstan[tibus]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, quarto Id. Junii, Pontificatus nostri anno quarto.

Literæ

(*a*) Quum sæpe occurrant hujusmodi commissiones; extentque in Archivo nostræ Basilicæ litteræ quas vocant *Executoriales* ipsius Episcopi Tiburtini Antonii de Grassis; operæ pretium duximus easdem hic semel subjicere futuras instar omnium, quæ identidem memorantur.

(*a*) Gri-

Literæ Executoriales præfatæ exemtionis.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vatic. capſ. 55. faſc. 365. Item lib. B. pag. 124. & lib. I. pag. 153.

ANtonius de Graſſis Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Tiburtin. Judex, & Executor ad infraſcripta unacum quibuſdam aliis infraſcriptis noſtris in hac parte Collegis cum illa clauſula, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, eſſet a præfata Sede specialiter deputatus. Venerabilibus, & circumſpectis viris Dominis Rectoribus Parochialium Eccleſiarum Urbis, eorumque & cujuſlibet ipſorum Vicariis, omnibuſque aliis, & ſingulis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum communiter, vel diviſim, quibuſcumque nominibus cenſeantur, & quacumque præfulgeant dignitate; Salutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere, & noſtris hujuſmodi, immo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Innocentii Divina Providentia Papæ octavi ejus vera Bulla plumbea cum filis ſericeis rubei, croceique colorum more Romanæ Curiæ impenden. bullatas, ſanas ſiquidem, & integras non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, ut in eis prima facie apparebat. Nobis pro parte Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Baptiſtæ Epiſcopi Tuſculani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Sanctæ Mariæ in Porticu vulgariter nuncupati, Archipresbyteri Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, nenon Dominorum Capituli ejuſdem Baſilicæ Principalium, in eiſdem literis Apoſtolicis principaliter nominatorum coram Notario publico, & teſtibus infraſcriptis præſentatas, nos cum ea, qua decuit reverentia noveritis recepiſſe hujuſmodi ſub tenore:

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Etſi univerſis &c.

Poſt quarum quidem literarum Apoſtolicarum præſentationem, & receptionem nobis, & per nos, ut præmittitur factas, fuimus pro parte præfatorum Reverendiſſimi Domini Cardinalis Archipresbyteri, & Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Principalium in præ inſertis literis Apoſtolicis principaliter nominatorum debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem dictarum litterarum Apoſtolicarum, & contentorum in eiſdem procedere curaremus, juxta traditam, ſeu directam per eas a Sede Apoſtolica nobis formam. Nos igitur Antonius Epiſcopus Judex, & exequutor præfatus attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, volenteſque mandatum Apoſtolicum ſupradictum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, idcirco auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, præfatas literas Apoſtolicas, & hunc noſtrum Proceſſum, nec non exemptionem, ac totalem liberationem, ac omnia, & ſingula in eis contenta vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, quibus præſens noſter Proceſſus dirigitur, intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad veſtram, & cujuslibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes. Et nihilominus vos Dominos Rectores, & Vicarios, omneſque alios, & ſingulos ſupradictos, quibus præſens noſter Proceſſus dirigitur, tenore præſentium requirimus, & monemus primo, ſecundo, tertio, & peremptorie communiter, & diviſim, ac vobis, & veſtrum cuilibet in ſolidum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub infraſcriptis ſententiarum pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem, ſeu notificationem dictarum literarum Apoſtolicarum, & præſentis noſtri Proceſſus, ac requiſitionem vobis, ſeu alteri veſtrum pro parte dictorum Dominorum Reverendiſſimi Cardinalis, & Archipresbyteri, ac Capituli ejuſdem Baſilicæ Principalium deſuper factæ, immediate ſequent. quorum ſex dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies vobis univerſis, & ſingulis ſupradictis pro tertio & peremptorio termino, ac monitione Canonica aſſignamus, exemptionem, & totalem liberationem Quartæ Canonicæ, & Parochialis, tam relictorum Legatorum, & pie diſpoſitorum, quam funeralium, ac omnia, & ſingula præmiſſa juxta prædictarum literarum Apoſtolicarum formam, continentiam, & tenorem in perpetuum inviolabiliter obſervetis, & ab aliis obſervari faciatis, necnon eoſdem Dominos Archipresbyteram, & Capitulum exemtione, & totali liberatione, & aliis præmiſſis libere uti, potiri, & gaudere, prout ad vos communiter vel diviſim pertinet, faciatis, nec eos contra literarum prædictarum continentiam, & tenorem hujuſmodi impediatis, ſeu moleſtetis, aut ab aliis ſuper exemptione, & aliis præmiſſis impediri permittatis, ſeu etiam quomodolibet moleſtari. Quod ſi forte præmiſſa omnia, & ſingula non adimpleveritis, ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere, mandatiſque, & monitionibus noſtris hujuſmodi, immo verius Apoſtolicis non parueritis realiter, & cum effectu nos in vos omnes, & ſingulos ſupradictos, qui culpabiles fueritis in præmiſſis, & generaliter in contradi-

Earumdem intimatio, & notificatio, ut debitum aſſequantur effectum.

Fit præceptum de earum obſervantia.

tradictores quoslibet, & rebelles, ac impedien. ipsos Dominos Archipresbyterum, & Capitulum Principales, vel Procuratores suos eorum nominibus super præmissis in aliquo, aut ipsis impedientibus dantes auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte quovis quæsito colore, cujuscumque dignitatis, status, gradus ordinis, vel conditionis existant, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc singulariter in singulos prædicta sex dierum canonica monitione præmissa excommunicationis, in Capitula vero Conventus, & Collegia quæcumque in hiis forsan delinquen. suspensionis a Divinis, & in ipsorum delinquentium, & rebellium Ecclesias, Monasteria, & Capellas Interdicti Ecclesiastici sententias ferimus in hiis scriptis, & etiam promulgamus.

Sub pœna excomm. suspen. & Interdicti. etiam localis.

Cæterum cum ad executionem præmissorum ulterius faciendam nequeamus quoad præsens personaliter interesse, pluribus aliis arduis legitime præpediti negociis, universis, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Succentoribus, Thesaurariis, Scholasticis, Sacristis, Custodibus, tam Cathedralium, quam Collegiatarum, Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenen. eorumdem, Plebanis, Viceplebanis, Archipresbyteris, Vicariis quoque perpetuis, Capellanis, Curatis & non Curatis, Altaristis, Presbyteris, Clericis, cæterisque viris Ecclesiasticis, in quibuscumque dignitatibus, gradibus, vel officiis constitutis, notariisque, & tabellionibus publicis quibuscumque per Almam Urbem, ac alias ubilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum super ulteriori executione dicti mandati Apostolici, atque nostri facienda auctoritate Apostolica supradicta tenore præsentium plenarie committimus vices nostras, donec eas ad nos specialiter & expresse duxerimus revocandas, quos & eorum quemlibet insolidum eisdem auctoritate, & tenore requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorio communiter, & divisim, eisque nihilominus, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis poena, quam in eos, & eorum quemlibet nisi infra sex dies, postquam pro parte dictorum Dominorum Archipresbyteri, & Capituli Principalium fueritis super hoc requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus immediate sequenti, quos dies eis, & eorum cuilibet pro termino peremptorio, ac monitione Canonica assignamus, fecerit quæ eis in hac parte committimus, & mandamus, prædicta Canonica monitione præmissa ex nunc, prout ex tunc, & e converso fecimus in his scriptis districte præcipiendo, mandamus, quatenus ipsi, & eorum singuli, qui super hoc, ut præmittitur, fuerint requisiti, seu fuerit requisitus. Ita tamen, quod in hiis exequendis alter eorum, alterum non expectet, nec unus pro alio seu per alium se excuset ad vos Dominos Rectores Parochialium Ecclesiarum Almæ Urbis, omnesque alios, & singulos, supradictos, personasque, & loca alia, de quibus ubi, quando, & quotiens expediens fuerit personaliter accedant, seu accedat, & præfatas literas Apostolicas, huncque nostrum Processum, ac omnia & singula in eis contenta, seu eorum substantialem effectum vobis communiter, vel divisim legant, intiment, insinuent, & fideliter publicare procurent, nec non exemptionem, & totalem liberationem, ac omnia, & singula præmissa, juxta prædictarum literarum Apostolicarum formam, continentiam, & tenorem in perpetuum inviolabiliter observari faciant, necnon eosdem Dominos Archipresbyterum, & Capitulum exemptione, & totali liberatione, & aliis præmissis libere uti, potiri, & gaudere, prout ad eos communiter, vel divisim pertinet, faciant, nec eos contra literarum Apostolicarum prædictarum continentiam, & tenorem hujusmodi aliquibus super exemptione, & totali liberatione, & aliis præmissis impediri permittant, seu etiam quomodolibet molestari.

Delegatio facultatis ad. temous. pro executione.

Iisdem propositis pœnis in detrectantes.

Et nihilominus omnia, & singula nobis in hac parte commissa plenarie exequantur juxta prædictarum litterarum Apostolicarum, & præsentis nostri Processus vim, formam, continentiam, & tenorem ita tamen, quod dicti Subdelegati nostri, vel quicumque alius, seu alii nihil in præjudicium dictorum Dominorum Archipresbyteri, & Capituli principalium, vel Procuratorum suorum valeant attentare quomodolibet in præmissis, nec in processibus per nos habitis, aut sententiis per nos latis absolvendo, vel suspendendo aliquid immutare. In cæteris autem, quæ eisdem Dominis Archipresbytero, & Capitulo nocere possent, ipsis & eorum cuilibet potestatem omnimodam denegamus, & si contingat vos super præmissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem omnimodam reservamus, non intendimus propterea commissionem nostram hujusmodi in aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa, specialem, & expressam in nostris literis fecerimus mentionem; per Processum autem nostrum hujusmodi in aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa expressam & specialem in nostris literis fecerimus mentionem. Per processum autem hujusmodi nolumus, nec intendimus nostris in aliquo præjudicare collegis, quominus ipsi, vel eorum alter, servato tamen hoc nostro Processu in hujusmodi negocio procedere valeant, prout eis, vel eorum alteri visum fuerit expedire. Præfatas quoque literas Apostolicas, hujusmodique nostrum Processum, ac omnia, & singula hujusmodi negocium tangentia volumus penes dictos Dominos Archipresbyterum, & Capitulum Principales, vel eorum Procuratores remanere, & non per vos, aut aliquem vestrum, seu quemcumque alium ipsis invitis, & contra eorum voluntatem quomodolibet detineri. Contrarium vero facien. præfatis nostris sententiis, prout in hiis scriptis latæ sunt dicta canonica monitione præmissa, ipso facto volumus subjacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis eam petentibus, & habere debentibus, petentium quidem sumptibus, & expensis. Absolutio-

Delegat[i] partes [...] enumerat.

Præscri[...] limites [...] nefas pr[...]

Exempl[...] cutiorar[...] tentious [...] ganda.

lutionem vero omnium, & singulorum, qui præfatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint, sive incurrerit, quoquomodo nobis, vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes nostras litteras, sive præsens pulicum Instrumentum Processum nostrum hujusmodi in se continen. sive continens exinde fieri, & per Notarium publicum infrascriptum suscribi, & publicari mandavimus, sigillique nostri jussimus, & fecimus appensione communiri. Datum, & actum in Domo nostræ solitæ habitationis sita in contrada Sancti Simeonis de regione Pontis, sub anno a Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, Indictione sexta, die vero vicesima quarta Mensis Julii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papæ octavi anno quarto; præsentibus ibidem venerabilibus viris Dominis Paride de Grassis Canonico Bononien. Paulo Cassella, & Dominico de Calvellis Clericis Regin. & Brixien. testibus ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis.

Testes ad maiorem executionis validitatem.

Ego Miletus Droymut Clericus Eduen. Dioec. publicus Apostolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia præinsertarum infrascriptarum literarum Apostolicarum præsentationi, & receptioni Processuumque fulminationi, & decreto, omnibusque aliis, & singulis dum sic, ut præmittitur per Reverendum in Christo Patrem Dominum Antonium Episcopum Tyburtinum supra nominatum dicerentur, fierent, & agerentur, una cum prænominatis Testibus præsens fui, eaque sic fieri vidi, & audivi, ideo hoc præsens publicum Instrumentum manu alterius me aliis occupato negociis fideliter scriptum, subscripsi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque, & nomine meis solitis, & consuetis, una cum præfati Domini Episcopi Judicis, & Commissarii Sigilli appensione signavi in fidem robur, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum rogatus, & requisitus.

Prædecessorum more instituit Vicarium suum Generalem cum amplissima potestate in res & personas Basilicæ Vat. & ad eam pertinentium Episcopum Forojuliensem.

Ex Regesto V. Epistolar. secret. Innoc. VIII. pag. 171. ap. Archiv. Apost. Vatic.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Nicolao Episcopo Forojulien. (a) in Basilica Principis Apostolorum de Urbe in spiritualibus & temporalibus Vicario Generali; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Licet ex debito pastoralis Ministerii superna nobis dispositione commissi circa universarum Urbis & Orbis Ecclesiarum statum salubriter & prospere dirigendum, nos deceat esse intentos; circa tamen Patriarchalem Principis Apostolorum de Urbe Basilicam dignitate, honore, ac venustate præcipuam, Salvatoris nostri Sudario, atque aliis pluribus Sanctorum venerandis reliquiis, indulgentiarumque muneribus decoratam, tanto potioribus studiis aciem nostræ considerationis tenemur extendere, quanto ipsius Basilicæ excellentia, & erga ipsum Apostolorum Principem singularis nostra devotio id exposcunt. Cupientes itaque, ut ipsa veneranda Basilica in spiritualibus & temporalibus opportune reformetur, ac nostræ provisionis ope, coadjuvante Altissimo, crescat in muneribus gratiarum, & divinus cultus in ea continuum suscipiat incrementum, de persona quoque tua; quam divina providentia plurimis virtutum donis, literarumque scientia insignivit, sumentes in Domino fiduciam specialem; ac sperantes, quod illa quæ tibi duxerimus committenda, ad ipsius Basilicæ decorem, & utilitatem, nec non dilectorum filiorum Capituli, ministrorumque ipsius directionem laudabiliter & fideliter exequeris, te, qui etiam Referendarius existis, ex nunc nostrum in dicta Basilica in eisdem spiritualibus, & temporalibus generalem Vicarium, & Reformatorem auctoritate Apostolica usque ad nostrum beneplacitum, motu proprio facimus, constituimus, ac etiam deputamus. Et nihilominus tibi omnes & singulos Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & Ministros præfatæ Basilicæ tam conjunctim, quam divisim, prout, & quoties tibi expedire videbitur, ut in dicta Basilica Missis, & aliis divinis officiis nocturnis atque diurnis personaliter interesse, ac in habitu & tonsura decenti cum omni solertia ei deservire debita & consueta obsequia, præsertim in Missarum, & divinorum celebratione, juxta illius ordinationes, & statuta exhibere teneantur, & debeant, auctoritate nostra monendi, eosque ad id si opus fuerit per Censuram Ecclesiasticam com-

Forojulien. Episcopum insignem virtute, & literis creat Vicarium suum generalem.

Auctoritas ejus in Spiritualibus.

(a) Grimaldus in Indice Scripturar. *to.* 1. *p.* 206. Forolivienſem hunc Antiſtitem vocat: idque minus recte; nam per hæc tempora eam regebat Ecclesiam Thomas ab Aste Foroliviensis Civis, cujus elogium sepulcrale visitur in S. Thomæ in Parione: Romæ siquidem decessit an. 1512. Vide Ughell. *to.* 2. *pag.* 584. Forojuliensis igitur Episcopus erat Nicolaus Aquisextiensis Metropolitæ Suffraganeus in Narbonensi II. quæ Sedes vulgo dicitur *Frejus*. Ejus nominis Episcopum perpetuum administratorem Tolonensis, & Forojuliensis Ecclesiæ affert Dionysius Sammarthanus (*Gall. Christ. to.* 1. *pag.* 440.) an. 1496. Nicolaum nempe de Flisco, quem Alexander VI. Cardinalem creavit. Fuisse autem Nicolaum, de quo agimus, & qui obiit Decanus Sac. Collegii an. 1523. multa mihi persuadent, ut affirmem. Vide *Ciac.* & *Ughell.* (a) Con-

compellendi, Capitulum quoque temporibus opportunis convocandi, & congregari faciendi, quodque ipsius Camerarii, & Officiales locationes & herbarum venditiones, aliosque permissos a jure contractus absque tui licentia facere, aut ipsorum officia, ad quæ electi fuerint pro tempore, absque confirmatione, atque ratificatione tua exercere nullo modo præsumant, eadem auctoritate inhibendi, dictasque herbarum venditiones, & domorum locationes, si dicti Officiales factis duobus tractatibus in Capitulo pro pretiis condecentibus oblatis concordes non fuerint, ad prædictas herbarum venditiones, seu domorum locationes, tunc & eo casu adjunctis tecum duabus vel tribus personis de dicta Ecclesia, quas duxeris eligendas, si in evidentem utilitatem præfatæ Basilicæ dictæ venditiones herbarum, & domorum locationes dabuntur, easdem confirmandi, & pro Ecclesia contractus celebrandi, necnon Camerarios, & Officiales prædictos ut libros & codices rationis super receptis habitis, expositis, gestis, & administratis per eos in suis officiis hujusmodi, etiamsi de illis computum, & rationem reddiderint, & absolutionem, liberationem, & quietantiam ab eisdem Capitulo vel alias quomodolibet obtinuerint, tibi denuo computa, & fidelem rationem reddere, & id totum, quod ex ipsis receptis, habitis, expositis,& administratis tam de præterito, quam de futuro temporibus remanserit, seu superfuerit, eisdem Basilicæ, & Capitulo integre restituere, & assignare debeant dicta auctoritate cogendi, & compellendi, ac omnes, & singulas de quibusvis prædiis, casalibus, domibus, terris, vineis, silvis, pratis, pascuis, herbaticis, territoriis, tenimentis, juribus, & bonis ipsius Basilicæ per eosdem Capitulum tam in perpetuum, quam ad certa tempora, & tam secularibus ejusdem Basilicæ Canonicis, Beneficiatis, Clericis, quam aliis Laicalibus, & Ecclesiasticis personis, sub quibusvis formis, vel verborum expressionibus hactenus factas locationes, concessiones, alienationes, & venditiones, etiamsi super illis Apostolica licentia, seu confirmatio intervenerit, revidendi, & examinandi, illasque ex eis, quas in læsionem præfatæ Basilicæ emanasse repereris, si tamen per Sedem præfatam confirmatæ non fuerint, eadem auctoritate cassandi, revocandi, & annullandi ac illorum possessores, & detentores ad eorum restitutionem integram præfatæ Basilicæ per eos tunc faciendam, cogendi, nec non omnes & singulas causas præfatæ Basilicæ, seu Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum, ac aliarum personarum præfatæ Basilicæ tam conjunctim, quam divisim, præteritas, præsentes, & futuras tam motas, quam movendas a quibusvis Judicibus advocandi, eisque inhibendi, & prout juris fuerit, in eisdem causis procedendi, sententiandi, & decidendi, ac, quoties opus fuerit, contra Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & personas dictæ Basilicæ præsentes & futuras super eorum excessibus, criminibus, culpis, demeritis, & delictis præmissa auctoritate inquirendi, & procedendi, illosque super transgressionibus, & inobedientiis mandatorum seu monitionum, quæ ipsis pro tempore feceris, censura ecclesiastica, ac etiam pecuniariis pœnis, de quibus tibi expediens videbitur, dicta auctoritate mulctandi, plectendi, & juxta statuta prædicta puniendi, usque ad omnium officiorum, & beneficiorum suorum privationem, & amotionem inclusive, sententiasque, censuras, & pœnas per te forsan pro tempore promulgatas, si tibi videbitur expediens, mitigandi, minuendi, & relaxandi, ac eos ab illis absolvendi, cum eisdem quoque super irregularitate, si quam sententiis ipsis, vel earum aliqua occasione præmissorum, vel alicujus ipsorum pro tempore ligati Missas, & alia divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebrando, & se illis immiscendo contraxerint, dispensandi, aliaque omnia & singula, quæ ad hujusmodi Vicariatus officium, ejusque liberum exercitium tam de jure, quam de consuetudine pertinere dignoscuntur, ac alias in præmissis omnibus, & singulis quæcumque necessaria fuerint, & quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exercendi, cum invocatione etiam ad præmissa, si opus fuerit, auxilii brachii secularis, plenam & liberam auctoritate Apostolica, tenore præsentium, usque ad dictum beneplacitum concedimus facultatem, quam etiam ad Ecclesias, atque alia membra, & loca ecclesiastica sæcularia, & regularia ipsius Basilicæ, eorumque Gubernatores, & in ipsis degentes personas, extendimus per præsentes. Non obstantibus &c. (a) Volumus autem, quod ad actualem prolationem sententiæ privationis illorum, ex Cano-

Eiusdem auctoritas in temporalibus.

Rationum redditionis revisio.

Terrarum locationum cæterarumque omnium

Ei demandatur supra judicium quarumcumque causa civil. crim.

Jus ei absolvendi juris

In tota Basilicæ

(a) Conferendæ Apostolicæ istæ literæ cum iis, quas dedimus supra *pag.* 234. & per quas Innocentius Archipresbytero auctoritatem confert ipsissimam, qua fruiti erant Vicarii Romm. Pont. in nostra Basilica. Quum enim Vicarium & ipse constituat, facili negotio deprehendi potest discrimen utrasque inter litteras. Ex postrema quidem hac parte intelligimus, potestatem fieri Vicario æque ac Archipresbytero: nihilo tamen minus contractiorem, seu non æque absolutam esse Vicarii potestatem, atque illam Archipresbyteri. Unum id mirandum subit: cur Pontifex, qui anno 1484. die 21. Novembris amplissimam ejusmodi auctoritatem fuerat elargitus Archipresbytero, eidem permittens, ut Vicarium sibi eligeret, cui eamdem delegerat auctoritatem; infra quadriennii spatium, anno videlicet 1488. die 12. Julii Vicarium hunc suum constituerit, superstite Archipresbytero? Huc accedit, quod Legationibus functum comperimus Sixto IV. Pontifice: neque ab Urbe eum abfuisse sub Innocentio VIII.

certo

Canonicis & personis ipsius Basilicæ, contra quos exigente justitia te procedere contigerit, nullatenus procedas, donec a nobis habueris specialiter in mandatis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, quarto Idus Julii, Pontificatus nostri Anno quarto.

Possessiones, fructus, & reditus Ecclesiæ Parochialis S. Mariæ, & Catharinæ applicata jampridem Sacristiæ Basil. Vatic. vetat in alios usus converti.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vat. caps. 27. fasc. 115.

atbar. de ...arochial. ...nita Bas.

...tilitatem ...iæ.

CUm sicut accepimus alias fel. rec. Pius secundus, sive Paulus secundus (*a*) Romani Pontifices Prædecessores nostri intendentes jocalium, librorum, paramentorum, & aliorum ornamentorum Sacristiæ Principis Apostolorum de Urbe subvenire; Parochialem Ecclesiam Beatæ Mariæ, & Catharinæ de Urbe, de Regione Arenulæ (*b*) tunc vacantem, sive vacaturam una cum illius possessionibus Rusticis & Urbanis, ac fructibus, & redditibus universis dictæ Basilicæ ad opus prædictum univit, & incorporavit, quam sic unitam, & illius fructus, redditus, & proventus, etsi Can. & Capitulum jamdudum pacifice tenuerunt, & possederunt, prout possident de præsenti, tamen illos in opus dictæ Sacristiæ, cui, ut præmittitur, applicati fuerunt, convertere saltem integre, & debite, ut tenebantur, desiverunt in animarum ipsorum, ac dictæ Sacristiæ præjudicium, & jacturam. Quocirca motu proprio, & ex certa scientia Venerabili fratri N. (*c*) Episcopo Forojulien. nostro in dicta Basilica Vicario, ac dilecto filio Magistro An. (*d*) de Viterbio Notario, & Referendario nostro ejusdem Basilicæ Canonico sub excommunicationis pœna committimus, & mandamus per præsentes, quatenus a Canonicis, & Capitulo supradictis de redditibus, & proventibus universis dictæ Parochialis Ecclesiæ sic, ut præmittitur, unitæ per eos receptos a tempore unionis, hactenus fidelem calculum, & rationem diligenter exigant, eosque ad reddendum, solvendum, & restituendum omnes pecunias per eos habitas, quas in opus dictæ Sacristiæ non docuerint fuisse conversas, sub censuris Ecclesiasticis, & aliis pœnis, de quibus eis videbitur, cogant, & compellant, & ulterius sub dictis censuris & pœnis inhibeant eisdem quatenus nullos fructus, redditus, & proventus ex dicta Ecclesia exnunc in antea sine illorum expressa licentia percipere audeant, vel præsumant. Quos quidem fructus fideliter, prout eis videbitur, deponi volumus, prout eis una cum nonnullis aliis fructibus dictæ Basilicæ significavimus convertendos in opus, & ornamentum Basilicæ supradictæ. Quod si secus factum fuerit Canonicos, & Capitulum supradictum inobedientes, & tanquam excommunicatos a perceptione fructuum, & redditum dictæ Basilicæ suspendimus ex nunc, ac indignos, & privatos fore declaramus per præsentes. Contrariis non obstantibus quibuscumq. (*e*)

Neglectus a Capitulo finis unionis.

Instauratur pœnis propositis secus facienti.

Con-

---

certo aliquo documento possumus affirmare. Id certum scimus ex literis prædictis, queis omnimoda confertur auctoritas Archipresbytero, quod limitata eadem fuit, perinde ac Vicariorum *usque ad nostrum, & Apostol. Sedis beneplacitum.* Quamobrem in tam multis, quæ extra ordinem occurrunt per hæc tempora circa administrationem Basilicæ Vaticanæ, Apostolicæ nimirum visitationis, Vicariatus generalis Pontificii, Commendæ, Archipresbyteralis omnimodæ potestatis, aliorumque id genus, quæ a Nicolai III. Constitutionibus non parum dissident, neque a Pontificibus sequentis seculi fuerunt confirmata, accipi & illud debet, tantam ac tam late effusam hujusmodi potestatem adjungi consuevisse ad tempus pro ipsius Basilicæ necessitatibus.

(*a*) Utri suis ex duobus Decessoribus hujusmodi constitutionem tribuat, ipse Innocentius ignorat. Ubi ad Clem. VII. ventum erit an. 1524. 1. Jun. Pio II. tribuendam videbimus.

(*b*) To. 1. Bullar. nostri *pag. 69.* de hac Ecclesia satis est dictum. Martinell. *Rom. Sac. pag.* 371. autoritate Panciroli fretus affirmat, S. Catharinam de Rota hodie appellari: notatque alibi corrupto vocabulo dici S. Mariam *in Cateneri.*

(*c*) Nicolao, ut patet ex superiori Diplomate.

(*d*) Andreas de Viterbio appellatur in Regestis Arch. Apostol. Vatic. eique Canonicatum ipse Innocentius contulerat.

(*e*) Quo præcipue anno hic Motus proprius prodierit, incertum. Fortuito hîc locamus post constitutum Vicarium Forojuliensem Episcopum. Neque enim compertum habemus, quamdiu Vicariatu ejusmodi functus sit Nicolaus.

Concedit fieri permutationem bonorum Ecclesiæ Ruralis S. Stephani prope oppidum Anguillariam Sutrin. Diœcesis cum domo quadam Basil. Vatic.

Ex Autogr. Arch. Basil. Vatic. caps. 18. fasc. 20. & lib. 1. Decretor. Innoc. VIII. ap. Archiv. Apostol. Vatic.

AN. CH. 1488. 8. *August.*

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, in quo potestatis plenitudo consistit, & cui omnium Ecclesiarum cura imminet generalis, interdum de illis, illarumque bonis pro sua voluntate disponit, prout rationabilibus subsistentibus causis secundum Deum, & qualitates locorum, & temporum in Domino conspicit salubriter expedire. Sane, sicut fidedigna relatione accepimus, Ecclesia sine cura S. Stephani (*a*) Territorii Oppidi Anguillariæ Sutrin. Diœc. in loco campestri, a dicto Oppido per unum miliare cum dimidio, vel circa distanti, * causantibus variis sinistris eventibus, jamdudum tecto caruit, & vepribus, ac virgultis repleta permansit, illiusque parietes in se ipsos collapsi, & pro magna parte diruti ad ruinam devenisse cernuntur, & in ruinis illam contingentibus torcularia, vivaria, & animalia jamdudum retenta sunt, & retinentur de præsenti, in ea quoque vix semel in anno Missa celebratur. Et quod si bona omnia dictæ Ecclesiæ cum juribus, & pertinentiis suis eidem Ecclesiæ adimerentur, & ab ea dimembrarentur, & sic adempta, & dimembrata concederentur, & donarentur dilecto filio Hieronymo Calagrano Clerico Papien. (*b*) Subdiacono, Cubiculario, & familiari nostro, continuo commensali, ipsius Ecclesiæ Rectori, qui ut accepimus intendit bona ipsa dare Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe cum simili celebrationis dictæ Missæ onere titulo permutationis, & cambii pro proprietate, & directo dominio cujusdam domus dictæ Basilicæ sitæ in eadem Urbe, & Burgo Sancti Petri eidem Hieronymo per dilectos filios Capitulum dictæ Basilicæ in Emphiteosim ad vitam ipsius Hieronymi, & unius alterius successoris sui per eum nominandi pro certo annuo Canone concessæ, & eorumdem domus, ac Hieronymi, & successoris obtinenda liberatione ab omni jure Emphiteotico hujusmodi, & onere dicti Canonis, ac translatione omnium jurium dictæ Basilicæ in præfata domo, & nonnullis casulis, sive domunculis illi propinquis competentium in ipsum Hieronymum cum onere quod ipse Hieronymus, & ejus in dictis bonis successores tenerentur singulis annis in festo Inventionis ejusdem Sancti Stephani in dicta Ecclesia unam, & qualibet hebdomada in Basilica prædicta aliam Missas ad aliquod Altare per eum eligendum celebrare, seu celebrari facere, ratione bonorum eorumdem, dicta Missa in honorem ejusdem Sancti Stephani in dicta Basilica celebraretur, quæ ratione dictæ Ecclesiæ Sancti Stephani minime ibidem, aut alibi celebratur, sicque divinus cultus maxime augeretur. Nos igitur qui ad ea, per quæ divinus cultus suscipit incrementum, libenter intendimus, ut tenemur; dictum Hieronymum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, de præmissis fidedigna relatione informati motu proprio, non ad dicti Hiernoymi, vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia omnia, & singula bona dictæ Ecclesiæ, quæ hîc per eorum designationes, & fines pro expressis habemus, & quorum fructus, redditus, & proventus quadraginta florenorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, eidem Ecclesiæ adimimus, & ab eadem dimembramus, eaque sic adempta, & dimembrata cum omnibus juribus, & pertinentiis suis dicto Hieronymo pro se heredibus, & successoribus suis in perpetuum dicta auctoritate largimur, concedimus, & donamus, ea tamen lege, quod ipse Hieronymus, & ejus in dictis bonis Successores teneantur, & debeant hujusmodi Missam qualibet hebdomada ad aliquod Altare situm in dicta Basilica per ipsum Hieronymum, & Successores prædictos eligen-

Ecclesiæ S. Stephani conditio misera.

* *leg.* distans.

De ... dismembrandis ejus bonis agitur.

Ac permutandis cum domo & aliis juris Capituli.

Cum onere unius ... qualibet hebdomada.

Hieron. Calagrano & successorib. eadem ceduntur.

Cum prædicto onere ad aliquod altare Basil. Vatic.

(*a*) Extat in Archivo n. Basilicæ *caps.* 10. *fasc.* 275. Bulla Innoc. VIII. data anno 1486. die 10. Decembris, in qua Ecclesia ista appellatur *S. Stephani in Musileo de Anguillaria.* Per eam vero Bullam confertur eadem Ecclesia Hieronymo ipsi de Calagranis, cujus gratia est datum Diploma, quod versamus.

(*b*) Post biennium, anno nimirum 1490. die 5. Nov. Eum Pontifex designavit Episcopum Montis Regalis, quam urbem Pedemontanæ regionis vulgo appellant *Mondovì.* Ughellus inter Sedis ejus Episcopos hunc recensens Fossani Civem appellat, quam Civitatem perinde Pedemontanam Clemens VIII. episcopalem fecit anno 1592. die 15. Apr. Quare quum Clericus Papiensis appelletur non patriam ipsius, sed Ecclesiam, cui addictus fuerit, memorari a Pontifice arbitrarer. Secus enim Ughello non constaret cum Innocentio.

eligendum, præsertim siquod foret in honorem ejusdem Sancti Stephani fundatum, & in dicta Ecclesia in die festi Inventionis ejusdem Sancti perpetuis futuris temporibus facere celebrari, liceatque sibi, si voluerit, bona prædicta dictæ Basilicæ, & illius Archipresbytero, & Capitulo pro illa titulo permutationis, & cambii, ut præfertur, concedere. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, ademptionis, dimembrationis, concessionis, & donationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Aliusque ... perpetuæ ... to Inven- ... S. Steph.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, sexto Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno quarto.

Duas Capellanias ad Altare S. Petronillæ fundatas a Ludovico XI. Rege Christianiss. & a Carolo VIII. ejus filio dotatas, necdum erectas erigit, atque Juspatronatum Galliarum Regibus reservat, ut præsentent personas idoneas cujusvis nationis a Romanis Pontificibus instituendas.

Ex Regesto LI. Bullar. Innocentii VIII. pag. 130. ap. Archiv. Apost. Vatic.

... CH. 1490. ... Jun.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Etsi ex supernæ providentia Majestatis in suprema militantis Ecclesiæ specula constituti, Ecclesiarum omnium nostræ curæ divina providentia commissarum, ac personarum in illis Altissimo famulantium profectum, venustatem, & decorem, & ut in ipsis Ecclesiis divinus cultus augeatur, prout ex debito pastoralis Officii nobis incumbit, diligenter intendere debeamus: circa tamen Patriarchalem Principis Apostolorum Basilicam, Urbis dignitate honore & venustate præcipuam, Salvatoris nostri Sudario, atque aliis plurimis Sanctorum venerandis reliquiis, indulgentiarumque muneribus decoratam; tanto potioribus studiis aciem nostræ considerationis tenemur extendere, quanto ipsius Basilicæ excellentia, & erga ipsum Apostolorum Principem, & in illius honorem fundatam singularis devotio nostra, & Catholicorum Regum id exposcunt. Sane, sicut accepimus, claræ memoriæ Ludovicus Francorum Rex, (*a*) dum in humanis ageret pro implemento cujusdam voti per claræ memoriæ Carlotam Reginam Franciæ ejus Conjugem, ut meritis & intercessione Sanctæ Petronillæ consequeretur, ut sperabat, liberationem charissimi in Christo filii nostri Caroli Francorum Regis illustris (*b*) ipsorum conjugum nati, tunc Delphini Viennen. a certa ægritudine corporali, qua detinebatur, emissi, & ob singularem devotionis affectum, quem conjuges ipsi gerebant, ad ipsam Sanctam Petronillam, Capellam in ejusdem Sanctæ honorem, & sub illius invocatione in Basilica Principis Apostolorum de Urbe dudum constructam (*c*) multipliciter reformari fecit, & quod in eadem Capella erigerentur duæ perpetuæ Capellaniæ & dotarentur sufficientibus redditibus pro duobus Presbyteris, per quos alternis hebdomadis vel alias prout invicem concordarent, una Missa qualibet die super Altare ejusdem Sanctæ Petronillæ devote ibidem celebraretur, ordinavit, & certam tunc expressam pecuniæ summam penes certos mercatores Romanam Curiam sequentes pro emendis bonis pro dote hujusmodi constituenda exponi fecit. Ac postea bonæ memoriæ Philibertus (*d*) tituli sanctorum Joannis & Pauli Presbyter Cardinalis & sequen-

...onium Ec- ...r. solici- Pontificia.

Præsertim ...icæ Princi- ...postolor.

In ead. fundata est Capella S. Petronillæ a Franciæ Regib.

Ac duæ Capellaniæ cum sua dote.

(*a*) Ludov. XI. an. 1461. regnare orsus, ac 1483. mortem occumbens unum reliquit filium ex tribus, quos susceperat e Carola filia Ludovici Sabaudiæ Ducis secunda uxore; etenim ex Margarita filia Jacobi I. Scotiæ Regis nullum susceperat.

(*b*) Filius ille unus patri superstes est Carolus VIII. in Philippi de Comines memoriarum libris valde celebris: cujus hinc suppetit singularis historia non omnibus satis nota. Ægritudo autem & votum, quæ memorantur, non evenerunt ante an. 1470. nam decedente Patre quartumdecimum agebat annum. Ad idem vero tempus instauratio Regia Basilicæ S. Petronillæ, & Capellæ fundatio, de qua agitur his literis, referantur necesse est.

(*c*) De S. Petronillæ Oratorio Anastasius Biblioth. loquitur in SS. Hadriani, Leonis III. & Leonis IV. vita, Basilicam; Mausoleum, & Ecclesiam appellans: quod animadvertit etiam Martinellus, ubi tradit cum Grimaldo, fuisse rotundum illud Templum perquam simillimum alterius, S. Mariæ de febribus; at postea excisum sui tantum vestigia reliquisse ubi nunc est absis Australis Basilicæ Vaticanæ, seu SS. Simonis & Judæ altare. (*Rom. Sac. pag.* 384.) Apollinis olim templum fuisse Antiquarii omnes tenent. Nardin. *reg.* 14. *c.* 13. id probari non posse admonet. Utcumque sit P. Mallius, Vegius, Panvinus, Alpharanus, ac præ aliis Baron. *an.* 758. *n.* 1. a S. Paulo I. huc translatum volunt S. Corpus S. Petronillæ, ac tum cœpisse ita nuncapari. Quum autem Anast. in Pauli ejusd. vita (*sect.* 261.) loquatur de Oratorio S. M. Virginis ab eo Pontifice extructo *juxta Oratorium S. Leonis Papæ, secus fores introitus S. Petronillæ*, &c. haud obscure innuit majorem antiquitatem. Quam hactenus incompertam perinde mihi, atque aliis omnibus fuisse non diffiteor. Quia scilicet de ipso Templo Apollinis in S. Petronillæ converso, parum constat inter Scriptores tum veteres, tum recentes.

(*d*) Philippum ab aliquibus perperam appellari admonet Victorellus ap. Ciac. De Ugonecti cognomen illi fuit. Mati-

dilectus filius Jacobus Sigandi ipsius Regis Secretarius, ad hoc per præfatum Carolum Regem dicti Ludovici filium, & hæredem destinatus, quibus omnes emptiones bonorum, & procurandæ erectionis hujusmodi demandatum fuerat, quamdam domum sitam in Urbe pro quadraginta florenis, vel circa, annuatim locari solitam (*a*) emerant, & dilectus filius Petrus Gaillardi Presbyter Matisconen. Diœcesis Capellaniarum hujusmodi erectione aliqua non facta, ex dicti Cardinalis ordinatione Missam in dicta Capella aliquo tempore celebraverat; felicis recordationis Sixtus Papa quartus Prædecessor noster præfato Cardinali super earumdem Capellaniarum hujusmodi erectione, & dotatione, de consensu dilectorum filiorum Capituli dictæ Basilicæ facienda, & postquam erectæ forent, & dotatæ, provisionem de una earumdem dicto Petro, & aliæ personæ idoneæ, de qua ipsi Cardinali videretur facultatem concessit. Et cum idem Cardinalis, litteris prædictis executioni minime demandatis, decessisset, & præfatus Petrus Monasterio de Bellavanx Cistercien. Ordinis Bisuntin. Diœcesis certo modo vacanti in Abbatem præfici obtinuisset, dilecti filii Joannes de la Baire Canonicus Andegaven. per præfatum Regem Carolum cujus Secretarius existit, & Guillelmus Borron Presbyter Lingonen. Diœcesis tam per ipsum Regem, quam etiam per nos de Capellania Sanctæ Petronillæ hujusmodi, quam erectam fore, & dictum Petrum obtinere, ac per assecutionem possessionis, vel quasi, regiminis & administrationis dicti Monasterii per ipsum Petrum factam, vel faciendam, vacavisse seu vacare debere putabant, provisum, seu provideri mandatum, vel saltem concessum fore assereretur; orta super hujusmodi Capellania, quæ erecta asserebatur, inter eos materia quæstionis, utroque eorum prætendente, Capellaniam ipsam erectam fore, & ad se spectare; Nos causam hujusmodi bonæ memoriæ Gundisalvo Episcopo Oveten. tunc causarum Palatii Apostolici, Auditori & Guillelmo de Perreriis etiam causarum dicti Palatii Auditori, de Procuratorum eorumdem consensu certo modo audiendam, & fine debito terminandam unica sententia, a qua neutri eorum appellare liceret, commisimus, qui in causa hujusmodi ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, dicuntur processisse, & coram quibus venerabiles fratres nostri Rodericus Portuen. & Marcus Prænestin. Episcopi, ac Franciscus Sancti Eustachii (*b*) Diaconus Cardinalis executores testamenti dicti Philiberti Cardinalis deposuerunt, & fidem fecerunt, nos die coronationis nostræ, ad supplicationem eorum, de Capellania Sanctæ Petronillæ, ut vacante vel vacatura, ut præfertur, dicto Guillelmo Borron provideri concessisse. Nuper vero venerabilis frater noster Robertus Nanneten. Episcopus, & dilectus filius Michael Sigandi dicti Jacobi frater Canonicus Ebredunen. familiaris noster, continuus commensalis, de præfati Regis Caroli commissione, & mandato pro implemento paternæ ordinationis prædictæ aliam domum in dicta Urbe emerunt, pro dote hujusmodi constituenda. Nos igitur, qui ad ea, quæ divini cultus augmentum & animarum salutem concernunt, libenter intendimus, & ob singularem devotionis affectum, quem præfatus Carolus Rex ad nos, & Romanam gerit Ecclesiam, vota ejus, præsertim quæ ex devotionis fervore prodire, & ad divini cultus augmentum, ac animarum salutem tendere dignoscuntur, libenter favore benevolo confovemus, statum dictæ causæ pro expresso habentes, motu proprio, non ad præfati Caroli Regis, vel alicujus alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, causam prædictam ad nos advocamus, & quia ex deductis hinc inde in eadem non constat, quod ad erectionem alicujus ex Capellaniis hujusmodi sit processum, neutri eorumdem Guillelmi, & Joannis, aut alicui alteri in dictis nondum erectis Capellaniis, seu ad illas jus unquam competisse, aut competere, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & super deductis, & petitis per eos in causa hujusmodi, eis hinc inde perpetuum silentium eadem auctoritate imponimus; & pro ejusdem Ludovici Regis ordinationis prædictæ votiva executione, in eadem Capella Sanctæ Petronillæ duas perpetuas Capellanias sine cura præfata auctoritate erigimus, & illis pro earum dote domos propterea, ut præfertur, emptas, quarum una empta a dilecto filio Mariano Cecchi, Antonii Ricci Cive Romano Palamencellario sita est in Urbe & loco dicto Arcus Campiflore, juxta res dilectorum filiorum hæredum Baptistæ Carutii, & Jacobi de Pallonibus Civium Romanorum ab alio, ac res Ecclesiæ Sanctæ Mariæ majoris de eadem Urbe a reliquo lateribus ejusdem domus, ac viam publicam ante eam; & alia domorum earumdem empta a præfato Roderico Episcopo Portuen. Sanctæ

Sixtus IV. erectionis Capellaniar. fategerat.

Earum unius erectio controversa.

Illius cognitio Auditorib. Sacri Palat. commissa.

Ipse Ponti... rem expen...

Nulla... Capellaniis huc erectam ... cernit.

Ipse eri... ac dotem ... gnat.

scone in Burgundia ortus patriæ episcopatum est adeptus: deinde a Sixto IV. factus Cardinalis Presb. S. Luciæ in Silice an. 1473. postmodum SS. Joannis & Pauli titulum obtinuit. Quæ ad rem pertinent, hinc suppetunt.

(*a*) An. 1487. die 30. Maji Instrumentum rogatum fuerat inter Vice-Camerarium R. P. D. Joannem de Nigris, & Antonium Altovitum, cui locata erat officina monetaria Romana: unde liquet Florenos centum constituisse unam libram auri. Bened. Florav. *pag.* 146.

(*b*) Rodericus Borgia, Marcus Barbus, & Franciscus Picolomineus summi illi viri omnibus omnium laudibus elati hic memorantur.

(*a*) Huc

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario sita est in eadem Urbe & Regione Pontis, in via, qua itur a loco dicto Campoflore ad arcum S. Angeli, juxta viam prædictam ab uno, & Palatium habitationis præfati Vicecancellarii, via publica mediante, ab alio, ac domum dilecti filii Fabritii de Azetis civis romani a reliquo lateribus, ac plateam publicam retro eam, præfata auctoritate assignamus; & quod dictæ Capellaniæ de Jurepatronatus præfati Caroli, & pro tempore existentis Francorum Regis existant, & ad eum jus ipsum patronatus, & præsentandi nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifici, personas idoneas ad ipsas Capellanias hac prima vice, & quoties imposterum pro tempore vacabunt, per nos, & pro tempore existentem Pontificum præfatum in perpetuos Capellanos ad præsentationem hujusmodi instituendos pertineat; liceat quoque sibi præsentare ad illas tam hac prima vice, quam quoties imposterum pro tempore vacabunt, personas idoneas, in Presbyteratus ordine constitutas dumtaxat, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentes, & quæ Romana non forent, sed Gallicæ, aut alterius nationis existerent, prout eidem Carolo, & pro tempore existenti Regi placuerit; ipsæq; Capellaniæ, utpote de prædicto jure existentes, sub quibusvis generalibus reservationibus per nos, & Sedem Apostolicam hactenus factis, & quas fieri contigerit, etiamsi apud Sedem ipsam vacarent, non comprehendantur: quodque quilibet ex hiis, quos per eumdem Carolum, & pro tempore existentem Regem Francorum perpetuis futuris temporibus ad Capellanias ipsas contigerit præsentari, teneantur, & debeant super dicto Altari ejusdem Sanctæ Petronillæ in dicta Capella constructo, unam Missam alternis hebdomadis diebus, sive mensibus, prout invicem concordabunt, per seipsos, seu alium, vel alios celebrare, seu celebrari facere. Capitulum vero, Beneficiati, ac Clerici dictæ Basilicæ teneantur die præcedente festum ipsius Sanctæ Petronillæ in Capella prædicta Vesperas, in die Festivitatis ejusdem Sanctæ solemnem Missam, & alias horas Canonicas, prout ante dotationem, & erectionem hujusmodi ab antiquo consueverunt, decantare, & quolibet anno, die penultima mensis Augusti, unum Anniversarium pro animabus prædictorum Conjugum Regis & Reginæ in eadem Capella celebrare, & pro opportunis impensis Ceræ, & aliorum pro celebratione hujusmodi necessariorum in die Festi quinque, & in die Anniversarii alios quinque florenos, ad computum decem Carlenorum pro floreno, a dictis Capellanis habere debeant, qui inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos dictæ Basilicæ ad divina celebranda, ut præmittitur, interessentes distribuantur, prælibata auctoritate statuimus, & ordinamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ statutis, & consuetudinibus, nec non illis, quibus caveri dicitur expresse, quod de Beneficiis Urbis pro tempore vacantibus Presbyteris, & Clericis civibus Romanis dumtaxat, & non aliis possit, & debeat provideri, & aliis de illis factæ provisiones etiam per Sedem Apostolicam nullius sint roboris, vel momenti, Populo Romano per eumdem Prædecessorem & nos concessis privilegiis, & litteris Apostolicis, quibus & contentis in eis clausulis, etiam derogatoriis fortioribus, quas pro expressis habemus, expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo &c. nostræ advocationis, declarationis, impositionis, erectionis, statuti, ordinationis, & derogationis infringere &c. Si quis autem &c.

...ronatus ...lle Regi... ...rvat.

...ationi ...obitus

Onus Capituli in festo S. Petronillæ.

Proventus Capituli pro eodem onere.

Derogatio Constitut. contrar. ut cuilibet nationi Capellaniæ conferri possint.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo, quartodecimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno sexto.

Prioratum S. Petri Montiscerasis de Ancarno Spolet. Dioec. subreptitie unitum mensæ Capitulari S. Mariæ de Nursia, collationis Capituli Vat. dissolvit, & confert Demetrio de Guasellis Beneficiato Sixtino.

...H.

Ex Regesto LXII. Bullar. Innoc. VIII. pag. 11. ap. Archiv. Apost. Vatic.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Priori Monasterii per Priorem soliti gubernari S. Benedicti. & Priori secularis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Joannis de Nursia Spoletan. Dioecesis; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Grata familiaritatis obsequia, quæ dilectus filius Demetrius Guasellius Clericus perpetuus Beneficiatus (a) in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, familiaris noster, nobis hactenus impendit, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistit, necnon laudabilia

Merita personalia de more præmittuntur.

(a) Uberrime agitur de Petro Demetrio Guasellio hujus To. *pagg.* 224. 227. & 248.

(a) De

lia probitatis & virtutum merita, quibus perſonam ſuam tam familiari experientia, quam etiam fidedignorum teſtimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut illa ſibi favorabiliter concedamus, quæ ſuis commoditatibus fore conſpicimus opportuna. Dudum ſiquidem Prioratu Sancti Petri Montiſcerafis de Villa menſis de Ancarno Spoletan. Diœceſis, per liberam reſignationem dilecti filii Amici de Stabilibus de illo, quem tunc obtinebat per certum Procuratorem ſuum ad id ab eo ſpecialiter conſtitutum, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, apud Sedem Apoſtolicam vacante, pro parte dilectorum filiorum Plebani & Capituli Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Nurſia dictæ Diœceſis nobis expoſito, quod fructus, redditus, & proventus menſæ Capitularis dictæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ erant adeo tenues, & exiles; quod Plebanus, & Capitulum præfati ex illis ſe commode ſuſtentare non poterant, & quod ſi dictus Prioratus, quem Plebanus & Capitulum præfati Eccleſiam ſine cura eſſe, & ad collationem, & proviſionem dilectorum filiorum Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe præfata pertinere, & eoſdem Capitulum dictæ Baſilicæ, ratione dictæ Eccleſiæ ſine cura unam libram Ceræ annis ſingulis percipere debere aſſeruerant, eidem menſæ perpetuo uniretur, annecteretur & incorporaretur, ipſi Plebanus, & Capitulum ſe commodius ſubſtentare valerent; Nos tunc Plebani, & Capituli prædictorum in ea parte ſupplicationibus inclinati, Prioratum prædictum, tanquam Eccleſiam ſecularem, ſive præmiſſo, ſive alias quovis modo vacaret, etiam ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervatum foret, eidem menſæ ſine præjudicio perceptionis dictæ libræ Ceræ per alias noſtras litteras auctoritate Apoſtolica perpetuo univimus, annexuimus, & incorporavimus, prout in eiſdem litteris, in quibus, quod dictus Prioratus Eccleſia ſine cura, ut præfertur, exiſtebat, expreſſum fuit, plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Demetrii petitio continebat, Prioratus ipſe Ordinis S. Benedicti non autem Eccleſia ſecularis exiſteret; licet forſan dictus Amicus illum, ut Eccleſiam ſine cura, & forſan abſque & minus, Canonico titulo, ſive forſan in Commendam etiam, ut Prioratum, obtineret, & præfati Capitulum ejuſdem Baſilicæ ratione dicti Prioratus unam libram Croci, non autem Ceræ percipere debeant annuatim. Nos igitur attendentes, quod veris exiſtentibus præmiſſis nobis per dictum Demetrium expoſitis, litteræ prædictæ ſubreptionis vitio ſubjacere, ac per illas dictæ menſæ factæ unio, annexio, & incorporatio hujuſmodi viribus non ſubſiſtere, & dictus Prioratus adhuc, ut præfertur, vacare noſcatur; licet Plebanus & Capitulum præfati Prioratum prædictum, ut Eccleſiam ſecularem, prætextu unionis, annexionis, & incorporationis prædictarum per quadriennium, vel circa, citra tamen quinquennium detinuerunt, prout detinent indebite occupatum, dicto Demetrio, qui etiam continuus commenſalis noſter, & in Bibliotheca noſtra Cuſtos extitit, aſſerenti, ſe quoddam perpetuum beneficium Eccleſiaſticum in dicta Baſilica obtinere, ac quod Plebanus & Capitulum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ hujuſmodi, ædificia ipſius Prioratus reparatione indigentia ad ruinam devenire permittunt, nec in Eccleſia dicti Prioratus Miſſas, & alia divina officia celebrari faciunt, prout antea, quando dictus Prioratus per Priores regulares tenebatur, celebrabantur; & quod hujuſmodi ædificia reparari & in Eccleſia dicti Prioratus Miſſas, & alia divina officia, prout alias celebrabantur, celebrari facere, ſeu celebrare habebant, ſpes veriſimilis non exiſtit: præmiſſorum obſequiorum, & meritorum ſuorum intuitu, & pro quo Capitulum Baſilicæ hujuſmodi aſſerentes, ſe ſperare, dictum Prioratum opera & induſtria ejuſdem Demetrii ad meliorem ſtatum reduci debere, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicarunt, de alicujus ſubventionis auxilio providere volentes, ac horum intuitu gratiam facere ſpecialem ipſumque Demetrium a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, nec non omnia & ſingula Beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, quæ dictus Demetrius etiam ex quibuſvis Apoſtolicis diſpenſationibus obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ jus ſibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque ſint, eorumque fructuum, redditutuum, & proventuum veros annuos valores, ac hujuſmodi diſpenſationum tenores, necnon verum & ultimum dicti Prioratus vacationis modum, quatenus Amicus præfatus illum in Commendam obtineret, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in corpore juris clauſa reſultet, præſentibus pro expreſſis habentes, ac alias de præmiſſis nobis expoſitis certam notitiam non habentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut alter veſtrum, vocatis Plebano & Capitulo Eccleſiæ Sanctæ Mariæ hujuſmodi, & aliis, qui fuerint evocandi, de præmiſſis nobis expoſitis auctoritate noſtra

vos

Reſignatio Prioratus vacantis.

Cujus collatio ad Capitul. ſpectabat.

Capitulo S. Mar. de Nurſia per literas Apoſtol. univerat Innocentius.

Subreptitiæ ea literæ demonſtrantur.

Ob neglec[illegible] divinum c[illegible] &c. unio [illegible] vitar.

Priora[illegible] pitulo S. petente, [illegible]gnatur [illegible]trio.

Du[illegible] vera ſin[illegible] ſita.

vos diligenter informetis; & si per informationem hujusmodi ita esse repereritis, litteras prædictas, ac inde secuta quæcumque nullius roboris vel momenti fuisse, & esse eadem auctoritate declaretis, ac Plebanum & Capitulum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ hujusmodi ob eodem Prioratu amoveatis, prout de jure fuerit faciendum: & nihilominus si declarationem hujusmodi per vos vigore præsentium fieri contigerit, ut præfertur, Prioratum prædictum, qui conventualis non est, cujusque fructus, redditus, & proventus vigintiquatuor florenorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per prædictam, aut similem resignationem dicti Amici, aut alicujus alterius de illo in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut Constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ vigesimisecundi Prædecessoris nostri, quæ incipit *Execrabilis*, vel assecutionem alterius Beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem Apostolicam legitime devoluta, ipseque Prioratus dispositioni Apostolicæ specialiter, aut ex resignatione hujusmodi, vel alias reservatum existat, eique cura immineat animarum, super eo quoque inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore Datæ præsentium non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem Demetrio, per eum quoad vixerit una cum omnibus & singulis beneficiis ecclesiasticis cum cura & sine cura quæ obtinet, & imposterum obtinebit, tenendum, regendum, & gubernandum, ita quod liceat sibi debitis, & consuetis ipsius Prioratus supportatis oneribus, de residuis illius fructibus, redditibus, & proventibus disponere, & ordinare, prout ipsius Prioratus Priores, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium ipsius Prioratus eidem Demetrio penitus interdicta, auctoritate nostra præfata commendare curetis, inducentes per vos, vel alium, seu alios eumdem Demetrium, vel Procuratorem suum ejus nomine, in corporalem possessionem Prioratus, juriumque, & pertinentiarum prædictorum, & defendentes inductum, amoto exinde alio illicito detentore ac facientes Demetrium, vel pro eo Procuratorem prædictum ad Prioratum hujusmodi, ut est moris, admitti, sibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi: Contradictores auctoritate nostra præfata per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi etiam Prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis Constitutionibus, ac Basilicæ, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus, seu commendis sibi faciendis de Prioratibus hujusmodi speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum; quibus omnibus eumdem Demetrium in assecutione dicti Prioratus volumus anteferri, sed nullum pro hoc eis, quoad assecutionem Prioratuum vel beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si venerabili fratri nostro Episcopo Spoletan. & Capitulo Basilicæ hujusmodi, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de Prioratibus hujusmodi, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri, seu Commenda fieri per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso, quod propter Commendam hujusmodi dictus Prioratus debitis non fraudetur obsequiis, & animarum cura in eo, si qua illi immineat, nullatenus negligatur, ac quod dictus Demetrius reparationi ædificiorum dicti Prioratus, prout poterit, intendat; & alias ejusdem Prioratus congrue suppor tentur onera consueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel igno ranter contigerit attentari.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incar. Domin. Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, octavo Id. Nov. Pont. nostri An. oct.

...moveri ex possessione ...ntur deten...s

...ur iis sub... Demetrius.

...dem dan... ...ssio inter... alienatio... ...onor.

Obstantia quæcumque amoventur.

Perinde indulta & privilegia specialia.

Prioratus oneribus consulitur.

Quam-

Quamdam domum in Burgo sitam, *Stupham* nomine, ante annos quatuor assignatam pro dote Capellaniæ S. Nicolai, ac deinde in controversiam revocatam, quasi alieni juris, mandat assignari iterum dictæ Capellaniæ sublatis quibuscumque dissidiis.

Ex Regesto VIII. Epist. Sec. Innoc. VIII. pag. 106. ap. Arch. Apost. Vatic.

AN. CH. 1491. 24. Febr.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Magistro Guillelmo de Perreriis, Capellano nostro, & causarumPalatii Apostolici Auditori; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Honestis petentium votis, per quæ, ne Beneficia Ecclesiastica indotata remaneant, valeat salubriter provideri, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Demetrii de Guasellis (*a*) Presbyteri Lucan. Diœcesis, familiaris nostri petitio continebat, quod alias, postquam nos de perpetua Capellania ad Altare Sancti Nicolai situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, olim per bonæ memoriæ Philippum tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem ob memoriam felicis recordationis Nicolai Papæ quinti Prædecessoris nostri instituta, tunc certo modo vacante, dicto Demetrio per quasdam nostras litteras provideri mandaveramus, & tunc nostro in Alma Urbe Vicario in Spiritualibus Generali (*b*) vigore specialis commissionis, quam idem Vicarius a nobis desuper habuerat, dederamus in mandatis, ut omnia & singula bona mobilia & immobilia, quæ sibi alias legitime constaret ad dictam Capellaniam pertinere, ad jus & proprietatem ejusdem Capellaniæ reduceret, & illi pro ejus dote perpetuo applicaret, & appropriaret, illorumque occupatores, & detentores ad illa limitandum, & relaxandum Censuris Ecclesiasticis, ac juris remediis cogeret, & compelleret, pro parte dicti Demetrii nobis inter alia exposito, quod quondam Valentinus Ordinis fratrum Sancti Pauli primi heremitæ sub regula Sancti Augustini degentium professor, & in dicta Basilica Pœnitentiarius, (*c*) quamdam domum Stupham nuncupatam in Burgo Sancti Petri de dicta Urbe consistentem, dum viveret, pro dote dictæ Capellaniæ emerat, & illam dum vixerat tenuerat, & post ejus obitum ad præfatum Cardinalem devenerat, & a nonnullis asserebatur, quod de intentione dicti Valentini, quod illam pro dote dictæ Capellaniæ emisset, forsan alias quam per auditum, constare non poterat; & propterea a nonnullis etiam asserebatur, illam tanquam bona Cardinalis, ac Valentini prædictorum, ad Cameram Apostolicam devolutam esse: Nos inter cætera domum prædictam eidem Capellaniæ pro illius dote perpetuo applicavimus, & appropriavimus, ac eidem Vicario per easdem litteras dedimus in mandatis, quatenus dicto Demetrio pro assecutione dictæ domus nomine ejusdem Capellaniæ assisteret, & illam ad jus, proprietatemque dictæ Capellaniæ reduceret. Et quia dilecti filii Præceptor (*d*) & Conventus Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de eadem Urbe Ordinis Sancti Augustini dictam domum detinebant indebite occupatam, seu quominus dictus Demetrius eam nomine dictæ Capellaniæ assequi posset faciebant, & impediebant; idem Demetrius fecit eosdem Præceptorem & Conventum petendo ad executionem dictarum litterarum procedi, seu eosdem Præceptorem & Conventum cogi, & compelli ad dimittendum & relaxandum dictam domum, ut præfertur, pro dote dictæ Capellaniæ, ac permittendum, ipsum Demetrium domum prædictam nomine dictæ Capellaniæ pacifice possidere, coram dicto Vicario commissionis & litterarum earumdem vigore, fecit ad judicium evocari, ipseque Vicarius in causa hujusmodi procedens legitime, diffinitivam, per quam domum prædictam eidem Capellaniæ adjudicavit, & super illa dictis Præceptori & Conventui perpetuum silentium imposuit, sententiam promulgavit; a qua cum pro parte Præceptoris & Conventus prædictorum fuisset ad Sedem Apostolicam appellatum, nos causam appellationis hujusmodi tibi audiendam commisimus, & fine debito terminandam: tuque postmodum dilectos filios Priorem & Conventum Monasterii

Capellania ad Altare S. Nicol.

Ejus dotem distractam instaurandam decreverat Innoc.

Quædam ... mus emta fi... pro ejus do... a Pontif. e... assignata.

Eam ... nebat Hos... S. Spiritu...

Per de... vam sente... adjudicata... rat Capell...

(*a*) De primo hoc Beneficiato Sixtino jam satis multa in superioribus habentur, *pag.* 224. 227. 248. & 261.

(*b*) Nicolaus Episcopus Ceneten. de quo supra *pag.* 250. *not.* b.

(*c*) Antequam Pius V. anno 1569. uni Societati Jesu pœnitentiariam Basilicæ Vatic. tribueret, ut suo loco planum fiet: ejus Collegium constabat sacerdotibus tum secularibus, tum Regularibus cujusvis ordinis, modo ad id muneris apti essent, quod ex allatis diplomatibus satis liquet.

(*d*) Rectorem vidimus appellatum ab Innocentio III. an. 1208. (*to.* 1. *pag.* 89.) postmodo an. 1343. Præceptorem a Clem. VI. (*Ibid. pag.* 331. *& seqq.*) quemadmodum postea semper.

(*a*) Flo-

ſterii Sancti Stephani (*a*) in Cælio Monte etiam de Urbe, dicti Ordinis Sancti Pauli primi Eremitæ per Priorem ſoliti gubernari, prætendentes dictam domum, eo quod ipſe Valentinus dictum Ordinem Sancti Pauli expreſſe profeſſus, Prior dicti Monaſterii fuerat, ad eos pertinere; ad cauſam hujuſmodi pro ſuo intereſſe, vigore ſpecialis commiſſionis, quam a nobis deſuper habuiſti, admiſiſti & alias in cauſa hujuſmodi inter Demetrium nomine dictæ Capellaniæ necnon Præceptorem & Conventum hoſpitalis, ac Priorem & Conventum Monaſterii hujuſmodi ad nonnullos actus, citra tamen concluſionem diceris proceſſiſſe. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, licet quondam Dominicus Blaſi ad dictum Altare perpetuus Capellanus, dum viveret, dictam domum tenuerit, & illam, tanquam ad dictam Capellaniam pertinentem, una cum dicto Valentino locaverit, & propterea eamdem, ſaltem tacite, dictæ Capellaniæ pro ejus dote aſſignatam dici, nec ad alios uſus ſine licentia Romani Pontificis pro tempore exiſtentis reduci potuerit; tamen quia ab aliquibus aſſeritur, prædictam domum non ad Cameram Apoſtolicam præfatam, ſed tanquam ex pecuniis, & induſtria, ac labore officii Pœnitentiariæ per ipſum Valentinum acquiſitam, ad officium, ſive Collegium dilectorum filiorum Pœnitentiariorum in dicta Baſilica pertinere debere, pro parte dicti Demetrii aſſerentis dictos Pœnitentiarios domum prædictam nunquam etiam poſt mortem dicti Valentini, tanquam ad eos pertinentem petiiſſe, aut ſuper illa litem, vel controverſiam moviſſe, ſive aliquid emolumenti, dicto Valentino vivente, aut poſt ejus obitum ex ea percepiſſe, ſed eoſdem Pœnitentiarios in dicta Baſilica reſidentes ſuper hoc capitulariter, ſive collegialiter, de mandato eorum Prioris majoris nuncupati, ibidem etiam præſentis, congregatos ſuum præſtitiſſe aſſenſum, quod dicta domus, quatenus ad eos pertineret, dictæ Capellaniæ applicetur & approprietur: nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut domum prædictam, etiam quatenus ad eoſdem pertinuerit, eidem Capellaniæ pro ejus dote perpetuo applicare, & appropriare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eumdem Demetrium, qui etiam continuus commenſalis noſter exiſtit, a quibuſvis excommunicationis, &c. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ac præmiſſorum, & aliorum forſan exprimendorum tenores, necnon ſtatum cauſæ hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, ac præſentationem conſenſus hujuſmodi admittentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus domum prædictam, etiam ſi forſan propter præmiſſa dici poſſet ad officium Pœnitentiariæ, ſive Collegium Pœnitentiariorum hujuſmodi pertinuiſſe, dictæ Capellaniæ pro ejus dote, ſi, & poſtquam de conſenſu dictorum in præfata Baſilica reſidentium Pœnitentiariorum tibi conſtiterit, auctoritate noſtra perpetuo applices, & appropries, ſuppleaſque omnes & ſingulos defectus tam juris, quam facti etiam formæ ſubſtantialis, ſi qui forſan circa præſtationem conſenſus hujuſmodi intervenerint. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, officiique & Collegii Pœnitentiariorum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac privilegiis cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Monast. S. ...phani Ord. S. ...li primi E... eam do... m sibi vindi.

...e, cur ad ...itentiarios ...mus perti...

... eorum consensu pro Capell. nae dote ...signanda.

Quemadmodum fit auctoritate Apostol.

Quibuscumque contrariis non ob...

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo nonageſimoprimo, ſexto Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno octavo.

Reſti-

(*a*) Florav. Martinellus (*Rom. Sac. pag.* 309.) tradit, hoc Templum rotundum Fauni, ſive Claudii ex Ugonio, a Simplicio Papa dedicatum eſſe, inſtauratum ab Hadriano I. necnon a Nicolao V. ac demum conceſſum Collegio Germanico a Greg. XIII. poſtquam ornatiſſimum reddidit triumpho Martyrum circumquaque pictura Nicolai Circiniani expreſſo. Ad Nicolaum vero quintum quod attinet, ſcitu dignum eſt, quod anno 1454. Calendis Maji Pontifex inde ſuſtulit Collegium Canonico. ſurrogavitque Fratres S. Pauli primi Eremitæ (*ex Regeſt. Epiſtol. de Cur. xxv. pag.* 278. *Arch. Apoſt. Vat.*)

(*a*) In

Restitutiones incertis faciendas, legata incerta &c. per ultimas voluntates dispofita, quæ Eugenius IV. instaurandæ Ecclefiæ, & Monafterio S. Pauli applicaverat; & Sixtus IV. Hofpitalibus S. Spiritus, & Salvatoris ad S. Sanctorum, applicat inftaurationi Bafilicarum S. Joannis Lateran. & Principis Apoftolor.

Ex Regefto 1. de Cur. Innoc. VIII. pag. 253. ap. Archiv. Apoft. Vatic.

AN. CH. 1491. 23. Mart.

INnocentius Epifcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. A fupremo Patre familias in domo Domini, meritis licet infufficientibus, difpenfatores effecti, nonnunquam pias Chriftifidelium voluntates, quæ debitæ executioni demandatæ non funt, in alia pietatis opera commutamus: præfertim dum ex commutationibus hujufmodi Ecclefiarum neceffariæ reparationi, pro decentiori in illis divinorum celebratione providetur. Dudum fiquidem Eugenius Papa Quartus Prædeceffor nofter, ex certis tunc expreffis caufis, inter alia ftatuit & ordinavit, quod omnia, & fingula relicta, & legata in quibufcumque teftamentis, Codicillis, donationibus, caufa mortis, & aliis ultimis voluntatibus, per quofcumque, ubicumque in terris Romanæ Ecclefiæ tunc facta, & impofterum facienda, pro incertis male ablatis, fi perfonæ, vel loca, quibus eorum reftitutio fieri deberet, inveniri nequirent, nec non legata, & relicta fub certis conditionibus, atque modis, diverforumque cafuum eventibus, feu etiam fimpliciter per hæredes fideicommiffarios executores, aut alios fpecialiter deputatos, vel alias juxta juris difpofitionem decretos declaranda, vel ad eorum judicium, feu voluntatem eroganda, diftribuenda, & difpenfanda, ac etiam omnia & fingula legata de quibufcumque bonis, aut rebus, quæ juxta difpofitiones teftamentarias, ac ultimas voluntates, vel alias quomodolibet pauperibus, vel inter pauperes eorum propriis nominibus non expreffis, feu pro animabus Chriftifidelium, qui decefferunt, aut alias quomodocumque legata, vel relicta ipfa incerta forent diftribuenda, vel eroganda fuiffent pro falute animarum eorum, qui legata feu difpofitiones hujufmodi fecerant, pro Fabrica Monafterii Sancti Pauli extra Muros Urbis diftributa relicta legata, & deputata etiam intelligerentur, & in fabricam ipfam per Abbatem, & Conventum dicti Monafterii converti deberent, ad Sedis Apoftolicæ beneplacitum. Et deinde recolendæ memoriæ Sixtus Papa Quartus Prædeceffor nofter, ex certis tunc expreffis caufis beneplacitum hujufmodi revocavit, & legata relicta, & difpofita hujufmodi Sancti Spiritus in Saxia Ordinis Sancti Auguftini, & Imagini Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe hofpitalibus pauperum applicavit, & pro dictis hofpitalibus exigi, & in illorum opportunitatibus converti voluit, & mandavit, primo per quafdam, & deinde per alias fuas litteras illa ad hofpitalia prædicta pro duabus, & ad Monafterium præfatum pro reliqua tertia parte voluit pertinere, & inter ipfa hofpitalia, & Monafterium fic æquis portionibus dividi in futurum, prout in fingulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem ficut evidenter apparet, Ecclefia Lateranen. & Bafilica Principis Apoftolorum de eadem Urbe in fuis ftructuris, & ædificiis magna indigeant reparatione; Nos qui, etfi de cunctis Ecclefiis, quarum nobis cura, divina difponente clementia, generalis incumbit, fedulo cogitare tenemur; de ftatu tamen earumdem Lateranen. Ecclefiæ fponfæ noftræ, & Bafilicæ eo propenfius cogitare debemus, quo illæ ftrictiori Nobis jure adhærent, cupientes, ut ftructuræ & ædificia hujufmodi earumdem Lateranen. Ecclefiæ, & Bafilicæ reparentur & conftruantur, ut decet; Motu proprio, non ad alicujus nobis fuper hoc oblatæ petitionis inftantiam, fed de noftra mera liberalitate, conceffa per eofdem Eugenium, & Sixtum Prædeceffores noftros dictis Monafterio & hofpitalibus litteras prædictas, & in illis contenta auctoritate Apoftolica, præfentium tenore, ad dictæ Sedis beneplacitum fufpendimus, & eifdem Monafterio, & hofpitalibus, fuper contentis in eifdem litteris, durante hujufmodi beneplacito, filentium imponimus, & eorumdem Monafterii, & hofpitalium loco, Lateranen. Ecclefiam & Bafilicam prædictas ad ejufdem fedis beneplacitum hujufmodi fubftituimus, & furrogamus, ac volumus, relicta legata & difpofita hujufmodi in factis, & quæ fieri continget in futurum teftamentis, codicillis, donationibus, & aliis quibuslibet difpofitionibus in eifdem Urbe, Civitatibus, terris, & locis temporali dominio Romanæ Ecclefiæ fubjectis, per generalem Collectorem fructuum, & proventuum Cameræ Apoftolicæ in Romana Curia deputatum, noftrum, & pro tempore exiftentis

Eugenii IV. constitutio fuper iifdem legatis &c.

Favore Ecclefiæ, & Monaft. S. Pauli.

Sixtus revocat Co... tut. favo... Spiritus, ... Sanctor.

Eccl. Lat... Epifcopali... clarantur.

Utram... revocat ... pro Bafilic... teran. &c.

Collectori Cameræ Ap. fide... exactionem ...nium demandat.

tis Romani Pontificis duraturum, colligi, exigi, & in reparatione ſtructurarum, & ædificiciorum Eccleſiæ Lateranen. & Baſilicæ prædictarum converti, eidem Collectori per ſe, vel per alium, ſeu alios illa petendi, & exigendi a quibuſcumque, quos conſtiterit ad ea implendum teneri, & cum eiſdem ad illa implendum obligatis ſuper illo, prout ſibi videbitur, tranſigendi, & componendi, ac ſolventes eidem ab illorum implemento liberandi, & abſolvendi, & generaliter omnia & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, & exequendi plenam & liberam tenore præſentium concedentes facultatem. Volentes inſuper quod obligati ad legata relicta & diſpoſita hujuſmodi implendum, & ſolutionem quam facient eidem Collectori de hiis, quæ tenentur, vel ſic tranſigendo convenerint, eamdem prorſus liberationem conſequantur in utroque foro, perinde ac ſi juramenta eis in teſtamentis, codicillis, donationibus, & aliis ultimis voluntatibus, ac diſpoſitionibus hujuſmodi, juxta teſtantium, codicillantium, donantium, & diſponentium meram ordinationem impleviſſent, quodque animæ, pro quarum ſalute relicta legata, diſpoſita, & ordinata hujuſmodi adimpleri debent, exinde eadem prorſus ſalutis ſuffragia conſequantur, quæ conſequerentur, ſi juxta eorum ordinationem implerentur. Et nihilominus venerabili fratri noſtro Nicolao Archiepiſcopo Arelatenſi in dicta Curia reſidenti per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inſtante Collectore prædicto, ſeu ab eo in hiis pro tempore deputato Syndico & Procuratore, vocatis qui fuerint evocandi, & conſtito ei ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, de relictis legatis, & aliis pie diſpoſitis hujuſuſmodi eos, quos compererit ad hoc teneri, ad impendendum eidem Collectori de huiuſmodi relictis legatis, & diſpoſitis integram ſatisfactionem auctoritate noſtra compellat; Contradictores quoslibet & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris remedia compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio, ac vices ſuas in hiis quoties pro faciliori exactione hujuſmodi ſibi videbitur alii, vel aliis tam in eadem Curia, quam extra illam, ubilibet reſidentibus committendo, ſuper quo ei plenam concedimus earumdem tenore præſentium facultatem. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, quibus cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede prædicta deputati extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerunt, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem Sede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo &c. ſuſpenſionis, impoſitionis, ſubſtitutionis, ſubrogationis, voluntatis, conceſſionis, & mandati infringere &c. Si quis autem &c.

Cavet obligatis ad ſolvendum Legata &c.

Collectori præ... parat ad ...tionem.

Cum plena facultate procedendi in Curia & extra.

Contraria omnia removet.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo, Decimo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

Conſtitutionem Sixti IV. qua tres dignitates Baſilicæ Vaticanæ Decanum, Archidiaconum, & Altariſtam inſtituit an. 1479. inſerit ſuis Apoſtolicis litteris, eamque confirmat.

Ex Autogr. Archivi Baſil. Vat. capſ. 6. faſc. 266. Item lib: B. pag. 130.

...N. CH. 1492. ...1. Maji.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Proviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut jus ſuum cuilibet conſervetur. Hinc eſt; quod nos tenorem quarumdam literarum fel. rec. Sixti Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri in Regiſtro ipſius Prædeceſſoris repertum pro eo quod, ſicut exhibita nobis nuper pro parte Capituli Principis Apoſtolorum de Urbe petitio continebat, ipſum hujuſmodi tenore ex certis cauſis ſe aſſerit indigere; de Regiſtro ipſo de verbo ad verbum transcribi, & ad ipſius Capituli inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt: Sixtus

Capitulum petit Sixtinæ Conſtitut. confirmationem.

Sixtus Episcopus &c. Licet ex debito &c. *ut supra pag.* 206. (*a*) Coeterum ut earumdem literarum tenor prædictus sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, Apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eamdemque vim, eumdemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent Originales literæ supradictæ, & eadem prorsus fides eidem tenori adhibeatur, quandocumque, & ubicumque sive in judicio, vel alibi, ubi fuerit exhibitus, vel ostensus: & eidem stetur firmiter in omnibus, & per omnia, sicut eisdem Originalibus literis staretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus; sed antiquum tantummodo conservari. Nulli ergo &c. nostræ constitutionis & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Pontifex eam confirmat.

Nihil n... addens nihil... detrahens.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Pridie Kal. Junii, Pontificatus nostri anno octavo.

Instaurat, approbat, & confirmat Diplomata Honorii IV. & Cœlectini V. super emtione Soli, & bonorum ad S. Michaelis Eccl. spectantium facta a Card. Latino Malabranca, qui per suum Codicillum hæredem instituit S. Petri Basilicam.

Ex Autogr. Archivi Basil. Vatic. Caps. 57. fasc. 210.

AN. CH. 1492. 16. Jul.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Decet ex benignitate Apostolicæ Sedis provenire, ut Romanus Pontifex Prædecessorum suorum gesta innovet, & innovata restauret, & auctoritate Apostolica fulciat restaurata. Dudum siquidem a felicis recordationis Honorio IV., & Cælestino V. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris litteræ emanarunt tenoris subsequentis. *Honorius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Latino Ostien. Episc.; Salutem, & Apostolicam benedictionem.* Exposuit tua Fraternitas coram nobis &c. (*b*)

Literas Apost. Prædecessor. confirmat.

Cœlestinus, Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Capitulo Basil. Principis Apostolorum de Urbe; Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ex parte vestra &c. (*c*)

Quare pro parte Venerabilis Fratris nostri Hieronymi Episcopi Montis Regalis Nobis fuit humiliter supplicatum, ut litteras ipsas, quæ incipiunt vetustate consumi, approbare, & innovare, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur præfatum Hieronymum Episcopum a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, singulas literas prædictas, & in eis contenta quæcumque auctoritate Apostolica tenore præsentium, ex certa nostra scientia approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, decernentes illa robur obtinere perpetuæ firmitatis. Per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum, siquod sit, tantummodo conservari. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, communitionis, constitutionis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Immo vetustate collabentes instaurat.

Nihil n... iisdem adj... gens.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, Decimo septimo Kal. Augusti. Pontificatus nostri Anno octavo.

Con-

(*a*) In Scholiis ad has litteras Apost. *pag.* 208. Mediæ annatæ, quam unusquisque nostrum solvit Sacristiæ, originem innui, quod factum videram in editis constitutionibus nostræ Basilicæ, ubi de Sacristia res est (*pag.* 61.) Neque enim satis certa res mihi fuit conjectura collegæ ad Constitutionem Eugenii IV. (*pag.* 91. *& seq. not.* d) Nicolaum III. videlicet, ubi sanxit, primo anno dimidiam tantum portionem eorum, quæ dividerentur percipiendam esse: quippe dimidia alia portio haud decernebatur Sacristiæ. Nunc vero pensius re considerata Sixti IV. auctoritatem rejicio: certumque affirmo, quod omnium primus Clemens VII. integram medietatem Distributionum quotidianarum Canonicatuum, Beneficiatuum, & Clericatuum primi anni assignavit Sacristiæ an. 1524. die 21. Febr., ut suo loco edocebimur constitutione ipsa (*Archiv. Basil. caps.* 3. *fasc.* 8.) Quam postmodo Constitutionem confirmavit Pauls III. (*Ibid. caps.* 7. *fasc.* 269. *& lib.* I *pag.* 102.) aliique Successores.

(*b*) Has litteras Apostolicas repeti oportet ex Bullarii nostri *to.* 1. *pag.* 208. Ubi autem *not.* (*e*) de Porticu res est præstabit nostram dissertationem adire (*hujus to. pag.* 51.) namque ostendimus tam porticum, quam porticam accipi consuevisse tum temporis pro tota Civitate Leonina, quæ *Burgus* hodie audit.

(*c*) Item hæ litteræ repetendæ ex Bullarii nostri (*to.* 1. *pag.* 221.)

(*a*) Ad

Confirmat venditionem domus prope S. Michaelem in Burgo factam a Capitulo pro 400. Ducatis Episcopo Montis Regalis.

Ex Autogr. Archivi Basil. Vat. caps. 57. fasc. 210.

[AN. CH. 1492. 6. Jul.]

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Ecclesiarum omnium præsertim Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, quæ ceteris nobis magis peculiaris est, utilitates, & commoda procurare sollicite intendimus, & illa quæ propterea ex commissione nostri facta fuisse comperimus, ut firma perpetuo, & inconcussa permaneant libenter, cum a nobis petitur, Apostolico munimine roboramus. Sane dudum per nos accepto, quod dilecti filii Capitulum dictæ Basilicæ cupientes illius conditionem meliorem facere, quamdam illius domum sitam in Suburbiis Beati Petri prope Ecclesiam Sancti Michaelis a malignis Spiritibus, ut dicebatur, possessam, & propter illorum timorem a nemine inhabitatam jam ter, vel quater incendio absumptam, & ex qua nullam recipiebant utilitatem, Venerabili Fratri nostro Hieronymo (a) Episcopo Montis regalis pro pretio Quadringentorum Ducatorum de Carlenis (b) convertendorum in emptionem alterius rei immobilis ipsi Basilicæ utilioris vendiderant, quodque Hieronymus Episcopus, & Capitulum præfati cupiebant venditionem præfatam, quæ ut afferebant, in evidentem utilitatem dictæ Basilicæ cedebat, per sedem Apostolicam confirmari; Nos tunc Venerabilibus Fratribus nostris Celso Feretran., & Nicolao Agathen. Epis. in Romana Curia residentibus per nostras litteras in forma Brevis dedimus in mandatis, ut de præmissis conjunctim se diligenter informarent, & si per informationem huiusmodi reperirent ita esse, & venditionem præfatam in evidentem ipsius Basilicæ utilitatem cessisse, & cedere; illam, & omnia, & singula in Instrumento desuper confecto contenta præfatam venditionem concernentia auctoritate nostra approbarent, & confirmarent; supplerentque omnes, & singulos defectus tam juris, quam facti, si qui forsan intervenissent in eisdem, prout in litteris prædictis plenius continetur. Et deinde, sicut exhibita Nobis nuper pro parte Hieronymi Episcopi, & Capituli prædictorum petitio continebat, Celsus, & Nicolaus Episcopi præfati ad executionem dictarum litterarum illarum forma servata insimul rite procedentes, quia per legitimam informationem per eos desuper habitam repererunt, venditionem prædictam in evidentem utilitatem dictæ Basilicæ cessisse, & cedere; illam, ac prout eam concernebant omnia, & singula in dicto Instrumento contenta, Apostolica auctoritate approbarunt, & confirmarunt; suppleveruntque omnes, & singulos defectus tam juris, quam facti, si qui forsan intervenissent in eisdem, ipsamque venditionem in evidentem dictæ utilitatem Basilicæ cessisse, & cedere per suam sententiam declararunt, prout in quodam publico Instrumento super approbatione confirmatione, suppletione, & declaratione præfatis confecto, dicitur plenius contineri. Quare pro parte tam Hieronymi Episcopi, quam Capituli prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut approbationi, confirmationi, suppletioni, & declarationi præmissis pro illarum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adjicere, ac alias in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Ecclesiarum omnium, & præsertim dictæ Basilicæ utilitates, & commoda libenter procuramus Hieronymum Episcopum, & Capitulum præfatos, ac eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati approbationem, confirmationem, suppletionem, & declarationem prædictas, ac prout illas concernunt omnia, & singula in instrumento desuper confecto prædicto contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplemusque omnes, & singulos defectus tam juris, quam

[Domus in ... malignis ...ibus obno... ...uris Capi-]

[... propter ...a ab eod. ...lo.]

Apost. auctor. venditio ejusm. approbatur.

Ipse Pontifex eam confirmat.

(a) Ad hujus Pontificis literas 8. Aug. 1488. adnotavimus, Hieron. Calagranum electum fuisse Episcopum an. 1490. &c. vide *pag.* 258. *not.* b.

(b) Tam de Florenis, quam de Ducatis diximus satis multa ad Pii II. literas an. 1462. *pag.* 170. *not.* b. Carleni autem non sunt Neapolit. tantum moneta, ut Du-Cangius putat: Romæ enim fuisse obvios testatur Burchardus ap. Raynaldum an. 1484. *n.* 56. & 58. *Accepit de gremio Domini Falconis de Sinibaldis Protonotarii, Thesaurarii sui, tres pugillatas Carlenorum.* &c. De Innoc. VIII. loquitur.

(a) Ale-

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

quam facti, siqui forsan intervenerint in eisdem. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitaté alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, communitionis, & suppletionis infringere &c. Si quis autem &c.

Datnm Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, decimo septimo Kal. Augusti Pontificatus nostri Anno octavo.

Venditionem, ac permutationem cujusdam domus sitæ in Burgo S. Petri cum alia in ea parte Regionis pontis quam *Panico* vulgo dicimus, ratam habet, atque confirmat.

Ex Autogr. Archivi Basil. Vatic. caps. 57. fasc, 210.

AN. CH. 1492. 16. Jul.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Etsi ad cunctarum Orbis Ecclesiarum utilitates, & commoda procuranda, pastoralis sollicitudinis solertiam adhibere teneamur; ad Basilicam tamen Principis Apostolorum de Urbe oculos nostræ meditationis eo sedulius convertere, ejusque commoda diligentius procurare nos convenit, quo illa ceteris præstantior Nobisque magis conjuncta fore conspicitur, ac nos apud illam Sedis Apostolicæ Ministerium frequentius exercemus. Sane pro parte Venerabilis Fratris nostri Hieronymi Episcopi Montis Regalis, ac dilectorum Filiorum Capituli dictæ Basilicæ nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum alias Venerabilis frater noster Andreas Episcopus Tirasonen. quamdam domum tunc expressam ad dictam Basilicam legitime pertinentem cum Turri, Orto, puteo, ac Stabulo, aliisque juribus, & pertinentiis suis universis a Capitulo præfatis in locationem, seu Emphiteosim sub annuo Censu trium ducatorum eidem Basilicæ persolvendo pro se, & una alia persona per eum nominanda ad eorum vitam dumtaxat habuisset, ipse Andreas Episcopus domum cum turri, orto, puteo, & aliis supradictis præfato Hieronymo Episcopo tunc Subdiacono, & Cubiculario nostro pro certo tunc expresso pretio vendidit. Et deinde Capitulum præfati domum ipsam cum turri, orto, & aliis supradictis eidem Hieronymo Episcopo pro se, & una alia persona per eum nominanda dumtaxat in locationem, seu emphiteosim hujusmodi sub annuo censu quatuor florenorum similium, ac cum pacto, & obligatione de exponendo certam tunc expressam pecuniarum summam in reparatione dictæ domus pro evidenti utilitate dictæ Basilicæ concesserunt; ipseque Hieronymus concessionis hujusmodi vigore domum cum Turri, orto, & aliis supradictis assecutus, illam ex tunc tenuit, & possedit, prout tenet, & possidet de præsenti, Censum Quatuor florenorum hujusmodi eidem Basilicæ annis singulis persolvendo. Postmodum vero Canonicis dictæ Basilicæ capitulariter ut est moris congregatis, & de negotiis ipsius Basilicæ tractantibus pro parte ipsius Hieronymi Episcopi exposito, quod ipse desiderabat domum prædictam ab hujusmodi Censu pro aliquo convenienti pretio liberare, & in proprietatem, & dominium habere intendebat, ac ibidem pro Urbis ornamento Palatium suis propriis sumptibus, & expensis construere, & ædificare præfati Capitulum post varia tractatus, & colloquia inter se super præmissis habita, & matura deliberatione subsecuta, considerantes, quod dicta Basilica ex eadem domo modicam percipiebat utilitatem, domum ipsam per Architectores, & Magistros ipsius artis peritos, assistentibus eis dictæ Basilicæ Camerariis, domum ipsam visitari, examinari, & appretiari fecerunt, & tandem considerantes, quod domus ipsa palatio Apostolico multum propinqua erat, & quod frequenter contingebat domos dictæ Basilicæ eidem Palatio propinquas per consanguineos, & familiares Romanorum Pontificum pro tempore existentium occupari cum nulla, vel modica ipsius Basilicæ utilitate, quodque utilius erat eidem Basilicæ similes domos vendere, nam ex illarum pecuniis alia possessiones, & bona stabilia emi poterant, ex quibus certa, & continua utilitas eidem Basilicæ provenire poterat, factaque ipsis tandem per ipsos Camerarios, & Architectores relatione, quod si dicta domus pro trecentis ducatis liberaretur a solutione dicti Census quatuor florenorum, in evidentem utilitatem dictæ Basilicæ cederet, præfati Capitulum præmissis omnibus diligenter attentis, & consideratis, volentes ipsius Basilicæ utilitati consulere, Censum prædictum

Basilica Vaticana præ ceteris ad functiones Papales adhibita.

Conductor domus Capituli eam vendit: & Capitulum emptori locat.

Postmo[...] de eadem [...] denda delib[...]

Causæ probabiles ducuntur.

, Venditionis ...tium 300. ...ca i.

ctum quatuor florenorum pro dicta Summa trecentorum ducatorum extinxerunt, & ab illius solutione præfatam domum penitus liberarunt, ipsamque domum cum Turri, Orto, & aliis supradictis cum beneplacito tamen Sedis Apostolicæ eidem Hieronymo Episcopo pro se, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum pro dicto pretio trecentorum ducatorum vendiderunt, quod quidem pretium idem Hieronymus ipsis Capitulo realiter, & cum effectu solvit, & assignavit, & successive cum dictus Hieronymus quamdam aliam domum in Urbe sitam in Regione Pontis in loco, qui dicitur *Lo panico*, ex qua quadraginta ducati annui fictus haberi poterant, emisset, & præfati Capitulum obtulissent eidem Hieronymo pro eadem domo tres domunculas ruinosas, ubi Macellum fiebat ad eamdem Basilicam pertinentes, & ex quibus Basilica ipsa parvam percipiebat utilitatem, maxime quia domunculæ ipsæ terrinosæ, & ruinosæ, ac aliquibus personis in emphiteosim concessæ erant, & magna reparatione indigebant, si dicti Capitulum eas ab eisdem personis recuperare vellent, præfati Capitulum habita per eos super hoc diligenti informatione, & comperto, quod si dicta domus per eumdem Hieronymum ultimo empta libera, & absque onere alicujus Census eidem Basilicæ concederetur, ac dicti trecenti ducati eidem Hieronymo restituerentur, dictæque domunculæ liberæ ipsi Hieronymo cum onere, quod præfatis personis illas obtinentibus satisfacere deberet ex causa permutationis, assignarentur, id in evidentem dictæ Basilicæ utilitatem cederet, domum, & domunculas prædictas invicem permutarunt, ipsique Capitulum eosdem trecentos ducatos dicto Hieronymo restituerunt, & cum de juribus dictæ permutationis ab aliquibus hæsitaretur: Nos venerabilibus fratribus nostris Celso Feretran., & Nicolao Agathen. Episcopis in Romana Curia residentibus commisimus, ut se de præmissis diligenter informarent, & si per informationem hujusmodi reperirent dictam permutationem in evidentem utilitatem dictæ Basilicæ cedere, illam auctoritate Apostolica approbarent, & confirmarent, cum suppletione defectuum, si qui forsan intervenissent in eisdem. Et deinde Celsus, & Nicolaus Episcopi præfati ad executionem commissionis per nos eis factæ hujusmodi rite procedentes, quia per debitam, informationem per eos super hoc habitam repererunt permutationem prædictam in evidentem utilitatem dictæ Basilicæ cedere, illam dicta Apostolica auctoritate approbarunt, & confirmarunt, suppleruntque omnes, & singulos defectus, si qui forsan

...m pretium ... tribus do...culis per...atur cum a...pcliori, & ...ori.

Permutatio ...rit. Apost. ...rmatur.

intervenissent in eisdem, prout in diversis publicis instrumentis super præmissis confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Hieronymi Episcopi, & Capituli prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut venditioni, concessioni, & permutationi præfatis pro earum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adjicere, ac alias in præmissis opportune providere de benitnitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui Ecclesiarum omnium, & præsertim dictæ Basilicæ utilitates, & commoda libenter procuramus, Hieronymum ipsum, & singulos ex Capitulo hujusmodi a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, nec non omnium, & singulorum instrumentorum super præmissis confectorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati venditiones, concessiones, assignationes, permutationem, approbationem, & confirmationem prædictas, ac prout illas concernunt omnia, & singula in dictis instrumentis contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & cofirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplemusque omnes, & singulos defectus tam juris, quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus nostris Arelaten., & Ragusin. Archiepiscopis, ac Episcopo Volaterran. per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, aut alios præsentes litteras, ac omnia, & singula in eis contenta ubi, & quando expedierit, aut quoties pro parte Hieronymi Episcopi, & Capituli prædictorum fuerint super hoc requisiti solemniter publicantes faciant illa auctoritate nostra ab omnibus firmiter observari. Et nihilominus eisdem Hieronymo Episcopo, & Capitulo in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant venditiones, concessiones, assignationes, permutationem, approbationem, & confirmationem prædictas, ac præsentes nostras litteras inviolabiliter observari, non permittentes, eos contra illarum tenorem per quoscumque quomodolibet molestari; Contradictores quoslibet, & rebelles cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam, & alia juris remedia appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutio-

Omnia a Pontifice ipso roborantur.

Apostolicar. Litterar. firma observantia committitur.

tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim a prædicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, & mandati infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, Decimo septimo Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno octavo.

ALEXANDER VI.

Post Innocentium VIII. Rodericus Borgia Callisti III. ex sorore nepos, die 11. Augusti 1492. a Cardinalibus Summus Ecclesiæ Pontifex renunciatur (a) sumto nomine Alexandri VI. ejusdemque mensis die vigesima sexta coronatur in Basilica Sancti Petri (b). Tandem sive veneno, sive naturali morbo sublatus (c) occubuit 18. Augusti 1503. exactis in Pontificatu annis undecim, ac diebus octo.

Cappellaniam ad Altare Mortuorum in Basilica Vaticana institutam, & ab Innocentio VIII. Mario de Nigris collatam, eidem Mario vindicat Pontifex Alexander; quamvis, Prædecessore vita functo, literæ Apostolicæ expeditæ non fuerint.

E Tabular. Apostol. Vatican. in Regest. XLVII. Bullar. Alexand. VI. pag. 59.

AN. CH. 1492. 26. August.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Mario de Nigris perpetuo Capellano ad Altare mortuorum situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe (d); Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Rationi congruit, & convenit honestati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu literæ Apostolicæ desuper confectæ non fuerint, suum consequantur effectum. Dudum siquidem felicis recordationis Innocentius Papa octavus Prædecessor noster omnia beneficia ecclesiastica apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & inantea vacatura, collationi & dispositioni suæ reservaverat, decernens ex tunc irritum & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Et deinde cum perpetua Capellania ad Altare mortuorum situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, in cujus fundatione inter alia caveri dicitur expresse, quod illam pro tempore obtinens, ter saltem in hebdomada Missam celebrare teneatur per seipsum vel per alium, & interesse horis canonicis in *Cappella Mortuorum ra.*

(a) Alexandrum VI. iniquis pactionibus nonnullorum Cardinalium suffragia sibi comparasse, ut ad summum ecclesiæ regimen perveniret, concors Historicorum sententia est. Habitus tamen fuit ut verus ac legitimus ecclesiæ Pontifex, eumque ne dum subjecti populi, sed exteræ quoque nationes, ipsique Reges coluere. Quapropter quæ de Benedicti IX. electione Baronius affirmat, huc facile transferri possunt; quandoquidem utriusque Pontificis fere gemina fuit electio; utraque nimirum malis artibus, ac nefario quæstu extorta. Et hîc tamen Divinæ Providentiæ arcana consilia licet contemplari. Quotquot enim aut spe illecti, aut auro corrupti, suffragia in Rodericum contulere, hi *omnium primi*, ut Volaterranus animadvertit lib. XXII. *ingratum eum sensere, ac omnes sub eo postea varia calamitate sunt pressi, partim exilio, partim carcere mulctati.*

(b) Ita Stephanus Infissura probatæ fidei Scriptor in Diario MS. apud Archivum Apostolicum Vaticanum num. III. *XXVI. Augusti coronatus fuit Alexander VI. in S. Petro.*

(c) Quo mortis genere Alexander fuerit extinctus, haud satis compertum. Alii venenato vino, quod Cardinalis Valentinus in aliorum exitium paraverat, atque ex pocillatoris errore cum ipsimet Valentino, tum Alexandro Pontifici fuerat propinatum, sublatum affirmant. Alii naturali morbo, ac vi febris necatum credunt. Monet tamen Raynaldus *ad an.* 1503. *num.* II. ne Historicis qui venenum obtrudunt, facile assentiamur; multa enim ab invidis calumniatoribus in Alexandrum conficta sunt, ac in vulgus jactata. Raphael Volaterranus cit. lib. XXII. rem hanc fatetur incertam, inquiens: *Causam in cœnam venenatam incerto authore vulgo constans opinio jactat.* Contra vero e MSS. Diariis memoratus Raynaldus probat Alexandrum ingravescente in dies febri, quæ ex periodica in hemitritæam evasit, septimo ab infirmitate die omnibus Ecclesiæ Sacramentis munitum occubuisse.

(d) Hoc Altare inter Ravennianam & Argenteam Portam positum fuisse præmonuimus *pag.* 215. *not. b.* sequuti Alpharanum *cap.* 4. *num.* 48. Addit tamen hic Autor: *Nostris vero temporibus in præstantiorem formam restitutum* (fortasse ab inclyta Ursinorum familia, cujus insignia eidem Altari erant superposita, eodem Alpharano teste) *in honorem SS. Philippi & Jacobi Apostolorum, & S. Hieronymi est consecratum.*

(a) Hu-

in eadem, prout in dicta fundatione plenius continetur (*a*), per liberam resignationem dilecti filii Angeli de Nigris nuper ad dictum Altare perpetui Capellani, de illa, quam tunc obtinebat, in manibus ejusdem Prædecessoris sponte factam, & per eumdem Prædecessorem admissam, apud Sedem eamdem vacavisset, & tunc vacaret, nullusque de illa præter eumdem Prædecessorem ea vice disponere potuisset sive posset, reservatione & decreto obsistentibus supradictis; idem Prædecessor tibi, qui familiaris suus continuus commensalis, & ut asserebas, in vigesimoquarto tuæ ætatis anno constitutus existebas apud eum, ob grata familiaritatis obsequia, quæ eidem Prædecessori eatenus impenderas, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistebas, necnon vitæ, ac morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari perceperat, multipliciter commendato, horum obsequiorum & meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volens, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existebas, ad infrascriptorum dumtaxat consequendum effectum, absolvens, & absolutum fore censens, Capellaniam prædictam, quæ sine cura est, & cujus fructus redditus & proventus sexaginta Florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut etiam asserebas, non excedebant, sive præmisso sive alio quovis modo, aut ex alterius cujusque persona, seu per similem resignationem dicti Angeli, vel cujusvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, vacaret, etiam si tanto tempore vacavisset, quod ejus collatio, juxta Lateranen. statuta Concilii, ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque Capellania dispositioni Apostolicæ specialiter, vel ex eo quod, ut a nonnullis asserebatur, dictus Angelus olim illam obtinens, familiaris continuus commensalis dicti Innocentii Prædecessoris extiterat, aut alias generaliter reservata extiterat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum idem Prædecessor haberi voluit pro expresso penderet indecisa, dummodo ejus dispositio ad eumdem Prædecessorem ea vice pertineret, sub datum videlicet Sextodecimo Kalendas Augusti Pontificatus sui Anno octavo, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis Apostolica Tibi auctoritate contulit, & de illa etiam providit, decernens, prout erat, irritum & inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter antentatum forsan erat hactenus, vel imposterum contingeret attentari; Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri, & aliis apostolicis Constitutionibus, nec non statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque & Indultis apostolicis Populo Romano concessis, quibus inter alia cavetur expresse, quod Beneficia dictæ Urbis pro tempore vacantia, nullis nisi Romanis Civibus & eorum filiis conferri valerent, & alias de illis factæ provisiones nullius essent roboris vel momenti, quodque Tu ex Civitate Sutrin. dictæ Urbi propinqua oriundus existis, & juxta fundationem prædictam qualificatus non existebas, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi speciales, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in dicta Urbe generales dictæ Sedis, aut Legatorum ejus Litteras impetrassent, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus idem Innocentius Prædecessor Te in assecutione dictæ Capellaniæ voluit anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem esset Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non possint, quodque de hujusmodi vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis, ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeret provideri per litte-

A M[illegible]rio de [illegible]gris [illegible]-

Capellaniæ [illegible]itus.

Ejusdem collatio.

Clausulæ derogatoriæ.

(*a*) Hujusce fundationis Instrumentum supra innuimus *pag.* 215. *not.* *c.* Servatur autem in Archivo nostro Capitulari *Caps.* 25. *Fascic.* 108., cujus summam hic dabimus. Petrus de Benevento Basilicæ Vaticanæ Canonicus an. 1430. Capellam ad Altare mortuorum instituit, & congrua statuta dote, decrevit, ut Capellanus ter in hebdomada Missam in eo celebraret, Horis Canonicis interesset, Beneficiatorum gestaret habitum, ac in Choro, ultimo post eosdem Beneficiatos sederet loco. Verbo, quæ communia erant Beneficiatis onera, in Capellanum transtulit. Jussu tamen Gregorii XIII. an. 1581. hujusce Capellaniæ reditus Sacrario Basilicæ Vaticanæ fuere attributi, ea lege, ut Missarum onera ex fundatione præscripta, in posterum impleantur. Ex memorata Capellani institutione illud licet colligere, Bullas nimirum Pontificum, quæ Capellanos aliquando nominant, hosce Capellanos innuere, quibus multa erant communia cum Beneficiatis & Clericis Basilicæ Vaticanæ: quo in sensu explicari possunt Verba Eugenianæ Constitutionis superius relata *pag.* 91. quibus cavetur ne Canonici, Beneficiati, Clerici, & Capellani absque decenti habitu Basilicam S. Petri ingrediantur, inflicto in contumaces anathemate.

litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existeret, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeret quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque tenore habenda esset in eisdem litteris mentio specialis. Aut si præsens non fores ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam ipsam accederes, corporaliter illud præstares. Ne autem de absolutione, voluntate, concessione, & decreto Innocentii Prædecessoris hujusmodi, pro eo quod super illis ejusdem Innocentii Prædecessoris litteræ, superveniente ejus obitu, confectæ non fuerint, valeat quomodolibet hæsitari, Tuque illarum frustreris effectu, volumus, & auctoritate præfata decernimus, quod absolutio, voluntas, concessio, & decretum Innocentii Prædecessoris hujusmodi, perinde a dicta die Sextodecimo Kalendas Augusti suum sortiantur effectum, ac si super illis ejusdem Innocentii Prædecessoris litteræ sub ipsius diei Data confectæ fuissent, prout superius enarratur; quodque præsentes litteræ ad plene probandum absolutionem, voluntatem, concessionem, & decretum prædicta ubique sufficiant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Innoc. VIII. literæ probantur & confirmantur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, Septimo Kalendas Septembris (a), Pontificatus nostri Anno Primo.

E bonis quæ Ludovicus Interamnensis Episcopus testamento legaverat, ut ad Altare in Capella B. Mariæ de Febribus certa Missarum onera quotannis persolverentur, Capellaniam sub invocatione S. Ludovici erigi mandat, ac in ea Stephanum Coppi Capellanum instituit.

Ex Regest. VI. Bullar. Alexandri VI. pag. 31. terg. apud Tabular. Apostolic. Vatican.

AN. CH. 1493. 16. *Aprilis.*

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei venerabilibus fratribus Joanni Antonio Alexandrin. & Egerdo Glesvvicen. Episcopis, ac dilecto filio Felino de Sandeis Archipresbytero Ecclesiæ Pisan. in Romana Curia residentibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Apostolicæ Sedis providentia circumspecta ad ea libenter intendit, per quæ piæ testantium voluntates executioni valeant demandari, ac animarum eorumdem saluti consuli possit, ad illos quoque dexteram suæ liberalitatis extendit, quos ad id propria virtutum merita multipliciter recommendant. Exhibita siquidem Nobis pro parte dilecti filii Stephani Coppi de Sanctogeminiano Clerici Ulteran. Dioecesis petitio continebat, quod olim bonæ Memoriæ Ludovicus Episcopus Interamnen. dum in humanis ageret, condens de bonis suis in ultima voluntate testamentum, sibi in Capella beatæ Mariæ de Febribus in latere Capellæ Canonicorum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe sita, Sepulturam elegit (b), ac inter alia pia per eum facta legata, Centum Ducatos auri pro constructione cujusdam Altaris in eadem, & pro ornamentis dicti Altaris legavit, & voluit nonnulla ex bonis suis pro celebratione nonnullarum Missarum ad dictum Altare devenire, quodque nonnulla bona etiam per eum dilecto filio Vincentio Dominici Clerico Nepoti suo legata, si eum absque heredibus legitimis decedere contingeret, eidem Altari remanerent; & quod dictus Vincentius per tres annos tunc immediate sequentes, in dicto Altari singulis hebdomadis unam, & deinde illis elapsis, duas usque ad novem annos inclusive, & illis transactis, singulis hebdomadis tres Missas in dicto Altari celebrari facere teneretur; & voluit Juspatronatus ad eum quamdiu viveret, & eo vita functo, ad præfatum Vincen-

Pia Ludov. Interamnen. Episcopi dispositio.

(a) Si ea quæ sub ipsum Bullæ exordium adnotavimus, huc revocentur, patet hanc Constitutionem ipso Coronationis die ab Alexandro VI. fuisse promulgatam.

(b) De hoc Interamnensium episcopo sic Ughellus: *Romæ decessit an. 1472. sepultusque est in Sacrario apud S. Petrum. Ibi humo affixus magnus spectatur lapis cum ejusdem effigie, subjectoque epitaphio: Ludovicus Januensis Episcopus Interamnensis obdormivit in Domino an. 1472. die 7. Februarii.* Sacrarium nempe, quod cum Ughelli ætate, tum nostro ævo adhuc superest in Basilica Vaticana, fuit olim celeberrimum S. Mariæ de Febribus Oratorium, de quo nostri Scriptores passim, ac præ ceteris Tiberius Alpharanus, cujus verba infra subjiciam.

(a) Quo-

centium pertinere, & durante tempore quo ipse Vincentius ad Ordinem Sacerdotalem suscipiendum, si illum suscipere vellet, habilis, & idoneus non foret, quondam Dominicum Blasii, qui pro Clerico se gerebat, tunc in humanis agentem, inibi Capellanum esse, & illi deservire, donec præfatus Vincentius eidem Altari vellet, & posset deservire, ipseque Vincentius eidem Dominico pro condecente mercede servitii dicti Altaris providere deberet, quod dum ipse Dominicus supervixit, factum fuit; & si alter eorum decederet, quoad supervivens esset Patronus dicti Altaris, & illi deserviret, fructus exinde provenientes perciperet, prout in quodam Instrumento publico desuper confecto dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, licet prædictum Altare per jam defunctos executores dicti Testamenti constructum fuerit (a), nulla tamen perpetua Capellania in titulum perpetui Beneficii ecclesiastici ad illud erecta extiterit, & post obitum dicti Dominici præfatus Vincentius aliquod præmissorum quovis modo adimplere non curaverit, nec Missæ prædictæ fuerint celebratæ, prout etiam nec celebrantur; & si una perpetua Capellania ad Altare prædictum sub invocatione Sancti Ludovici Confessoris erigeretur, ex hoc profecto divini cultus augmento, & animarum saluti consuleretur; pro parte dicti Stephani asserentis se dilecti filii Magistri Pauli de Cortesiis litterarum Apostolicarum Scriptoris familiaris nostri familiarem continuum commensalem fore, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut ad dictum Altare unam perpetuam Capellaniam sub invocatione Sancti Ludovici hujusmodi erigere, ac omnia bona per dictum Ludovicum Episcopum pro illius dote, & ornamentis prædictis relicta, seu etiam per obitum ejus nomine dicti Altaris per dilectos filios executores dicti Testamenti empta, & acquisita, pro illius dote perpetuo applicare, appropriare, & assignare, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui animarum saluti libenter consulimus, & in quorum manibus dilectus Filius Demetrius Guasellus Presbyter Lucan. Diœcesis, cui alias felicis recordationis Innocentius Papa Octavus Prædecessor noster sub datum videlicet Pridie Nonas Martii Pontificatus sui Anno Sexto, de Capellania erigenda hujusmodi concessit provideri, concessioni gratiæ hujusmodi, litteris apostolicis super ea non confectis, hodie sponte, & libere cessit, quique cessionem ipsam duximus admittendam, de prædictis certam notiam non habentes, ac volentes præfato Stephano apud Nos de vitæ, ac morum honestate, aliisque probitatis & virtutum meritis multipliciter commendato, horum intuitu gratiam facere specialem, ipsumque Stephanum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac omnia & singula Beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, quæ dictus Stephanus etiam ex quibusvis dispensationibus apostolicis obtinet & expectat; ac in quibus, & ad quæ jus sibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, redditiuum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus Vos, vel duo aut unus vestrum, si & postquam vocatis dicto Vincentio, & aliis qui fuerint evocandi, Vobis de præmissis legitime constiterit, unam perpetuam Capellaniam ad Altare hujusmodi sub dicta invocatione, sine alicujus præjudicio, auctoritate nostra erigatis, ac omnia bona per dictum Ludovicum Episcopum ad præmissa relicta, seu post ejus obitum per dictos executores nomine dicti Altaris empta & acquisita, eidem Capellaniæ sic tunc erectæ pro ejus dote perpetuo applicetis & approprietis, dictorumque bonorum occupatores seu detentores ad illa relaxandum per cen-

Missarum [...]a negligun-

Pontifex Capellaniam institui decernit.

(a) Quoniam ex Alpharani Tabula compertum est, Oratorium B. Mariæ de Febribus sacellis septem totidemque Altaribus fuisse instructum, illud hic inquirendum, quo potissimum in loco Altare illud, de quo Bulla loquitur, fuerit erectum. Præstat eumdem Alpharanum audire, qui *cap.* 13. *num.* 167. ita loquitur: *In primis a dextra parte hujus Sacelli, per quod est ingressus ad hoc Templum, sequitur aliud Sacellum cum Altari, quod inter occidentem & meridiem est situm, cui consecratum, ignotum; in cujus pavimento sub marmoreis lapidibus multa nobilium corpora requiescunt, inter quæ Odonis Januensis, Episcopi Interamnensis Sixto IV. Pontifice Maximo defuncti.* Sacellum igitur ab Alpharano definitum, ac in tabula sub *num.* 167. indicatum, ipsissimus est locus in quo Ludovicus Interamnensis Episcopus, quem Alpharanus *Odonem* perperam nominat, sepulturam sibi elegit. Quo semel posito, jam patet in hoc eodem Sacello Altare juxta supremas Ludovici tabulas fuisse extructum, ac in eo Capellaniam ex Alexandri VI. Decreto fuisse institutam. Fatetur quidem memoratus Alpharanus se nescire cui nam Altare illud dicatum fuerit, monumentorum nempe copia destitutus. Id vero nobis affirmare licet ex Diplomatibus, quæ ex Archivo Vaticano nuper eruta sunt. Nostra ætate S. Ludovici Aræ alia S. Clementis Papæ & Martyris fuit supposita, & jam tum ab anno 1725. Sacellum novo opere novisque picturis ab equite Petro Leone Ghezio pennicillo expressis, quibus varia S. Pontificis gesta repræsentantur, ornatum fuit.

(a) Julius

censuras ecclesiasticas, & alia juris remedia opportuna cogatis & compellatis. Et nihilominus, si erectionem, applicationem, & appropriationem prædictas per Vos vigore præsentium fieri contigerit, ut præfertur, Capellaniam prædictam, cujus fructus, redditus, & proventus vigintiquatuor Florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut idem Stephanus etiam asserit, non excedunt, ab ejus primæva erectione hujusmodi tunc vacante, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis præfato Stephano dicta auctoritate conferre & assignare curetis, inducentes per Vos vel alium seu alios eumdem Stephanum vel Procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem Capellaniæ sic tunc erectæ, juriumque, & pertinentiarum prædictorum, & defendentes inductum, ac facientes Stephanum, vel pro eo Procuratorem prædictum ad Capellaniam sic tunc erectam hujusmodi, ut est moris, admitti, sibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi, Contradictores per similem censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus; nec non voluntate Ludovici Episcopi hujusmodi, cui specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si dilectis filiis Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si dictus Stephanus præsens non fuerit ad præstandum de observandis statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia sua per Procuratorem idoneum, & cum ad ipsam Basilicam accesserit, corporaliter illud præstet. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super hiis à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ac Stephano Coppi conferri mandat.

Opposita e medio tollit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, Sextodecimo Kalendas Maji, Pontificatus nostri Anno Primo.

Julium de Columna, quem Vaticanæ Basilicæ Canonicum elegerat, ab Annatæ solutione liberat.

Ex Regest. 1 diverf. Cameral. pag. 147. in Archiv. Apost. Vatican.

ALEXANDER PAPA VI.

AN. CH. 1493. Mens. Septemb.

Motu proprio &c. Vobis dilectis filiis Thesaurario nostro, Præsidentibus Cameræ Apostolicæ, ac ejusdem Clericis, & Mensario mandamus, quatenus quasdam nostras litteras super Canonicatu, & Præbenda Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, in favorem Julii de Columna (*a*), dilecti filii nostri Joannis Sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconi Cardinalis Nepotis (*b*), absque aliqua solutione annatæ, quam eidem de speciali gratia condonamus, relaxetis, & eidem Julio consignetis, seu relaxari ac consignari mandetis, & faciatis. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Placet, & ita motu proprio mandamus.

Alphon-

(*a*) Julius Columna, teste Grimaldo *in serie Canonicor. pag.* 43. Canonicatus possessionem adiit mense Januario sequentis anni 1494. Cur vero post literarum Apostolicarum expeditionem ac traditionem tamdiu expectaverit, nondum mihi perspectum.

(*b*) Tanta amoris significatio qua Alexander Pontifex Joannem de Columna Romanum Domicellum, Antonii Principis Salerni filium, ac Prosperi Columnæ Cardinalis nepotem prosequitur, mihi haud levi indicio est, ut conjiciam Joannem Cardinalem, hoc quo versamur tempore, nondum a Pontificis gratia excidisse. Posteriori itaque ætate Pontifici invisus, ab eo Cardinalatu ac reditibus exutus, in Siciliam profugit, unde nonnisi post Alexandri obitum (quamvis, eodem Alexandro superstite, Cardinalitiæ dignitati fuerit restitutus) Romam reversus est, ubi an. 1508. e vita migravit.

(*c*) De Annatis agam infra, ubi Motus proprius Julii II. qui hanc ipsam materiam attingit, explicandus occurret.

(*a*) Casti-

Alphonsus Borgia perpetuum Beneficium, quod una cum Canonicatu obtinebat in Basilica Vaticana, cum aliis Beneficiis quæ a Ludovico de Lagarra possidebantur, Pontifice annuente commutat.

Ex Regesto XXXIII. pag. 56. in Archiv. Apostol. Vatican.

CH. 97. ebruar.

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Ludovico de Lagarra Presbytero perpetuo Beneficiato in Basilica Principis Apostolorum de Urbe (*a*) familiari nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem. Apostolicæ Sedis circumspecta benignitas desideria justa petentium congruo favore prosequitur, & votis eorum quæ a rationis tramite non discordant, libenter se propitiam exhibet & benignam. Cum itaque hodie Tu unum sub sanctorum Annæ, & Calisti, ac aliud sub sanctorum Alphonsi & Augustini in Capella Calisti Papæ nuncupata, sita in Ecclesia beatæ Mariæ de Xatina, nec non, quod de Jure patronatus laicorum existit, reliquum sub Sancti Jacobi invocationibus ad Altare majus Parochialis Ecclesiæ de Gomolia Valentin. Diœcesis, quæ etiam ex dispensatione apostolica, & dilectus filius Alphonsus de Borgia (*b*) Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe quoddam aliud Beneficiatum nuncupatum in dicta Basilica, quod cum Canonicatu & præbenda dictæ Basilicæ ex simili dispensatione ad quatuor menses dumtaxat, infra illos adhuc constitutus (*c*), perpetua simplicia Beneficia ecclesiastica tunc obtinebatis, desiderantes illa, ut asserebatis, ex certis rationabilibus causis invicem permutare in manibus nostris, ex causa permutationis hujusmodi sponte resignaveritis, Nosque resignationes ipsas ex eadem causa duxerimus admittendas; Nos votis tuis in hac parte favorabiliter annuentes, Teque, qui etiam continuus commensalis noster existis, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac omnia & singula Beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, quæ etiam ex quibusvis dispensationibus apostolicis obtines & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus Tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, redditunm, & proventuum veros valores annuos, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, Beneficium, Beneficiatum nuncupatum prædictum, cujus fructus, redditus, & proventus vigintiquatuor librarum Turonensium parvorum (*d*), secundum communem extimationem, valorem annuum ut asseritur non excedunt, per resignationem Alphonsi hujusmodi vacans, etiamsi dispositioni apostolicæ specialiter, vel alias etiam ex eo quod dictus Alphonsus familiaris continuus commensalis noster existit, generaliter reservatum existat, cum omnibus juribus & pertinentiis suis apostolica Tibi auctoritate conferimus, & de illo etiam providemus; decernentes, prout est, irritum & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Quocirca venerabilibus Fratribus nostris Caputaquen. Mutinen., & Pennen. Episcopis per apostolica

vicus de a trium ior. pos-

Alphonsus Basilicæ æCano- & Benefi-

Alphonsi Beneficium Ludovico confertur.

(*a*) Castigandus igitur Jacobus Grimaldus, qui in serie Beneficiatorum Basilicæ Vaticanæ alium nomine ac cognomine dissimilem nobis exhibet hisce verbis *pag.* 350. *D. Thomas Calderius de mense Martii* 1497. *accepit possessionem Beneficiatus vacan. per cessionem Alphonsi Borgiæ.*

(*b*) Hunc Alphonsum Alexandro VI. aliquo saltem affinitatis vinculo junctum fuisse, nedum probat cognominis similitudo, sed etiam effusa nimium Pontificis in suos beneficentia, ut illos qua posset arte ac studio attolleret, atque ex Ecclesiæ reditibus locupletaret. En in uno Alphonso (pessimo sane exemplo) Canonicatum ac Beneficium Basilicæ Sancti Petri una sociatum.

(*c*) Grimaldus, de quo supra, censet Alphonsum Borgiam an. 1495. Beneficii, quod postea dimisit, possessionem adiisse; anno vero 1497. mense Januario inter Canonicos fuisse relatum. Repugnat tamen præsens Alexandri Constitutio, quæ Beneficium Alphonso ad menses quatuor collatum fuisse aperte docet, idemque Beneficium, quadrimestri spatio nondum elapso, fuisse resignatum, ut permutationi locus esset. Inverso igitur ordine Grimaldus rem enarrat. Fortasse anno 1495. Alphonsus Borgia Canonicatum nactus est; Beneficium vero anno 1497. ineunte, a Pontifice accepit, & statuto mensium quatuor intervallo nondum exacto, illud dimisit.

(*d*) Quum primum a Civitate Avenionensi Pontifices Romam reversi sunt, Turonensium parvorum moneta in usu esse cepit, teste Gomesio *ad Regul. de Valor. in Proœm.* Quanti vero ea in Urbe valuerit, definire non ausim. Illud pro certo habendum est, libram Turonensium parvorum, quæ duodecim Turonensibus constabat, valorem floreni aurei æquiparasse, ut legimus in Extravag. *Vas electionis* § *Porro de Censibus.* Igitur si libræ Turonensium, ac floreni idem valor ac pretium; si duodecim Turonenses libram constituunt; si floreni aurei valor summam conficit Juliorum septemdecim cum dimidio, ut *pag.* 170. *not.* b. superius demonstratur, jam liquet unum Turonensem obolis (*Bajocchi*) quatuordecim cum dimidio fere respondisse. Hæc tamen nonnisi conjectando dicta velim. Illud vero animadversione dignum hic addam, nimirum ex allato textu in Extravaganti *Vas electionis*, conflatam fuisse regulam XXV. Cancellariæ, quæ sic habet: *Item declaravit idem Dominus noster, quod libra Turonesium parvorum, & Florenus auri de Camera, pro æquali valore in concernentibus literas, & Cameram Apostolicam, computari, & æstimari debeant.* Sed hac de re iterum in Julii II. Diplomatibus.

lica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios, Te vel Procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem Beneficii Beneficiatus nuncupati, juriumque & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet detentore, facientes Te vel dictum Procuratorem pro Te ad Beneficium Beneficiatum nuncupatum hujusmodi, ut est moris, admitti, Tibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi; Contradictores auctoritate nostra præfata, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque & indultis ac litteris apostolicis, dilectis filiis Populo Romano per felicis recordationis Sixtum Papam Quartum concessis, & per Innocentium Octavum Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam per Nos confirmatis, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod de Beneficiis ecclesiasticis in eadem Urbe consistentibus pro tempore vacantibus, nullis nisi Clericis civibus Romanis, aut Civium Romanorum filiis (*a*) etiam per Sedem prædictam provideri possit, & quod provisiones de illis, aliis ac aliter pro tempore factæ, nullius sint roboris vel momenti, quibus omnibus, etiamsi de eis eorumque totis tenoribus pro eorum sufficienti derogatione specialis, specifica, individua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in dicta Urbe, speciales vel generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, re-

Contraria quæcumque removentur.

servationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum; quibus omnibus Te in assecutione dicti Beneficii Beneficiatus nuncupati volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes. Nostræ tamen intentionis existit quod ex collatione nostra hujusmodi nullum Tibi jus in Beneficio Beneficiato nuncupato, nisi dictus Alphonsus in illo, & Tu in Sanctorum Annæ, & Calisti, ac Sanctorum Alphonsi, & Augustini, nec non Sancti Jacobi Beneficiis prædictis per Vos taliter resignatis, jus habueritis tempore resignationum earumdem. Nulli ergo &c.

Condi... Pontifice a... sita.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto (*b*), Quinto Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Angelo

(*a*) Hasce Prædecessorum Sanctiones favore Populi Romani editas confirmavit Leo Papa X. celebertima Constitutione sub Datum XIV. Kal. Aprilis 1513. Quocirca in Dataria Apostolica ea jamdiu obtinuit, atque etiamnum obtinet lex, ut exteris nulla concedantur Beneficia in Urbe Roma possidenda, nisi Pontificia accesserit Dispensatio.

(*b*) Nisi annum intelligas 1497:, annus quintus Pontificatus Alexandri nunquam verificabitur. Quod igitur Superioribus Pontificibus, etiam Alexandro VI. solemne fuit, ut annorum primordia ab Incarnatione metirentur.

Angelo de Busolis, quem Basilicæ Vaticanæ Canonicatum designat, Præbendam primo vacaturam confert, ceteris omnibus, quibus Expectativæ pridem concessæ fuerant, omnino posthabitis.

Ex Regesto XXXIX: Bullar Alexand. VI. pag. 6. apud Archiv. Apostolic. Vatican.

CH. 97. ugust.

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei; dilecto filio Angelo de Busolis Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe (*a*), salutem & Apostolicam benedictionem.

eli de atas.

Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est quod nos tibi, qui, ut accepimus, in vigesimo tuæ ætatis anno constitutus existis, præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere, & præsentes, ac si sub Datum Kalendas Martii Pontificatus nostri Anno Quarto concessæ forent, litteras valere volentes, Teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, Motu proprio, non ad tuam vel alterius pro Te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, Canonicatum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, in qua nonnullæ Sacerdotales, Diaconales, & Subdiaconales, & aliæ Præbendæ fore noscuntur, cum plenitudine juris Canonici, apostolica auctoritate conferimus, & de illo etiam providemus. Præbendam vero etiam ex Sacerdotalibus Præbendis Basilicæ hujusmodi, si qua vacat ad præsens (*b*), aut cum etiam in aliquo ex Mensibus, in quibus de Beneficiis ecclesiasticis vacantibus in eis, disponendi Ordinariis collatoribus per quamdam Constitutionem nostram, seu Alternativas, vel alias litteras, seu privilegia vel indulta apostolica, aut alias qunmodocumque esset concessa facultas & potestas attributa, vacaverit, quam

Canoni- igitur, ac nua pri- catura il- rtitur.

Tu per Te vel Procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium, postquam Tibi, vel eidem Procuratori vacatio illius innotuerit, duxeris acceptandam, conferendam Tibi post acceptationem hujusmodi cum omnibus juribus, & pertinentiis suis dispositioni apostolicæ reservamus, districtius inhibentes dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo dictæ Basilicæ, ac illi vel illis ad quem vel ad quos Præbendarum inibi collatio, provisio, præsentatio, seu quævis alia dispositio communiter vel divisim pertinet, ne de Præbenda etiam sacerdotali hujusmodi, nisi postquam eis constiterit quod Tu vel Procurator prædictus illam nolueritis acceptare, disponere, & se intromittere quoquo modo præsumant; ac decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super hiis à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus Fratribus nostris Nolan. & Cathacen. ac Aquinaten. Episcopis per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra Te vel Procuratorem tuum pro Te in dicta Basilica ex nunc in Canonicum recipi & in fratrem, stallo Tibi in Choro, & loco in Capitulo ipsius Basilicæ cum dicti juris plenitudine assignatis. Præbendam vero etiam ex sacerdotalibus hujusmodi, cum vacaverit, ut præfertur, post acceptationem prædictam cum omnibus juribus, & pertinentiis supradictis Tibi dicta auctoritate nostra conferant & assignent, inducentes Te vel Procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem Præbendæ etiam ex majoribus hujusmodi, & defendentes inductum, ac facientes tibi de Canonicatus collati & Præbendæ reservatæ hujusmodi fructibus, redditibus, proventibus, juribus &

Literarum Apostolic. exequutio.

(*a*) In serie Canonicorum, quam nobis exhibet Jacobus Grimaldus, hujusce Canonici nomen nullibi occurrit. Id vero nobis indicio est ut conjiciamus, Angelum de Busolis ad optatam Canonicatus Præbendam, sive ad Canonicatus fructus percipiendos, numquam pervenisse. Tum maxime, quod, ut e sequenti Diplomate patebit, Pontifex Alexander, Angelo posthabito, Marcellum ejus germanum fratrem Canonicum reipsa instituerit.

(*b*) Illud hîc notatu dignum, Præbendam & Canonicatum late secerni; quippe Pontifex Angelum de Busolis actu creat Canonicum; Præbendam vero primo vacaturam illi confert. Quapropter fateri necesse est Canonicatum jus quoddam esse ad Præbendam lucrandam; Præbendam vero ipsos esse fructus qui a Canonico percipiuntur, qui idcirco accessionem quamdam superaddunt titulo Canonicatus, ut rite animadvertit Hieron. Gonzalez ad Reg. VIII. Cancellar. §. 1. *Glossæ V. num. 4.* hisce verbis: *Aliquando & secundo sumitur* (Præbenda) *pro Patrimonio & redditibus ipsius Beneficii, & tunc dicitur accessio titulo Canoniæ, & quædam adnexio rei spirituali, titulum & Canoniam sequens.* Nimirum quo tempore vigebant Expectativæ, hæc in Beneficiis dispensandis obtinuit œconomia, ut titulus a fructibus divisus conferretur; fructus vero accederent, quumprimum Expectativa plenum consequeretur effectum.

(*a*) Hic

& obventionibus universis integre responderi; Contradictores auctoritate nostra præfata per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus

Clausulæ derogatoriæ.

constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac de certo Canonicorum numero, & aliis dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, necnon privilegiis & indultis Apostolicis etiam venerabili Fratri nostro Baptistæ Episcopo Tusculan. (*a*) qui Archipresbyteratum dictæ Basilicæ ex concessione & dispensatione apostolica in commendam obtinere dignoscitur, tam per Nos, quam felicis recordationis Paulum Secundum, Sixtum Quartum, & Inocentium Octavum Romanos Pontifices Prædecessores nostros, seu Sedem apostolicam forsan concessis hactenus, etiam si in illis caveatur expresse, quod dictus Baptista Episcopus de quibusvis Canonicatibus & Præbendis, ac aliis Beneficiis dictæ Basilicæ ad ejus collatinnem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam similem vel dissimilem dispositionem ratione Archipresbyteratus præfati, etiam in quibusvis mensibus pro tempore vacantibus, ipse solus libere absque alicujus alterius requisitione, & assensu seu consensu disponere possit (*b*); & quod provisiones & collationes de illis aliter etiam per Sedem prædictam pro tempore factæ, nullius sint roboris vel momenti; quodque illis nisi de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu consistorialiter habito, ac sub certis inibi expressis modis & formis ac verborum expressionibus nullatenus derogari possit, & si derogetur, non censeatur propterea derogatum, quibus omnibus, & singulis, illorum omnium & singulorum tenores & formas, etiamsi de illis specialis, specifica, individua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio præsentibus habenda foret, tenores hujusmodi pro eorum sufficienti derogatione eisdem præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, motu & auctoritate præfatis specialiter, & expresse derogamus (*c*), contrariis quibuscumque. Aut si aliqui apostolica præfata, vel alia quavis auctoritate in dicta Basilica in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus &

Expecta… priorem co… suspensum.

Præbendis dictæ Basilicæ speciales, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in eadem Urbe generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus supradictos Canonicatus & Præbendas dictæ Basilicæ expectantibus, cujuscumque dignitatis, status, gradus, Ordinis, nobilitatis, excellentiæ, & præeminentiæ existentibus, & quavis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia majori dignitate & auctoritate fulgentibus, etiamsi aliqui in certis aliis nostris litteris quoad quasdam antelationum prærogativas per Nos eis concessas, in assecutione Canonicatuum, Præbendarum, aliorumque Beneficiorum ecclesiasticorum, quæ vigore gratiarum Expectivarum per Nos eis hactenus concessarum & imposterum concedendarum (*d*), duxerint acceptanda, descripti aut describendi, vel alii familiares nostri continui commensales seu Referendarii, vel alii præfati domestici causarum Palatii seu Cameræ Apostolicæ generales Auditores, Notarii nostri, etiam de participantibus nuncupati, Cameræ præfatæ Clerici, litterarum Apostolicarum etiam de majori præsidentia Abbreviatores, vel scriptores, aut alii Romanæ Curiæ Officiales, etiamsi Officia in eadem actu exercentes, aut alii qualitercumque qualificati, ac in Canonicos dictæ Basilicæ creati vel recepti, ac in data priores &

(*a*) Hic est Baptista Zeno Basilicæ nostræ Archipresbyter, de quo supra *pag.* 196. *not. d.* nonnulla adnotantur.

(*b*) Consulenda in hanc rem Innocentii VIII. Constitutio *pag.* 232.

(*c*) Ne Romani Pontifices omnium omnino Beneficiorum collationem sub Expectivis reservarent (quod locorum Ordinariis grave fuisset) Regulam de *Mensibus & Alternativa* statuerunt, caveruntque ne ad Beneficia, quæ Ordinariorum juri subjecta erant, manus extenderent. Ampliori tamen Privilegio (Privilegio, ut ajunt, personali) ex Romanorum Pontificum concessione fruebatur Baptista Zeno Basilicæ Vaticanæ Archipresbyter, cui Beneficiorum collatio, citra ullum mensium discrimen, concessa fuerat. Hinc oportuit ut Alexander VI. huic Indulto, quod Prædecessores concesserant, ac ipse confirmaverat, conceptis verbis hac vice derogaret.

(*d*) Expectativæ, ut ipsa vis nominis innuit, Mandata quædam erant, sive Reservationes, quibus Romani Pontifices utebantur, ut ecclesiastica Beneficia primo vacatura alicui conferrent. Quisquis enim ejusmodi privilegio donabatur, Beneficii vacationem avidus expectabat. Earum originem Canonistæ communi suffragio repetunt ab Alexandro III. Successu temporis Expectativarum usus frequentior obtinuit. Hinc in Basileensi Concilio multa ad ejusmodi gratias abrogandas sancita sunt, quæ tamen non ubique recepta, præsertim in Romana Curia. Vel ipsa Pauli II. ætate hac de re in Consistorio coram Pontifice pluribus actum. Quumque variæ ac dissimiles essent Cardinalium sententiæ, Joannes Carvial Portuensis Episcopus, referente Raynaldo *ad an.* 1464. *num.* 67. pro Expectativis pugnavit, inquiens: *Diu laborasse Sedem Romanam, antequam posset assequi, ut paterentur Ordinarii gratias in suis diœcesibus dari, & negligendam ideo prærogativam non esse, tam multis acquisitam molestiis; ubi enim per unum tantum Pontificem desitæ essent dari, futurum, ut dari amplius non possent sine scandalo; differendum tamen menses aliquot, donec novi Pontificatus nuntii ad nationes & Principes pervenissent.* Atque in hanc quidem Episcopi Portuensis sententiam major Cardinalium pars facile descendit. Hinc nil mirum si vel ipsa Alexandri VI. ætate frequentior de Expectativis occurrat mentio. Huic tamen consuetudini finem tandem imposuit Synodus Tridentina sess. 24. cap. 19.

(*a*) Hoc

& processibus diligentiores fuerunt, Te in Præbendæ etiam ex Sacerdotalibus hujusmodi assecutione penitus & omnino volumus anteferri; sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Canonicatuum, & Præbendarum vel Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Aut si Episcopo Tusculan. & pro tempore existenti Archipresbytero dictæ Basilicæ ac Capitulo præfatis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de Canonicatibus & Præbendis dictæ Basilicæ, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad dictam Basilicam accesseris corporaliter illud præstes. Aut quod ad obtinendum Sacerdotalem Præbendam hujusmodi, ætatis præmissæ defectum pateris in anno prædicto constitutus, ut præfertur; seu si hodie pro alio vel aliis super æquali vel æqualibus gratia seu gratiis in dicta Basilica litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim tam præsentes, quam, sine earum præjudicio, illas effectum sortiri volumus, quacumque constitutione apostolica contraria non obstante, ac tecum Præbendam ex sacerdotalibus hujusmodi, si Tibi vigore præsentium conferatur, recipere, & retinere libere & licite valeas, defectu prædicto ac Constitutionibus & Ordinationibus apostolicis, statutis quoque & consuetudinibus supradictis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica prædicta tenore præsentium de specialis dono gratiæ, motu simili dispensamus, Tibique pariter indulgemus. Proviso quod Præbenda hujusmodi debitis propterea non fraudetur obsequiis, sed ejus congrue supportentur onera consueta. Nulli ergo &c.

Impedimentum ex defectu ætatis non obstat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Kalendis Augusti, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Sacrum Jubilæi annum indicit; ceteras vero Plenarias Indulgentias, ac facultates sive ad absolvendum, sive ad dispensandum pridem concessas, suspensas declarat.

Ex Diariis Jo. Burchardi apud Archivum Apostol. Vatic.

[A]N. CH. 1498. [...] Aprilis.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Consueverunt Romani Pontifices Prædecessores nostri, appropinquante Anno Jubilæi, ut Christifideles Indulgentias dicto anno concessas ulterius valeant promereri, ac ad id promptius pro salute animarum inducantur, per suspensionem gratiarum præcedentium, sive alias, prout utilius fore conspiciunt, opportunæ provisionis remedia adhibere. Sane cum Annus Jubilæi, remissionis, & gaudii, qui quolibet anno centesimo ab illius primæva ordinatione per fel. rec. Bonifatium VIII. institutus, & deinde Clementem VI. ad quinquagesimum, ac postremo ad vigesimum quintum annos per piæ mem. Paulum II. Romanos Pontifices Prædecessores nostros propter humanæ vitæ brevitatem reductus fuit, prout in diversis eorundem Prædecessorum litteris desuper confectis plenius continetur, anno a Nativitate Domini 1500. proxime futuro debeat celebrari, sitque vere ille annus centesimus, qui ab ipsa primæva ordinatione fuit institutus, & in quo omnes quibuscumque etiam gravissimis delictis obnoxii, vere pœnitentes & confessi, visitando Basilicas, & Ecclesias Almæ Urbis, & extra eam ad id deputatas, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam consequuntur, & propterea a cunctis Christifidelibus per amplius & cum majori frequentia non immerito celebrandus & honorandus; Cupiamusque toto cordis affectu animas lucrifacere Creatori, dictumque Annum Jubilæi ab ipsis Fidelibus cum omni debita & singulari devotione frequentari, ac fideles ipsos ad dictam Urbem pro reverentia Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Principum, qui eam Martyrio suo consecrarunt, ac Indul-

[A]nni Jubilæi [inst]itutio, & [...]a circa tem[poris] œconomia.

Proximum Jubilæi annum indicit.

gentiis dicti Jubilæi consequendis undecumque personaliter accedere, ac ad id se jam præparare; Nos, qui licet immeriti, vices Christi tenemus in terris, & facultatum, & concessionum hactenus a Nobis & dictis Prædecessoribus nostris concessarum multitudinem approbamus, & innovamus, Christifideles in hoc tam Sancto opere reddantur tardiores, eorumdem Prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, habita super hoc cum venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de Fratrum eorumdem consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine, prædictas, ac alias plenissimam Anni Jubilæi Indulgentiam hujusmodi concernentes, a Sede apostolica concessas litteras, quarum tenores ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis & insertis, approbantes & innovantes, omnes, & singulas alias Indulgentias plenarias, ac commutandi vota, aut super eis, & male ablatis incertis, aut per usurariam pravitatem, vel alium illicitum modum extortis, dispensandi & componendi, aut illas sub certis modo & forma remittendi, ac deputandi & eligendi Confessores etiam in forma Beatissime Pater, cum potestate absolvendi in casibus Nobis & eidem Sedi reservatis facultates & concessiones a Nobis & eadem Sede vel illius auctoritate quibuscumque Ecclesiis, Monasteriis, Domibus, Hospitalibus, & aliis Religiosis etiam militiarum quarumcumque, & piis locis etiam Hospitali nostro Sancti Spiritus in Saxia de Urbe ordinis S. Augustini, illorumque membris, universitatibus quoque, Collegiis, Confraternitatibus, & singularibus personis, etiam cujuscumque dignitatis, status, gradus, conditionis, ac quacumque Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, excellentia, & auctoritate, tam in perpetuum quam ad tempus, in vita, vel mortis articulo, quovis modo, & ex quavis causa vel ratione, etiam quantumcumque grandi & excogitabili, etiam in subsidium defensionis Fidei contra perfidos Turcas, ac alios Orthodoxæ Fidei hostes concessas, & litteras desuper confectas ac sæpius approbatas, quascumque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias, fortiores, efficaciores, & insolitas, ac tales quod illis nullatenus etiam quacumque causa, vel ratione etiam simili defensionis Fidei derogari possit, nec illæ suspendi valeant, in se contineant, auctoritate Apostolica tenore præsentium, de consilio, ac potestatis plenitudine similibus, usque ad dictum annum quinquagesimum finitum proxime futurum duntaxat omnino suspendimus, & suspensas esse, illasque nemini dicto tempore volumus suffragari; districtius prohibentes, Indulgentias & facultates ac concessiones hujusmodi in locis publicis, vel privatis dicto tempore prædicari vel publicari, & earum prætextu a quæstoribus eleemosinarum aliquid postulari, ac Confessores quoscumque per locorum Ordinarios a præmissis faciendis volumus, & mandamus præsentium auctoritare coherceri. Decernentes suspensionem prædictam post octavam Festi Resurrectionis ejusdem Domini nostri Jesu Christi proxime venturi (a) suum deberi sortiri effectum. Præparent ergo omnes corda sua Domino, & mores in melius commutare conentur, a malefactis abstineant, satisfaciant Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis Spiritum, per contriti cordis Sacrificium, cooperantibus eleemosinis, & peregrinationibus, ut adveniente dicto Anno Jubilæi, Sanctorum Templa visitantes, quorum millia fere innumera una cum ipsis gloriosissimis Apostolis PETRO & PAULO in dicta Urbe requiescunt, qui mortem Christi nomine perpessi, ejus conspectui semper assistunt, intercessores habere mereantur. Ut autem præsentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, faciemus illas in Valvis Basilicarum ejusdem Principis Apostolorum, & Sancti Johannis Lateranensis de dicta Urbe affigi, ut ii, quos litteræ hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut illas ignoraverint, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare; cum non sit verisimile quod ad ipsos remaneret incognitum quod tam patenter fuit publicatum. Mandantes etiam Venerabilibus Fratribus nostris universis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordi-

Plenarias Indulgentias suspendit, nulla excepta.

Diuturni Indulgentiarum suspensio.

(a) Hoc anno Pascha Resurrectionis incidit in diem 15. Aprilis, ut ex Burchardi Diariis, quæ in Archivo Apostolico servantur, compertum est. Quocirca dies 12. Aprilis qua præsens Bulla conscribitur, in feriam v. Cœnæ Domini rejiciatur oportet. Sed audiendus Burchardus ad an. 1498. *Die 12. Aprilis feria V. Majoris Hebdomadæ Reverendissimus Dominus Cardinalis Ulixbonen. celebravit Missam solemnem in Capella Majori prædicta, Papa præsente, Cæremoniis consuetis; qua finita, Papa portavit Sacramentum de Capella Majori ad minorem processionaliter more solito. Inde processionaliter venit ad locum publicæ benedictionis, ubi, dimisso pluviali albo, accepit rubrum preciosum, & Cardinales fecerunt ei reverentiam consuetam. Conversus deinde ad populum D. Bonifacius de Castroterio Apostolicus Subdiaconus legit Bullam suspensionis omnium Indulgentiarum plenariarum usque post futurum annum Jubilæi.* Quibus verbis patet diuturnius fuisse tempius, nimirum annorum duorum cum dimidio, quo plenaria Indulgentia nullibi extra Urbem Romam lucrari poterat. Ita vero Alexander Pontifex decrevit, ut fideles Indulgentiarum beneficio tamdiu destituti, Romam frequentiores accederent. Præter quam quod diuturnior Indulgentiarum suspensio minorem fidelibus creabat molestiam, quum plenariæ Indulgentiæ rariores essent, quam quæ posterioribus seculis invaluerunt.

(a) Addo

Ordinariis, ut ipſi per ſe vel alium ſeu alios, poſtquam earundem præſentium notitiam quomodolibet habuerint, aliquibus diebus Dominicis, vel feſtivis in Eccleſiis ſuis, dum major inibi populi multitudo ad Divina convenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſtifidelium mentes deducant, nuncient, & declarent. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1498. Pridie Idus Aprilis Pontificatus noſtri anno VI.

Capellam ad Altare SS. Andreæ Apoſtoli, ac Gregorii Papæ I., quod Pius II. inſtauraverat, & Franciſcus Cardinalis Piccolomineus dotaverat, inſtituit, certis ſtatutis oneribus quotannis a Capellano perſolvendis, ac Jurepatronatus favore familiæ Piccolomineorum de Aragonia reſervato.

Ex veter. MSS. in Archiv. Baſilic. Vatican. Capſ. 25. Faſc. 107.

AN. CH. 1498. 2. Iunii.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ex injuncto Nobis deſuper, quamquam inſufficientibus meritis, Apoſtolicæ Servitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quæ noſtræ operationis miniſterio in Eccleſiis quibuslibet, præſertim Patriarchalibus, beneficiorum Eccleſiaſticorum numerus valeat adaugeri, ac Divinus cultus cum illorum decore ac venuſtate continuum ſuſcipiat incrementum; & ut feliciter ſubſequatur, opem & operam impendimus efficaces, ac alias diſponimus & ordinamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Exponi ſiquidem fecit Nobis dilectus Filius noſter Franciſcus Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis (*a*), quod alias felicis recordationis Pius Papa Secundus Prædeceſſor noſter in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe unum Altare ſub invocatione Sanctorum Andreæ Apoſtoli, & Gregorii P.P. in eorum honorem conſtruxit & ædificavit, ſeu conſtrui & ædificari, ac in illius Urna cineres dicti Andreæ Apoſtoli * recondi fecit, illudque ornavit, ac Caput ipſius Andreæ Apoſtoli ex Peloponneſo in Urbe delatum, in theca argenta lapidibus precioſis ornata, ciborio marmoreo inibi conſtructo, honorifice collocavit (*b*). Et deinde dictus Franciſcus Cardinalis, ejuſdem Pii Prædeceſſoris Nepos, Sepulcrum marmoreum inibi extrui, & Cadaver, ſeu oſſa dicti Pii Prædeceſſoris, ex Ancona etiam in Urbem delata, in dicto Sepulcro, ſeu Sacello ſepeliri fecit, ac pro ipſius Altaris dote, & ſuſtentatione unius Capellani, per ipſum Franciſcum Cardinalem, & dilectos Filios Jacobum, & Andream de Piccolominibus de Aragonia Laicos, ejuſdem Franciſci Cardinalis germanos Fratres, ac ipſorum fratrum, & cujuſque ipſorum filios, Nepotes, & deſcendentes utriuſque Sexus, in perpetuum eligendi, & deputandi, qui inibi Miſſas, & alia Divina officia, ſecundum ordinationem per Franciſcum Cardinalem & Fratres prædictos deſuper faciendam, nondum tamen factam, celebrare perpetuo teneretur, quandam ipſius Franciſci Cardinalis domum in Urbe in regione Pontis prope Eccleſiam S. Blaſii della Pagnotta conſiſtentem, ex qua ſingulis annis quadraginta Ducati de Carlenis, ad rationem decem Carlenorum pro quolibet Ducato (*c*) percipi hactenus conſueverunt, & plures ob nonnullas meliorationes inibi factas percipi poſſe, veriſimiliter ſperandum eſt, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis donavit, & aſſignavit, prout in Inſtrumento publico deſuper confecto dicitur plenius contineri; ac nuper pro dicti Altaris ornamento, reparatione, & reſtauratione, magnam pecuniarum ſummam expoſuit. Verum ſi ad dictum Altare una perpetua Capellania pro uno perpetuo Capellano, qui inibi in divinis deſervire deberet, erigeretur & inſtitueretur, ac illi ſic erectæ pro ejus dote domus prædicta aſſignaretur & applicaretur, profecto divinus cultus in eadem Baſilica, cum illius decore & venuſtate, ac animarum ſalute ſuſciperet incrementum; quare pro parte dicti Franciſci Cardinalis Nobis fuit humiliter

…tare SS. Andreæ Apoſtoli, … Gregorii M… … Pio II. inſtauratur.

…l. Gregorii …æ.

A Cardinali Piccolomineo dos conſtituitur pro Capellania erigenda.

(*a*) Franciſcus inquam Piccolomineus, de quo conſulas quæ *pag* 165. *not.* b. ſuperius adnotantur.

(*b*) Lubet hic exſcribere quæ Tiberius Alpharanus in hanc rem memoriæ prodidit ſub *num.* 85. *Ante ſepulchrum Pii II.*, inquit, *in medio poſterioris minoris navis ad meridiem adhuc ſupereſt nobiliſſimum Altare S. Gregorii Papæ Magni, hujus nominis primi, & Eccleſiæ Doctoris, a Gregorio IV. ſumma cum veneratione extructum, ſub quo ejuſdem Pontificis Venerabile Corpus in conca Ægyptiaca cancellis ferreis circumſepta poſuit, totumque Oratorium exornavit &c. Tandem hoc Oratorium & Altare Pius II. marmoribus elegantiſſimis exornavit, & deſuper Altare marmoreum, deauratamque Cameram ſuper quatuor Columnas extruxit, in qua venerabile beati Andreæ Apoſtoli Caput argento, auro, gemmiſque ornatum ſolemni Proceſſione, totaque Curia, Romanoque Clero comitante, Dominica tertia Junii* (1462.) *ſummo cum honore collocavit.*

(*c*) Ducatus Carlenorum, Juliorum ſeptem cum dimidio, ſive 75. obolorum (vulgo bajocchi) valorem exæquat. Conſule quæ in Bulla ſub dat. XVI. Kal. Novemb. 1499. fuſiori calamo infra adnotantur.

Supplicatio Pontifici porrecta.

liter supplicatum, ut ad dictum Altare unam perpetuam Capellaniam pro uno perpetuo Capellano, qui inibi Missas, & alia divina officia celebrare debeat, erigere, & instituere, ac illi sic erectæ & institutæ, pro ejus dote domum prædictam applicare, & assignare, ac Jus patronatus, & præsentandi personam idoneam ad dictam Capellam, quoties illam pro tempore vacare contigerit, dilectis filiis Capitulo dictæ Basilicæ, per eosdem Capitulum in perpetuum Capellanum ad dictum Altare, ad præsentationem hujusmodi, instituendam, Francisco Cardinali, & Fratribus prædictis, ac ipsorum Fratrum, & cujusque eorum filiis, nepotibus, & descendentibus utriusque sexus præfatis, in stirpes, & non in capita, ita quod Masculi, & eorum descendentes etiam masculi, feminis, & eorum descendentibus omnino præferantur, in perpetuum reservare, & concedere, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui Ecclesiarum omnium decorem, & venustatem, ac divini cultus augumentum, & animarum salutem, nostris potissimum temporibus, supremis desideramus affectibus, hujusmodi supplicationibus inclinati, ad dictum Altare unam perpetuam Capellaniam pro uno perpetuo Capellano, qui inibi missas, & alia divina officia celebrare debeat, sine alicujus præjudicio, authoritate Apostolica, tenore præsentium erigimus, & instituimus, ac illi sic erectæ, pro ejus dote domum eamdem perpetuo applicamus & assignamus, ac Jus patronatus, & præsentandi personam idoneam ad dictam Capellaniam, quoties illam pro tempore vacare contigerit, Capitulo præfatis, per eosdem Capitulum in perpetuum Capellanum ad dictum Altare ad præsentationem hujusmodi instituendam, Francisco, & Fratribus prædictis, ac ipsorum Fratrum, & cujuscumque eorum nepotibus, & descendentibus utriusque sexus præfatis, in stirpes, & non in capita, ita quod masculi, & eorum descendentes etiam masculi, feminis, & eorum descendentibus omnino præferantur, in perpetuum concedimus, & reservamus; ita quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus ad dictam Capellaniam præsentari possit, nisi in Sacerdotio constitutus existat, & præsentationes aliter factæ nullæ sint; illamque pro tempore obtinens, ad dictum Altare qualibet die Dominica, & infra primam, secunda, quarta, quinta, & sexta, ac secundam hebdomadis tertia, & quinta feria, & Sabbato, & alternatim singulis hebdomadis, ac in singulis Domini Nostri Jesu Christi, & Beatæ Mariæ Virginis, ac Sanctorum Apostolorum, necnon Evangelistarum, & dicti Gregorii Papæ, ac S. Joannis Baptistæ, & S. Laurentii festivitatibus, ac omnium Sanctorum celebritatibus Missam, & in die Commemorationis Defunctorum unum officium, in quo sex Ducatos similes in cera & missis, una videlicet canendo, & aliis legendo, exponere debeat, (a) pro Pii prædecessoris, & Francisci Cardinalis prædictorum, & parentum suorum animarum salute celebrare teneatur: & quatenus die feriata, unius Grossi Florentini, & singulis Dominicis, vel aliis festivis diebus, Missam unius Carleni Papalis, (b) ac qualibet die Commemorationis Defunctorum hujusmodi, qua Officium pro Defunctis, cum impensa sex Ducatorum similium, impedimento cessante legitimo, non celebraverit, decem Ducatorum similium pœnam, quæ pro una Sacristis dictæ Basilicæ pro tempore existentibus, & alia medietatibus præfatis Capitulo applicetur, eo ipso incurrat, & ad ipsos Capitulum & Sacristas punctatio, ac dictæ pœnæ exactio pertineat. Si vero per annum, impedimento prædicto cessante, Missas, & officium, cum impensa sex Ducatorum hujusmodi celebrare neglexerit, Capellania prædicta ipso facto privatus existat, & ad illam tamquam per privationem hujusmodi vacantem, alia persona idonea per Patronos prædictos præsentari, & ad præsentationem eandem in perpetuum Capellanum ad dictum Altare institui libere, & licite valeat, præfata authoritate statuimus, & ordinamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscum-

Capellaniam erigit.

Onera Missarum enumerat.

Graviores Capellanum curiosum pœn[...]

(a) Multa quidem ac graviora videntur hæc onera, si cum exiguis Capellaniæ reditibus, qui Scutorum triginta summam non excedunt (tanti quippe valent quadraginta Ducati de Carlenis, ut suo loco monstrabimus) conferantur. Duo tamen sunt, quæ reponam. Alterum est, nummos olim pluris fuisse habitos, quam hodie habeantur: Alterum vero, ejusmodi Capellæ aliam dotem fuisse attributam, antequam Cardinalis Piccolomineus novo censu illam ditaret. Patet id ex Jacobo Grimaldo, qui *pag.* 38. ita loquitur: *Hoc Altare Antonius Laziosus nobilis Forolivienses Canonicus Altarista an.* 1484. *pro uno perpetuo Capellano inibi Missam celebraturo dotavit. Deinde Franciscus Piccolomineus Cardinalis Senensis, Pii II. nepos, qui & ipse Pius III. dictus est, Sacellum novo fornice, parastatis, nobilique marmoreo sepulcro pro Avunculo erecto ornavit, & dote nova aucta, dotavit.*

(a) Grossus Florentinus, tantidem, ni fallor, valebat, quanti hodie valet, obolis nimirum quinque. Papalis enim grossi pretium longe majus fuit, ex prænotatis *pag.* 170. *not.* b. De Carleno Papali infra recurret sermo. Interim nemo miretur si legat stipendium pro Missarum celebratione adeo exiguum fuisse, ut, vel obolorum quinque, vel septem itidem obolorum cum dimidio summam non excederet. Nummi namque, ut præmonui, majori erant in pretio; nec idem mercium erat olim valor, qui insequentibus annis obtinuit.

(a) Adde

cumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, applicationis, aſſignationis, conceſſionis, reſervationis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo, Tertiodecimo Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Marcello de Cancellariis confert Canonicatum & Præbendam Baſilicæ Vaticanæ, vacantem per obitum Joannis Baptiſtæ de Urſinis; domumque Canonicalem, qua Prædeceſſor Canonicus uſus fuerat, inhabitandam concedit.

Ex Regeſto xxxxvi. Bullar. Alexand. VI. pag. 9. apud Archiv. Apoſtolic. Vatican.

J. CH. 1498. . Julii.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus Caputaquen. & Pennen. ac Mutinen. Epiſcopis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus dilectus filius Marcellus de Cancellariis (a) ſcholaris Romanus apud Nos fide digno commendatur teſtimonio, Nos inducunt ut ſibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem omnes Canonicatus & Præbendas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe tunc vacantes, & inantea vacaturas, collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum Canonicatus & Præbenda dictæ Baſilicæ, quos quondam Joannes Baptiſta de Urſinis ipſius Baſilicæ Canonicus, dum viveret, obtinebat, per obitum ipſius Joannis Baptiſtæ, qui curialis non exiſtens, in dicta Urbe, in qua proprium habebat domicilium, diem clauſit extremum, vacaverint & vacent ad præſens, nulluſque de illis præter Nos hac vice diſponere potuerit ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis; Nos eidem Marcello, qui, ut accepimus, militiæ Clericali adſcribi deſiderat, & dilecti filii Baptiſtæ Sanctorum Joannis & Pauli Presbyteri Cardinalis (b) Nepos exiſtit, præmiſſorum meritorum ſuorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes, ipſumque Marcellum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, motu proprio, non ad ipſius Marcelli, vel alicujus alterius pro eo Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Vos, vel duo, aut unus veſtrum, per Vos vel alium ſeu alios, Canonicatum & Præbendam prædictos, quorum fructus, redditus, & proventus centum Florenorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per liberam reſigna-

Marcellum de Cancellariis commendat.

...cat Cano-...us per obi-...Jo. Bapti-...e Urſinis.

Taxa reditus Canonicatuum Baſilicæ Vaticanæ.

(a) Adde etiam *de Buſolis*, quippe utroque cognomine hæc familia utebatur, ut in ſuperiori Diplomate perſpicua res eſt. Non enim Marcellus, de quo hic Pontifex, & Angelus, de quo ſupra, ad diverſam familiam pertinent; quum germani fratres in hiſce Apoſtolicis literis nominentur.

De Marcello de Buſolis in Canonicum Baſilicæ Vaticanæ recepto, ſic fatur Grimaldus in ſerie Canonicorum: *R. D. Marcellus Bubalus de Cancellariis de menſe Aprilis* 1498. *cepit poſſeſſionem Canonicatus & Præbendæ per ceſſionem D. Franciſci de Maffæis.* Bis ergo peccat: Primo in temporis circumſtantia; non enim menſe Aprilis, ſed poſt diem 6. Julii qua hæc conſtitutio procuſa eſt, Marcellus in Canonicum evaſit: Secundo quia meminit ceſſionis a Franciſco de Maffæis factæ; quum reipſa Canonicatus vacaverit per obitum Joannis Baptiſtæ de Urſinis.

(b) Hac ætate nullus ſupererat Cardinalis nomine *Baptiſta*, uno excepto Baptiſta Zeno Baſilicæ Vaticanæ Archipresbytero, & Epiſcopo Tuſculano, de quo conſulenda quæ ſuperius Collega meus, atque in hac Bullarum collectione conſocius adnotavit *pag.* 196. *not.* b. Hunc itaque Baptiſtam hic deſignari indubia res eſt. Repugnat, inquiet aliquis, titulus Cardinalatus; quippe Ciaconio ac Ughello teſtibus, Baptiſta Zeno fuit primo Diaconus S. Mariæ in Porticu, mox Presbyter ſub tit. S. Anaſtaſiæ; nec unquam occurrit inſignitus titulo SS. Joannis & Pauli. Hoc tamen argumentum a ſilentio petitum nullam, mihi ingerit curam. Novum ſuccurrit monumentum aliis impervium; hinc quæ citra culpam ab aliis ignorantur, proferre licet. Titulum SS. Joannis & Pauli Cardinalis Ardicinus a Porta, quamdiu vixit, hoc eſt ad annum uſque 1493. ſervavit immutatum. Nihil vero repugnat, ut credam, Baptiſtam Zeno hunc ipſum Cardinalatus titulum ſibi adoptaſſe poſt Ardicini obitum. Potiſſimum quia hoc Baptiſta ſuperſtite, nemo alius eodem titulo decoratus occurrit; quodque caput eſt, nonniſi poſt hujuſce Cardinalis mortem, quæ indicit in an. 1501., Alexander VI. an. 1503. nova Cardinalium inauguratione Franciſcum Remolinum Hiſpanum creavit Presbyterum Cardinalem tit. SS. Joannis & Pauli, de quo Ciaconius luculentiſſime. Qui vero fieri potuerit, ut Baptiſta Zeno Venetus nepotes habuerit e familia de Buſolis, quæ inter Romanas adnumeratur, pluribus inquirere præſentis non eſt otii. Facili tamen negotio quæſtio dirimitur, ſi aliquam ex illuſtri familia Zeno, Viro cuipiam nobilis familiæ de Buſolis matrimonio junctam dicamus.

(a) Vir

gnationem dicti Joannis Baptistæ, aut cujusvis alterius, de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, vacent, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem apostolicam legitime devoluta, ipsique Canonicatus & Præbenda dispositioni apostolicæ specialiter vel alias generaliter reservati existant, etiamsi super eis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo eorum dispositio ad Nos hac vice pertineat, cum plenitudine juris canonici, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis, nec non domo canonicali quam dictus Joannes Baptista ratione Canonicatus, & Præbendæ prædictorum inhabitabat seu inhabitare poterat, eidem Marcello, postquam dicto charactere rite insignitus fuerit, auctoritate nostra conferre & assignare curetis, inducentes eum vel Procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem Canonicatus & Præbendæ, ac domus, juriumque & pertinentiarum prædictorum, & defendentes inductum, amotoque quolibet illicito detentore ab eisdem, ac facientes Marcellum, vel pro eo Procuratorem prædictum ad Præbendam hujusmodi in dicta Basilica in Canonicum recipi & in fratrem, stallo sibi in Choro, & loco in Capitulo ipsius Basilicæ cum dicti juris plenitudine assignatis, ac eum pacifica possessione dictæ domus canonicalis gaudere, sibique de ipsorum Canonicatus & Præbendæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi; Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Marcello Canonicatum confert, domumque inhabitandam concedit.

Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri, & aliis apostolicis Constitutionibus, ac dictæ Basilicæ, illis præsertim quibus caveri dicitur quod antiquiores ejusdem Basilicæ Canonici domos canonicales pro tempore vacantes optare possint, quibus, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat derogamus, & aliis ejusdem juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscumque.

Opposita explodit.

Aut si aliqui apostolica, vel alia quavis auctoritate in dicta Basilica in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis ipsius Basilicæ speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis dictæ Urbis generales prædictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus præfatum Marcellum in assecutione dictorum Canonicatus & Præbendæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Canonicatuum & Præbendarum seu Beneficiorum aliorum, præjudicium generari.

Privile... quæ obesse p... sent, exclu...

Aut si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de Canonicatibus & Præbendis ipsius Basilicæ, vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si dictus Marcellus præsens non fuerit ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus ipsius Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia sua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam ipsam accesserit, corporaliter illud præstet.

Expectativas prius concessas suspendit.

Volumus autem quod ex nunc aliæ nostræ litteræ gratiæ expectativæ, seu specialis reservationis per Nos dilecto filio Angelo de Busolis Clerico Romano ipsius Marcelli fratri germano, ad Canonicatum & Præbendam ipsius Basilicæ primo vacaturos, vel quos ipse Angelus duceret acceptandos, concessæ, & quas ex nunc auctoritate apostolica tenore præsentium cassamus & annullamus, nullius sint roboris vel momenti, & insuper, prout est, irritum decernimus & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Nonagesimooctavo, Pridie Nonas Julii, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Tres

Tres Capellanias instituit, unam scilicet in Basilica Vaticana sub tit. S. Sebastiani, alteram in S. Joannis, tertiam in Sanctæ Mariæ Majoris Ecclesiis, pari cuique statuta dote, ac Jure Patronatus familiæ de Jacobaciis reservato.

Ex Veteri Charta in Archiv. Basil. Capſ. 25. fasc. 308.

[.CH. 498. Octbr.]

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam Dominus Noster Jesus Christus Auctor pietatis instituit, meritis licet imparibus præsidentes, ad ea libenter intendimus, per quæ ipsarum animarum saluti consulatur, & Divinus cultus suscipere possit incrementum, debite impleantur, eorumque votis gratum præstamus assensum, qui ad Nos, & Romanam Ecclesiam sinceræ affectum devotionis gerere dinoscuntur. Sane pro parte dilectorum filiorum Magistri Dominici de Jacobaciis (a) Capellani nostri, & Palatii causarum Apostolici Auditoris, & Andreæ etiam de Jacobaciis (b) Clerici Romani familiaris nostri nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim quondam Johannes Jacobi Marci Civis Roman. dum in humanis ageret, condens de bonis suis in ejus ultima voluntate testamentum, ac cupiens terrena in cælestia, & transitoria in æterna felici commercio commutare, quondam Paulinam ejus natam etiam tunc viventem, & in pupillari ætate constitutam, heredem universalem omnium bonorum suorum mobilium & immobilium instituens, inter alia voluit & ordinavit, quod in eventum in quem eandem Paulinam absque filiis legitimis ab humanis decedere contingeret, ex bonis hujusmodi tres perpetuæ Capellaniæ, una videlicet in Basilica Principis Apostolorum, & alia in Sancti Joannis Lateranensis, reliqua verò in Beatæ Mariæ majoris Ecclesiis de Urbe per Executores dicti Testamenti, & pro tempore existentes Guardianos Sancti Johannis hujusmodi, & Sanctæ Mariæ in Porticu de dicta Urbe Hospitalium, fundarentur, prout in quodam publico Instrumento super Testamento hujusmodi confecto plenius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, postmodum dicta Paulina absque liberis, & in ætate hujusmodi decesserit, dictæque Capellaniæ adhuc erectæ non sint; pro parte Dominici, &, qui etiam continuus Commensalis noster existit, Andreæ prædictorum, asserentium ipsum Dominicum dictæ Paulinæ Tutorem, ac eandem Paulinam post obitum dicti Johannis in domo quondam Christophori similiter de Jacobaciis laici, ipsorum Dominici & Andreæ genitoris dum viveret, & post ejusdem Cristophori obitum cum dilectis filiis familia de Jacobaciis hujusmodi nutritam, ipsumque Johannem in eadem domo, & de bonis dicti Cristophori, tamquam illius filium receptum fuisse, & etiam cum dicti Cristophori adjumento plura bona acquisivisse, ac Dominicum & Andream prædictos propinquiores masculos de parentela Johannis & Paulinæ prædictorum esse, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in Basilica unam sub Sancti Sebastiani, & aliam sub Sancti Laurentii in Sancti Iohannis, reliquam verò perpetuas Capellanias sub Sancti Vincentii invocationibus in Sanctæ Mariæ Ecclesiis hujusmodi, & quod Capellanias ipsas pro tempore obtinens, seu obtinentes, Missas, & alia Divina Officia in eodem testamento si sint, & si aliqua non sint expressa, semel in hebdomada, pro singulis Capellaniis prædictis Missam celebrare, seu celebrari facere teneatur, seu teneantur, erigere, & instituere, ac omnia, & singula bona per Johannem relicta hujusmodi, eisdem Capellaniis sic tunc erectis pro earum dote pro æquis portionibus perpetuo applicare, & appropriare, necnon Juspatronatus, & præsentandi personas idoneas ad ipsas Capellanias perpetuis futuris temporibus, quotiens illas post hanc primam vicem vacare contigerit, Fratribus antiquioribus viris familiæ de Jacobaciis hujusmodi pro tempore existentibus reservare, & concedere, aliisque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui pias voluntates impleri, & Divinum cultum hujusmodi ubique augeri nostris potissime temporibus sinceris affectibus exopta-

[es Jacobi ...ellani s... ab condi... ... insti-]

[Supplicatio Pontifici porrecta.]

[locus con... ...bus.]

(a) Vir fuit egregius, ac summis honoribus cumulatus. Anno 1503. [juxta Grimaldum *in serie Canonicorum pag. 22.*] inter Vaticanæ Basilicæ Canonicos relatus est. Ad Nucerinam Ecclesiam (nonnulli Lucerinam perperam nominant) an. 1511. a Julio II. translatus, tandem sub Leone X. Sacram Purpuram accepit an. 1517. testibus Ciaconio ac Ughello.

(b) Frater germanus Dominici, de quo supra. Hunc quoque inter Vaticanæ Basilicæ Canonicos numerat memoratus Grimaldus, inquiens: *Andreas de Jacobaciis die 5. Aprilis 1500. accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum R. D. Alphonsi Borgiæ.* Quo tempore Dominicus de Jacobaciis Sacra Purpura fuit insignitus, Lucerinam Ecclesiam, quam ille dimiserat, Andreas accepit, atque ad annum 1524., hoc est usque ad obitum administravit.

(a) Capel-

Pontifex annuit, ac tres instituit Capellanias.

Onera designat.

Dotem constituit.

ptamus, ipsos Dominicum & Andream, & eorum quemlibet à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, unam sub Sancti Sebastiani in Basilica (*a*), & aliam sub Sancti Laurentii in Sancti Joannis, reliquam vero perpetuas Capellanias sub Sancti Vincentii Invocationibus in Sanctæ Mariæ Ecclesiis hujusmodi, ita quod Capellanias ipsas pro tempore obtinens seu obtinentes, Missas, & alia Divina Officia in eodem testamento si quæ sint, et si aliqua non sint expressa, semel in hebdomada pro singulis Capellaniis hujusmodi Missam celebrare (*b*), seu celebrari facere teneatur, sive teneantur, auctoritate Apostolica tenore præsentium, absque alicujus præjudicio erigimus, & instituimus, eisque pro earum Dote omnia, & singula bona prædicta pro æquis portionibus perpetuo applicamus, & appropriamus; nec non Jus patronatus, & præsentandi personas idoneas ad singulas Capellanias prædictas, quotiens illas perpetuis futuris temporibus post hanc primam vicem vacare contigerit, tribus antiquioribus Viris de familia hujusmodi pro tempore existentibus, eisdem auctoritate, & tenore reservamus, & concedimus; non obstantibus præmissis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Basilicæ, & Ecclesiarum prædictarum Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, executionis, institutionis, applicationis, appropriationis, reservationis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Jus patron tus f. ..iliæ Ja...i, a.r buit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, sexto Idus Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

Cardinali Antonio de S. Georgio perpetuum Beneficium Basilicæ Vaticanæ, a Jacobo Pontano dimissum, concedit.

Ex Regesto Constitution. Alexandri VI. num. LI. pag. 25. in Tabular. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1499. 7. *Februar.*

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Joanni Antonio tituli Sanctorum Nerei & Achillei Presbytero Cardinali (*c*); Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dum exquisitam tuæ circumspectionis industriam diligenter attendimus, ac paterna meditatione pensamus, quod Romanam Ecclesiam, ex cujus honorabilibus membris existis, tuorum honoras magnitudine meritorum, dignum, quin potius debitum reputamus, ut illam tibi reperias in exhibitione gratiarum munificam, & in tuis opportunitatibus liberalem. Dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & inantea vacatura, collationi & dispositioni nostræ reservavimus, decernentes ex tunc irritum & inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Cum itaque postmodum quoddam perpetuum Beneficium ecclesiasticum in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, per liberam resignationem dilecti filii Jacobi Pontani (*d*) Clerici nuper in dicta Basilica perpetui Beneficiati, de illo quod tunc obti-

Jacobus ... tanus benefi... quod in Basi... S. Petri re... bat, dimitti...

(*a*) Capellam S. Sebastiano sacram in veteri Vaticana Basilica a Christophoro de Jacobaciis olim Basilicæ ejusdem Canonico, mox S. Romanæ Ecclesiæ Cardinali sub Paulo II. fuisse restitutam, novoque censu didatam refert Tiberius Alpharanus sub num. 144. NimirumChristophorus Dominici Cardinalis nepos,& inCanonicatu successor,Majorum exempla sequutus,erga S.Sebastiani sacellum pietatem coluit,ac munificentiam exercuit.

(*b*) Vel nostra ætate onus impletur,ac Missæ unius Sacrificium quavis hebdomada celebratur.

(*c*) Ex vetusta ac nobili Sangiorgiorum familia Placentina,quem Alexander VI. ad Purpuræ dignitatem evexit. Quanta in hocce viro fuerit Legum peritia, ac in rebus administrandis solertia, docent multa, quæ ad Jus illustrandum conscripsit; ac plurimæ dignitates & præclara munia, in quibus egregiam navavit operam. Horum seriem attexere mei non est instituti, quippe Apostolicas Constitutiones elucidare, non etiam summorumVirorum gesta ac vitas hic attexere mihi propositum. Consulantur igitur Ciaconius ac Ughellus, a quibus multa peti possunt, quæ Cardinalis hujusce virtutes satis commendant.

(*d*) Longe dissimilem narrationem attexit Jacobus Grimaldus in Beneficiatorum serie. Ejus verba sic habent: *D. Honuphrius Pontanus, & Decanus Beneficiatorum, ac Magister Cæremoniarum SS. D. N. Papæ, de mense Aprilis* 1498. *accepit possessionem Beneficiatus vacan. per cessionem Jacobi Pontani.* Quæ verba cum hac Alexandrina Constitutione nullo pacto componi possunt. Ratum quippe est, Beneficium a Jacobo Pontano mense Aprili 1498. aut non fuisse dimissum, aut alteri non fuisse collatum, quum anno sequenti 1499. fere ineunte vacuum fuerit, atque ex vi dimissionis sive resignationis, Cardinali San Giorgio fuerit attributum. Ut autem Grimaldi, quem solertem Scriptorem ultro fatemur, verba in æquiorem partem trahantur, conjiciendo affirmabimus fieri potuisse, ut vel Cardinalis Beneficii possessionem non adiverit, vel, eo defuncto (obiit autem anno 1509.) aut etiam eo dimittente, Beneficium vacans Honuphrius Pontanus acceperit. Venia dignus Grimaldus, qui monumenta quæ posteriori ævo detecta sunt, nondum perspexerat.

(*a*) In

obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per Nos quascumque gratias expectativas ac speciales vel generales reservationes quibusvis personis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiam motu proprio & ex certa nostra scientia, cum quibusvis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis fortioribus & insolitis, & ex quibusvis causis, etiam pro remuneratione laborum seu jurium cessorum vel ablatorum, quomodolibet in genere seu etiam in specie de dicto Beneficio concessarum, aut alias ad dictum Beneficium se extendentes, hac vice dumtaxat suspendendo, & in hujusmodi vacatione locum non habere decernendo, admissam, apud Sedem eamdem vacaverit & vacet ad præsens, nullusque de illo præter Nos hac vice disponere potuerit, sive possit, reservatione, & decreto obsistentibus supradictis; Nos Tibi, qui ut Nobis exposuisti, Archipresbyteratum Ecclesiæ Sanctorum Juliani & Celsi de Urbe (a), qui inibi Dignitas principalis existit, inter alia obtines, præmissorum intuitu specialem gratiam facere volentes, necnon omnia & singula alia Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Canonicatus, & Præbendas, Dignitates, Personatus, Administrationes, & Officia, ceteraque Beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, secularia, & Ordinum quorumcumque regularia, quæ etiam ex quibusvis concessionibus & dispensationibus apostolicis in titulum vel commendam obtines, & expectas, ac in quibus & ad quæ jus Tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque ac dicti Archipresbyteratus fructuum, redditiuum, & proventuum annuos valores, ac hujusmodi concessionum & dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, quod sine cura est, & cujus fructus redditus & proventus viginti quatuor Florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut etiam Nobis exposuisti, non excedunt, Beneficium prædictum sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per similem resignationem dicti Jacobi, aut alicujus alterius de illo in Romana Curia vel extra eam etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsumque Beneficium dispositioni apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reservatum existat, & super eo inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo ejus dispositio ad Nos hac vice pertineat, cum omninus juribus, & pertinentiis suis, apostolica Tibi auctoritate conferimus. Et nihilominus venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Ragusin. Pennen. ac Mutinen. Episcopis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios Te vel Procuratorem tuum tuo nomine, in corporalem possessionem Beneficii, juriumque & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto quolibet detentore ab eodem, ac faciant Te vel pro Te Procuratorem prædictum ad Beneficium hujusmodi, ut est moris, admitti (b), Tibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri, & aliis apostolicis Constitutionibus, ac dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, nec non privilegiis & indultis per felicis recordationis Sixtum Quartum, & Innocentium Octavum Romanos Pontifices etiam Prædecessores nostros Populo Romano concessis, illis præsertim quibus inter alia caveri dicitur expresse quod de Beneficiis dictæ Urbis nullis nisi Civibus Romanis, aut Civium Romanorum filiis provideri possit, & aliter factæ provisiones, etiam per Sedem eamdem, nullius sint roboris vel momenti, quibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica & expressa mentio alias quam ut præfertur fieri deberet, tenores hujusmodi pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi

...neficiorum ...cæ Vati... redditus in ... Cameræ.

Exequutores, qui Beneficii possessionem conferant.

Opposita quæcumque dirimit.

(a) In hac Ecclesia sibi sepulturam elegit, ubi etiam hodie prostat sepulchralis inscriptio, in qua per errorem *Mediolanensis* vocatur, quum reipsa Sangiorgiorum gens, ex qua ille cretus, Placentiæ ortum duxerit.

(b) Haud leve Ordini Beneficiatorum accedit decus, quod clarissimo æque ac doctissimo S. R. E. Cardinali unum ex Vaticanæ Basilicæ Beneficiis fuerit concessum. An possessionem revera adiverit, haud certo novimus; adire tamen potuit, ex hujusce Diplomatis concessione. Neque putarim Beneficium Cardinali in Commendam fuisse traditum; secus enim harumce literarum verba nos docent. Possessio non quæcumque, sed consueta, ac juxta aliorum Beneficiatorum morem capienda præscribitur; Onera quæ ceteri Beneficiatorum subire debent, implenda erant. Hoc autem aliud non est, quam re ac nomine Beneficiatum agere, sin minus per se ipsum, saltem alieni ope ministerii.

di speciales, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in dicta Urbe generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus Te in assecutione Beneficii prædicti volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Aut si dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, ad cujus præstationem decernimus Te non teneri. Nos enim qui dudum inter alia voluimus quod si quis in infirmitate constitutus resignaret aliquod Beneficium, & postea infra viginti dies ex ipsa infirmitate decederet (*a*), ac Beneficium ipsum conferretur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi nulla esset, ipsumque Beneficium nihilominus per obitum vacare censeretur, tecum, ut Beneficium prædictum vigore præsentium recipere, & etiam una cum Archipresbyteratu ejusdem Ecclesiæ Sanctorum Juliani & Celsi, nec non Sanctorum Nerei & Achillei, quæ titulus tui Cardinalatus existit, necnon Alexandrin. cui ex concessione & dispensatione apostolica præesse dignosceris, & quibusvis aliis Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, Præposituris, Præpositatibus, Canonicatibus, & Præbendis, Dignitatibus, Personatibus, administrationibus, & Officiis ac Beneficiis ecclesiasticis cum cura & sine cura, secularibus, & Ordinum quorumcumque regularibus, quæ, ut præfertur obtines, & imposterum obtinebis, quoad vixeris, retinere libere & licite valeas; quodque si dictus Jacobus tempore resignationis hujusmodi in aliqua infirmitate constitutus erat, & ipsum infra viginti dies post hujusmodi resignationem ex ipsa infirmitate decedere contigerit, nihilominus collatio & provisio prædictæ valide & efficaces existant, dictumque Beneficium non per obitum, sed per resignationem ipsius Jacobi vacare censeatur, voluntate posteriori nostra prædicta, ac aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, statutis quoque & consuetudinibus supradictis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus, Tibique pariter indulgemus. Proviso quod Beneficium prædictum debitis propterea non fraudetur obsequiis, sed illius congrue supportentur onera consueta. Et insuper, prout est, irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum &c.

Regulam Cancellariæ de viginti excludit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo (*b*), septimo Idus Januarii Pontificatus nostri anno septimo.

Quatuor

(*a*) Hinc Regula Cancellariæ quam vocant *de viginti*, conflata est, ac ordine, decimanona collocatur. In ea statuitur, ut resignatio irrita sit, si resignans infra diem vicesimum a consensu præstito vita cesserit. Tunc enim non jam per resignationem, sed per obitum Beneficium vacare censetur. Circa Regulæ hujusce originem dissentiunt Canonistæ. Alii a Bonifacio VIII., alii ab Innocentio item VIII. illam repetunt. Ut ut res sit, fateri necesse est, hanc providam Pontificum œconomiam jam tum ab antiquis temporibus in Romana Curia obtinuisse, ut scite animadvertit nuperus Scriptor Jo. Baptista Riganti *in Commentar. ad Regul. Cance l. tom. 2. ad Regul. XIX. num. 8.*

(*b*) Anni initium ab Incarnatione ducitur. Consule quæ in Constitutionum Data toties adnotavimus.

(*a*) Car-

Quatuor Capellaniæ, quas Innocentius VIII. in Vaticana Basilica ad Altare B. Mariæ Virginis erigere decreverat, & Cardinalis Laurentius Cibo Innocentii jussu dotaverat, instituuntur; Capellanorum onera & honores late enumerantur; Instrumenta aliquot, quibus dos Capellaniis attributa probatur, inseruntur.

Ex Apograph. in Archiv. Basil. collat. cum Autographo in Tabular. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1499. 8. Octob.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Basilicæ Vaticanæ laus præ...

Ad Sacram Petri Sedem, quamquam insufficientibus meritis Divina dispositione vocati, curis pulsamur assiduis, ut ad ea sollicite intendamus, per quæ nostræ provisionis Ministerio in singulis Ecclesiis, præsertim in Basilica ejusdem Beati Petri de Urbe, ad quam de diversis Mundi partibus Christi Fideles continue confluunt in numero copioso, Divinus Cultus augeatur, & pro Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, quorum Corpora inibi sepulta jacent, aliorumque Fidelium Defunctorum Animarum salute Altissimo preces effundantur, ac piis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium votis id devote exposcentibus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Sane dilecti Filii nostri Laurentius Sanctæ Cæciliæ (a), & Antoniottus Sanctæ Praxedis (b) Tituli Presbyteri Cardinales, nuper nobis exposuerunt, quod olim felicis recordationis Innocentius Papa Octavus Prædecessor noster tunc in extremis constitutus, vivæ vocis oraculo, pia erga Virginem Mariam ductus devotione, mandavit, & ordinavit præfatis Cardinalibus, ut Altare ejusdem Beatæ Mariæ situm in dicta Basilica (c), plurimorum Sanctorum Reliquiis ornatum & decoratum, & illius structuras, & ædificia desuper consistentia præ nimia vetustate quasi consumpta & deformia, instaurari, & reparari facerent; & pro instauratione & reparatione hujusmodi faciendis, certam tunc expressam pecuniarum summam reliquit, & legavit, quam præfatus Laurentius Cardinalis dicti Innocentii Prædecessoris secundum carnem Nepos, etiam pia devotione ductus, postmodum ex propria pecunia auxit, ac Altare, structuras, & ædificia hujusmodi cum Cancellis æneis in utroque latere dicti Altaris, & pavimento musivo instaurari, & reparari, nec non Tabernaculum pro Eucharistia, & Ciborium super eodem Altari ex marmoreis lapidibus opere admodum sumptuoso, pro ferro Lanceæ, quo unus Militum Passioni Domini nostri JESU Christi interessentium, illius Latus preciosissimum aperuit, ad eundem Prædecessorem a magno Turcharum Tyranno per ejus proprios Ora-

Suprema Innocentii VIII. voluntas.

Cardinalis Cibo pietas ac munificentia.

Ciborium pro Lanceæ custodia extructum.

(a) Cardinalem Cibo, aut Mari Cibo hîc indigitat. De Cardinalis hujusce familia ac cognomine non satis liquet apud Scriptores. Alii agnatum Pontificis credunt, ejusque ex Mauritio germano fratre nepotem censent; alii ex familia Mari ortum putant; quamvis, in gratiam Innocentii Pontificis, cui cognatione junctus erat, & cognomen, & stemma Ciborum sibi adoptaverit. Multa de eo Ciaconius ac Ughellus; nonnulla item & nos infra notabimus. Illud interim e monumentis nostris hic addimus, egregium hunc Virum inter Vaticanæ Basilicæ Canonicos aliquando fuisse cooptatum. De eo sic Grimaldus *in ser. Canonicor. pag.* 110.: *R. D. Laurentius Mari Cibo Genuensis Innocentii VIII. nepos, a Sixto IV. Canonicus, & ab Innocentio Cardinalis creatus, anno* 1481. *in locum dicti Baptistæ* (Panis) *Canonicus*; & infra: *R. D. de Astis Genuen. de mense Martii* 1489. *cepit possessionem Canonicatus per cessionem Laurentii Mari Cibo causa promotionis ad Episcopatum Beneventanum, & Cardinalatum.*

(b) Antoniottus inquam Pallavicinus patria Genuensis, qui aliquando, errore ductus, *Gentilium* cognomen sibi adscivit; qua de re in additionibus ad Ciaconium, ubi multa de hujusce Viri quamplurimis dignitatibus, benignitate, morum suavitate, rebusque præclare gestis, una colliguntur. Titulus S. Praxedis illi tribuitur, ad quem nimirum octavo Pontificatus Innocentii anno gradum fecerat. Ceterum ab ipso Cardinalatus exordio, S. Anastasiæ, &, si Contelorio credimus, etiam S. Stephani in Cælio Monte Titulis aliquando fuit insignitus.

(c) Hujusce Altaris locus, Alpharano judice, in ea Vaticanæ Basilicæ parte extabat, ubi nunc prostat marmorea Longini statua. Hîc vero Sacellum B. M. V. sacrum a Gregorio III. extructum fuisse testatur Bibliothecarius hisce verbis: *Hic fecit Oratorium intra eamdem Basilicam juxta Arcum principalem a parte Virorum, in quo recondidit in honorem Salvatoris, Sanctæque ejus Genitricis Reliquias Sanctorum Apostolorum, vel omnium Sanctorum Martyrum ac Confessorum, perfectorumque justorum toto in orbe terrarum requiescentium.* Celeberrimum hoc Sacellum vetustate pene attritum, instaurandum ornandumque suscepit Innocentius VIII.; cumque morte præventus id perficere non potuerit, curam hanc Laurentio Cardinali Cibo demandavit, quam ille tanta perfecit diligentia, ut Pontificis vota nedum impleverit, sed longe superaverit. Novum quippe excitavit Oratorium, illudque marmoreis lapidibus ornavit, Ciborio, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum servabatur, instruxit, ac desuper loculum elegantissimum, qui Sacrum Lanceæ ferrum clauderet, superaddidit. Altaris exemplar ex Grimaldo exhibet Ciampinus *de Sac. ædific. Tabul.* 17. Quo vero tempore tantum opus fuerit absolutum, docet sequens inscriptio penes Grimaldum *in opusc. de Veron. & Lanc. pag.* 172. *Genitr. Dei Mariæ a Gregorio III. P. M. ante positum & dedic. Innocentius VIII. Cibo Genuen. P. M. Laurentio Nep. S. Cæciliæ Presb. Card. Benevent. a fund. renovand. supraque ferrum quo patuit latus Salvatoris Sanctis. Suæ Majest. Bizantio missum a Max. Turcar. ad servand. Reliquit A. D. MCDXCV.* Hoc Oratorium sub Julio Pontifice, ut novæ ac ampliori Basilicæ locus pareret, funditus eversum est an. 1607.

Altare instauratur, ac ornatur.

Oratores e Constantinopoli Urbe misso, (*a*), cum ea qua decet reverentia conservando fabricari; Nec non sepulchrum æneum in latere dicti Altaris cum effigiebus ejusdem Prædecessoris opere sumptuoso sculptis (*b*), in quo illius corpus quiescit, construi, & erigi; ac in eodem Altari Iconam, & Imaginem ejusdem Beatæ Mariæ cum diversis aliis picturis, & Imaginibus depingi fecit, & tam ipse Prædecessor, quam Laurentius, & Antoniottus Cardinales præfati eidem Altari pro illius decore, & venustate nonnulla jocalia, & preciosa mobilia, nec non pro illius, ac quatuor Cappellanorum inibi instituendorum dote & substentatione sufficientibus, quamplura Possessiones, & alia immobilia Bona inferius designata emerunt, donaverunt, & assignaverunt, prout in diversis publicis Instrumentis desuper confectis, quorum tenores diligenter inspici, &c. omissis caracteribus & signis Notariorum inde rogatorum, præsentibus de verbo ad verbum inseri fecimus, plenius continetur. Cum autem, sicut præfati Cardinales in eadem expositione subjungebant, ipsi cupiant ad præfatum Altare quatuor perpetuas Capellanias pro quatuor perpetuis Cappellanis, qui inibi singulis diebus in perpetuum missas & alia Divina Officia pro ejusdem Prædecessoris, & cujuslibet ipsorum animarum salute, juxta ordinationem inferius annotatam, celebrare teneantur, erigi, & instituí, præfati Cardinales nobis super hoc humiliter supplicaverunt, ut quatuor perpetuas Cappellanias ad dictum Altare pro quatuor perpetuis Cappellanis hujusmodi erigere, & instituere; Nec non jocalia, & preciosa mobilia eidem Altari pro illius decore, & venustate, ac illi, & quatuor Cappellaniis prædictis pro illarum dote, & dictorum Cappellanorum substentatione immobilia Bona prædicta, ut præfertur, donata, perpetuo applicare & assignare, aliaque in præmissis opportunè providere dignaremur. Nos igitur, qui eodem Prædecessore (sicut Domino placuit) ab hac luce subtracto, ad summi Apostolatus apicem, Divina favente Clementia, assumpti fuimus, & illi in Pontificatu immediatè successimus, ac Divinum Cultum nostris præsertim temporibus adaugeri intensis desideramus affectibus, immobilium, fructuum, reddituum, proventuum annuorum, ac Jocalium & aliorum preciosorum mobilium Bonorum hujusmodi veros valores, nec non dictarum pecuniarum summas & quantitates præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ad Omnipotentis Dei, & ejus Genitricis gloriosæ Virginis Mariæ laudem & gloriam, quatuor perpetuas Cappellanias ad dictum Altare pro quatuor perpetuis Cappellanis, qui inibi Missas, & alia Divina Officia juxta ordinationem inferius descriptam, ut præfertur, celebrare teneantur, auctoritate Apostolica ex certa scientia, tenore præsentium erigimus, & instituimus, illisque Jocalia & preciosa Mobilia pro dicti Altaris decore, & venustate, nec non Possessiones, & immobilia Bona hujusmodi pro illarum Dote, & Cappellanorum hujusmodi substentatione perpetuo applicamus, & assignamus. Nec non collationem, provisionem, & omnimodam aliam dispositionem dictarum quatuor Capellaniarum, ac plenum jus illas conferendi, tam hac prima vice, quam de cetero perpetuis futuris temporibus, quotiens illas simul, vel successive, etiam apud Sedem Apostolicam vacare contigerit, Personis idoneis in Sacerdotio actu constitutis, præfatis Cardinalibus, & eorum altero decedente, eorum superstiti, illis vero ambobus vita functis, Sancti Marci, & Sanctæ Praxedis Tituli Presbyteris Cardinalibus pro tempore existentibus, si in Romana Curia tempore vacationis, seu vacationum hujusmodi præsentes fuerint, aut extra, & prope illam in locis infra duas dietas ab illa non distantibus extiterint; & si eorum alterum aliter, quam, ut præfertur, ab eadem Curia abesse contigerit, tunc Cardinali præsenti in eadem Curia dumtaxat, & si illi ambo ab eadem Curia aliter, quam ut præmittitur, absentes fuerint, tunc Presbytero Cardinali ejusdem Tituli Sanctæ Cæciliæ (*c*), qui pro tempore fuerit, soli dumtaxat; & casu quo præfati secundo, & tertio dicti Cardinales ab eadem Curia, alias quam ut præfertur, abessent, aut in conferendo dictas Cappellanias sic tunc vacantes, aut de illis providendo, vel disponendo discordes essent, & per quatuor Menses post vacationem, seu vacationes hujusmodi in dicta discordia perseverarent, aut alias in præmissis negligentes, vel remissi existerent, tunc eo casu pro qualibet vice, qua id contin-

Quatuor Capellaniarum institutio.

Ad quos spectet earum collatio.

(*a*) Bajazethes II. Turcarum Imperator an. 1492. Sacrum Lanceæ ferrum ad Innocentium Romam transmisit. Inter Oratores a magno Turcarum Principe missos, unus præcipuus fuit nomine Chamisbuerch, qui Sacrum Pignus sibi concreditum tradidit. Videsis Raynald. ad hunc annum *num.* 15.

(*b*) Vasaro teste *part.* 2. *pag.* 373. Antonius Pollajolus Florentinus fusoriæ artis peritissimus, sepulchrum æneum Innocentii VIII., instate Cardinali Cibo, construxit. Splendidum hocce monomentum hodie prostat in ea Parastatæ Templi Vaticani parte, quæ Altari Præsentationis B. M. V. proxima est: Altari inquam, quod loco veteris Sacelli in quo Lancea servabatur, ab Urbano VIII. fuit designatum.

(*c*) In vim hujusce Constitutionis D. Cardinalis de Aquaviva insignitus Titulo Sanctæ Cæciliæ, Capellaniam paucis ab hinc annis contulit D. Josepho Giannelli, quòd Cardinalis Querinus, in quo Titulus uterque S. Marci, ac S. Praxedis una componitur, Roma abesset, ac in Brixiensi Ecclesia ejus regimini concredita, moram traheret.

(*a*) Nul-

tingeret, jus patronatus, & præsentandi personas idoneas ad quamlibet dictarum Cappellaniarum sic vacantium hujusmodi, Guardianis pro tempore existentibus Hospitalis Sancti Salvatoris de eadem Urbe, institutionem verò personarum sic præsentatarum dilectis Filiis Capitulo dictæ Basilicæ, eisdem auctoritate & scientia perpetuo reservamus, & concedimus; nec non quod fructus, redditus, & proventus Bonorum immobilium prædictorum, inter quatuor Cappellanos prædictos eidem Altari pro tempore deservientes, æquis portionibus dividi debeant, salva tamen ratione punctationis eorum, qui in celebrationis Missarum, & aliorum onerum circa præmissa sibi inferius impositorum & expressorum, observatione deficerent, vel negligentes essent, nec fructus, redditus, & proventus hujusmodi alterius naturæ esse possint, vel censeri, quam stipendium celebrationis Missarum, & Divinorum Officiorum hujusmodi, distribuendorum ipsis Cappellanis more distributionum quotidianarum in Choro præfatæ Basilicæ, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, interessentibus Divinis dari solitarum; quodque præfati Cappellani tempore collationum, & provisionum sibi de dictis Cappellaniis, ac præsentationum de se ad easdem Cappellanias modo præmissis faciendarum, actu sint, & esse debeant in Sacerdotio constituti, & apti ad Ministerium Altaris celebrandum, & exercendum; alioquin provisiones, collationes, præsentationes, & dispositiones hujusmodi aliis, ac aliter etiam per Sedem prædictam pro tempore factæ, nullius sint roboris, vel momenti; & quod quæcumquæ Personæ idoneæ, ut præfertur, qualificatæ, cujuscumque linguæ, seu nationis existant, ad dictas Cappellanias sic pro tempore vacantes modo præmisso præsentari, & institui, vel alias assumi, illæque eis conferri, & de illis etiam provideri, ipsæque Personæ vigore collationum, provisionum, sivè præsentationum, & institutionum hujusmodi illas assequi, & obtinere possint, & debeant. Quodque singuli Cappellani prædicti, singulis Dominicis, & duplicibus festivis diebus per totum Anni circulum perpetuis futuris temporibus debeant interesse Missis, & Vesperis, quæ in Choro dictæ Basilicæ per illius Canonicos, & alios Beneficiatos, & Clericos alta voce, in cantu celebrabuntur, & Processionibus faciendis ad instar aliorum ejusdem Basilicæ antiquorum Beneficiatorum, absque tamen illorum præjudicio: ipsique quatuor Cappellani omnibus, & singulis Privilegiis, libertatibus, Indultis, concessionibus, gratiis, & Immunitatibus, quibus alii Beneficiati prædicti, ratione suorum Beneficiorum, quæ in eadem Basilica pro tempore obtinent, utuntur, potiuntur, & gaudent, absque tamen simili præjudicio, uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & debeant, subjicianturque, & subsint ratione dictarum Cappellaniarum jurisdictioni Vicarii dictæ Basilicæ pro tempore existenti in spiritualibus generalis, quemadmodum Beneficiati prædicti ratione suorum Beneficiorum subjiciuntur, & subsunt, seque conformare debeant in habitu Ecclesiastico præfatis Beneficiatis, sub pœnis, & censuris, quibus obligantur Beneficiati prædicti, juxta Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, & dictæ Basilicæ statuta, & ordinationes. Possint etiam & debeant Cappellani præfati habere Cassam vel Armarium in Sacristia prædictæ Basilicæ (*a*), ubi Calices, Cruces, & alia jocalia, & preciosa Bona mobilia & Paramenta ac alia Ornamenta dicti Altaris cum diligentia & securitate conserventur. Nec liceat præfatis Cappellanis, vel cuicumque alteri jocalia & preciosa mobilia, necnon Paramenta & Ornamenta hujusmodi, vel ex eis aliquid alicui commodare, neque ex quavis causa distrahere, vel alienare, & de jocalibus, & preciosis Mobilibus Bonis, Paramentis, & Ornamentis hujusmodi conficiatur Inventarium, cujus duplum unum penes dictos Cardinales, reliquum vero penes Camerarium ex dictis Cappellanis, singulis Annis eligendum remaneat & conservetur, debeatque, & teneatur antiquus Camerarius, finito Anno sui Officii, novo Camerario, qui sibi tunc immediatè in dicto Officio succedet, jocalia, & preciosa mobilia Bona, necnon Paramenta, & ornamenta hujusmodi, juxta tenorem Inventarii hujusmodi assignare, ipseque novus Camerarius jocalia, & preciosa Mobilia, Bona, Paramenta, & Ornamenta hujusmodi modo præmisso recipere, & in manibus Capituli prædictorum, rogatis inde Notario publico, & Testibus fide dignis, se obligare, & Juramentum præstare de Officio suo fideliter & diligenter exercendo; teneanturque & debeant Cappellani prædicti singulis diebus in perpetuum duas Missas de Officio currenti super dicto Altari legendo celebrare, & duo ex eis Missas hujusmodi die Dominico incipiant celebrare, & sic per quatuordecim dies continuare, quibus quatuordecim diebus finitis, alii

[left margin, cut off:] ... ratione ... inter ... di- ; ... nam in ... eli- ; ... onera, ... ilegia.

Qua diligentia pretiosa mobilia servanda sint.

Stata Missarum onera præscribuntur.

(*a*) Nullum ergo peculiare Sacrarium Innocentianis aliquando fuit; verum in communi basilicæ Sacrario jam tum ab ipsa Capellaniarum institutione unum alterumve Armarium fuit illis concessum, hodieque conceditur, non secus ac ceteris ejusdem Basilicæ Beneficiatis ac Clericis.

(*a*) Bo-

alii duo ex dictis Cappellanis similiter celebrare incipiant, & per totidem dies continuent, & sic celebrando, semper in secretis Missarum suarum faciant expressam commemorationem tam prædicti Prædecessoris, & suorum Progenitorum, quam præfatorum Cardinalium animarum salute. Et quando in Missis hujusmodi legi possunt tres, vel plures collectæ, semper faciant, & legant unam specialem collectam pro anima ejusdem Prædecessoris, cum illius nominis expressione specifica, & secunda feria cujuslibet hebdomadæ dicti Cappellani Missas hujusmodi de Officio Defunctorum celebrare debeant, nisi in eadem feria festum aliquod duplex occurrat, quo casu eveniente, tunc in tertia, vel alia immediate sequenti feria, in qua simile festum non occurrerit, Missas de Officio Defunctorum hujusmodi celebrent. Quodque præfati Cappellani teneantur perpetuis futuris temporibus per se ipsos Missas hujusmodi celebrare, ac alias eidem Altari in divinis deservire, & non per alium, seu alios Missas hujusmodi celebrari, seu in Divinis deserviri facere, nisi infirmitate detenti, aut alio legitimo impedimento præpediti, de quo per proprium juramentum Vicario pro tempore existenti fidem facere teneantur. Quo casu eveniente, Missas hujusmodi per alium, seu alios celebrari, ac eidem Altari in Divinis deserviri facere possint, & debeant. Alioquin pro neglectis, & commissis defectibus mulctari possint pœnis inferius descriptis, videlicet pro qualibet vice, qua ipsi, vel eorum aliquis Missas, & Divina Officia hujusmodi celebrare neglexerint, seu neglexerit, quilibet videlicet eorum sic negligentium, si feriata, in quinque bononenis (*a*), si vero festiva dies fuerit, in uno grosso Papali (*b*) applican. minoribus Sacristis dictæ Basilicæ; & si Missis, & Vesperis in Choro Basilicæ hujusmodi celebrandis non interfuerint, seù interfuerit, in duobus bononenis; & si Processionibus hujusmodi interesse neglexerint, seu neglexerit, pro qualibet vice, qua sic negligentes fuerint, quilibet videlicet eorum sic negligentium in uno Grosso simili, applicand. Camerariis absentiæ dictæ Basilicæ, mulctari possint, & debeant; ac ultra pœnas pecuniarias hujusmodi, censuras, & pœnas Ecclesiasticas inferius designatas incurrere censeantur eo ipso: quodque si Cappellani prædicti, vel eorum aliquis in pœnas prædictas inciderint, seu inciderit, & a Camerariis absentiæ, & a Sacristis hujusmodi respective pro solutione pœnarum pecuniarum hujusmodi requisiti, & semel moniti fuerint, seu requisitus, & monitus fuerit, & infra triduum post monitionem, & requisitionem hujusmodi, pœnam ipsam solvere recusaverint, vel neglexerint, aut recusaverit, vel neglexerit, a Divinis sint eo ipso respective suspensi, a qua quidem suspensione, ab aliquo, nisi satisfactione, sive solutione prævia, absolvi non possint, sive possit; Qua quidem solutione facta, a dicta suspensionis sententia per dictos Sacristas absolvi debeant (*c*). Et ne dicta suspensione durante, dicta Cappella Missarum, & aliorum Divinorum Officiorum celebratione, & aliis Divinis fraudetur obsequiis, dicti Sacristæ minores, loco dictorum suspensorum, Missas, & alia Divina Officia hujusmodi per se ipsos celebrare, vel per alios celebrari facere debeant, & teneantur, & pro celebratione cujuslibet Missæ hujusmodi, ultra pœnam prædictam, quinque bononenos sumptibus suspensi, vel suspensorum hujusmodi, ante suspensionis hujusmodi relaxationem percipere, & habere debeant. Quod præfati Cardinales ex justa, & licita Causa possint indulgere uni, vel duobus ex dictis Cappellanis dumtaxat, ut a dictis Basilica, & Urbe per tres menses se absentare possint; dummodo ipsi absentes loco sui Missas, & alia Divina Officia hujusmodi per alios Presbyteros idoneos celebrari faciant; alioquin licentia eis sic data huiusmodi pro nulla habeatur, teneanturque ipsi absentes ad pœnas præfatas, ut præfertur; Quodque Cappellani prædicti debeant, & teneantur singulis Annis in perpetuum celebrari facere duo Anniversaria, videlicet in die Commemorationis omnium Defunctorum, quæ celebratur in crastinum celebritatis omnium Sanctorum; & aliud Anniversarium hujusmodi, in die Depositionis ejusdem Prædecessoris, quæ est vigesima sexta mensis Julii (*d*), videlicet qualibet die Anniversario rum hujusmodi, unam Missam in Cantu, cui interesse debeant Canonici, Beneficiati, & Clerici præfatæ Basilicæ, quibus

Ritus in Missarum celebratione servandus.

A quibus Missæ celebrandæ.

Pœna pecuniaria contra inobedientes.

Additur refractariis suspensio.

Annive... riorum o... Capellanis posita.

(*a*) Bononenus seu Bolonenus perinde valet ac obolus, hoc est cuprea moneta, quam nostra ætate vulgo appellamus *Bajocco*. Hac de re pluribus infra in literis Alexandri VI. sub dat. XVII. Kal. Augusti 1503. suo loco producendis.

(*b*) De Grosso Papali ejusque valore, consule quæ *pag.* 170. *not.* b. superius adnotantur.

(*c*) Mirum fortasse subit, cur graviores pœnæ, nimirum pecuniaria, suspensio, imo & privatio in Capellanos statuantur? At mirari desinet quisquis animadvertit hosce Capellanos honoribus ac reditibus ab Innocentio decoratos (quippe Beneficiatis Basilicæ Vaticanæ fere æquiparantur) leviori Ecclesiæ servitio fuisse mancipatos. Minus igitur in illis ferenda est incuria; ideoque graviori pœna mulctanda.

(*d*) Utriusque Anniversarii onus quotannis expletur.

(*a*) Carle-

bus pro quolibet Anniverſariorum hujuſmodi dare debeant, & teneantur duos Ducatos de Carlenis (a), diſtribuendos inter prædictos præſentes, & intereſſentes Celebrationi Anniverſariorum hujuſmodi, & Candelas competentes in ſimilibus Anniverſariis dari ſolitas: Necnon in primo duodecim, in ſecundo vero Anniverſariis hujuſmodi ſex Cereos ponderis quatuor librarum pro quolibet ante Sepulcrum præfati Prædeceſſoris, necnon quatuor faculas ponderis mediæ libræ pro qualibet ſuper dicto Altari accendere, & donec Miſſæ, & Exequiæ hujuſmodi expletæ fuerint, accenſas dimittere. Quod ſi Anniverſaria hujuſmodi modo præmiſſo celebrari facere neglexerint, pro qualibet vice, qua id non fecerint, vel adimpleverint, pœnam viginti Ducatorum ſimilium pro una Capitulo præfatis, & alia medietatibus viginti ducatorum hujuſmodi eidem Altari pro Paramentis, vel aliis rebus illi magis neceſſariis applicandam eo ipſo incurrant. Quæ quidem pœna deponatur apud Sacriſtas majores prædictos, per eoſdem modo præmiſſo perſolvenda, qua ſoluta, nihilominus teneantur Cappellani prædicti Anniverſaria ſic omiſſa hujuſmodi modis præmiſſis celebrari facere.

niverſa- | imple- | m, inſti- | ena, de- | ur.

Teneatur etiam Camerarius dictorum quatuor Cappellanorum de fructibus, redditibus, & proventibus menſæ communis dictarum Cappellaniarum, ad omnes requiſitiones Capituli præfati ſolvere viginti Ducatos hujuſmodi Capitulo, & Camerariis majoribus præfatis, & Anniverſaria hujuſmodi celebrari facere, ut præfertur. Et ſi dictus Camerarius pro pœna ſolvenda, & Anniverſariis hujuſmodi celebrandis per Capitulum præfatos, requiſitus, & monitus fuerit, ac infra decem dies monitionem, & requiſitionem hujuſmodi ſibi factas immediate ſequentes, pœnam ſolvere, & modo præmiſſo Anniverſaria hujuſmodi celebrari facere recuſaverit, vel alias neglexerit, Cappellania per eum obtenta hujuſmodi, eo ipſo perpetuo privatus exiſtat, & ad illam obtinendam reddatur inhabilis, ipſique Cardinales, ſi dicto Camerario prius vocato, eis ſummarie, & de plano extrajudicialiter conſtiterit de negligentia hujuſmodi, Cappellaniam prædictam, ut per hujuſmodi privationem vacantem, alteri perſonæ idoneæ, modis præmiſſis qualificatæ conferre, & de illa eidem perſonæ providere, necnon ad impoſitionem, & declarationem pœnarum prædictarum, quotiens eis ſummarie, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ſola facti veritate inſpecta, conſtiterit, Camerarium, & Cappellanos prædictos in præmiſſorum obſervatione, & implemento negligentes fore, vel dolum, ſive fraudem commiſiſſe, habita tamen ſuper hoc Teſtium fide dignorum jurata ſecreta informatione, ex eorum mero officio ad dictarum pœnarum declarationem, vel dictorum Camerarii, & Cappellanorum ſic negligentium, Cappellaniarum per eos reſpective obtentarum hujuſmodi privationem, & ab illis amotionem procedere poſſint, & debeant. Privationeſque, amotiones, & decreta, ac ordinationes per eos, ut præfertur, facienda, vim, & robur perpetuæ firmitatis obtineant; neminique liceat ab illis etiam ad Sedem prædictam appellare, appellationeſque quas forſan per ſic mulctatos, privatos, vel amotos hujuſmodi, vel eorum Procuratores, aut alias Perſonas eorum nominibus emitti contingeret, frivolæ, & inanes reputentur, ac nullius ſint roboris, vel momenti.

ravior in | rarium a- | dverſo.

Quodque dicti quatuor Cappellani ſingulis annis teneantur eligere, & deputare unum ex eis in eorum Camerarium, qui omnes fructus, redditus, & Proventus dictarum Cappellaniarum exigere, recipere, & conſervare, & in libro uno deſcribere, & inter eoſdem Cappellanos, ſalvis pœnis, juribus, & oneribus prædictis, æqualiter diſtribuere, & adminiſtrare, nec non de habitis, & receptis, diſtributis, & adminiſtratis, ad ipſorum Cardinalium nutum, ſaltem in fine Anni ſui officii, præfatis tribus Cappellanis ſuis, adjuncto eis quarto per eoſdem Cardinales, rationem, & reliqua reddere, & de reſtantibus ſatisfacere teneatur, nec ratione officii hujuſmodi Camerariatus, a Miſſis, & obſequiis divinis prædictis excuſetur; & ſi forſan in redditione rationum, & computorum hujuſmodi, negligens, ſive remiſſus fuerit, nihilominus ad computa, & rationes hujuſmodi reddenda, & reſidui, in quo forſan tenebitur, reſtitutionem, & ſolutionem faciendas, per eoſdem Cardinales via juris compelli, & nedum, ſi eis viſum fuerit, dicti Camerarii culpa exigente, officio Camerariatus, ſed Cappellania per eum obtenta hujuſmodi, perpetuo privari, & ab illis amoveri poſſit; ipſique Cardinales Cappellaniam ipſam ſic vacantem modo præ-

Camerarii electio, ejuſque in adminiſtratione fides ac diligentia.

In moroſum infidumque Camerarium pœna

(a) Carlenorum idem olim fuit valor, qui etiam noſtra ætate obtinet in Urbe Roma; nimirum obolorum ſeptem cum dimidio. Quum ergo, ut infra ex Bullæ hujus contextu patebit, Ducatus de Carlenis Carlenos decem enumeret, ſequitur ut Ducati hujus ſumma obolos ſeptuaginta quinque, ſive Julios ſeptem cum dimidio conficiat. Quatuor igitur Ducati Carlenorum qui in duobus Anniverſariis ab Innocentianis perſolvendi ſunt, ſummam conſtituunt Juliorum triginta, ſive Scutorum trium; quam ſane ſummam etiam noſtro ævo Innocentiani Clero Baſilicæ Vaticanæ pro funerum ſolemniis ſuppeditant. Quod vero ad Cereos attinet, Innocentiani rem hanc amico fœdere cum Officio Exceptorum compoſuere. Candelas intereſſentibus diſtribuunt.

(a) Nu-

Quæ locationes liceant; quæ prohibeantur.

præmisso conferre possint, & debeant; Quodque Bona immobilia prædicta, sive illorum fructus, redditus, & Proventus, ultra Triennium arrendari, vel alias quovis modo alienari, permutari, vel locari, aut alias in Emphiteusim perpetuam, vel temporalem concedi nequeant, nisi in arrendationibus dictorum quatuor Cappellanorum, & in locationibus, alienationibus, & concessionibus hujusmodi, dictæ Sedis auctoritas, & Cardinalium præfatorum expresse interveniat; locationesque, arrendationes, permutationes, alienationes, & concessiones hujusmodi in evidentem dictarum Cappellaniarum cedant utilitatem, de qua legitime constet, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus; volentesque, ac decernentes, illos in casibus prædictis negligentes esse, & pœnas hujusmodi, etiam privationis Cappellaniarum per eos obtentarum incurrisse censeri, qui cessante legitimo, & manifesto impedimento, præmissa, vel aliquod eorum observare contempserint, & prædictorum Cardinalium declarationi stari debere; irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, nec non illis, quibus caveri dicitur expresse, quod de Beneficiis Ecclesiasticis in Urbe consistentibus pro tempore vacantibus, nulli valeat provideri, nisi Romanis, vel filiis Romanorum Civium, Populo Romano per Sedem prædictam concessis Privilegiis, quibus, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus exprimerentur, etiamsi in illis caveretur expresse, quod eis nunquam censeretur sufficienter derogatum, nisi dum, & quando sub certis modo, & forma, & conceptione verborum inibi expressis illis contingeret derogari, pro expresso habentes, quo ad dictas Cappellanias, ut præfertur fundatas, & erectas, totiens quotiens illas vacare contigerit, illis alias in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque (a). Jocalium vero, & aliorum præciosorum Bonorum immobilium designationes specificas, Instrumentorumque prædictorum tenores de verbo ad verbum successive sequuntur, & sunt tales.

Clausulæ derogatoriæ.

In Nomine Domini Amen.

Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Sixti Divina Providentia Papæ Quarti Anno ejus duodecimo, Indictione prima, Mensis Februarii die decima quinta, in præsentia mei Notarii, & Testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum, providus Vir Christophorus Joannis de Vulterri habitator Urbis in Regione Columnæ, sponte, & ex certa ejus scientia, & non per errorem vendidit, & titulo venditionis, dedit, cessit, & concessit, transtulit, & mandavit jure proprio, & in perpetuum, ad mundam proprietatem, perpetuamque hereditatem Reverendissimo in Christo Patri, & Domino nostro Domino Joanni Baptistæ Cybo Tituli Sanctæ Cæciliæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsbytero Cardinali absenti, & Viro nobili Hieronymo Calagrano de Ceva Clerico Alban. Diœcesis, ipsius Reverendissimi Domini Cardinalis Camerario, & mihi Notario ut publicæ personæ, præsentibus, ementibus, recepientibus, & legitime stipulantibus, pro sua Reverendissima Dominatione, ejusque heredibus, & Successoribus, idest quandam ipsius Christophori Domum cum duobus Terrineis, Sala, Cameris, & Horto, & aliis e'us membris, juribus, & pertinentiis, positam in regione

Emtio d... in R. g... pi Martii

(a) Nuperi Capellaniarum, quas Innocentius VIII. instituit, Rectores, putant jus aliquod eorum Prædecessoribus olim fuisse super Sacro Lanceæ ferro, perinde ac si eorum Custodiæ fuerit aliquando concreditum; atque in hujusce rei argumentum, Traditionem ostentant. Hæc vero Traditio nulli, quod sciam, innititur fundamento; nec quidquam, aut ex Archivo nostræ Basilicæ, aut ex ipso præsentis Bullæ contextu, in quo eorum onera ac honores late enumerantur, licet colligere. Imo vero si historicam seriem de multiplici Sacræ Lanceæ translatione in varia Basilicæ Vaticanæ loca huc revocemus, Traditio quæ jactatur, plane convellitur. Rei summam dabimus ex Grimaldo *in cit. Opusc. de Veron. & Lanc. pag.* 179. Quum primum Lancea Romam delata est, nimirum a die 31. Maji 1492. ad diem 16. Julii sequentis, in Palatii Vaticani Sacello fuit recondita; mox, instante Innocentii Pontificis obitu, a Sacro Cardinalium Collegio in Basilicam Vaticanam delata, ibi mansit in Ciborio Veronicæ usque ad annum 1500. Constructo interim nobili Sacello, in quo, ex Innocentii mandato, Lancea servanda erat, eò translata est; brevì tamen inde recessit, anno scilicet 1507., quum Julii II. jussu superior veteris templi pars solo æquata fuerit, ut nova ampliorque Basilica extrueretur. Quocirca in Ciborium Veronicæ rursum deportata, ibi ad annum usque 1606., hoc est annis fere centum permansit. Breviorem mensis unius ac dierum 23. moram traxit in Sacrario Basilicæ, una cum Sacratissimo Jesu Christi Sudario, ac Capite S. Andreæ Apostoli, eodem clausa loculo; tandemque die 21. Martii ejusdem anni 1606. in Sacellum ubi nunc colitur, summaque religione custoditur, pertransiit. Addit memoratus Grimaldus in alio Opere *de transl. Sacrar. Reliquiarum pag.* 38. *terg. Vetustissima viget usque hodie consuetudo, ut Summus Pontifex Sudarii & Lanceæ penes se jugiter clavem unam habeat, reliquas Canonici Basilicæ, & nullus alius.* Hæc autem cum præconcepta Innocentianorum opinione, sive cum eorum Traditione nullo pacto componi possunt.

(a) Hæc

Regione Campi Martis (*a*), cui ab uno latere tenet, & est Ortus præfati Reverendissimi Domini Cardinalis Emptoris, a duobus lateribus tenent, & sunt res Antonii de Spagnolis, ante est via publica, vel si qui &c. liberam, & exemptam ab omni onere, censu, canone, seu servitute, alicui Personæ dando, præstando, sive persolvendo. Item simili modo, & forma dictus Christophorus vendidit, & titulo venditionis dedit, cessit, & concessit eidem Reverendissimo Cardinali Emptori, & dicto Domino Hieronymo, & mihi Notario præsentibus, & stipulantibus, ut supra, omnia, & singula jura, omnesque actiones, justitias, & rationes reales, & personales, utiles, & directas, tacitas, & expessas, hipothecarias, pignoratitias, sive mixtas, & in rem scriptas, officium Judicis, & beneficium Juris, quæ, quas, & quod dictus Christophorus venditor habet, sibique competunt, habere, & competere possent nunc, & in futurum, in de, & super dicta Domo per eum ut supra vendita cum juribus, & pertinentiis, ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, & fructificandum, vendendum, cedendum, pignorandum, & alienandum, & de ea cum juribus, & pertinentiis suis perpetuo faciendum, & disponendum pro libito voluntatis dicti Reverendissimi Domini Cardinalis, ejusque heredum, & successorum, nullo jure, nullaque actione eidem Christophoro venditori in dicta Demo aliqualiter reservatis, ponens, & immittens dictus Venditor eundem Reverendissimum Dominum Cardinalem Emptorem in jus, & privilegium ipsius Venditoris; ita quod pro dictis juribus venditis præfatus Reverendissimus Dominus Cardinalis Emptor, ejusque heredes, & successores agant, petant, excipiant, & recipiant, utantur, & experiantur in judicio, & extra, utilibus, & directis actionibus, quemadmodum dictus Venditor poterat ante præsentem venditionem, dans, & concedens dictus Venditor eidem Reverendissimo Cardinali Emptori absenti, & dicto Domino Hieronymo præsenti liberam potestatem, & auctoritatem dictam domum ut supra venditam propria auctoritate, & sine licentia alicujus Judicis seu Curiæ intrandi, capiendi, & apprehendendi: & nihilominus præfatus Christophorus constituit suum Procuratorem Gasparem de Spagnolis præsentem, & acceptantem, ad investiendum dictum Reverendissimum Dominum Cardinalem, vel præfatum Dominum Hieronymum pro eo de dicta Domo, cum juribus, & pertinentiis suis, & donec dictus Reverendissimus Dominus Cardinalis Emptor de dicta domo cum juribus & pertinentiis suis investitus fuerit, ac corporalem, & actualem possessionem dictæ Domus adeptus fuerit, præfatus Christophorus Venditor constituit se nomine dicti Emptoris, & pro eo tenere, & possidere. Hanc autem venditionem, dationem, cessionem, & concessionem, ac prædicta omnia, & singula, quæ dicta sunt, & quæ infra dicentur, fecit Dominus Christophorus Venditor præfatus eidem Reverendissimo Cardinali absenti, & dicto Domino Hieronymo, & mihi Notario, ut publicæ Personæ præsentibus, & recipientibus, & legitime stipulantibus pro eo, ejusque heredibus, & successoribus quibuscumque ut suprá, pro pretio & nomine pretii centum septuaginta ducatorum, ad rationem decem carlenorum pro quolibet ducato (*b*) nectorum a Gabella, quam dictus Dominus Hieronymus dicto nomine solvere, & pagare promisit: de quibus centum septuaginta ducatis pretio dictæ Domus nunc manualiter, numeraliter, & in contanti dictus Christophorus Venditor habuit, & recepit a Domino Hieronymo presente, dante, & solvente nomine dicti Reverendissimi Cardinalis, & de suis propriis pecuniis ducatos similes centum quinquaginta: & viginti alios similes Ducatos residuum totius dictæ summæ, præfatus Christophorus confessus fuit, & in veritate recognovit habuisse, & recepisse a dicto Domino Hieronymo per manus Damiani Pelliparii generi dicti Christophori præsentis, & acceptantis, & ita verum esse confitentis, de quibus, post dictam manualem receptionem & confessionem, præfatus Christophorus Venditor vocavit se bene quietum, contentum, & pagatum, & renunciavit exceptioni non habitorum, non solutorum, non receptorum, non ponderatorum, & ibi non traditorum & consignatorum, exceptioni non numeratæ pecuniæ, doli mali, metus in factum, condictionis indebitæ ob causam, & sine causa, spei futuræ numerationis, & receptionis, rei non sic gestæ, & Instrumenti non sic celebrati, & generaliter omnibus aliis, & singulis exceptionibus, & defensionibus juris, & facti, quibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum dicere, facere, & se quomodolibet tueri, & defendere

...enditionis ...actus nu- ... omnibus ...itius.

Domus venditæ pretium statuitur, ac solvitur.

Venditor pecuniam recipit, ac emptorem liberat.

(*a*) Hæc domus alteri juncta erat, quæ a Cardinalibus Cibo ac Pallavicino eidem Capellæ attributa fuit. Consulatur postremum Instrumentum quod huic Bullæ assuitur, ubi de hisce domibus nonnulla scitu digna subjiciam.

(*b*) Juxta Carlenorum ac Ducatorum supputationem supra traditam, domus hæc venit Scutis 127. & obol. (*Bajocchi*) 50.

dere posset, renunciavit expresse. Et si plus dicto pretio dictorum centum septuaginta ducatorum dicta Domus ut supra vendita cum juribus, & pertinentiis suis nunc valeret, vel in futurum quomodolibet valere posset, totum illud plus, sive sit magna, sive parva quantitas, etiamsi dimidiam justi pretii excederet, dictus Christophorus venditor eidem Reverendissimo Domino Cardinali absenti, & dicto Domino Hieronymo, & mihi Notario, ut publicae Personae praesentibus, & stipulantibus pro eo, inter vivos, & irrevocabiliter donavit, cessit, & concessit ob amorem, & dilectionem, quem, & quam habet erga eum, & quia sic sibi de re sua benefacere placuit. Et insuper dictus Christophorus venditor promisit, & convenit dicto Domino Hieronymo, & mihi Notario infrascripto praesentibus, & stipulantibus pro dicto Domino Cardinali, quod dicta domus, ut supra vendita cum juribus, & pertinentiis suis, est ipsius Christophori, & ad eum spectat, & pertinet pleno jure Dominii, vel quasi, & quod nulli alteri personae, Universitati, Collegio, sive loco est vendita, data, donata, cessa, concessa, alienata, pignorata, sive quomodolibet distracta, & quod non est factus aliquis Contractus, distractus, vel quasi contractus in praejudicium praesentis venditionis, & contentorum in ea, & si contrarium aliquo tempore appareret, vel in futurum quomodolibet apparere posset, voluit dictus Venditor teneri, & obligari eidem Reverendissimo Domino Cardinali Emptori praefato de evictione in forma juris valida, & in Urbe consueta; nec non ad omnia, & singula damna, expensas, & interesse, occasione praedicta per dictum Reverendissimum Dominum Cardinalem, vel ejus heredes, & successores fienda, patienda, & incurrenda, de quibus stare, & credere voluit soli & simplici Sacramento dicti Emptoris, vel ejus heredum praedictorum, absque aliqua alia probatione, seu Judicis taxatione, quod Sacramentum haberi voluit pro plena, & sufficienti probatione. Nec non promisit dictus Venditor huic venditioni facere consentire omnem Personam in ea jus habentem, seu habere praetendentem, & specialiter Dominam Justinam Uxorem Matthaei Lucae, & Dominam Catharinam Uxorem Damiani Dominici de regione Pontis, filias dicti Christophori, nec non Viros praedictarum Mulierum, ad omnem simplicem petionem, requisitionem, & voluntatem dicti Emptoris, vel ejus heredum, & successorum. Nec non similiter dictus Venditor promisit in se suscipere, mediare, & finire omnem litem, causam, & controversiam super dicta Domo quomodolibet movenda, & eundem Emptorem disbrigare ab omni molestante Persona. Et precibus, & rogatu dicti Christophori venditoris, & pro eo, Damianus Dominici Pelliparius de Regione Pontis sponte, & ex ejus certa scientia, & non per errorem fidejussit, & fidejussionem fecit pro dicto Christophoro venditore penes & apud dictum Reverendissimum Dominum Cardinalem Emptorem praefatum de evictione, & consensu praedictis, & in omnem casum, causam, & eventum omnium & singulorum praedictorum. Pro quibus omnibus, & singulis observandis, & plenarie adimplendis dictus Christophorus venditor Principalis, & praefatus Damianus fidejussor, & quilibet ipsorum obligaverunt sese, & omnia, & singula eorum, & cujuslibet ipsorum Bona praesentia, & futura. Et voluerunt pro observatione praedictorum posse cogi, compelli, constringi, & conveniri omni tempore, & in qualibet Curia, & coram quocumque Judice, Auditore, Rectore, Legato, vel Subdelegato, diebus feriatis, & non feriatis, quibus feriis, & feriatis diebus, ac beneficio Fori renunciarunt expresse, & renunciaverunt etiam cum juramento, Legi cedo Bonis, termino quinquennali cedendarum, & dividendarum actionum, & illi Legi, qua cavetur, quod si debitor non habuerit aurum, argentum, vel quid mobile, unde possit suo satisfacere Creditori, quod liceat offerre de stabilibus. Et dictus fidejussor renunciavit Epistolae Divi Adriani, & novae Constitutionis beneficio, & generaliter omnibus aliis, & singulis Legibus, legum auxilio, Statutis, Privilegiis, & consuetudinibus Urbis, tam factis, quam faciendis. Et ad majorem firmitatem praemissorum juraverunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manibus tactis Sacrosanctis Scripturis in manibus mei Notarii infrascripti, contra supradicta omnia, & singula, vel aliquod supradictorum non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, sive causa, sub obligatione praedictorum, & vinculo dicti per eos praestiti juramenti. Datum Romae in Regione Columnae in Domo dicti Christophori venditoris, praesentibus, audientibus, & intelligentibus his Testibus, videlicet, Gaspare Antonii de Spagnolis, Cola Laurentii Jacobatii, Domino Joanne de Sachis de Ancona, & Domino Rafaele de Ceva de Janua Testibus ad praedicta vocatis, & rogatis. Et ego Nicolaus Jacobelli Collectae Civis Romanus, Dei Gratia publicus Apostolica, & Imperiali Auctoritate Notarius, quia praedictis omnibus, & singulis, dum sic, ut praemittitur, agerentur, & fierent, una cnm praenominatis Testibus interfui, & quia aliis occupatus, per

Venditionis Contractus vindicatur.

Accedit Fidejussor.

Contractus juramento firmatur.

per alium mihi fidum ſcribi feci, & mea propria manu ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

In Dei Nomine Amen. Anno a Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Alexandri Divina Providentia Papæ ſexti, Indictione undecima, menſis Maji die ſexto. In præſentia mei & Teſtium infraſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum conſtituti perſonaliter coram eximio juris utriuſque Doctore Domino Latino Largio de Spoleto Judice Palatino, & Collaterali ordinario Curiæ Capitolii, & Magnifici viri Domini Alberti de Magalottis Equitis, & Comitis Urbevetani, Almæ Urbis Senatoris illuſtris, ſedente pro Tribunali in quodam Sedili ligneo, ſito in Anticamera Palatii Reverendiſſimi Domini Cardinalis Beneventani infraſcripti, apud Ædes Beati Marci de Urbe, quem locum, quo ad hunc actum, pro honore, & reverentia præfati Reverendiſſimi Domini Cardinalis, pro ſuo juridico, & Tribunali loco elegit, & deputavit, Vir nobilis Diotiajuti quondam Marii Diotajuti, Pater, & legitimus Adminiſtrator Julii, Joannis Baptiſtæ, Aureliæ, & Jacobellæ filiorum, & filiarum ejuſdem, & nobilis, & honeſta Mulier Domina Lucia relicta quondam Domini Georgii de lo Pozzo Avia Materna, & Curatrix Bartholomæi filii, & heredis quondam Angeli Diotajuti, ac ipſi Julius, & Joannes Baptiſta filii Diotajuti, & præfatus Bartholomæus filius, & heres præſati quondam Angeli, Nepotes, & Legatarii ex Teſtamento quondam Dominæ Catharinæ relictæ quondam Antonii Baptiſtæ de Albertonibus, ac etiam ut ceſſionarii Venerabilis Hoſpitalis Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe univerſalis heredis præfatæ quondam Catharinæ, prout de Inſtrumento ceſſionis hujuſmodi dixerunt conſtare manu, & ex actis Agabiti de Orte publici Notarii de eo rogati, & coram ptæfato Domino Judice dixerunt, & expoſuerunt, quod præfata quondam Catharina in ultimis conſtituta ſuum ultimum condidit Teſtamentum, in quo, inter alia reliquit præfatis filiis dicti Diotajuti, & Bartholomæo filio præfati quondam Angeli ſuis Nepotibus pro æquali portione integram medietatem Caſalis, & ſui Tenimenti vulgo dicti Larvaro, cum integra medietate reddiminis, Turris, & Caſamentorum, Terrarum cultivarum, & incultivarum, Pratorum, Pratariorum, Vallium, Montium, & cum aliis juribus, & pertinentiis, junctam pro indiviſo cum alia medietate dicti Caſalis, & Tenimenti ejuſdem, olim Viri nobilis Jordani de Cinciis, & nunc Domini Marii de Mellinis, & cujuſdam Cappellæ ſub vocabulo Conceptionis Beatæ Mariæ, ſitæ in Eccleſia Sancti Marci de Urbe, quod totum Caſale, & Tenimentum ejuſdem poſitum eſt in partibus Latii (a) inter hos fines, videlicet ab uno latere eſt Tenimentum Caſalis Turris de la Vallora, ab alio Tenimentum Caſalis Palazzecto, ab alio Tenimentum Caſalis Moſcaciano, ab alio Tenimentum Caſalis Moronæ, ab alio Tenimentum Caſalis Fuoſſola, ab alio Tenimentum Caſalis Sancti Chiriaci, ab alio Fluvius Tiberinus, vel ſi qui ſint, aut eſſe poſſint plures, aut veriores confines antiqui, vel moderni, aut vocabula veriora ad dictum Caſale, & Tenimentum prædictum ſpectantes, ſeu pertinentes, tam de jure, quam conſuetudine, cum hoc tamen onere quod præfati Julius, Joannes Baptiſta, & Bartholomæus Legatarii, & Ceſſionarii præfati infra terminum octo annorum, ex tunc proxime futurorum, ſive infra id tempus teneantur, & debeant redimere, & reacquirere duas tertias partes dictæ medietatis ejuſdem Caſalis, & ſui Tenimenti, ab eximio J. U. Doctore Domino Coronato de Planca Patre quondam Dominæ Juliæ Uxoris quondam Viri nobilis Marci de Albertonibus filii præfatæ quondam Dominæ Catharinæ, & eidem Domino Coronato, ſolvere, & ſatisfacere pro redemptione hujuſmodi Caſalis Florenos (b) in Urbe currentes duo millia, & trecentos, debitos eidem ratione dotis, & jurium dotalium præfatæ quondam Dominæ Juliæ, nec non, & ratione cujuſdam Legati ſacti per dictum quondam Marcum de Albertonibus ipſi Dominæ Juliæ ejus Uxori, de quibus, & aliis ſic, & aliter plus vel minus in eodem Teſtamento ſcripto, & publicato manu Evangeliſtæ de Viſcutiis publici Notarii de eo rogati apparere dicitur, ad quod dicti prænominati per omnia ſe referunt; & jam tempus ſolutionis dictorum duorum millium & trecentorum Florenorum imminet, & appropinquat, & dicti prænominati Legatarii, & Ceſſionarii, non habent pecunias numerales, unde poſſint dicto Domino Coronato pro dictis juribus dotalibus, & legato debitas ſolvere, & ſatisfacere, niſi ad venditionem, & alienationem dictæ medietatis

Latifundii Larvaro *fines deſignantur.*

Certa Latifundii pars ære alieno gravata.

(a) Nimirum in ea veteris Latii parte, quæ ultra Baſilicam S. Pauli protenditur, & hodie vulgato cognomine appellatur *Tor di Valle*.

(b) De valore Florenorum, quos Inſtrumentum nominat, agam infra commodius, & opportunius.

tatis Casalis prædicti deveniant, & licet data, & concessa fuerit in eodem Testamento dictis prænominatis Legatariis facultas vendendi, & alienandi certam partem dictæ medietatis Casalis antedicti, pro satisfactione dictorum duorum millium, & trecentorum Florenorum ut supra relictorum; Nihilominus non reperire potuerunt aliquem emptorem, qui dictam partem duntaxat emere voluerit, nisi dictam integram medietatem, nec alium, qui pro dicta medietate tantum, aut majus pretium obtulerit, quamvis exactam in his fecerint diligentiam, nisi Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum, Dominum Laurentium, miseratione divina Tituli Sanctæ Cæciliæ, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Beneventanum vulgariter nuncupatum, qui pro dote Venerabilis Cappellæ, & Altaris sub vocabulo Beatæ Mariæ in Basilica Sancti Petri, nomine, & vice felicis recordationis Innocentii Papæ Octavi fundatæ, & erectæ obtulit, & offert emere totam, & integram medietatem dicti Casalis pretio duorum millium sexcentorum, & quinquaginta ducatorum, ad rationem decem Carlenorum pro quolibet ducato; Quod quidem pretium idem Reverendissimus Dominus in pecunia numerata solvere, & satisfacere actualiter intendit, & ita se paratum offert. Videntes igitur, & considerantes præfatus Diotajuti Pater, & legitimus Administrator prædictus, & dicti Julius, & Joannes Baptista ejus Filii, ac dicta Domina Lucia Curatrix, & præfatus Bartholomæus ejus Nepos, hujusmodi venditionem & alienationem, fore, & esse justam, & in evidentem eorum utilitatem cedere, constituti ut supra idem Diotajuti Pater, & præfati sui filii, cum consensu, & auctoritate, & mandato præfati eorum Patris præsentis, consentientis, ac mandantis, & qui etiam se, & Bona sua prædictis suis filiis, ac etiam prædictis Aureliæ, & Jacobellæ ejus filiabus principaliter obligavit, ac de rato, & rati habitione promisit, & se facturum, curaturum, ita, & taliter cum effectu, quod præfati sui filii, & filiæ infrascripta omnia, & singula, semper, & perpetuo ratificabunt, emologabunt, & acceptabunt, & contra non facient, dicent, vel venient aliqua ratione, modo, titulo, jure, sive causa, & maxime ratione eorum, & cujuslibet ipsorum minoris ætatis viginti, seu viginti quinque annorum, nec restitutionem in integrum principaliter, vel incidenter, nec quovis

Laurentius Cardinalis Cibo ad dimidiam Fundi partem emendam se offert.

Contractus æquitas ac utilitas.

Cautiones ad contractus validitatem adhibitæ.

quæsito colore postulabunt, & quod præfatæ suæ filiæ feminæ fructus eis debitos ex dicta medietate Casalis prædicti nunquam amplius in futurum petent; Nec non & præfata Domina Lucia Avia Materna, & Curatrix, quæ etiam ultra officium dictæ suæ Curatoriæ, se & Bona sua principaliter obligavit pro dicto Bartholomæo ejus Nepote, ac de rato, & rati habitione promisit, & se facturam ita, & taliter cum effectu, quod præfatus Bartholomæus infrascripta omnia, & singula semper, & perpetuo ratificabit, modo, jure, titulo, sive causa, & maxime ratione suæ minoris ætatis viginti, seu viginti quinque annorum, nec restitutionem in integrum incidenter, seu principaliter, aut aliquo quovis modo contra hæc omnia, & singula postulabit, renuncians etiam præfata Domina quantum ad hæc, cum juramento, auxilio Velletani Senatus Consulj Authenticæ si qua Mulier, ceterisque aliis juribus, legibus, & auxiliis in favorem Mulierum introductis, certiorata per me Notarium infrascriptum de his omnibus quid sint, & quem effectum habeant, & etiam præfatus Bartholomæus cum consensu, præsentia, & auctoritate dictæ Dominæ Luciæ ejus Curatricis præsentis, consentientis, & auctorizantis, & quilibet eorum pro eorum, & cujusque ipsorum portionibus, ac etiam interesse, sponte eorum, & cujusque ipsorum scientia & non per errorem, omni meliori modo, via, jure, & forma, quibus magis, & melius de jure fieri potest, & debet, cum decreto, & auctoritate præfati Domini Judicis, sic ut supra sedentis, unanimiter & concorditer vendidere, & venditionis titulo jure proprio, & in perpetuum dederunt; cesserunt & concesserunt, transtulerunt, & mandaverunt præfato Reverendissimo Domino Laurentio Cardinali præsenti, ementi, recipienti, & legitime stipulanti pro eadem Cappella, seu Altare Sanctæ Mariæ, & Successoribus ejusdem, sita & fundata ut supra, ad veram, & ejusdem Cappellæ, & Altaris proprietatem, perpetuamque hereditatem, cui, vel quibus dicta Cappella, seu Altare, ejusque Rectores, & Cappellani, vendere, dare, donare, cedere, vel concedere voluerunt supradictam medietatem ejusdem Casalis, & sui Tenimenti Larvarii supra descripti, positi, & confinati, junctam pro indiviso cum alia medietate ejusdem Casalis supradictorum aliorum Consortium, cum omnibus, & singulis introitibus, exitibus, usibus, utilitatibus, reddimine,

Accedit ... dicis autho...

Dimid... Latifundii ... ditur plen... re.

(a) Cardinalis Beneventani cognomen Laurentio Cibo fuit attributum, sive quod Archiepiscopatum Beneventanum aliquando administraverit, sive etiam quod multa ac præclara beneficia in Beneventanam Ecclesiam ac Capitulum ille contulerit.

(a) Duas

mine, Turri, Accasamentis, Terris, Pratis, Pratarinis, Terragiis cultis, & incultis, planis, Vallibus, Montibus, strictis, largis, Silvis, stirpariis, Aquis, Fontibus, aquarum decursibus, aliisque juribus, & pertinentiis quibuscumque, liberam, & exemptam ab omni onere, censu, & Canonis responsione, ad habendum, tenendum, possidendum, frustificandum, utendum, fruendum, vendendum, donandum, alienandum, dandum, cedendum, & concedendum, & de dicta medietate Casalis, & sui Tenimenti prædicti faciendum, & disponendum ad voluntatem præfati Reverendissimi Domini Cardinalis Emptoris nomine quo supra, & aliorum Rectorum succedentium in futurum. Simili modo, & forma præfati Diotajuti Pater, Domina Lucia Curatrix, quibus supra nominibus, ac dicti prænominati filii, & Nepos Venditores, cum dicta auctoritate, mandato, & consensibus, & etiam cum decreto, & auctoritate præfati Domini Judicis vendiderunt, & venditionis titulo jure proprio, & in perpetuum dederunt, cesserunt, concesserunt, transtulerunt, & mandaverunt præfato Reverendissimo Domino Cardinali Emptori præsenti, recipienti, & legitime stipulanti ut supra, omnia, & singula jura, nomina, & actiones, petitiones, jurisdictiones reales & personales, utiles, & directas, tacitas & expressas, hypothecarias, pignoratitias, sive mixtas, Civiles, & Prætorias, ac in rem scriptas, officium Judicis, & beneficium Juris, quæ, quas, & quod dicti prænominati Venditores & quilibet eorum habent, & eis competunt, habere, & eis competere quomodolibet possent nunc, & in futurum in, de, & super dicta medietate Casalis prædicti supra descripti, & confinati, cum juribus, & pertinentiis suis prædictis, nullo jure, nullaque actione dictis nominatis Venditoribus super prædictis ullo unquam tempore reservatis; ita quod præfatus Reverendissimus Dominus Cardinalis Emptor nomine dictæ Cappellæ, & Altaris, & Cappellani Successores in ea in futurum, dictis juribus, nominibus, & actionibus, utilibus, & directis agant, petant, excipiant, utantur, fruantur, & experiantur in Judicio, & extra, quibus præfati Venditores, ac quilibet eorum agere, petere, excipere, ac uti, frui, & experiri poterant ante præsentem venditionem factam; dantes & concedentes dicti Venditores, & quilibet eorum præfato Reverendissimo Domino Cardinali Emptori præsenti, & stipulanti ut supra, omnimodam potestatem, & facultatem, propria ipsius auctoritate, & sine alicujus Judicis, seu Superioris licentia dictam medietatem Casalis, & sui Tenimenti supra venditam, positam, & confinatam, cum juribus, & pertinentiis suis prædictis, intrandi, ejusque corporalem, realem, & actualem possessionem capiendi, retinendi, & de hiis faciendi, & disponendi ad voluntatem præfati Emptoris nomine quo supra, & aliorum Successorum: constituentes præfatum Reverendissimum Dominum Cardinalem Emptorem præsentem, & stipulantem ut supra, Dominum, & Patronum, ac Procuratorem in rem suam propriam, ponentesque eumdem in ipsorum locum, Jus, & Privilegium; & nihilominus præfati Venditores, & quilibet ipsorum fecerunt, & constituerunt eorum, & cujusque ipsorum legitimos Procuratores ad investiendum, & in corporalem, & actualem possessionem dictæ medietatis Casalis, & sui Tenimenti cum juribus & pertinentiis suis ponendum, & immittendum præfatum Reverendissimum Dominum Cardinalem Emptorem, quo supra nomine, Dominum Dominicum de Vallectari Præpositum Beatæ Mariæ de Vineis Januen., & Dominum Justum de Bonannis Præpositum Cortonen., præsentes, & acceptantes, & quousque præfatus Reverendissimus Dominus Cardinalis Emtor, quo supra nomine, de dicta medietate Casalis, & sui Tenimenti prædicti investitus fuerit, & ipsam possessionem adeptus, præfati Venditores, & quilibet eorum constituerunt se nomine præfati Emptoris, & dictæ Cappellæ, & Altaris illa tenere, & possidere. Hanc autem venditionem, dationem, cessionem, & concessionem, ac omnia, & singula supradicta, & quæ infra dicentur, fecerunt præfati Diotajuti Pater, & legitimus administrator, ac dicta Domina Lucia Curatrix, quibus supra nominibus, ac etiam præfati Filii, & Nepos ipsius Diotajuti Venditores, cum dictis consensibus, decreto, & auctoritate, & quilibet eorum, dicto Reverendiss. Domino Cardinali Emptori præsenti, & stipulanti de dicta medietate Casalis, & sui Tenimenti ut supra venditi, positi, & confinati cum juribus, & pertinentiis suis prædictis, pro pretio, & nomine pretii duorum millum sexcentorum & quinquaginta Ducatorum, ad computum decem Carolenorum pro quolibet ducato, ex quibus duobus millibus sexcentis, & quinquaginta ducatis pretio prædicto, prænominati Venditores, & quilibet eorum, quibus supra nominibus præsentialiter, actualiter, & in contanti habuerunt, & receperunt in auro, & aurea pecunia numerata a præfato Reverendissimo Domino Cardinali præsente, dante, solvente, & pagante ducatos octingentos triginta tres, & unum tertium alterius ducati pro parte pretii prædicti.

[...]usula de[...]

[...]tio cedit [...]ommodum [...]æ, Innocentii VIII. [...]erectæ.

Pretium statuitur, ac partim solvitur.

dicti. Post quam receptionem, & manualem traditionem, & habitionem dictorum octingentorum triginta trium ducatorum, & unius tertii alterius ducati pro parte pretii prædicti supra solutorum, dicti Venditores, & quilibet eorum se bene quietos, contentos, pagatos, solutos, & satisfactos de illis vocarunt, & renunciaverunt exceptioni non habitorum, non receptorum, non ponderatorum, & eisdem non traditorum, & consignatorum dictorum octingentorum triginta trium Ducatorum, & unius tertii alterius ducati, partis pretii prædicti, & exceptioni non numeratæ pæcuniæ, ac doli mali, vis, metus in factum, conditionis ob causam, & sine causa, ac spei futuræ numerationis, & receptionis, & generaliter, & specialiter omnibus aliis, & singulis exceptionibus, & defensionibus juris, & facti, Canonici, & Civilis, quibus contra hæc omnia, & singula quomodolibet dicere, facere, & sese juvare, & defendere possent, expresse renunciarunt. *Partim deponitur ad æs alienum dissolvendum.* Residuum vero dicti pretii usque in dictam summam dictorum duorum millium sexcentorum, & quinquaginta Ducatorum, convenerunt præfatæ partes, quod Paulus Salvus Bancherius, & Socii de dicto Banco in Urbe, in depositum retineant, & retinere debeant, ac tenere, & custodire ad instantiam dictorum Venditorum, donec, & quousque per ipsos Venditores, & eorum quemlibet præfato Reverendissimo Domino Cardinali Emptori tradita, & assignata fuerit libera, & pacifica possessio duarum tertiarum partium præfatæ medietatis ejusdem Casalis, & sui Tenimenti supra venditi, positi, & confinati cum juribus, & pertinentiis suis. Quas duas tertias partes penes se retinet Dominus Coronatus de Plancha pro Dote, & juribus Dotalibus præfatæ quondam Dominæ Juliæ filiæ, & Uxoris prædicti quondam Marci de Albertonibus, & a præfato Domino Coronato illas exemerint, & redemerint, quia sic actum, & conventum fuit; & si plus dicto pretio dicta medietas Casalis, & sui Tenimenti cum juribus, & pertinentiis suis valeret, seu in futurum quomodolibet valere posset, totum illud plus, sive sit magna, sive parva quantitas, etiamsi excederet dimidiam justi pretii, scientes nihilominus illam amplius non valere, sponte dicti Venditores donaverunt, & titulo donationis irrevocabiliter inter vivos dederunt, cesserunt, concesserunt, transtulerunt, & mandarunt præfato Reverendissimo Domino Cardinali Emptori præsenti, & stipulanti, ut supra, quia sic ei donare placuit: promiserunt etiam dicti Venditores, & quilibet eorum pro se, & quibus supra nominibus, quod dicta medietas Casalis, & sui Tenimenti, ut supra vendita, posita, & confinata cum juribus, & pertinentiis suis prædictis, est ipsorum Vendentium, & ad eos, *Contractus vindicatur.* & quemlibet eorum spectat, & pertinet pleno jure Dominii, vel quasi, & quod non est alicui Personæ, loco, seu Universitati vendita, data, donata, cessa, concessa, nec aliter alienata in totum, nec in partem, largo alienationis sumpto vocabulo, nec de ea, vel parte ipsius est factus contractus, vel quasi contractus cum aliqua alia persona, loco, seu Universitate, in præjudicium præsentis contractus, & contentorum in eo; promiseruntque facere consentire huic venditioni, & contentis in ea omnem personam, locum, seu Universitatem jus aliquod habentem, seu habere prætendentem, in, & super dicta medietate Casalis antedicti supra venditi, positi, & confinati cum juribus, & pertinentiis suis prædictis, ad omnem ipsius Emptoris, & aliorum succedentium in eadem Cappella petitionem, requisitionem, & voluntatem: & omnem litem, causam, & judicium dandum, movendum, seu inferendum, seu quod inferri possit in futurum, in, & super dicta medietate Casalis prædicti, & sui Tenimenti, juribus, & pertinentiis suis prædictis contra eundem Emptorem quo supra nomine, ac alios Successores in futurum, in se suscipere, dictumque judicium a principio, medio, usque ad finem prosequi, & finire, eosdemque cum Procuratoribus, Advocatis, juribus, Scripturis, & documentis defendere, & disbrigare, & indemnes conservare in, & super præmissis, ab omni molestante Persona, loco, seu Universitate propriis ipsorum sumptibus, & expensis. Et ad preces, & rogatum dictorum Venditorum, & pro eis, pro se, & quibus supra nominibus, Viri nobiles Franciscus quondam Petri de Cinciis de Regione Trivii, & Petrus Paulus quondam Salvati Colæ Sabæ de Crassis ejusdem Regionis, & quilibet ipsorum in solidum sponte, scientes se ad infrascripta non teneri, sed teneri voluerunt, fidejusserunt, & fidejussionem fecerunt pro *Fidejussores accedunt.* dictis Venditoribns, penes, & apud præfatum Reverendissimum Dominum Cardinalem Emptorem præsentem, & stipulantem ut supra, in omnem casum, causam, & eventum omnium, & singulorum prædictorum, & promiserunt sese facturos, & curaturos, ita, & taliter cum effectu, quod dicti Venditores, & quilibet eorum prædicta omnia & singula, & quodlibet prædictorum, semper, & perpetuo observabunt, & implebunt, rata, grata, & firma habebunt, & tenebunt; & contra non facient, dicent, vel venient aliqua ratione, modo, titulo, Jure, sive causa; & maxime quod præfata Aurelia, & Jacobella

bella filiæ præfati Diotajuti, quibus fructus dictæ medietatis Casalis antedicti pro certo tempore debentur,illos nullo unquam tempore petent, nec adversus hæc omnia restitutionem in integrum quoquomodo postulabunt, alias si cotrarium aliquo tempore appareret, seu in futurum quomodolibet apparere posset, tam præfati principales Venditores, quam dicti eorum Fidejussores, & quilibet eorum in solidum voluerunt teneri, & obligatos esse præfato Reverendissimo Domino Cardinali Emptori præsenti, & stipulanti ut supra, de evictione dictæ medietatis Casalis, & sui Tenimenti prædicti cum juribus, & pertinentiis suis prædictis, & cujuslibet partis ipsius, in forma juris valida, & in Urbe consueta, ac de consensu præstando, litem suscipiendo, & defendendo, & ad omnia alia ad quæ tenentur, & obligantur, virtute præsentis Instrumenti, nec non ad omnia, & singula damna, expensas, & interesse faciendas, patiendas & incurrendas per præfatum Reverendissimum Dominum Cardinalem Emptorem, & alios Successores in futurum in dicta Cappella, tam in judicio, quam extra, occasionibus prædictis, aut earum altera, de quibus dicti Venditores, & eorum præfati fidejussores, & quilibet eorum stare, & credere voluerunt soli, & simplici Sacramento præfati Reverendissimi Domini Cardinalis Emptoris, & aliorum in dicta Cappella succedentium in futurum, quod juramentum habere voluerunt pro plena, & sufficienti probatione, sine aliqua Judicis taxatione, seu arbitratu boni Viri. Super quibus omnibus, & singulis, & quolibet prædictorum præfatæ partes, & quælibet eorum pro se ipsis, & quibus supra nominibus petierunt per præfatum Dominum Judicem ordinarium, sic ut supra sedentem, suam, & dicti sui Officii auctoritatem pariter, & decretum interponi, suprascriptumque Instrumentum, ut præfertur, dicta auctoritate, & decreto confirmari, roborari, & approbari, ac legitime inter ipsas partes fuisse, & esse celebratum declarari omni meliori modo, via, & forma, quibus magis, & melius de jure fieri potest, & debet. Qui Dominus Judex, ut supra sedens, visis, & auditis prædictis, visis, & cognitis legitimis, & justis causis, & rationibus supra allatis, expressis tam per Testamentum præfatæ quondam Catharinæ, quam per alia documenta coram eo exhibita, & producta, & per ipsum Dominum Judicem bene, & diligenter inspecta, & perlecta, ac omnibus visis, & mature ponderatis, & consideratis, quæ in prædictis, & circa prædicta videnda, ponderanda, & consideranda fuerunt, suprascriptum Instrumentum, ac omnia, & singula in eo contenta, & descripta, confirmavit, roboravit, & approbavit, riteque & recte, ac legitime inter ipsas partes factum, & celebratum declaravit, suamque, & dicti sui Officii in præmissis omnibus, & singulis auctoritatem pariter, & Decretum interposuit omni meliori modo, via, & forma, quibus magis, & melius de jure fieri potest, & debet. Pro quibus omnibus, & singulis servandis, & plenarie adimplendis, tam dicti Principales Venditores, quam præfati eorum Fidejussores, & quilibet eorum in solidum obligaverunt, & pignori posuerunt penes, & apud Reverendissimum Dominum Cardinalem Emptorem, præsentem & stipulantem ut supra, sese, ac omnia eorum, & cujusque ipsorum Bona mobilia, & stabilia, præsentia, & futura; & voluerunt pro observatione omnium, & singulorum prædictorum posse cogi, compelli, constringi, ac conveniri in omni Foro Ecclesiastico, & Seculari, & coram quocumque Judice, Auditore, Vicario, Legato, vel Subdelegato, diebus etiam feriatis, & non feriatis, quibus, ac Privilegio Fori expresse renunciaverunt. Renunciaverunt etiam legi, cedo Bonis, cedendarum, & dividendarum actionum, & illi legi qua cavetur, quod si debitor non habuerit Aurum, Argentum, aut quid Mobile unde possit suo satisfacere Creditori, quod possit offerre de Bonis stabilibus, & generaliter, & specialiter omnibus aliis Legibus, Legum auxiliis, juribus, Privilegiis, Indultis, favoribus, & quibuscumque aliis exceptionibus, & defensionibus juris, & facti, Canonici, & Civilis; Et maxime præfati Fidejussores, & quilibet eorum Epistolæ divi Adriani, & novæ Constitutionis beneficio, quibus contra hæc omnia, & singula quomodolibet facere, dicere, & sese juvare, & defendere possent, expresse renunciaverunt, & jurarunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manibus tactis Sacrosanctis Scripturis in manibus mei Notarii prædicta omnia, & singula semper perpetuo conservare & adimplere, rata, grata, & firma habere, & tenere, & contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, titulo, sive causa, sub hypotheca, & obligatione prædictis, & vinculo dicti per eos, & quemlibet eorum præstiti juramenti, & pœna unius libræ auri, qua pœna soluta, vel non, nihilominus hæc omnia, & singula semper & perpetuo firma perdurent, rogantes me Notarium infrascriptum, ut de prædictis publicum, seu publica conficerem Instrumentum, & Instrumenta. Actum Romæ in Palatio præfati Rverendissimi Domini Cardinalis Beneventani in ejus Anticamera sito apud ædes Beati Marci Evangelistæ

Judex contractum approbat.

Juramentum superadditur.

listæ de Urbe, præsentibus, audientibus, & intelligentibus hiis, videlicet Reverendissimo in Christo Patre Domino Bernardino de Fabiis, Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopo Farensi, Viro nobili Dominico de Cecchinis de Regione Campi Martii; Joanne Baptista Petri de Caprarola, & Honorio de Locatellis Clerico Brixien. Testibus ad prædicta omnia vocatis, habitis, & rogatis.

EISDEM Anno, & Pontificatu, Indictione, Mense, & die quibus supra. In præsentia mei Notarii, & Testium infrascriptorum, ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum constituta personaliter nobilis, & honesta Mulier Domina Fabritia Uxor præfati Diotajuti, cum consensu, præsentia, verbo, voluntate, & mandato dicti sui Viri præsentis, consententis, ac mandantis, nec non honestæ Puellæ Aurelia & Jacobella ejusdem Diotajuti filiæ, cum consensu, & mandato dicti earum Patris præsentis, consentientis, & mandantis, & quæ Dominæ Mater, & filiæ, & quælibet earum, cum juramento renunciaverunt auxilio Vellejani Senatus Consult. Authentic. Si qua Mulier, ceterisque ipsarum juribus Dotalibus, donationibus propter Nuptias, ac aliis ipsarum Privilegiis, & favoribus in præsidium Mulierum introductis; Certioratæ prius per me Notarium infrascriptum de illis; & providi Viri Franciscus, & Antonius germani fratres dicti Diotajuti, & quilibet eorum habentes plenam scientiam, & notitiam de suprascripto Instrumento venditionis dictæ medietatis Casalis, & sui Tenimenti supra facti Reverendissimo Domino Cardinali, per me Notarium infrascriptum perlecto cum omnibus suis clausulis, & circumstantiis in eodem Instrumento contentis, & descriptis, non vi, dolo, metu coacti, nec circumventi, sed eorum propria, spontaneaque voluntate, & ex certa scientia, & non per errorem, suprascriptum Instrumentum venditionis confirmaverunt, approbaverunt, acceptaverunt & emologaverunt, ac ratum, gratum, & firmum haberi voluerunt, & mandaverunt, & promiserunt contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, sive causa, eorumqe, & cujusque ipsorum consensum & assensum in præmissis omnibus & singulis in eodem Instrumento contentis & descriptis præstiterunt omni meliori modo &c. Ac etiam ultra dictum consensum præstitum, promiserunt de evictione dictæ medietatis Casalis prædicti supra venditi in forma juris valida, & in Urbe consueta, & de consensu præstando &c. Ac etiam voluerunt teneri ad omnia damna, expensas, & interesse ut supra. Et renunciaverunt omnia jura, omnesq; actiones eisdem, & cuilibet ipsarum competentes, & competentia super dicto Casali supra vendito cum juribus, & pertinentiis suis, pro quibus omnibus, & singulis observandis, & plenarie adimplendis, obligaverunt sese, & omnia Bona eorum, & cujusque ipsorum Mobilia, & Stabila, præsentia, & futura, me Notario publico infrascripto præsente, & stipulante pro omnibus, & singulis, quorum nunc interest, & in futurum poterit quomodolibet interesse; & voluerunt pro observatione omnium, & singulorum prædictorum posse cogi, compelli, & conveniri in omni Foro & coram quibuscumque Judicibus, diebus feriatis, & non feriatis, quibus, ac Privilegio Fori expresse renunciaverunt, & generaliter, & specialiter omnibus legibus, legum auxiliis, Indultis, favoribus, Privilegiis, ac quibuscumque aliis exceptionibus, & defensionibus Juris, & facti, Canonici, & Civilis, quibus contra hæc omnia, & singula quomodolibet facere, dicere, & sese juvare, & defendere possent, expresse renunciaverunt, ac juraverunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter, manibus tactis Sacrosanctis Scripturis in manibus mei Notarii infrascripti, prædicta omnia, & singula semper, & perpetuo attendere, & observare, & contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, sive causa, sub hypotheca, & obligatione prædictis, & vinculo dicti per eas, & earum quamlibet præstiti juramenti, rogantes me Notarium infrascriptum, ut de prædictis publicum conficerem Instrumentum. Datum Romæ in Domo dicti Diotajuti sita in Regione Trivii, præsentibus, audientibus, & intelligentibus hiis, videlicet nobilibus Viris Dominico de Cecchinis regionis Campi Martis, & Joanne Staglia Regionis Pineæ, Testibus ad prædicta vocatis, habitis, & rogatis. Ego Bernardus quondam Domini Petri de Capogallis Romani Civis, publicus Dei gratia, Apostolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia prædictis omnibus & singulis, dum sic ut præmittitur, agerentur, dicerentur, & fierent, una cum prænominatis Testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi, & audivi; ideo hoc præsens publicum Instrumentum exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi; & in fidem omnium, & singulorum prædictorum me hic manu propria subscripsi, & publicavi, signumque meum apposui consuetum, de hiis omnibus rogatus, & requisitus.

Eisdem Anno, Pontificatu, Indictione duodecima, Mensis Decembris die vigesima prima; in præsentia mei Notarii, & Testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum,

Superioris Instrumenti approbatio.

Evictionis onus subit venditor.

Sponsio ... mento firm...

rum, & rogatorum, Nobilis, & circumspectus Vir Dominus Marius de Mellinis sponte, & ex certa ejus scientia, & non per errorem vendidit, & venditionis titulo, jure proprio, & in perpetuum dedit, cessit, concessit, transtulit, & mandavit ad veram, & mundam proprietatem, propriamque hereditatem Reverendissimo in Christo Patri, & Domino Domino Laurentio miseratione Divina Tituli Sanctæ Cæciliæ, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Beneventano vulgariter nuncupato, præsenti, ementi, recipienti, & legitime stipulanti, vice, & nomine Venerandæ Cappellæ seu Altaris sub vocabulo Beatæ Mariæ sitæ in Basilica Sancti Petri de Urbe, vice, & nomine felicis recordationis Innocentii Papæ Octavi, fundatæ, & erectæ, nec non & aliorum in eadem Cappella succedentium, videlicet integram quartam partem Casalis totius, & sui Tenimenti vulgo dicti Larvaro, ipsius Domini Marii junctam pro indiviso cum aliis partibus ejusdem Casalis præfatæ Cappellæ Beatæ Mariæ, & cujusdam alterius Cappellæ sitæ in Ecclesia Sancti Marci de Urbe sub vocabulo Conceptionis ejusdem Beatæ Mariæ, quod totum Casale positum est in partibus Latii suis finibus terminatum, cum potestate illam specificandi, & cum omnibus, & singulis Juribus, pertinentiis, & adjacentiis suis liberam, & exemptam ab omni onere, Census & Canonis solutione, ad habendum, tenendum, possidendum, fructificandum, utendum, fruendum, vendendum, donandum, alienandum, cedendum, concedendum, & de dicta quarta parte Casalis prædicti faciendum, & disponendum ad voluntatem præfati Emptoris, & aliorum in dicta Cappella Successorum. Similiter idem Dominus Marius Venditor, sponte vendidit jure proprio, & in perpetuum dedit, cessit, concessit, transtulit, & mandavit præfato Reverendissimo Domino Cardinali Emptori præsenti, & stipulanti ut supra, omnia, & singula Jura, nomina, & actiones reales, & personales, utiles, & directas, tacitas, & expressas hypothecarias, pignoratitias, sive mixtas, Civiles, & prætorias, ac in rem scriptas, officium Judicis, & beneficium Juris, quæ, quas, & quod, idem Dominus Marius Venditor habet, & sibi competunt, habere, & competere quomodolibet possent nunc, & in futurum in, & super dicta quarta parte Casalis prædicti, & sui Tenimenti; Nullo jure, nullaque actione præfato Domino Mario Venditori, aliquo modo, nec aliquo unquam tempore reservatis; Ita quod eisdem Juribus, ac utilibus & directis actionibus præfatus Reverendissimus Dominus Cardinalis emptor quosupra nomine, ac alii Successores, sive ejusdem Cappellæ Rectores agant, petant, accipiant, utantur, fruantur, & experiantur in Judicio, & extra, quibus præfatus Dominus Marius venditor agere, petere, excipere, uti, frui, & experiri poterat ante præsentem venditionem factam; dans, & concedens idem venditor præfato emptori præsenti, & stipulanti ut supra, omnimodam potestatem, & facultatem ipsi emptori nomine quo supra, propria auctoritate realem, corporalem, & actualem possessionem dictæ quartæ partis Casalis, & tenimenti prædicti capiendi, & apprehendendi, retinendi, & de hiis faciendi, & disponendi ad voluntatem præfati Reverendissimi Domini Cardinalis emptoris quosupra nomine, & aliorum Successorum; Constituens eumdem Reverendissimum Dominum Cardinalem emptorem quo supra nomine, Dominum, & Patronum, ut in rem suam propriam; Ponensque ipsum in locum, jus, & Privilegium ipsius; & nihilominus constituit suum Procuratorem ad investiendum, & corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ quartæ partis Casalis prædicti tradendum præfato Reverendissimo Domino Cardinali emptori præsenti, & stipulanti ut supra, venerabilem virum Dominum Dominicum de Vellectariis præsentem, & acceptantem; & donec præfatus Reverendissimus Dominus Cardinalis Emptor de ea investitus fuerit, præfatus Dominus Marius Venditor præfato Reverendissimo Domino Cardinali Emptori præsenti, & stipulanti ut supra de dicta quarta parte Casalis, & Tenimenti prædicti supra positi, & confinati, pro pretio, & nomine pretii mille trecentorum, & viginti quinque Ducatorum, ad computum decem Carlenorum pro quolibet Ducato (a), quos mille trecentos, & viginti quinque Ducatos precium prædictum idem Dominus Marius Venditor actualiter, & in contanti habuit, & manualiter recepit a præfato Reverendissimo Domino Cardinali Emptore præsente, solvente, & pagante pro pretio prædicto in Carlenis argenteis, & aliis monetis dictam quantitatem summantibus, & facientibus. Post quam quidem receptionem, & manualem traditionem dicto-

Alia Fundi ...rvaro pars ...itur favore ...pellæ.

Jura omnia ...a cum fundo ...ienantur.

Pretium ...tuitur, ac solvitur.

(a) Duas Fundi partes pretio Ducatarum bis mille sexcentorum quinquaginta fuisse venditas, jam supra vidimus. Par igitur erat, ut tertia pars, pretii dimidium exæquaret: Pretii vero medietas eadem est quæ hic figitur, nimirum mille trecentorum & viginti quinque Ducatorum. Ex quo illud sequitur, ut hujusce Fundi divisionem pari jure, & in quatuor æquales partes factam credamus.

Emter liberatur.

dictorum mille, & trecentorum, & viginti quinqueDucatorum ad dictum computum(a), idem Dominus Marius Venditor se bene quietum, contentum, solutum, pagatum, & integraliter satisfactum vocavit, ac de illis pro dicto pretio præfatum Reverendissimum Dominum Cardinalem quietavit, & renunciavit exceptioni non habitorum, non solutorum, & eidem Domino Mario Venditori non traditorum, & consignatorum dictorum mille trecentorum, & viginti quinque Ducatorum, ac doli mali, vis, metus in factum, conditioni ob causam, & sine causa, ac spei futuræ numerationis, & receptionis, & generaliter & specialiter omnibus aliis, & singulis exceptionibus, ac defensionibus, juris, & facti, Canonici, & Civilis, quibus contra hæc omnia, & singula quomodolibet facere, dicere, & sese juvare, & defendere posset, expresse renunciavit, etsi plus dicto pretio dicta quarta pars Casalis, & sui tenimenti supra vendita, posita, & confinata valeret, seu in futurum valere posset, sive magna, sive parva quantitas esset, etiamsi excederet dimidiam justi pretii partem, totum illud plus præfatus Dominus Marius venditor donavit, & donationis titulo irrevocabiliter inter vivos dicto Reverendissimo Domino emptori præsenti, & stipulanti, ut supra, dedit, & concessit, quia sic donare, & largiri voluit, & placuit; quamvis idem Dominus Marius asseruit id fore, & esse justum, & congruum pretium, & dictam quartam partem non ultra valere. Insuper promisit idem Dominus Marius venditor præfato Reverendissimo Domino Cardinali emptori præsenti, & stipulanti ut supra, quod dicta quarta pars Casalis, & sui tenimenti prædicti supra vendita, posita, & confinata cum juribus, & pertinentiis suis prædictis, est ipsius Domini Marii Venditoris, & ad eum spectat, & pertinet pleno jure Dominii, vel quasi, & quod non est alteri vendita, data, donata, cessa, concessa, vel alitet alienata in totum, nec in partem, largo alienationis sumpto vocabulo, nec de ea, vel parte ipsius est factus contractus, vel quasi contractus cum aliqua alia persona, loco, seu Universitate in præjudicium præsentis contractus, & contentorum in ea, & facere consentire huic Instrumento, & contentis in eo omnem personam, locum, seu Universitatem jus aliquod habentem, seu habere prætendentem in, & super dicta quarta parte Casalis, & Tenimenti prædicti, cum juribus, & pertinentiis suis prædictis, ad omnem ipsius Reverendissimi Domini Cardinalis Emptoris nomine quo supra, & aliorum ejus Successorum simplicem petitionem, requisitionem, voluntatem; ac omnem litem, causam, & judicium dandum, movendum, seu quomodolibet inferendum, in, & super dicta quarta parte Casalis, & Tenimenti prædicti, cum juribus, & pertinentiis suis, in se suscipere, & recipere, dictamque litem & judicium prosequi a principio, medio, usque ad finem, & in quibuscumque instantiis, eundemq. in, & super ea defendere, & disbrigare, ac indemnem conservare propriis ipsius Venditoris sumptibus, & expensis: alias dictus Dominus Marius Venditor per se, suosque hæredes, & successores teneri, & obligatum esse voluit præfato Reverendissimo Domino Cardinali emptori præsenti, & stipulanti ut supra, de evictione dictæ quartæ partis Casalis, & Tenimenti prædicti, cum juribus, & pertinentiis suis, in forma juris valida, & in Urbe consueta, & de consensu præstando, litem suscipiendo, & defendendo; nec non ad omnia, & singula damna, expensas, & interesse, in quibus præfatus Reverendissimus Dominus Cardinalis emptor, & alii Successores ipsius fecerint, incurrerint, aut passi extiterint in judicio, & extra, occasionibus prædictis, aut earum altera, de quibus dictus Dominus Venditor stare, & credere voluit soli, & simplici eorum, & cujusque ipsorum juramento, quod habere voluerunt pro plena, & sufficienti probatione, sine aliqua Judicis taxatione, sive arbitratu boni Viri. Pro quibus omnibus, & singulis observandis, & plenarie adimplendis, idem Dominus Marius pro se, suisque heredibus, & successoribus in futurum, se, ac omnia, & singula ejus bona mobilia, & stabilia, præsentia, & futura in ampliori forma juris solemniter obligavit, & hypothecavit, & voluit pro observatione omnium, & singulorum prædictorum posse cogi, compelli, constringi, & conveniri in omni Foro Ecclesiastico, & Seculari, & coram quibuscumque Judicibus, diebus etiam feriatis, & non feriatis, quibus,

Contractus a Venditore vindicatur.

(a) Si ergoDucatorum omnium summam una colligamus, patet tres partes Fundi Larvaro pretio Ducatorum 3975. fuisse emtam, sive Scutorum aut Scutatorum fere trium millium. Exiguum sane pretium, si cum fructibus qui ex Latifundio obveniunt, conferatur. Quippe annuus reditus quem ex Prædio Innocentiani percipiunt, ex nupera locatione, quadringentorum Scutorum summam excedit. Sed hoc auctarium, eorum industriæ ac expensis tribuendum. Quippe magnis sumptibus fonte excitato, & noxia aquarum copia, quæ solo insidebat, corrivata, major ac felicior Ladifundio accessit ubertas. Hæc de tribus Fundi Larvaro partibus, sive quo ad pretium, sive quo ad fructus, dicta velim. Quarta enim quæ superest pars, sicut Innocentii VIII. tempore, ita etiam nostra ætate possidetur a V. Capella sub titulo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis in Ecclesia Sancti Marci Romæ sita.

(a) Pecu-

bus, ac Privilegio Fori renunciavit expresse, & generaliter, & specialiter omnibus aliis & singulis legibus, auxiliis, favoribus, Indultis, Privilegiis, & quibuscumque aliis exceptionibus, & defensionibus juris, & facti, Canonici, & Civilis, quibus contra haec omnia, & singula quomodolibet facere, dicere, & se juvare, & defendere posset, expresse renunciavit, & juravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manibus tactis Sacrosanctis Scripturis in manibus mei Notarii, praedicta omnia, & singula semper, & perpetuo observare, & adimplere, rata, grata, & firma habere, & tenere, & contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, sive causa, sub hypotheca, & obligatione praedictis, & vinculo dicti per eum praestiti juramenti, & poena unius librae auri; qua poena soluta, vel non, haec omnia, & singula nihilominus perpetuo firma perdurent. Rogantes me Notarium infrascriptum, ut de praedictis publicum, seu publica conficerem Instrumentum, & Instrumenta. Actum Romae in Palatio praefati Reverendissimi Domini Cardinalis apud Ecclesiam Sancti Marci de Urbe, & in ipsius Camera, praesentibus, audientibus, & intelligentibus hiis, videlicet, nobilibus Viris Jannotto Spinola, Marco Cataneo, Juliano Spinola Civibus Januensibus, & Joanne Baptista de Caprarola Ortanae. Dioecesis, praefati Reverendissimi Domini Cardinalis Camerario, Testibus ad praedicta omnia vocatis, habitis, & rogatis. Ego Bernardus quondam Domini Petri de Capogallis Romanus Civis, publicus Dei Gratia, Apostolica, & Imperiali auctoritate Notarius, quia praedictis omnibus & singulis, dum sic, ut praemittitur, agerentur, dicerentur, & fierent, una cum praenominatis Testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi, & audivi, ideo hoc praesens publicum Instrumentum exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi; & in fidem & Testimonium omnium & singulorum praemissorum, & rei sic gestae, me hic manu propria subscripsi, & publicavi, signumque meum apposui consuetum de hiis omnibus rogatus, & requisitus.

...cedit Juramentum.

In Dei Nomine Amen. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Alexandri Divina Providentia Papae sexti, Indictione duodecima, mensis Februarii die septima: In praesentia mei Notarii, & testium infrascriptorum ad haec specialiter vocatorum, & rogatorum, constitutus personaliter in redimine (a), & ante Gryptas suprascripti Casalis venerabilis vir Dominus Dominicus de Vallectariis Praepositus Beatae Mariae de Vineis Januensis, Magister domus praefati Reverendissimi Domini Cardinalis Beneventani, Procurator specialiter constitutus per infrascriptos venditores ejusdem Casalis, ad investiendum, & in realem, & corporalem, & actualem possessionem Casalis praedicti pro tribus quartis partibus ponendum, & immittendum animo, & intentione exequendi dictum suum mandatum eidem factum; & similiter venerabilis vir Dominus Benedictus Justinianus Nepos, ac Procurator praefati Reverendissimi Domini Cardinalis ipsius nomine, & pro eo, animo, & intentione possessionem praedictam pro eodem Reverendissimo Domino Cardinali recipiendi, & acceptandi, & data, & acceptata dextra ipsius Benedicti Nepotis, & Procuratoris praedicti, ipsum in possessione dicti Reddiminis, & Gryptarum Casalis, & tenimenti praedicti, immisit, & posuit, & de solo dicti tenimenti, seu territorii in ipsius gremio immittendo, & asserendo eidem Domino Benedicto praesenti, & stipulanti pro eodem Reverendissimo Domino, esto Dominus, & Patronus pro tribus quartis partibus Casalis antedicti, praefatusque Dominus Benedictus Procurator, & Nepos praedictus, nomine praefati Reverendissimi Domini Cardinalis possessionem Casalis praedicti pro dictis tribus quartis partibus adivit, & adeptus est ingrediendo dictum Reddimen, & Gryptas ejusdem Casalis, in eisque stando, & permanendo, dictumque Casale, & tenimentum ejusdem circuendo circum circa, & in eodem tenimento, & territorio commorando, stando, & deambulando, & alia faciendo, quae de jure requiruntur omni meliori modo, via, & forma, quibus magis, & melius de jure fieri potest, & debet, rogantes me Notarium infrascriptum, ut de praedictis conficerem Instrumentum. Actum extra Urbem in Casali praedicto, & in dicto Reddimine & Gryptis ejusdem Casalis, praesentibus, audientibus, & intelligentibus hiis, videlicet providis viris Antonio de Gigantibus Cive Romano regionis Trivii, & Philippo de Varagine Cive Januensi testibus ad praedicta vocatis, habitis, & rogatis.

Emtor Latifundii possessionem capit per Procuratorem.

Eisdem Anno, Pontificatu, Indictione, mensis Aprilis die octavo, in praesentia mei Notarii, & testium infrascriptorum, ad haec specialiter vocatorum, & rogatorum, eximius utriusque Juris Doctor Dominus Coronatus de Planca, Pater, & haeres quondam Dominae Juliae ipsius Domini Coronati legitimae, &

(a) Peculiaris quidam Latifundii locus, & fortasse aedificium aliquod, ubi ea gesta sunt, quae in Instrumento recitantur.

& naturalis filiæ, olim Uxoris quondam Marci de Albertonibus; Qui Dominus Coronatus se, & Bona sua principaliter obligavit pro Domina Francisca ejus Uxore, & eximio J. U. Doctore Domino de Planca, ac aliis ejusdem Domini Coronati filiis coheredibus, pro quibus de rato, & rati habitione promisit in forma, cum consensu, præsentia, verbo, & voluntate Marii Diotajuti Patris, & legitimi administratoris Julii, & Joannis Baptistæ suorum filiorum, & qui Diotajuti Pater, & legitimus administrator prædictus, ultra dictum ipsius consensum præstitum, se & bona sua principaliter obligavit pro dictis suis filiis, & Bartholomæo ejus Nepote, ac de rato, & rati habitione promisit, se facturum, & curaturum ita, & taliter cum effectu, quod dicti sui filii, & Nepos, infrascripta omnia, & singula, in præsenti Instrumento contenta perpetuo ratificabunt, emologabunt, & acceptabunt, & contra non facient, dicent, vel venient aliqua ratione, modo, jure, titulo, sive causa, maxime ratione ipsorum minoris ætatis viginti, seu viginti quinque annorum, nec restitutionem adversus infrascripta in integrum principaliter, aut incidenter postulabunt, sponte, & ex certa sua scientia, & non per errorem omni meliori modo, via, jure, & forma quibus magis, & melius de jure fieri potest, & debet, dedit, cessit, concessit, ore proprio, & in perpetuum transtulit, & mandavit Reverendissimo in Christo Patri & Domino, Domino Laurentio miseratione divina tituli Sanctæ Cæciliæ, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Beneventato vulgariter nuncupato, præsenti, acceptanti, recipienti & legitime stipulanti vice & nomine Ven. Capellæ seu Altaris sub vocabulo Beatæ Mariæ nuncupatæ, vice, & nomine felicis recordationis Innocentii Papæ octavi erectæ, omnia, & singula jura, nomina, & actiones reales, & personales, utiles, & directas, tacitas, & expressas, hypothecarias, pignoratitias, sive mixtas, Civiles, & Prætorias, ac in rem scriptas, officium Judicis, & beneficium juris, quæ, quas, & quod præfatus Dominus Coronatus pro se, & quibus supra nominibus habet, sibi competunt, habere, & sibi competere quomodolibet possent nunc, & in futurum in, de, & super duabus tertiis partibus Casalis, & sui tenimenti vulgo dicti Larvaro, siti in partibus Latii, suis finibus terminati cum potestate dicta confinia specificandi, vigore, & occasione duorum millium trecentorum florenorum in Urbe currentium (a), tam pro dote, sive juribus dotalibus, & donatione propter Nuptias præfatæ quondam Dominæ Juliæ, quam etiam ratione cujusdam Legati per dictum quondam Marcum Virum ipsius Dominæ Juliæ, in ultima sui voluntate facti debitorum, pro quibus Dote, juribus dotalibus, & donatione, ac legato prædictis, dictæ duæ tertiæ partes Casalis prædicti hypothecatæ, & in solutum traditæ, & consignatæ fuerunt præfato Domino Coronato per quondam Dominam Catharinam Matrem, & heredem præfati quondam Marci, cum potestate illas redimendi, prout hæc, & alia in Instrumento inde confecto, scripto manu Joannis de Signorilibus publici Notarii constare dixerunt, nullo jure, nullaque actione dicto Domino Coronato pro se, & quo supra nomine ullo unquam tempore aliquo modo reservatis. Ita quod dictis juribus, nominibus, & actionibus prædictis præfatus Reverendiss. Dominus Cardinalis nomine quo supra agat, petat, excipiat, utatur, fruatur, & experiatur in judicio, & extra, quibus præfatus Dominus Coronatus pro se, & nomine quo supra petere, & excipere, uti, frui, & experiri poterat ante præsentem cessionem factam, dans, & concedens præfato Reverendissimo Domino Cardinali præsenti, & stipulanti ut supra omnimodam potestatem propria ipsius auctoritate dictas duas tertias partes Casalis, & tenimenti prædicti intrandi, & illarum possessionem realiter, corporaliter, & actualiter capiendi, & de illis faciendi, & disponendi pro ipsius libito voluntatis, ponens ipsum Reverendissimum Dominum Cardinalem præsentem, & stipulantem ut supra, in ipsius Domini Coronati locum, jus, & privilegium, ipsumque Dominum, & Patronum, ut in rem propriam constituendo; & nihilominus idem Dominus Coronatus pro se, quo supra nomine, constituit suum Procuratorem ad cautelam ad investiendum præfatum Reverendissimum Dominum Cardinalem nomine quo supra, de dictis duabus tertiis partibus Casalis prædicti, Dominum de Vallectariis Præpositum Beatæ Mariæ de Vineis Januen. præsentem, & acceptantem, & donec de illis investitus fuerit, constituit se præfatus Dominus Coronatus nomine quo supra, illas nomine præfati Reverendissimi Domini Cardinalis quo supra nomine tenere, & possidere. Hanc autem dationem, cessionem, &

Fundi Larvari *pars quædam æri alieno obnoxia, plane liberatur.*

Jura omni[a] a Creditore i[n] Capellam tran[s]feruntur.

(a) Florenos non aureos, sed argenteos hic esse intelligentos, patet vel ex ipsa contractus natura. Si enim Florenos aureos excipias, jam Latifundii valorem excedet æs alienum illi superpositum. Valet enim Ducatis Carlenorum 2650.; & Florenorum bis mille trecentorum gravatur onere. De argentei Floreni pretio, agam infra.

& concessionem, ac omnia, & singula supradicta, & quæ infra dicentur, fecit idem Dominus Coronatus pro se quo supra nomine, cum dicto consensu, præfato Reverendissimo Domino Cardinali præsenti, & stipulanti, ut supra, de juribus, & actionibus prædictis, pro eo quia idem Dominus Coronatus pater, & heres prædictus pro se, & quo supra nomine, præsentialiter, actualiter, & in contanti in Ducatis auri in auro habuit manualiter, & recepit a præfato Reverendissimo Domino Cardinali præsente, solvente, & numerante, & pagante nomine dictæ Cappellæ, & Altaris, dictos duo millia, & trecentos Florenos Romanos (a) causis, & rationibus supra expressis, eidem Domino Coronato pro se, & quo supra nomine debitos. Post quam receptionem, & habitionem dictorum duorum millium, & trecentorum florenorum, idem Dominus Coronatus pro se, & quo supra nomine, se bene quietum, contentum, solutum, pagatum, & satisfactum vocavit de illis, & renunciavit exceptioni non solutorum, non receptorum, non ponderato- & eidem non traditorum, & consignatorum dictorum duorum millium, & trecentorum Florenorum ad dictam rationem, & exceptioni non numeratæ pecuniæ, ac doli mali, vis, metus in factum, conditioni ob causam, & sine causa, & spei futuræ numerationis, & receptionis, & generaliter, & specialiter omnibus aliis, & singulis exceptionibus, & defensionibus juris, & facti, Canonici, & Civilis, quibus contra hæc omnia, & singula quomodolibet facere, dicere, & se juvare, & defendere posset, expresse renunciavit. Insuper promisit idem Dominus Coronatus, pro se, & quo supra nomine, præfato Reverendissimo Domino Cardinali præsenti, & stipulanti ut supra, quod dicta jura ut supra cessa, data, & concessa, fuerunt, & sunt ipsius Domini Coronati, & ad eum spectant, & pertinent pleno jure, & quod non sunt alteri donata, cessa, concessa, vel aliter alienata in totum nec in partem, largo alienationis sumpto vocabulo, nec de eis est factus contractus, vel quasi contractus cum aliqua alia Persona, loco, seu universitate, in præjudicium præsentis contractus cessionis, & contentorum in ea, & facere consentire huic Instrumento, & contentis in eo omnem Personam, locum, seu universitatem jus aliquod habentem, seu habere prætendentem in, & super prædictis, & maxime præfatam Dominam Franciscam, ejus Uxorem, & dictum Dominum Paulum, & alios ejusdem Domini Coronati filios, ad omnem ipsius Reverendissimi Domini Cardinalis simplicem petitionem, & requisitionem & voluntatem, alias teneri voluit idem Dominus Coronatus præfato Reverendissimo Domino Cardinali præsenti, & stipulanti ut supra, de evictione dictorum jurium, ut supra cessorum, concessorum, & datorum in forma juris valida, & in Urbe consueta, & de consensu præstando, & ad omnia, & singula damna, expensas, & interesse, in quibus, & ad quæ præfatus Reverendissimus Dominus Cardinalis, quo supra nomine, ac alii post eum Successores fecerint, incurrerint, aut passi extiterint in Judicio, & extra, occasionibus prædictis, de quibus stare, & credere voluit soli, & simplici Sacramento præfati Reverendissimi Domini, & aliorum ejus Successorum, quod haberi voluit pro plena, & sufficienti probatione, sine aliqua Judicis taxatione, seu arbitratu boni Viri. Pro quibus omnibus, & singulis observandis, & plenarie adimplendis præfatus Dominus Coronatus pro se, quo supra nomine, se, ac omnia, & singula ejus bona mobilia & stabilia, præsentia & futura, in pleniori forma Juris præfato Reverendissimo Domino Cardinali præsenti, & stipulanti ut supra, solemniter obligavit, & hypothecavit, & voluit pro observatione omnium, & singulorum prædictorum posse cogi, compelli, constringi, & conveniri in omni foro, tam Ecclesiastico, quam Seculari, & coram quibuscumque Judicibus, diebus etiam feriatis, & non feriatis, quibus, ac privilegio fori expresse renunciavit, & generaliter, & specialiter omnibus aliis, & singulis legibus, auxiliis, favoribus, privilegiis, indultis, ac quibuscumque aliis exceptionibus, & defensionibus juris & facti, Canonici, & civilis, quibus contra hæc omnia & singula quomodolibet facere, dicere, & se juvare, ac defendere possit, expresse renunciavit, & juravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manu tactis Sacrosanctis Scripturis in manibus mei Notarii, prædicta omnia & singula semper, & perpetuo observare, & adimplere, rata, grata, & firma habere, & tenere, & contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, jure, modo, titulo, sive causa sub hypotheca, & obligatione prædictis, & vinculo dicti per eum præstiti Juramenti: rogantes me Notarium infrascriptum, ut de prædictis publicum

...niæ solu... ...s alienum ...quitur.

Creditor evictionem spondet.

Juramento se obstringit.

(a) Quamvis Floreni argentei, non secus ac aurei, e monetaria officina Florentiæ prodierint, nihilominus argentei Floreni appellantur *Romani*, quod Romæ frequentiores essent, certo tamen statoque pretio illis attributo: Hinc etiam *Floreni in Urbe currentes* passim nominantur.

cum conficerem Inſtrumentum, & Inſtrumenta. Actum Romæ in Regione Pineæ in Palatio præfati Reverendiſſimi Domini Cardinalis Beneventani in ejus Camera, præſentibus, audientibus, & intelligentibus his, videlicet Magnificis Dominis, Domino Geherardo Uſuſmaris, Juliano Spinula civibus Januenſibus, & Domino Marco Lauridano Canonico Veneto Camerario præfati Reverendiſſimi Domini Cardinalis, teſtibus ad prædicta omnia vocatis, habitis, & rogatis. Ego Bernardus quondam Domini Petri de Capogallis Romanus civis, publicus Dei gratia, Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia prædictis omnibus & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, agerentur, dicerentur, & fierent, una cum prænominatibus teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi, & audivi, ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi, & in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum prædictorum, & rei ſic geſtæ, hic me manu propria ſubſcripſi, & publicavi, ſignumque meum appoſui conſuetum, de his omnibus rogatus, & requiſitus.

In Nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſime quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Alexandri Divina providentia Papæ ſexti, Indictione prima, menſis Decembris die vigeſima; In præſentia mei Notarii, & Teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum conſtitutus perſonaliter providus Vir Joannes Chriſtophorus Bartholomæi Teſta de Regione Pontis, cum conſenſu, præſentia, verbo, & voluntate Domini Gregorii de Caſalis Notarii de Regione Campi Martis, Mariti Dominæ Eugeniæ germanæ ſororis dicti Joannis Chriſtophori, & Magiſtri Sanctis Barberii, Mariti, & perſonæ legitimæ Dominæ Gratioſæ ejus Uxoris, ac germanarum Sororum ipſius Joannis Chriſtophori, præſentium, volentium, & conſentientium, & eorum ac cujuslibet ipſorum conſenſum præſtantium, tam eorum nominibus, quam nomine dictarum eorum Uxorum, renunciantium omnibus eorum juribus & actionibus, eiſdem, ac dictis eorum Uxoribus ſpectantibus, & pertinentibus ſuper infraſcripta Domo vendita infraſcripto Reverendiſſimo Domino Cardinali Beneventano, tam ratione dotium eiſdem promiſſarum, & etiam Jocalium, Parafernorum, ac hereditatis Paternæ eiſdem quomodolibet debitorum, & pro quibus ſe, & eorum Bona principaliter obligaverunt, & promiſerunt de rato, & rati habitione, & ſe facturos, & curaturos, ita & taliter cum effectu, quod dictæ eorum Uxores habebunt ratum, gratum, & firmum ſupraſcriptum conſenſum per eos ut ſupra præſtitum, ac venditiones per eos ut ſupra factas, contra non facient, dicent, vel venient aliqua ratione, modo, titulo, ſive cauſa, ſponte, & certa ejus ſcientia, & non per errorem, vendidit, & titulo venditionis dedit, ceſſit, & conceſſit ad mundam proprietatem, perpetuamque hereditatem Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Laurentio titulo Sanctæ Cæciliæ Presbytero Cardinali Beneventano præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti vice, & nomine Capellæ glorioſæ Virginis Mariæ ſitæ in Venerabili Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, ædificatæ noviter, & conſtructæ nomine Sanctæ memoriæ Domini Innocentii Divina providentia Papæ octavi; & mihi Notario, uti publicæ Perſonæ præſenti, & recipienti, & legitime ſtipulanti pro ea, id eſt quandam ipſius Joannis Chriſtophori Domum terrineam, tegulatam, & ſolaratam, cum Sala, Cameris, duabus Apothecis, lovio (*a*), Cantina, Coquina, & aliis ejuſdem membris, juribus, introitibus, & pertinentiis ſuis poſitam in Regione Pontis in Platea Montis Jordani, juxta res Domini Gentilis Pauli de Magiſtris; ab alio juxta res heredum quondam Magiſtri Troyli Medici; ab alio eſt Platea Montis Jordani, ante eſt via publica, vel ſi qui &c. liberam, & exemptam ab omni onere, Cenſu, Canone, ſeu Servitute, alicui peſonæ dandi, præſtandi, ſive perſolvendi. Item etiam ſimili modo & forma Dominus Joannes Chriſtophorus vendidit omnia, & ſingula jura, omneſque actiones, juſtitias, & rationes reales, & perſonales, utiles, & directas, tacitas, & expreſſas, hypothecarias, pignoratitias, ſive mixtas, & in rem ſcriptas, Officium Judicis, & beneficium Juris, quæ, quas, & quod dictus Venditor habet, ſibique competunt, habere, & competere poſſent nunc, & in futurum ſuper dicta Domo per eum ut ſupra vendita, cum juribus, & pertinentiis ejus ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, fructificandum, vendendum, cedendum, concedendum, & de ea perpetuo faciendum, & diſponendum pro libito voluntatis Capellanorum in dicta Capella deputandorum, & ordinandorum, nullo jure, nullaque actione ſibi Joanni Chriſto-

Venditio ... mus in Pl... Montis Jo... favore Cap...

(*a*) Cangius in verbo *Lodia* innuit vocabulum *Logium* a Lectore conſulendum. *Logium* vero eam domus partem interpretatur, quæ, barbaro nomine haud quaquam mutato, ab Italis appellatur *Loggia*.

ſtophoro venditori ſuper dicta domo per eum ut ſupra vendita, aliqualiter reſervatis. Ponens, & immittens dictus Venditor eundem Reverendiſſimum Dominum Cardinalem emptorem, & Capellam prædictam in jus, & privilegium ipſius venditoris, ita quod dictus Reverendiſſimus Dominus Cardinalis, Capella, & Capellani ejuſdem pro dictis juribus emptis poſſint, & valeant agere, petere, & experiri utilibus & directis actionibus in Judicio, & extra, quemadmodum venditor agere, facere, & experiri poterat ante præſentem venditionem, dans, & concedens dictus venditor eidem Reverendiſſimo Domino Cardinali, Capellæ, & Capellanis ejuſdem licentiam, & poteſtatem propria ejus auctoritate, & ſine licentia alicujus Judicis, ſive Curiæ dictam domum, cum juribus & pertinentiis ſuis intrandi, capiendi, & apprehendendi, & de ea faciendi, & diſponendi pro libito voluntatis ipſorum Reverendiſſimi Domini Cardinalis, & Capellanorum. Et nihilominus conſtituit dictus Venditor ejus legitimum Procuratorem Reverendiſſimum Patrem, & Dominum Franciſcum de Auria Januenſem præſentem, & acceptantem, ad inveſtiendum præfatum Reverendiſſimum Dominum Cardinalem, ſeu præſentem mandatum ab eo, de dicta Domo, ut ſupra per eum vendita cum juribus, & pertinentiis ſuis, & donec præfatus Reverendiſſimus Dominus Cardinalis inveſtitus fuerit de dicta Domo, ac vacuam, liberam, & expeditam poſſeſſionem ejuſdem Domus adeptus fuerit, dictus Venditor conſtituit ſe nomine dicti Emptoris & pro eo tenere & poſſidere. Hanc autem venditionem, dationem, ceſſionem, & conceſſionem, ac prædicta omnia, & ſingula, quæ dicta ſunt, & infra dicentur, fecit dictus Joannes Chriſtophorus cum conſenſibus prædictis, præfato Reverendiſſimo Domino Cardinali præſenti, & recipienti, ac legitime ſtipulanti pro dicta Capella, & Capellanis ejuſdem, & mihi Notario uti publicæ perſonæ præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti pro dicta Capella & Capellanis ejuſdem, pro pretio, & nomine prætii octingentorum Ducatorum de Carlenis ad rationem ſeptuaginta* bolonen. pro quolibet ducato (a), de quibus octingentis Ducatis pretio dictæ Domus dictus Joannes Chriſtophorus Venditor nunc manualiter, realiter, & in contanti habuit, & recepit a dicto Reverendiſſimo Domino Cardinali Ducatos auri in auro larg. viginti. Reſiduum vero uſq; in dictis octingentis Ducatis manualiter, realiter, & in contanti depoſuit ad inſtantiam dicti Joannis Chriſtophori penes, & apud Virum Nobilem Philippum Inſtitutorem Banchi de Saulis præſentem, recipientem, & acceptantem, ſolvend. eidem Joanni Chriſtophoro; datis per eum idoneis fidejuſſionibus de evictione, conſenſu præſtando, & de ſuſcipiendo omnem litem ſuper ea movendam, ſecundum formam Juris, & Urbis conſuetudinem, & præſtito conſenſu per ſupraſcriptas Dominam Eugeniam, & Gratioſam germanas Sorores ipſius Joannis Chriſtophori; de quibus poſt dictam receptionem, & depoſitionem dictus Venditor vocavit ſe bene quietum, contentum, & pagatum, & renunciavit exceptioni non habitorum, non ſolutorum, non receptorum, non depoſitorum, & ſibi non conſignatorum, & depoſitorum, exceptioni non numeratæ pecuniæ, doli mali, vis, metus in factum, conditionis indebitæ ob cauſam, ac ſine cauſa, & ſpei futuræ numerationis & receptionis, rei non ſic geſtæ, & Inſtrumenti non ſic celebrati. Et ſi plus dicto pretio dictorum octingentorum ducatorum dicta Domus ut ſupra vendita nunc valeret, vel in futurum quomodolibet valere poſſet; totum illud plus, ſive ſit magna, ſive ſit parva quantitas, etiamſi dimidiam juſti pretii excederet, dictus Venditor inter vivos, & irrevocabiliter donavit, dedit, ceſſit, & conceſſit dicto Reverendiſſimo Domino Cardinali, & mihi Notario, ut publicæ Perſonæ præſentibus, & ſtipulantibus ut ſupra, quod dicta Domus per eum ut ſupra vendita, cum juribus, & pertinentiis ſuis eſt ipſius Venditoris, & ad eum ſpectat, & pertinet pleno jure Dominii, vel quaſi, & quod nulli alteri perſonæ, Univerſitati, Collegio, ſive Loco eſt vendita, data, donata, ceſſa, conceſſa, ſeu quomodolibet alienata in totum, neque in partem, & quod non eſt factus aliquis Contractus, diſtractus, vel quaſi Contractus in præjudicium præſentis venditionis, & contentorum in ea, neque factus apparebit; & ſi contrarium aliquo tempore appareret, vel in futurum quomodolibet apparere poſſet, dictus Venditor voluit teneri, & obligari de evictione in forma Juris valida, & in Urbe conſueta; nec non ad omnia, & ſingula damna, expenſas, & intereſſe occaſione prædicta per dictum Emptorem, & Capellanos Capellæ præfatæ fienda, patienda, & incurrenda, de quibus ſtare, & credere voluit ſoli, & ſimplici Sacramento dicti Emptoris, & Capellanorum dictæ Capellæ, abſque aliqua alia probatione, ſeu Judicis taxatione

Venditor emtorem liberat.

Favore Emtoris evictionem ſpondet.

(a) Si hoſce Ducatos octingentos ad Scutorum valorem exigas, inde colliges eos commenſurari Scutis Romanis plane ſexcentis. At longe majori pretio, nimirum Scutis mille quingentis, domus eadem anno 1614. vendita fuit favore Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, ut docet Inſtrumentum in Acta publica a Notario Gargario relatum. Pretii diſcrimen repetas a domus conditione, quæ ſucceſſu temporis longe melior facta eſt. Pecunia ex venditione domus collecta, ab Innocentianis converſa fuit in emtionem alterius domus, quam hodie poſſident ad Montem Jordanum in vico quem vocant *dell' Avila*, ut patet ex Inſtrumento Franciſci Cellii die 3. Februarii 1648.

(a) De

ne. Quod Sacramentum habere voluit pro plena, & sufficienti probatione. Necnon promisit dictus Venditor huic venditioni facere consentire omnem personam in dicta Domo jus habentem, seu habere prætendentem, ad omnem simplicem petitionem, requisitionem, & voluntatem ipsius Emptoris, & Capellanorum prædictorum. Necnon similiter promisit dictus Venditor omnem litem super dicta Domo quomodolibet movendam in se suscipere, mediare, & finire ejus sumptibus, & expensis, & dictum Emptorem, Capellam, & Capellanos disbrigare ab omni molestante persona, quia sic actum, & conventum fuit. Pro quibus omnibus, & singulis observandis, & plenarie adimplendis dictus Joannes Christophorus venditor obligavit se, & omnia, & singula ejus Bona præsentia, & futura. Et voluit pro observatione prædictorum posse cogi, compelli, constringi, & conveniri omni tempore, & in qualibet Curia tam Ecclesiastica, quam Seculari, & coram quocumque Judice, Auditore, Vicario, Legato, vel Subdelegato, diebus feriatis, & non feriatis. Quibus feriis, & feriatis diebus, ac beneficio fori renunciavit expresse. Renunciavit etiam cum juramento legi Cedo Bonis, termino quinquennali, cedendarum, & dividendarum actionum, & illi legi, qua cavetur, quod si Debitor non habuerit aurum, vel argentum, vel quid mobile, unde possit suo satisfacere Creditori, quod liceat offerre de stabilibus, & generaliter omnibus aliis, & singulis legibus, legum auxiliis, statutis, privilegiis, & consuetudinibus Urbis, tam factis, quam faciendis; & ad majorem firmitatem prædictorum juravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manibus tactis Sacrosanctis Scripturis, contra suprascripta omnia, & singula, vel aliquod suprascriptorum non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, sive causa, sub obligatione prædictorum, & vinculo dicti per eum præstiti juramenti. Actum Romæ in Regione Pineæ, in Palatio Ecclesiæ Sancti Marci in Camera præfati Reverendissimi Domini Cardinalis, præsentibus, audientibus, & intelligentibus his Testibus, videlicet Reverendo Patre Domino Herneo de Callac utriusque Juris Doctore, Præposito Guerrandiæ Nannaten. Diœcesis, Magistro Antonio Jacobi Pollajolo Florentino Sculptore, & Domino Francisco de Auria supranominato, testibus ad prædicta vocatis & rogatis.

Contractus juramento roboratur.

In Nomine Domini Amen. Eisdem Anno, Pontificatu, Indictione, mense quibus supra, die vero vigesima prima. In præsentia mei ejusdem Notarii, & Testium infrascriptorum, ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum, Viri nobiles Laurentius de Pauli, & Antonius de Lenis de Regione Pontis, ipsi, & quilibet ipsorum in solidum, precibus, & rogatu suprascpipti Joannis Christophori venditoris præsentis & recipientis, fidejusserunt, & fidejussionem fecerunt nomine dicti Joannis Christophori, penes, & apud suprascriptum Reverendissimum Dominum Cardinalem absentem, & Dominum Franciscum de Auria ejus Procuratorem, & me Notarium infrascriptum, præsentes, & stipulantes pro dicta Capella, de evictione, consensu præstando, & de suscipiendo omnem litem super suprascripta Domo movendam, ut supra est expressum, alias in solidum teneri voluerunt de evictione, consensu præstando, & de suscipiendo omnem litem, in omnem casum, causam, & eventum omnem prædictorum, scientes se ad prædicta non teneri, immo teneri voluerunt in causam, & eventum evictionis prædictæ. Pro quibus omnibus, & singulis observandis, & firmiter adimplendis dicti Fidejussores, & quilibet ipsorum obligaverunt se, & omnia, & singula eorum, & cujuslibet ipsorum Bona præsentia, & futura. Et voluerunt pro observatione prædictorum posse cogi, compelli, constringi, & conveniri omni tempore, & in qualibet Curia, tam Ecclesiastica, quam Seculari, & coram quocumque Judice, Auditore, Vicario, Legato, vel Subdelegato, diebus feriatis, & non feriatis, quibus feriis, & feriatis diebus, ac beneficio Fori renunciaverunt expresse. Renunciaverunt etiam cum juramento legi, Cedo Bonis, termino quinquennali, cedendarum, & dividendarum actionum, & illi legi, qua cavetur, quod si Debitor non habuerit aurum, argentum, vel quid mobile, unde posset suo satisfacere Creditori, quod liceat offerre de stabilibus, & generaliter omnibus aliis, & singulis legibus, legum auxiliis, statutis, privilegiis, consuetudinibus Urbis tam factis, quam fiendis; & ad majorem firmitatem prædictorum jurarunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manibus tactis Sacrosanctis Scripturis in manibus mei Notarii infrascripti, contra suprascripta omnia, & singula, vel aliquod suprascriptorum non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, sive causa, sub obligatione prædictorum, & vinculo dicti per eos præstiti juramenti. Actum Romæ in Regione Pontis in Apotheca Speciariæ Pauli della Corona sita in Platea Montis Jordani, præsentibus, audientibus, & intelligentibus his testibus, videlicet Paulo Joannis Lelli, Benedicto Magistri Laurentii, & Petro Antonio Magistri Cancini Aurificis, omnibus de Regione Pontis, Testibus ad prædicta vocatis, & rogatis.

Fidejussores cedunt, qui ditoris ne evictionem dent.

Juramento obstringu

In

lieres in supra venes habent.

In Nomine Domini Amen. Eisdem anno, mense, Indictione, die, & Pontificatu quibus supra, & in præsentia mei ejusdem Notarii, & Testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum, Honestæ Dominæ Eugenia Uxor Domini Gregorii de Casalis, & Gratiosa Uxor Magistri Sancti Barberii, germanæ Sorores Joannis Christophori Bartholomæi suprascripti; quæ cum juramento renunciaverunt auxilio Vellejan. Senatus Consult. authenticæ si qua Mulier, & legis Juliæ de fundo dotali, certioratæ prius per me Notarium infrascriptum de dictis juribus, & eorum effectu, quid sint, quid dicant, & quid importent, habentes notitiam, & certam scientiam de consensu, & renunciationibus earum nominibus factis per suprascriptum Dominum Gregorium, & Magistrum Statium earum Viros in dicta suprascripta Domo factis per suprascriptum Joannem Christophorum earum fratrem suprascripto Reverendissimo Cardinali Beneventano, nomine Venerabilis Capellæ Sanctæ Mariæ sitæ in Basilica Sancti Petri de Urbe, constructæ nomine Sanctæ memoriæ Domini Innocentii Divina providentia Papæ Octavi, prout latius supra per manus mei Notarii infrascripti apparet, illam, & illum, & contenta in eis, ex certa earum, & cujuslibet ipsarum scientia, & non per errorem emologaverunt, ratificaverunt, & acceptaverunt, & pro emologata, ratificata, & acceptata haberi voluerunt, ac renunciaverunt omnia jura, omnesque actiones, justitias, & rationes reales, & personales, utiles, & directas, tacitas, & expressas, hypothecarias, pignoratitias, sive mixtas, & in rem scriptas, officium Judicis, & beneficium Juris, sibi, & cuilibet ipsarum quomodolibet competentes, & competentia super dicta Domo, vigore, prætextu, & occasione earum Dotium, & earum Jocalium, eis, & cuilibet ipsarum promissorum per dictum earum fratrem; nec non dotis earum Matris, & aliorum Jurium quomodolibet eis, & cuilibet ipsarum quomodolibet competentium usque in præsentem diem. Hanc autem ratificationem, consensum, & renunciationem, & prædicta omnia, & singula, quæ dicta sunt, & infra dicentur, fecerunt dictæ Dominæ Eugenia, & Gratiosa, pro eo quia asseruerunt eis, & cuilibet ipsarum, esse bene cautum de omnibus suprascriptis, & quia sic eis benefacere placuit. Et insuper dictæ Dominæ promiserunt de evictione dictorum jurium refutatorum, in forma Juris valida, & in Urbe consueta. Quæ quidem omnia, & singula suprascripta, dictæ Dominæ, & quælibet earum promiserunt attendere, & observare, ac rata, grata, & firma habere, & tenere, & in nullo contrafacere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, sive causa, sub obligatione omnium, & singulorum Bonorum ipsarum, & vinculo dicti per eas præstiti juramenti in manibus mei Notarii infrascripti. Actum Romæ in regione Pontis in Domo habitationis Magistri Nardi Pictoris Romani, præsentibus, audientibus, & intelligentibus his Testibus, videlicet Cherubino Matutii Becchini de Lentulis de Regione Campitelli, & Bernardo de Simonis de regione Montium, Testibus ad prædicta vocatis & rogatis.

dditionem ant, ac cumque regiis se unt.

In Nomine Domini Amen. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Alexandri Divina providentia Papæ Sexti, Indictione prima, mensis Januarii die tertia: In præsentia mei ejusdem Notarii, & Testium infrascriptorum, ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum, providus Vir Gentilis de la Palma de Regione Ripæ, Pater, & legitimus Administrator Alexandræ ejus Filiæ, ac Uxoris per verba de præsenti, & anuli subarratione Joannis Christophori Bartholomæi Testa, pro seipso, ac vice & nomine dictæ suæ filiæ, pro qua se, & Bona sua principaliter obligavit, ac promisit de rato, & rati habitione, se facturum, & curaturum, ita & taliter, & cum effectu, quod a dicta Alexandra ejus filia habebit infrascriptum consensum, & omnia, & singula infrascripta habebit rata, grata, & firma, & contra non faciet, dicet, vel veniet aliqua ratione, modo, jure, titulo, sive causa, sponte, & ex certa ejus scientia, & non per errorem, consensit, & suum consensum, & dictæ suæ filiæ præstitit venditioni suprascriptæ Domus factæ per Dominum Joannem Christophorum suprascripto Reverendissimo Domino Cardinali nomine suprascriptæ Capellæ Sanctæ Mariæ in Basilica Sancti Petri existentis, & renunciavit omnia, & singula jura, omnesque actiones, justitias, & rationes reales, & personale, utiles, & directas, tacitas, & expressas, hypothecarias, pignoratitias, sive mixtas, & in rem scriptas, officium Judicis, & beneficium Juris, quæ, quas, & quod dicta Domina Alexandra habet, sibique competunt, habere, & competere possunt nunc, & in futurum super dicta Domo vendita dicto Reverendissimo Domino Cardinali dicto nomine, vigore trecentorum florenorum in Urbe currentium, ad rationem quadraginta septem solidorum pro quolibet

Gentilis de Palma tam suo, quam familiæ nomine, venditionis contractum ratum habet.

Quæ Jura in domo vendita mulieribus competant.

libet floreno (a), Dotis ipsius Alexandræ, & septuaginta quinque florenorum similium pro donatione propter nuptias obligatorum similiter super dicta Domo, ut supra vendita, & generaliter de omni alio eo, quod habent, & debent habere tam ipse, quam dicta sua filia super dicta Domo vendita. Hunc autem consensum, & refutationem, & prædicta omnia, & singula, quæ dicta sunt, & infra dicentur, fecit Dominus Gentilis, pro se, & dicta sua filia eidem Reverendissimo Domino Cardinali præsenti, & stipulanti ut supra, pro eo quia dictus Gentilis confessus fuit, & in rei veritate recognovit dictos trecentos Florenos pro Dote, & septuaginta quinque Florenos pro donatione propter nuptias re habuisse a dicto Reverendissimo Domino Cardinali, & ipsos trecentos, & septuaginta quinque florenos ad ejus, & dictæ ejus filiæ instantiam deposuisse penes Virum nobilem Dominum Jacobum Galli Mercatorem Romanum, de quibus post dictam confessionem vocavit se bene contentum, & pagatum, & renunciavit exceptioni non habitorum, non receptorum, & sibi non consignatorum, exceptioni non numeratæ pecuniæ, doli mali, vis, metus in factum, conditioni indebitæ ob causam, & sine causa, spei futuræ numerationis, & receptionis. Et insuper dictus Gentilis pro se, & dicta ejus filia promisit de evictione dictorum jurium reservatorum in forma Juris valida, & in Urbe consueta, alias voluit teneri ad omnia, & singula damna, expensas, & interesse, occasione prædicta per dictum Reverendissimum Dominum Cardinalem, Capellanos, & Capellam facienda, patienda, & incurrenda; de quibus stare, & credere voluit soli, & simplici sacramento dicti Reverendissimi Domini Cardinalis, seu Capellanorum dictæ Capellæ; quod Sacramentum haberi voluit pro plena, & sufficienti probatione. Pro quibus omnibus, & singulis observandis, & plenarie adimplendis dictus Gentilis obligavit se, & omnia, & singula ejus Bona præsentia, & futura, & voluit pro observatione prædictorum posse cogi, compelli, constringi, & conveniri omni tempore, & in qualibet Curia, tam Ecclesiastica, quam Seculari, & coram quocunque Judice, Auditore, Legato, vel Subdelegato, diebus feriatis, & non feriatis; quibus feriis, & feriatis diebus renunciavit expresse. Renunciavit etiam omnibus legibus, & legum auxiliis, statutis, privilegiis, & consuetudinibus Urbis tam factis, quam fiendis; & ad majorem firmitatem prædictorum juravit ad Sancta Dei Evangelia in manibus mei Notarii infrascripti, contra suprascripta omnia, & singula, vel aliquod suprascriptorum non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, sive causa, sub obligatione prædicta, & vinculo dicti per eum præstiti juramenti. Actum Romæ in Palatio Sancti Marci, in Camera suprascripti Reverendissimi Domini Cardinalis, præsentibus, audientibus, & intelligentibus his Testibus, videlicet, Reverendo Patre Domino Simeone Bonadies Episcopo Imolensi, Domino Alto de Nigris de Urbe de Regione Trivii, & Alexandro Maccio Testibus ad prædicta vocatis, & rogatis.

Pretium domus partim solvitur, partim deponitur.

Emtor liberatur

Juratur promissio.

In Nomine Domini Amen. Eisdem Anno, Pontificatu, Indictione, die, quibus supra, & in præsentia mei ejusdem Notarii, & Testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum, constitutus personalirer coram me Notario, & Testibus infrascriptis suprascriptus Joannes Christophorus Bartholomæi Testa de Regione Pontis venditor suprascriptæ Domus, volens rem per eum promissam executioni mandare, sponte, & ex certa ejus scientia investivit, ac in vacuam, & expeditam possessionem suprascriptæ Domus per eum venditæ supradicto Reverendissimo Domino Cardinali, nomine suprascriptæ Capellæ gloriosæ Virginis recipienti, posuit, & immisit Reverendum Patrem Dominum Franciscum de Auria Procuratorem, & Capellanum supradicti Reverendissimi Domini Cardinalis, præsentem, & acceptantem, faciendo ipsum per dictam Domum, & Apothecas ipsas ambulare, stare, sedere, ostia, & serramina dictæ Domus claudere, & aperire, dicendo: Ego te dicto nomine de dicta Domo ut supra vendita cum juribus, & pertinentiis suis investio, ac in vacuam, liberam, & expeditam possessionem ipsius, loco, & immitto omni meliori modo, via, jure, & forma, quibus magis, & melius de jure, & secundum formam statutorum Urbis fieri potest, & debet. Qui Dominus Franciscus Procurator præfatus respondit, & dixit: Et ego dicto nomine dictam Domum, & possessionem ipsius capio, & accipio, & dictum investimentum accipio omni meliori modo ut supra. Et rogaverunt me Notarium infrascri-

Venditor emtorem traditque emtorem in possessionem mittit.

(a) De Florenis aureis actum supra in literis Pii II. *pag.* 170. De argenteis, quos Instrumentum hic designat, agendum modo. Eorum valor æstimatur solidis quadraginta septem; verum nova hic incidit difficultas, novæ ambages de stato Solidorum pretio. Jacobus Grimaldus ex actis Pauli Lelii Petronii faciliorem aperit viam, inquiens *in Oper. de Sudar. & Lanc. pag. 155. Florenus Romæ currens, ut tempore Eugenii IV. in libro Instrumentorum Pauli Lelii Petronii, valebat bol. 35. & q. 1.; Et 47. solidi Florenum conficiebant.* Ex quo duo colligimus, nimirum, & Florenos hosce bolendinis sive obolis triginta quinque respondisse, & Solidos, quorum quadraginta septem Floreno commensurabantur, genus fuisse minutioris monetæ, quæ tribus quadrantibus (*quatrini*) quibus hodie utimur, major erat.

(a) Bolo-

ſcriptum, ut de præmiſſis publicum conficerem Inſtrumentum, unum, vel plura, prout expediens fuerit. Actum Romæ in Regione Pontis in ſupraſcripta Domo, præſentibus, audientibus, & intelligentibus his Teſtibus, videlicet Marco Nardi Menici Cornelii de Regione Pontis, & Lazzaro de Pagano Florentino Regionis Pontis, & Alexandro Maccio, Teſtibus ad prædicta vocatis & rogatis.

In Nomine Domini Amen. Eiſdem anno, Pontificatu, Indictione, & menſe quibus ſupra, die vero vigeſima ſexta menſis Januarii: In præſentia mei ejuſdem Notarii, & Teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum, ſupraſcriptus Joannes Chriſtophorus Bartholomæi Teſta de Regione Pontis ſponte, & ex certa ejus ſcientia, & non per errorem refutavit, quietavit, & per pactum de ulterius, & plus non petendo, remiſit Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino, Domino Laurentio tituli Sanctæ Cæciliæ Presbytero Cardinali abſenti, & Viro nobili Domino Auguſtino de Alzano Capſerio Banchi de Saulis, præſenti, & recipienti, & legitime ſtipulanti pro dicto Banco, & Reverendiſſimo Domino Cardinali præfato, & mihi Notario ut publicæ perſonæ præſenti, & recipienti, & legitime ſtipulanti pro eis, ac Capella præfata, ideſt omnia, & ſingula jura, omneſque actiones, juſtitias, & rationes reales, & perſonales, utiles, & directas, tacitas, & expreſſas, hypothecarias, pignoratitias, ſive mixtas, & in rem ſcriptas, Officium Judicis, & beneficium juris, quæ, quas, & quod habet, ſibique competunt, habere, & competere poſſent, nunc, vel in futurum contra præfatum Reverendiſſimum Dominum Cardinalem, & Bancum de Saulis vigore, & prætextu, cauſa, & occaſione octingentorum ducatorum de Carlenis ad rationem ſeptuaginta quinque bolonenorum (*a*) pro quolibet ducato, pretii ſupradictæ Domus ſupra poſitæ, & confinatæ, & per eum venditæ dicto Reverendiſſimo Domino Cardinali pro ſupraſcripta Capellaglorioſiſſimæ Virginis Mariæ ſita in Baſilica S. Petri de Urbe, per manus mei jam dicti Notarii. Hanc autem refutationem, quietationem, & prædicta omnia, & ſingula, quæ dicta ſunt, & infra dicentur, fecit dictus Joannes Chriſtophorus eiſdem Reverendiſſimo Domino Cardinali abſenti, & dicto Auguſtino Capſerio Banchi de Saulis, & mihi Notario ut publicæ perſonæ, recipientibus, & legitime ſtipulantibus pro dicto Reverendiſſimo Domino Cardinali, Capella, & Capellanis prædictis, pro eo quia nunc manualiter, numeraliter, & in contanti habuit, & recepit a dicto Domino Auguſtino Bancherio dante, & ſolvente nomine præfati Reverendiſſimi Domini Cardinalis ducatos trecentos duos, & Carlenos ſeptem cum dimidio; reſiduum vero uſque in dictis octingentis Ducatis dictus Joannes Chriſtophorus confeſſus fuit, & in veritate recognovit habuiſſe, & recepiſſe in pecunia numerata a dicto Banco per manus mei Notarii infraſcripti in pluribus, & pluribus poſtibus, de quibus poſt dictam manualem receptionem, & confeſſionem dictus Joannes Chriſtophorus vocavit ſe bene quietum, & pagatum; renunciavit exceptioni non habitorum, non ſolutorum, non receptorum, ſibi non traditorum, & conſignatorum, exceptioni non numeratæ pecuniæ, doli mali, vis, metus in factum, conditioni indebitæ ob cauſam, & ſine cauſa, & ſpei futuræ numerationis, & receptionis, rei non ſic geſtæ, & Inſtrumenti non ſic celebrati, & generaliter omnibus aliis, & ſingulis exceptionibus, & defenſionibus Juris, & facti, quibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum dicere, facere, & ſe quomodolibet juvare, & defendere poſſet, renunciavit expreſſe. Et inſuper dictus Joannes Chriſtophorus promiſit, & convenit eidem Reverendiſſimo Domino Cardinali abſenti, & dicto Domino Auguſtino, & mihi Notario ut publicæ perſonæ, præſentibus, & ſtipulantibus ut ſupra, quod dicta jura per eum refutata ſunt ipſius Joannis Chriſtophori, & ad eum ſpectant, & pertinent pleno jure Dominii, vel quaſi, & quod nullæ perſonæ, Univerſitati, Collegio, ſive Loco ſunt vendita, data, donata, ceſſa, conceſſa, ſeu quomodolibet diſtracta, & quod non eſt factus aliquis Contractus, diſtractus, ſeu quaſi Contractus in præjudicium præſentis refutationis, & contentorum in ea; & ſi contrarium apparet, vel apparebit, vel in futurum quomodolibet apparere poſſet, dictus Joannes Chriſtophorus voluit teneri, & obligari de evictione in forma Juris valida, & in Urbe conſueta. Necnon ad omnia, & ſingula damna, expenſas, & intereſſe occaſione prædicta fienda, patienda, & incurrenda, de quibus ſtare, & credere voluit ſoli, & ſimplici Sacramento dicti Reverendiſſimi Domini Cardinalis, & dicti Auguſtini Bancherii, abſque aliqua alia probatione, & Judicis taxatione, quod Sacramentum haberi voluit pro plena & ſufficienti pro-

Integrum domus pretium a venditore recipitur, ac emtor liberatur.

Jura omnia ... a cum domo in emtorem transferuntur.

(*a*) *Bolonenos* ac *Bononenos* perinde valere jam ſupra notatum. Illud hic addo, Xaverium Scilla audiendum non eſſe, quum ait *pag.* 190. Bolonenos, italice *Bolognini* Clementis VII. ætate primum cudi cepto, & no hoc [illegible] mine [illegible] donato [illegible] Bolonenorum vocabulum i[illegible] Alexa[illegible]i VI. æta[illegible] jam R[illegible]æ uſitatum.

probatione. Pro quibus omnibus, & ſingulis obſervandis, & plenarie adimplendis dictus Joannes Chriſtophorus obligavit ſe, & omnia, & ſingula ejus Bona præſentia, & futura. Et voluit pro obſervatione prædictorum poſſe cogi, compelli, conſtringi, & conveniri omni tempore, & in qualibet Curia, tam Eccleſiaſtica, quam Seculari, & coram quocumque Judice, Auditore, Vicario, Legato, vel Subdelegato, diebus feriatis, & non feriatis; quibus feriis, & feriatis diebus, ac beneficio fori renunciavit expreſſe. Renunciavit etiam cum juramento legi Cedo Bonis, termino quinquennali, cedendarum, & dividendarum actionum, & illi legi, qua cavetur, quod ſi Debitor non habeat aurum, argentum, vel quid mobile, unde poſſit ſuo ſatisfacere Creditori, quod liceat offerre de Stabilibus, & generaliter omnibus aliis, & ſingulis legibus, legum auxiliis, ſtatutis, privilegiis, & conſuetudinibus Urbis tam factis, quam fiendis. Et ad majorem firmitatem prædictorum juravit ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter manu tactis Scripturis in manibus mei Notarii infraſcripti, contra ſupradicta omnia & ſingula, vel aliquod ſupraſcriptorum non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, modo, jure, titulo, ſive cauſa, ſub obligatione prædicta, & vinculo dicti per eum præſtiti juramenti. Actum Romæ in Regione Pontis in Bancho de Saulis, præſentibus, audientibus, & intelligentibus his Teſtibus, videlicet Viris nobilibus Domino Gabriele Stella, Domino Petro de Auria, Domino Antonio Dellogioto Januenſibus Laicis, Teſtibus ad prædicta vocatis, & rogatis. Et Ego Nicolaus Jacobelli Collectæ Civis Romanus, Dei gratia publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia de ſupraſcripta venditione facta de ſupradicta Domo, ac fidejuſſionibus præfatis de evictione, ac de ſupraſpripto conſenſu præſtito per ſupradictas Dominas, & conſenſu præſtito per Gentilem della Palma Socerum dicti Joannis Chriſtophori venditoris, ac de inveſtimento præſtito, & facto per dictum Joannem Chriſtophorum venditorem, ac quietatione facta de tota ſumma, & de omnibus aliis ſupraſcriptis, ſingula ſingulis referendo, interfui, & præſens fui; Ideo rogatus; & quia aliis occupatus, per alium mihi fidum ſcribi feci, & me propria manu ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Promiſſio venditoris juramento roboratur.

In Nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono, Indictione ſecunda, die vero vigeſima octava menſis Junii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Alexandri Divina providentia Papæ Sexti anno ſeptimo. In mei Notarii publici, Teſtiumque infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtituti Reverendiſſimi in Chriſto Patres, & Domini, Dominus Laurentius Sanctæ Cæciliæ, & Antoniottus Sanctæ Praxedis Tituli, & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinales, pia devotione ducti, ac volentes ſatisfacere ordinationi, ſeu voluntati felicis recordationis Domini Innocentii Papæ Octavi, eiſdem Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus per præfatum Dominum Innocentium vivæ vocis oraculo, dum adhuc in humanis ageret, ut iidem Reverendiſſimi Domini Cardinales aſſeruerunt, factæ, & declaratæ, ultra alia Bona ſtabilia, & Poſſeſſiones per præfatos Reverendiſſimos Dominos Cardinales Venerabili Capellæ præfatæ Domini Innocentii Papæ Octavi ſub invocatione Beatæ Mariæ Virginis, ſitæ in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, applicata, & aſſignata, ſeu applicatas, & aſſignatas, omnibus meliori modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus melius potuerunt, & debuerunt, applicaverunt, & aſſignaverunt, ac tenore præſentis publici Inſtrumenti applicant, & aſſignant eidem Capellæ pro uberiori ejuſdem Capellæ dote, ac quatuor Capellanorum per præfatos Reverendiſſimos Dominos Cardinales in eadem Capella inſtituendorum ſuſtentatione, quandam Domum cum horto poſitam in Urbe in Campo Martii, cui ab uno latere eſt magna Domus ejuſdem Capellæ (a), ab alio ſunt res, & Bona Domini Joannis Baptiſtæ de Colleſcipuli, & ab aliis lateribus ſunt viæ publicæ, olim per præfatum felicis recordationis Innocentium Papam, tunc Joannem Baptiſtam ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem

Alia do pro dote Cape aſſignatur.

(a) Non ea ſane Domus, quæ, ut ſupra vidimus *pag.* 297. ſolo Ducatorum centum ſeptuaginta pretio empta, anguſtis ſimilibus claudebatur. Alia igitur ſatis ampla ædes innuitur, quam aut Innocentius VIII., aut Cardinalis Laurentius Cibo Innocentianis donatam voluit, quamvis ejuſmodi Donationis nullum hic appareat monumentum. Tres itaque domos in regione Campi Martii ſimul junctas Innocentiani olim poſſidebant; unam ſcilicet Ducatorum 170. pretio emtam; aliam a Cardinalibus Cibo & Pallavicino in hocce Inſtrumento traditam; tertiam longe ampliorem nuncupatam *l' Arſenale*, cujus mentio fit in Inſtrumento rogat. per Notarium Franciſchinum die 14. Decemb. an. 1695. Haſce domos univerſas, ut habitationem familiæ pararet, ac Equile erigeret, emit Auguſtinus Chiſius pre[tio] Scutorum decem millium; e quibus tria millia ſolvit numerata pecunia; tria millia & quingenta addidit, tradito Innocentianis Prædio extra Portam Portuenſem, cui cognomen *mezzo Cammino*: Item loca montium quinquaginta ſex tranſtulit favore Innocentianorum, ut liquet ex Inſtrumento Notarii Ioſephi Sfaſciamontis *die* 24. *Junii* 1717. Loca montium hodie imminuta ſunt, quum ratam locorum viginti, conſilio ac opere D. Deodati Vivaldi Innocentianorum Camerarii ſolertiſſimi, fuerit inſumpta in domibus inſtaurandis ad vicum *dell' Avila* Romæ poſitis; ex quibus idicirco longe majores fructus Innocentianis obveniunt.

(a) An

lem Melphiten. nuncupatum, emptam, & acquisitam, quam Domum tenet, & habitat Franciscus de Nursia filius Capo de Achieta pro pensione, seu locatione ducatorum decem. Et ulterius iidem Reverendissimi Domini Cardinales applicant, & assignant in perpetuum eidem Capellæ pro illius decore, & venustate, ac usu, & ornatu illius unam Crucem auri puri, gemmis ornatam. Item aliam Crucem argenti. Item unum Calicem cum Patena argenti. Item duo Candelabra argenti. Item duas Ampullas argenti. Item unam Situlam cum Asperforio ad usum Aquæ benedictæ. Item quoddam Vas pro Sacramentis Chrismatis, & aliorum Oleorum, me Notario publico infrascripto, tanquam publica persona, præsente, ac pro dicta Capella, & illius Capellanis, omnibusque aliis, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, stipulante, acceptante, & recipiente, volentes, & mandantes præfati Reverendissimi Domini Cardinales, quod de cetero in ante, & in perpetuum dictis quatuor Capellanis per eosdem Cardinales in dicta Capella instituendis, de ipsius Domus pensione, fructibus, & redditibus, & proventibus annuatim plenarie, & integre respondeatur; dictaque Jocalia argentea ut supra specificata, & applicata, & assignata, in perpetuum de cetero pro usu, & ornatu ejusdem Capellæ eidem Capellæ remaneant, & applicentur, & nullo modo per ipsos Capellanos, seu quosvis alios distrahantur, vel alienentur, aut distrahi vel alienari possint (a). De, & super quibus iidem Reverendissimi Domini Cardinales sibi a me Notario publico infrascripto unum, vel plura, publicum, seu publica fieri petierunt, & confici Instrumentum, & Instrumenta. Acta fuerunt hæc Romæ in Palatio Sancti Petri, videlicet, in Capella majori Domini nostri Papæ, præsentibus ibidem Dominis Joanne Dominico de Sancto Manuliano Rectore Beatæ Mariæ de Campitello de Urbe, & Andrea Spiti Custode Ecclesiæ Paduanæ, præfatorum Reverendissimorum Dominorum Cardinalium Caudatariis, Testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. Et quia Ego Dominicus de Vallectariis Canonicus Januensis, publicus Apostolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius, præmissis omnibus, & singulis, prout sic, ut præmittitur, agerentur, & fierent, una cum prænominatis Testibus interfui, atque rogatus, testatus sum, & publicavi; & ideo huic præsenti publico Instrumento, per Coadjutorem meum fideliter transcripto, me subscripsi, signo, nomineque meis solitis, & consuetis appositis in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

[margin: ...nulla item ...iosa mobilia ...um Capellæ ...eduntur, ac ...verantur.]

[margin: Pretiosæ supellectilis alienatio interdicitur.]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo nono, sextodecimo Kalendas Novembris, Pontificatus nostri Anno octavo.

Pœnitentiariis minoribus Basilicæ Vaticanæ amplam tribuit facultatem, ut proximo Jubilæi anno a peccatis & Censuris quibuscumque, nonnullis exceptis casibus, pœnitentes absolvant; Ceteris vero Confessariis ejusmodi potestatem pridem concessam, Jubilæo durante, suspendit, ac denegat.

Ex Diariis Joan. Burchardi in Archiv. Apostolico Vaticano.

[margin: AN. CH. 1499. ... Decemb.]

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Pastoris æterni, qui pro salute gregis Dominici in precium immolari non abnuit, vices licet immeriti gerentes in terris, & gregem ipsum nobis divina dispositione commissum paternæ considerationis intuitu conspicientes, ac de animarum singulorum fidelium salute solicite cogitantes, illarumque periculis occurrentes, ad ea libenter intendimus, ut debemus, per quæ fidelium eorundem salus animarum valeat procurari, ipsique fideles hoc futuro Anno Jubilæi ad Almam Urbem pro consequenda Indulgentia plenaria dicto anno pro suorum expiatione peccatorum concessa, confluentes, & alii in dicta Urbe commorantes & residentes, illius capaces facilius & liberius, Deo propitio, effici possint. Sane provide considerantes instantem Annum Jubilæi remissionis, & gaudii, ac reconciliationis humani generis nostro piissimo Redemptori

(a) An Sacra hæc supellex in alios usus, an in Basilicæ Vaticanæ commodum conversa fuerit, incertum plane. Illud ratum indubiumque est, pretiosa hæc mobilia, ut ajunt, neque in Basilicæ nostræ Sacrario, neque in manibus Innocentianorum reperiri. Duplex menti obversatur conjectura; nimirum, aut Innocentianos bona hæc Sacrario Basilicæ addixisse, ea lege, ut non jam propria, sed communi Sacrarii supellectile uterentur, sicut revera utuntur, non secus ac Beneficiati & Clerici; aut vasa illa argentea in misera Urbis direptione tempore Clementis VII. par, cum reliqua Basilicæ nostræ majori ac meliori suppellectile subiisse infortunium.

(a) En

Prima anni Jubilæi institutio quam utilis.

ptori, eſſe vere illum centeſimum annum, qui ab ipſa primæva ordinatione fuerat inſtitutus, & in quo omnes, quibuſcumque etiam graviſſimis delictis obnoxii, vere pœnitentes & confeſſi, viſitantes Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Baſilicas, ac Lateranen. & Beatæ Mariæ Majoris de dicta Urbe Eccleſias, illarumque majora Altaria, in quibus videlicet Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum Baſilicis Corpora glorioſa, & in Eccleſia Lateranen. Capita illorum recondita conſervantur, ob Paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac eorumdem Apoſtolorum, aliorumque Martyrum & Sanctorum merita, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam conſequuntur, & propterea a cunctis fidelibus non immerito majori devotione ac frequentia celebrandum; Volenteſque ut Chriſtifideles ad Urbem ipſam de diverſis Mundi partibus pro conſequenda hujuſmodi Indulgentia confluentes, & alii in illa commorantes & reſidentes, eamdem Indulgentiam facilius valeant promereri; & ne deiectu poteſtatis abſolvendi illos, qui aliquibus caſibus nobis & Sedi Apoſtolicæ reſervatis irrertiti forent, illorum animæ illaqueatæ remaneant, debite providere; ipſorumque, cum ſemper ad nos in dictis reſervatis caſibus recurſus haberi nequeat, commoditati, & animarum ſuarum ſaluti paterna charitate conſulere; Dilectis Filiis infraſcriptis Pœnitentiariis in dicta Baſilica Principis Apoſtolorum deputatis (*a*), de quorum providentia, integritate, bonitate, & ſolertia in hiis & aliis gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſtifideles ad dictam Urbem pro conſequenda pleniſſima Indulgentia hujuſmodi confluentes, & alios in illa commorantes & reſidentes, qui aliquibus caſibus nobis & dictæ Sedi reſervatis, etiam in litteris quæ in die Cœnæ Domini ſingulis annis publicari conſueverunt, contentis, & etiam talibus, de quibus præſentibus ſpecialem oporteret fieri mentionem, Conſpirationis in Perſonam vel ſtatum Romani Pontificis ſeu Sedem prædictam, falſitatis litterarum, ſupplicationum, & commiſſionum Apoſtolicarum, delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, injectionis manuum violentarum in Epiſcopos vel alios Prælatos Superiores, caſibus dumtaxat exceptis, ad effectum ipſam pleniſſimam Indulgentiam conſequendi, & dicto Anno Jubilæi durante, in foro conſcientiæ abſolvendi, eiſque pœnitentiam ſalutarem injungendi, plenam, liberam, & omnimodam, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium concedimus facultatem; Quibuſvis aliis perſonis & Confeſſoribus Secularibus & Religioſis in dicta Urbe & extra muros illius, ac alias ubilibet exiſtentibus, quaſcumque facultates in dictis caſibus reſervatis abſolvendi a nobis & Sede prædicta verbo vel ſcriptis forſan obtinentibus, etiam ſi in eis caveretur expreſſe, quod illis nullatenus, vel nonniſi ſub certis inibi expreſſis modo & forma, aut conceptione vel expreſſione verborum derogari poſſet, ne aliquem, dicto Anno durante, facultatum prædictarum prætextu, in dictis caſibus reſervatis abſolvere quoquomodo præſumant, ſub excommunicationis & anathematis latæ ſententiæ pœna, quam contrafacientes eo ipſo incurrant, & a qua nonniſi a nobis & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolvi poſſint, quibuſque, ſi inobedientes fuerint, ut præfertur, prædicationis, lectionis, adminiſtrationis Sacramentorum, & audiendi confeſſiones officia interdicimus, diſtrictius inhibentes, prædicentes, & declarantes aperte tranſgreſſoribus & contemptoribus prædictis, nec * gravius contra eos ſpiritualiter & temporaliter, prout expedire cognovimus, * proceſſuros, & nihilominus quidquid egerint abſolvendo, vel alias, nullius ſit roboris vel momenti: Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Studeant igitur omnes Chriſtifideles, ut tenentur, hoc Sacro anno Jubilæi corda ſua Altiſſimo præparare, moreſque ac vitam in melius commutare, ab illicitis abſtinere, Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis ſpiritum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis & peregrinationibus, ſatisfacere, ut Baſilicas & Eccleſias prædictas devote viſitantes, vere pœnitentes & confeſſi, ipſam pleniſſimam anni Jubilæi Indulgentiam & reconciliationem cum piiſſimo Redemptore noſtro, per eorum merita ac bona opera conſequi mereantur. Nomina vero dictorum Pœnitentiariorum ſunt hæc, videlicet, Franciſcus Epiſcopus Millopotanien., Riccardus Trapp in artibus & Theologia Magiſter, Claudius Cathelini Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Profeſſor etiam in Theo-

Pœnitentiariis Baſilicæ amplior tribuitur authoritas.

Nonnulli caſus excipiuntur.

Ceteris Confeſſariis juriſdictio ſuſpenditur.

Contra inobedientes pœna.

* *l.* Nos

* *l.* cognoverimus.

Adhortatio Pontificis.

Pœnitentiariorum nomina.

(*a*) En melior ac potior minorum Baſilicæ Vaticanæ Pœnitentiariorum conditio, ſi ad præterita ſecula oculos convertamus. Hinc jure merito Panvinius lib. 5. cap. 15. de noſtris Pœnitentiariis ſermonem habens, eos ceteris omnibus ſive origine, ſive auctoritate potiores affirmat; eorumque Privilegia enumerans, ait: *Quibus Privilegiis, aliarum Patriarchalium, & præſertim Pœnitentiarii Lateranenſes carent.*

(*a*) Non-

Theologia Magister; Andreas Frisner etiam in artibus & Theologia Magister; Johannes de Maloleone Ordinis Fratrum Minorum Professor, etiam in Theologia Magister; Andreas Oudorp Canonicus Leodien. Decretorum Doctor, ac etiam in artibus & in Theologia Magister; Augustinus de Castello ejusdem Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Professor, etiam in Theologia Magister; Philippus de Bodragh, Archidiaconus Ecclesiæ Strigonien. etiam Decretorum Doctor, & in artibus Magister; Stanislaus Selig. Canonicus Cracovien. similiter Decretorum Doctor, omnes in dicta Basilica Sancti Petri Pœnitentiarii (*a*). Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXCIX. tertiodecimo Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno octavo.

Decernit quo tempore Jubilæi annus primum incipiat; statuitque ut Plenissima Sanctioris anni Indulgentia etiam Defunctorum animæ juvari possint.

E Diariis Joannis Burchardi in Tabular. Apostol. Vatican.

…N. CH. …499. …Decemb.

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Inter curas multiplices, quæ nobis ex Apostolatus officio incumbere dignoscuntur, illam libenter amplectimur, per quam universi Christifideles hoc Sacro Jubilæi Anno instante, Indulgentias a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & a nobis pro suorum expiatione peccatorum concessas, uberius valeant promereri; ac ad id pro status* salute animarum promptius inducantur, & quæ propterea ab eisdem Prædecessoribus, & a nobis proinde emanarunt, ad omnium notitiam deducantur, ut Christifideles Indulgentiarum hujusmodi melius & facilius capaces effici, ac æternæ beatitudinis perennia *, largiente Altissimo, consequi possint. Cum itaque Annus Jubilæi, remissionis, & gaudii, ac reconciliationis humani generis nostro piissimo Redemptori, qui quolibet anno centesimo ab illius primæva ordinatione per fel. rec. Bonifacium VIII. institutus, & deinde Clementem Sextum ad quinquagesimum, ac successive per Gregorium XI. ad trigesimum tertium, & postremo ad vigesimum quintum Annos per piæ mem: Paulum II. Romanos Pontifices Prædecessores nostros, propter humanæ vitæ brevitatem reductus fuit, instare noscatur, sitque vere ille centesimus Annus, qui ab illa primæva ordinatione fuit institutus, & in quo universi Christifideles quibuscumque etiam gravissimis delictis obnoxii, vere pœnitentes & confessi, visitando Basilicas, & Ecclesias Almæ Urbis, & extra eam ad id deputatas, illarumque majora Altaria (*b*), ob Passionem Domini nostri Jesu Christi, ac Apostolorum, necnon Martyrum aliorumq. Sanctorum merita, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam consequuntur, & propterea ab omnibus Christifidelibus cum majori frequentia & devotione non immerito celebrandus; cupiamusque toto cordis affectu animas lucrifacere Creatori, dictumque Annum Jubilæi ab ipsis fidelibus cum omni debita & singulari devotione frequentari, ac fideles ipsos ad dictam Urbem pro reverentia Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Principum, qui eam martyrio suo consecrarunt, & in quorum Basilicis sub illarum majoribus Altaribus illorum Corpora gloriosa, & in Altari Ecclesiæ Lateranen. Capita recondita conservantur (*c*), ac Indulgentiis dicti desuper

…ro suarum

…orte legen- …præmia

…ria de An… …bilæi Pon… …m accepto-

Plenaria Indulgentia Jubilæi anno concessa.

(*a*) Nonnisi novem minores Pœnitentiarii hic enumerantur, quibus in Basilica Vaticana, cui inserviebant, ex Pontificis delegatione jus erat absolvendi a criminibus & censuris quibuscumque. Quocirca, aut in iis numerandis deceptus est Burchardus a Raynaldo relatus (*ad hunc an. num.* 28.) aut in Burchardi textum, Amanuensium incuria error irrepsit. Ita vero Burchardus loquitur: *Concessit undecim Pœnitentiariis ordinariis ejusdem Basilicæ* (*S. Petri*) *facultatem componendi super male ablatis incertis, & eleemosynis pro animabus in Purgatorio existentibus liberandis, ac absolvendi in omnibus casibus, etiam Sanctitati Suæ & Sedi Apostolicæ in genere vel in specie reservatis, exceptis quatuor dumtaxat, videlicet, conspiratione in Personam vel Statum Summi Pontificis, aut Romanæ Ecclesiæ, falsificationis literarum Apostolicarum, supplicationum, & commissionum, delatione armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, injectione manuum violentarum in Episcopos, & alios Prælatos superiores.*

(*b*) Majoris Altaris visitatio ab Alexandro Pontifice præscripta, inter Opera injuncta hoc Sacro Jubilæi anno enumeratur. Siquidem in ceteris annis, ni secus constet de Summor. Pontificum voluntate, Aræ principis visitatio non cadit sub præcepto. Enimvero Bonifacius VIII. in celebri Constitutione *Antiquorum habet fida relatio &c.* unam Basilicarum visitationem indicit. Ex quo nonnulli Theologorum in ea sunt sententia, ut pura putaque Basilicarum visitatio, esto Altaria omittantur, imo etsi nullus in Basilicas pateat ingressus, ad plenissimam Indulgentiam, quæ Jubilæi anno conceditur, lucrandam sufficiat.

(*c*) A XVI. Ecclesiæ seculo, nimirum Urbani V. ætate id primum innotuit. Siquidem, ut Auctor Libelli, cui titulus: *Stato della SS. Chiesa Papale Latranense nell' anno* 1723., animadvertit, (*cap.* 8.) *al tempo di Urbano V. elleno* (hoc est BB. Apostolorum Petri & Pauli Capita) *si conservavano nel predetto Oratorio di Sancta Sanctorum, senza che però se ne avesse notizia di sorte alcuna.*

(*a*) Quo

desuper Jubilæi consequendis undecumque personaliter accedere, Nos qui ejusdem B. Petri, meritis licet imparibus, Successores sumus, & per alias diversas litteras nostram plenissimam dicti Anni Jubilæi Indulgentiam, litterasque eorumdem Prædecessorum nostrorum desuper emanatas, de Fratrum nostrorum consilio approbavimus & innovavimus, ne contingat aliquem ignorare seu dubitare, quo tempore Annus iste Jubilæi incipiat, & quæ ac quot Ecclesiæ pro dicta consequenda Indulgentia plenissima, ac quot diebus illæ visitari debeant, per nostræ declarationis oraculum debite providere volentes, auctoritate Apostolica, ex certa scientia tenore præsentium omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus per universum Orbem constitutis nunciamus & declaramus, ipsum Annum Jubilæi in Vigilia & primis Vesperis Nativitatis ejusdem Domini nostri Jesu Christi proxime venturi inchoare (*a*), quo tempore Portam dictæ Basilicæ B. Petri centesimo quoque Anno Jubilæi pro majori Fidelium devotione aperiri solitam (*b*), adstantibus Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegio, ac maxima Prælatorum, Cleri, & Populi multitudine propriis manibus aperiemus, faciemusque aperiri alias Basilicæ S. Petri * ac Lateranen. & B. Mariæ majoris de dicta Urbe Ecclesiarum portas, etiam de more Anno Jubilæi aperiri consuetas, & pro consequenda ipsa plenissima Indulgentia, Basilicas eorumdem Apostolorum Petri & Pauli, ac Laternen. & Beatæ Mariæ majoris Ecclesias, illarumque majora Altaria hujusmodi per Romanos, ac in dicta Urbe commorantes & residentes, triginta; per Peregrinos vero & Forenses quindecim diebus continuis seu interpolatis, semel in die visitari debere, omnes, & singulas plenissimas Indulgentias per dictos Prædecessores dicto Anno Jubilæi Basilicas, & Ecclesias prædictas visitantibus concessas, de novo, pro Conscientiarum eorumdem Fidelium majori securitate ac potiori cautela, auctoritate & scientia similibus appprobantes, concedentes, & innovantes, adjicientes quoque, ut ii, qui pro

Anni sacratioris initium.

* *l.* Pauli

Porta Sancta in Basilica Vaticana a Romano Pontifice aperitur.

Quot vicibus Basilicas visitare oporteat.

consequenda Indulgentia hujusmodi, post iter arreptum, vel post præparationem ad veniendum ad dictam Urbem per eos factam, impediti legitime fuerint, quominus ad ipsam Urbem dicto Anno Jubilæi valeant pervenire, aut præparati in loco ubi tunc fuerint, & venientes in via, vel tam ipsi, si ad prædictam Urbem, quam Romani, & alii residentes & commorantes, ac Forenses prædicti, dierum prætaxtato numero non completo, in dicta Urbe decesserint vere pœnitentes & confessi, eandem plenissimam Indulgentiam omnino consequantur. Et ut omnes Christifideles ejusdem plenissimæ Indulgentiæ facilius capaces, Deo propitio, efficiantur, habeantque ad quos in casibus nobis, & Sedi Apostolicæ reservatis, si illis irretiti forent, recurrere possint, deputavimus in dicta Basilica Sancti Petri Pœnitentiarios, quibus eos in dictis casibus reservatis absolvendi plenam & liberam, pro majori Christifidelium qui ad nos non ita de facili recurrere possent, commoditate, & animarum suarum salute, per alias nostras litteras, prout in illis plenius continetur (*c*), concessimus facultatem. Et ut animarum Salus eo tempore potius procuretur, quo magis aliorum egent Suffragiis, & quo minus sibi ipsis proficere valent, auctoritate Apostolica de Tesauro Sanctæ Matris Ecclesiæ animabus in Purgatorio existentibus, quæ per charitatem ab hac luce Christo unitæ decesserunt, & quæ, dum viverent, sibi ut hujusmodi Indulgentia suffragaretur meruerunt, paterno affectu, quantum cum Deo possumus, succurrere cupientes, de Divina Misericordia, ac potestatis Apostolicæ plenitudine volumus & concedimus, ut si qui Parentes, amici, aut ceteri Christifideles pietate commoti, pro ipsis animabus Purgatorio igni pro expiatione pœnarum ejusdem, secundum Divinam Justitiam debitarum, expositis, dicto Jubilæi Anno durante, pro reparatione dictæ Basilicæ S. Petri aliquam eleemosynam, juxta dictorum Pœnitentiariorum, vel alicujus eorum ordinationem, dictas Basilicas & Ecclesias modo præmisso devote visitando, in capsa

Quinam legitimo impedimento obstricti Indulgentiam consequantur.

Pœnitentiar[ii] Basilicæ Vat[i]canæ a casib[us] reservatis, [&] censuris absol[vunt].

Etiam ad D[e]functorum [ani]mas Indulge[n]tiarum benefic[i]um extendit[ur].

(*a*) Quo die incipit Jubilæi annus, eodem etiam, anno insequenti desinit; nimirum in ipso Nativitatis Domini pervigilio. Ita quidem res habet in consueto anni circulo supputando. Jus tamen est Romanis Pontificibus Annum Jubilæi ad dies alios producere, sicut Alexandri VI. ætate contigisse legimus in additionibus Victorelli ad Ciaconium. Sacer quippe annus tunc temporis usque ad Vigiliam Epiphaniæ, ut advenis fieret satis, protractus fuit.

(*b*) Ex hisce verbis liquet, Portam Sanctam, recurrente Jubilæi anno, etiam ante Alexandri VI. ætatem fuisse referatam. Id vero de aliqua ex quinque Portis, quibus Basilica S. Petri instructa erat, intelligendum. Hæc nimirum Porta, quæ etiam extra Jubilæi annum Templum adeuntibus patebat, instante sacratiori anno claudebatur; quo pacto Dominica Palmarum, ac adventante Indulgentia, quam vocant *Portiunculæ*, janua Ecclesiæ clauditur, & paulo post reseratur. Ceterum Porta Aurea, quæ extra annum Jubilæi muro clauditur, atque in Basilicis SS. Petri & Pauli consueto Portarum numero fuit superaddita, sub Alexandro VI. Pontifice primum incepit. Id patet ex relatione Joannis Burchardi Cæremoniarum Magistri, qui *lib.* 3. rei seriem enarrans, novam Portam, Alexandro jubente, constructam affirmat, sacrosque ritus ac preces a se pridem concinnatos, atque a Pontifice probatos, recenset. Consuli poterit in rem hanc *Phœb. de An. Jub. part.* 1. *cap.* 10.

(*c*) Consulatur superior Constitutio, quæ licet eodem anno ac die, quo præsentes literæ prodiere, procusa fuerit, prior tamen conscripta est.

(*a*) In

capſa in eadem Baſilica Sancti Petri deputata poſuerint, ipſa pleniſſima Indulgentia per modum Suffragii ipſis animabus in Purgatorio exiſtentibus, pro quibus dictam Elemoſinam pie erogaverint, pro plenaria pœnarum relaxatione ſuffragetur (*a*). Præparent ergo omnes Chiſtifideles corda ſua Domino, & mores in melius commutare conentur, a malefactis abſtineant, ſatisfaciant Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis ſpiritum, per contriti cordis Sacrificium, cooperantibus eleemoſynis & Peregrinationibus, ut Baſilicas & Eccleſias prædictas, in quibus Sanctorum millia fere innumera una cum ipſis glorioſiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo requieſcunt, qui mortem pro Chriſti nomine perpeſſi, ejus conſpectui ſemper aſſiſtunt, devote viſitantes, vere pœnitentes & confeſſi, ipſos glorioſiſſimos Apoſtolos & Sanctos Interceſſores ad Dominum habere, & pleniſſimam Indulgentiam hujuſmodi, ac reconciliationem cum ipſo piiſſimo Redempore noſtro, per divinam miſericordiam, ac eorumdem Apoſtolorum & Sanctorum precibus & meritis, per eorum bona opera conſequi mereantur. Amen.

...deles; ut ...componant ...atur.

Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono, tertiodecimo Kalendas Januarii (*b*). Pontificatus noſtri anno octavo.

Eccleſia Parochialis beatæ Mariæ de Regina Cæli, in Platea Burgi S. Petri poſita, & Capitulo Vaticano ſubjecta, Peregrino de Varris pleno jure confertur.

Ex Archiv. Apoſtol. Vatican. in Regeſt. LXXVII. Bullar. Alexand. VI. pag. 36.

...I. CH. ...501. ...Novembr.

Eccleſia de Regina Cæli per reſignationem vacat.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Raguſin. & Epiſcopo Lucan. ac dilecto filio Archidiacono de Bavia in Eccleſia Oveten.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Grata familiaritatis obſequia, quæ dilectus filius Peregrinus de Varris Clericus Tiburtin. Diœceſis familiaris noſter nobis hactenus impendit, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtit, necnon vitæ ac morum honeſtas, aliaqua laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus perſonam ſuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut ſibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque Parochialis Eccleſia beatæ Mariæ de Regina Cæli in Platea Burgi Sancti Petri de Urbe, quam dilectus filius Magiſter Petrus de Carampa Clericus Notarius & familiaris noſter, ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica nuper in Commendam obtinebat, Commenda hujuſmodi, ex eo quod ipſe Petrus qui etiam continuus commenſalis noſter, ac litterarum Apoſtolicarum Abbreviator exiſtit, hodie illi in manibus noſtris ſponte & libere ceſſit, noſque ceſſionem ipſam duximus admittendam, ceſſante adhuc eo, quo ante Commendam ipſam vacabat modo, vacare noſcitur ad præſens, nos volentes præfato Peregrino, qui obſequiis ejuſdem Petri inſiſtendo, etiam continuus commenſalis noſter exiſtit, præmiſſorum obſequiorum & meritorum ſuorum intuitu gratiam facere ſpecialem, ipſumque Peregrinum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, necnon omnia & ſingula Beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, quæ idem Peregrinus etiam ex quibuſvis apoſtolicis diſpenſationibus obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ jus ſibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumqne ſint, eorumqne fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujuſmodi diſpenſationum tenores, necnon verum ipſius

(*a*) In nupera Indictionis anni Jubilæi Bulla, quam Benedictus XIV. P. M. evulgavit, nil tale quidem expreſſe legitur de pleniſſima Indulgentia ſanctioris anni Animabus in Purgatorio exiſtentibus applicanda. Uberiori quippe beneficentia Summus Pontifex Defunctorum Animas ſibi demeruit, ſtatuens, ut nedum Indulgentiæ omnes pro Defunctis pridem conceſſæ, vigeant valeantque ipſo etiam Jubilæi tempore; ſed addit, ut ceteræ quoque Indulgentiæ, quas, hoc anno durante, pro vivis ſuſpenſas declaravit, in eorum, qui Deo in charitate conjuncti ex hac vita migrarunt, modo a Chriſtifidelibus injuncta opera impleantur, beneficium ac ſuffragium convertantur.

(*b*) Quo primum tempore Alexander VI. decreverit, primordia anni Jubilæi a vigilia Nativitatis Domini eſſe petenda, aperte docet Burchardas in Diariis hiſce verbis: *An. 1499. Feria quinta Jovis Sancta nuncupata, quæ fuit 28. menſis Martii ..... D. Vaſinus Gambera Subdiaconus Apoſtolicus legit Bullam Anni Jubilæi incepturi in Veſperis Vigiliæ Nativitatis D. N. J. C. proxime futuri.* Repetit ergo in hac noſtra Conſtitutione Pontifex quod pridem ſtatuerat. Ex quo patet, Jubilæi indictionem ſub Alexandro bis fuiſſe evulgatam; alteram quidem die 12. Aprilis an. 1498., alteram die 28. Martii inſequentis anni, addita nimirum temporis nota, a qua ſolemnis Jubilæi initium eſſet inchoandum.

ipsius Ecclesiæ vacationis modum, etiam si ex illo quævis generalis reservatio, etiam in corpore juris clausa resultet, præsentibus pro expressis habentes, discretioni vestræ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, dictam Ecclesiam, cujus fructus, redditus, & proventus vigintiquatuor Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut ipse Peregrinus asserit, non excedunt, quovis modo, & ex cujuscumque persona, seu per liberam cujusvis resignationem de illa extra Romanam Curiam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, aut Constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ vigesimi secundi Prædecessoris nostri, quæ incipit -- Execrabilis -- (a), vel assecutionem alterius Beneficii ecclesiastici ordinaria auctoritate collati, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem Apostolicam legitime devoluta, ipsaque Ecclesia dispositioni apostolicæ specialiter reservata existat, & super ea inte aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore Datæ præsentium, non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum, cum omnibus juribus & pertinentiis suis eidem Peregrino auctoritate nostra conferre & assignare curetis; inducentes eum vel Procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem Ecclesiæ juriumque & pertinentiarum prædictorum, & defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac facientes sibi de Ecclesiæ ipsius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi; Contradictores auctoritate nostra præfata, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi etiam Prædecessoris nostri, & aliis apostolicis constitutionibus, necnon privilegiis & indultis apostolicis, tam dilectis filiis Populo Romano, quam etiam, ad quorum præsentationem seu collationem provisionem & omnimodam dispositionem dictæ Ecclesiæ dum pro tempore vacat, ut ab aliquibus asseritur, pertinere dignoscitur, Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de eadem Urbe (b) forsan concessis, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod de Beneficiis dictæ Urbis, etiam apud Sedem apostolicam pro tempore vacantibus, nullis nisi Civibus Romanis, aut eorumdem Civium filiis provideri, seu illa conferri, quodque Beneficia hujusmodi ad collationem, provisionem, seu quamvis aliam dispositionem Capituli prædictorum spectantia, etiam apud Sedem eamdem pro tempore vacantia, alicui personæ, etiam per Romanum Pontificem pro tempore existentem conferri nequeant, ac collationes provisiones, seu quævis aliæ dispositiones de illis aliter etiam per Sedem eamdem pro tempore factæ, nullius sint roboris vel momenti, quodque illis nullatenus derogari possit; quibus omnibus, etiam si pro eorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda foret, eorumque tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus dictum Peregrinum in assecutione dictæ Ecclesiæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si eisdem Capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collationem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ

Peregrino confertur.

Impedimenta removet, Privilegia nonobstare decernit.

Expectativas pridem concessas suspendit.

(a) Hæc Joannis XXII. Constitutio, quæ in libro Decretalium primo loco numeratur sub titulo *de Præbendis*, Beneficiorum multitudinem, sive pluralitatem interdicit. Beneficiorum inquam, quæ in uno eodemque subjecto componi nequeunt, quæque a Canonistis *incompatibilia* idcirco nominantur. Non enim fieri potest, ut Beneficiatus duplici oneri ferendo par sit, si unius oneris implementum impedimento sit, quominus alterius Beneficii munia rite perficiantur.

(b) Ecclesiam *Beatæ Mariæ de Regina Cœli* in Burgo S. Petri olim fuisse positam; eamdemque cura animarum instructam, Capitulo Basilicæ Vaticanæ fuisse subjectam, jam supra observatum *pag.* 237. *not.* c. Præterea compertum est, ejusdem scilicet Ecclesiæ, quum vacaret, collationem ipsimet Vaticano Capitulo fuisse concessam.

(a) Si

gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim qui dudum inter alia voluimus, quod si quis in infirmitate constitutus resignaret aliquod Beneficium, & postea infra viginti dies de ipsa infirmitate decederet, ac ipsum Beneficium conferretur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi nulla esset, ipsumque Beneficium nihilominus per obitum vacare censeretur; eidem Peregrino, ut si contingat præfatum Petrum ex certa infirmitate, in qua ad præsens constitutus existit, infra viginti dies post cessionem hujusmodi decedere, collatio & provisio eidem Peregrino vigore præsentium litterarum faciendæ, validæ & efficaces existant, ipsaque commenda non per obitum, sed per resignationem hujusmodi cessare censeatur; voluntate posteriori prædicta, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus; auctoritate apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ indulgemus. Et insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranrer contigerit attentari.

...ula de Viginti diebus non officit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo primo, quarto idus Novembris, Pontificatus nostri Anno decimo.

Paulo de Confortis confert duos Canonicatus, alterum in Basilica S. Petri, alterum in Ecclesia S. Mariæ in Via Lata, addita insuper Parochiali Ecclesia B. Mariæ in Campo Carleo; quæ quidem tria Beneficia, ex resignatione Jo. Baptistæ de Confortis vacabant.

Ex Regest. LXXXIV. Constitut. Alexand. VI. pag. 130. ap. Archivum Apostol. Vatic.

...N. CH. 1502. ... August.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Paulo de Confortis (a) Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe familiari nostro, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Grata familiaritatis obsequia, quæ nobis hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnes Canonicatus & præbendas, cæteraque Beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, apud Sedem apostolicam tunc vacantia, & inantea vacatura, collationi & dispositioni nostræ reservavimus, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Cum itaque postmodum Basilicæ Principis Apostolorum, ac Eccesiæ Sanctæ Mariæ in Via lata Canonicatus & Præbendæ, nec non Parochialis Ecclesia ejusdem Beatæ Mariæ de Campo Carleo alias Spoglia Christo (b) etiam de Urbe de Regione Montium, per liberam resignationem dilecti filii Joannis Baptistæ de Confortis nuper Basilicæ, ac S. Mariæ in Via lata Canonici, & Parochialis Ecclesiarum prædictarum Rectoris, de illis quos tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per Nos quascumque gratias expectativas speciales, vel generales reservationes, uniones, annexiones, & incorporationes tam perpetuas quam temporales, necnon suppressiones, extinctiones, ac absque dicti Joannis Baptistæ consensu Coadjutorum deputationes, nominationes nominandis & nominatis, vel aliis conferendas, aliasque facultates, litteras, mandata, & indulta quæcumque, etiam cum provisionibus seu commendis, aut etiam Canonicatibus in Canonicos dictarum Ecclesiarum, Basilicæ, & Ecclesiæ in Vialata, seu aliis dispositionibus ex tunc quibusvis per-

Canonicatus ac Beneficia a Jo. Baptista de Confortis dimissa Datariæ Apostolicæ reservantur.

(a) Si temporis notam excipias, in qua Grimaldus noster *in serie Canonicorum pag.* 156. hallucinatur, cetera quæ Scriptor ille memoriæ tradidit, sibi constant. Ait enim: *R. D. Paulus de Confortis die prima Junii 1502. accepit possessionem Canonicatus vacan. per cessionem Jo. Baptistæ de Confortis ejus germani fratris.* Pro mense Junio mensis September fortasse supponendus; quandoquidem, ex data præsentis Constitutionis, ante diem duodecimam Augusti nondum Beneficiorum possessionem adiverat.

(b) Qui de Urbis Romæ monumentis scripsere, vocabulum hocce *Spoglia Cristo* sive *SpoliaChristi*, ab imagine in extimo Ecclesiæ pariete depicta, quæ Christum Dominum a Judæis denudatum repræsentabat, ortum duxisse censent. Alias tamen hujusce cognominis interpretationes profert Pomphilius Totti (Roma Moderna *pag.* 473.) *Si suole addomandare Spoglia Christi, e di questo ne può essere stato causa, o perche sopra la Porta vi era una Imagine depinta del Salvatore N. Giesu Christo da Ebrei spogliata, la quale per precetto di Sisto V. fu levata, acciò fosse posto in oblio tal detto; o perche in questo luogo spogliassero quelli, che rappresentavano la Passione di N. S. nel Coliseo, o perche qui fossero fatti molti assassinamenti, o perche in questa Chiesa una volta fosse spogliata una Immagine del Salvatore nostro.*

personis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & familiaribus continuis commensalibus nostris etiam descriptis, & Romanæ Curiæ Officialibus sua Officia actu exercentibus, & alias qualitercumque prerogativatis seu privilegiatis, seu in eorum, aut quorumcumque aliorum etiam Regum, Reginarum, Ducum, Principum, vel Prælatorum Ecclesiasticorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, Mensarum, aut Beneficiorum seu locorum ecclesiasticorum aliorum favorem, vel eorum contemplationem, aut ob remunerationem laborum & obsequiorum etiam Nobis & Sedi prædictæ impensorum, seu jurium cessorum vel ablatorum, aut alia etiam majori & excogitabili consideratione vel intuitu, aut etiam ad nullius utilitatem, & alias, etiam Motu proprio & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, ac aliis fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque decretis, etiam talibus quod illis nullatenus, aut nonnisi sub certis inibi expressis modo & forma ac verborum expressione & concessione derogari, seu illorum effectus suspendi possint in genere, sub quo Canonicatus & præbenda ac Parochialis Ecclesia prædicti comprehenderentur, vel etiam nominatim & in specie ad Canonicatus & præbendas ac Parochialem Ecclesiam resignatos prædictos se extendentes, vel contra tam per Nos, quam Prædecessores nostros, etiam de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, seu Sedem prædictam, aut ejus Legatos concessas & concessa, ac factas & facta hactenus, eorumque vim & effectum suspendendo, & in hujusmodi vacatione effectum sortiri, aut locum sibi vendicare non posse nec debere decernendo, admissam, apud Sedem eamdem vacaverint & vacent ad præsens, nullusque de illis præter nos hac vice disponere potuerit sive possit, reservatione & decreto obsistentibus supradictis; Nos volentes Tibi, qui obsequiis dilecti filii nobilis Viri Cæsaris Borgia de Francia, Valentin. & Romandiolæ Ducis (*a*), Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Confalonerii insistendo, etiam continuus commensalis noster, & ut asseris, dicti Joannis Baptistæ frater germanus existis, præmissorum obsequiorum & meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, Teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon omnia & singula Beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, quæ etiam ex quibusvis apostolicis dispensationibus obtines & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus Tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, redditum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, Basilicæ, quorum Centum, & Beatæ Mariæ in Vialata, quorum viginti quatuor, Canonicatus, & præbendas, cujus etiam viginti quatuor Florenorum auri de Camera fructus redditus & proventus secundum communem extimationem valorem annuum, ut asseris, non excedunt, ac Parochialem Ecclesiam hujusmodi, sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per similem resignationem dicti Joannis Baptistæ, vel alicujus alterius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, aut dicta Parochialis Ecclesia per constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ Vigesimi secundi Prædecessoris nostri quæ incipit -- Execrabilis -- vel assecutionem alterius Beneficii ecclesiastici, quavis auctoritate collati, vacent, etiam si tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsique Canonicatus & præbenda ac Parochialis Ecclesia dispositioni apostolicæ specialiter, vel alias generaliter, etiam ex eo quod dictus Joannes Baptista Canonicatum & præbendam ac Parochialem Ecclesiam

Eorum redditus ac fructus enumerantur.

(*a*) De Cæsare Borgia nonnulla hic adnotanda sunt, quæ ad rectam hujusce Constitutionis intelligentiam veluti manuducunt. Fuit is Roderici Cardinalis Borgia, antequam ad universalis Ecclesiæ gubernium ascenderet, ex Vannocia, seu Vanozia, aut Zanotia Romana pellice filius nothus. Vix Pontificatum assequutus Alexander, nullum non movit lapidem, ut filios, ac præ ceteris Cæsarem Borgia summis honoribus ac dignitatibus exornaret. Ad Archiepiscopatum Valentinum Cæsar evectus, anno 1493. renunciatus fuit Diaconus Cardinalis S. Mariæ Novæ. Sed cum majora ac meliora sibi polliceretur, si armis potius ac seculi curis, quam Clericali militiæ vacaret; hinc an. 1498. Cardinalatu dimisso, habitoque a Pontifice & Cardinalibus assensu, ut, Sacro Diaconatus ordine nequaquam obstante, posset ad nuptias convolare, Ludovicum XII. Galliæ Regem adiit, a quo honorifice exceptus, titulo Ducis, qui Valentiæ Urbi in Delphinatu præesset, insignitus est. Hinc Dux *Valentinus de Francia* in hoc Diplomate nominatur, ne fortasse Valentiam Urbem in Hispania celeberimam quis intelligeret. Præterea anno 1500. Ecclesiæ Romanæ Signifer ab Alexandro creatus, sequenti anno 1501. Romandiolæ Ducatum accepit ab eodem Pontifice, qui, ut incautis imponeret, hanc causam prætexuit, quod Cæsar bellicos labores, impensas, ac pericula subierit quamplurima, ut Romanæ Ecclesiæ jura vindicaret. Consulantur in hanc rem literæ Apostolicæ penes Raynaldum *ad hunc an. num.* 16. Hæc dicta velim, ut Pontificiæ Constitutionis verba, quibus explanandis incumbo, penitius introspiciantur. Multa de Cæsaris Borgia criminibus, sævitie, dominandi libidine, ac infelici obitu possem addere; sed extra aliam luderem; de his enim, quæ ad prolixiorem historiæ narrationem pertinent, sermonem attexere mei non est instituti.

(*a*) Duo

clesiam hujusmodi obtinens, obsequiis dicti Cesaris Ducis insistendo, etiam continuus commensalis noster existit, generaliter reservati existant, & super eis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo eorum dispositio ad Nos hac vice pertineat, cum plenitudine juris canonici, ac omnibus juribus & pertinentiis suis apostolica Tibi auctoritate conferimus, & de illis etiam providemus; decernentes, prout est, irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis actoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Et nihilominus venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Ragusin. & Episcopo Ferentinat. per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se vel alium seu alios Te vel Procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem Canonicatus & præbendæ ac parochialis Ecclesiæ juriumque & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, ac faciant Te, vel pro Te Procuratorem prædictum ad præbendam hujusmodi in dictis Basilica & Ecclesia in Vialata in Canonicum recipi & in fratrem, Stallo Tibi in Choro, & loco in Capitulo Basilicæ & Ecclesiæ in Vialata prædictorum cum plenitudine dicti juris assignatis, Tibique de ipsorum Canonicatuum & præbend. ac Parochialis Ecclesiæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi; Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi etiam Prædecessoris nostri, & aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon Basilicæ & Ecclesiæ in Vialata prædictarum, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscumque; aut si aliqui præfata apostolica vel alia quavis auctoritate in dictis Basilica & Ecclesia in Vialata in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus & præbendis dictarum Basilicæ & Ecclesiæ in Vialata hujusmodi, speciales, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in dicta Urbe generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus Te in assecutione Canonicatuum & præbendarum & Parochialis Ecclesiæ prædictorum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Canonicatuum & præbendarum seu Beneficiorum aliorum præjudicium generari; Aut si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulis Basilicæ & Ecclesiæ in Vialata prædictarum, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de Canonicatibus & præbendis ipsarum Basilicæ, in Vialata, ac hujusmodi, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; Seu si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus Basilicæ & Ecclesiæ in Vialata prædictarum solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam & Ecclesiam in Vialata hujusmodi accesseris, corporaliter illud præstes. Nos enim qui dudum inter alia voluimus quod si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod Beneficium, sive simpliciter, sive ex causa permutationis, & postea infra viginti dies de ipsa infirmitate decederet, ac ipsum Beneficium conferretur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi nulla esset, ipsumque Beneficium nihilominus per obitum vacare censeretur, Tibi, ut si contingat præfatum Joannem Baptistam ex alia infirmitate, in qua forsan ad præsens constitutus existit, infra viginti dies post hujusmodi resignationem decedere, collatio & provisio prædictæ validæ & efficaces existant, dictique Canonicatus & præbendæ ac Parochialis Ecclesia per resignationem & non per obitum hujusmodi vacasse censeantur, posteriori voluntate nostra prædicta, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica præfata, tenore præsentium de speciali gratia indulgemus. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

...o de Con... conferun...

...cumque ...nenta e ...sublata.

Privilegia aliis concessa suspendit.

Cancellariæ regulis hac vice derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo secundo, Pridie nonas Augusti, Pontificatus nostri Anno decimo.

Baptistæ

Baptistæ Bubali Canonicatus Basilicæ Vaticanæ primo quoque tempore vacaturus conceditur.

Ex Regest. LXXXIIII. Bullar. Alexandri VI. pag. 325. in Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1502. 26. Decemb.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Baptistæ Bubali de Cancellariis (a) Clerico Romano, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Nuper siquidem sub datum videlicet octavo Kalendas Februarii Pontificatus nostri anno undecimo cupientes de Canonicatu & præbenda Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe primo vacaturis disponere, motu proprio, & ex certa nostra scientia, Canonicatum & præbendam dictæ Basilicæ, quos primo per cessum vel decessum, seu quamvis aliam dimissionem alicuius ex ipsius Basilicæ Canonicis, etiam apud Sedem apostolicam & in aliquo ex mensibus, ordinariis collatoribus, etiam per constitutiones nostras vel litteras alternativarum, aut alia etiam specialia privilegia & indulta apostolica quæcumque hactenus concessis, & ex nunc concedendis in futurum, etiam illorum commenda cessante, si commendati essent, vacare contingeret, nostræ & dictæ Sedis collationi & dispositioni ea vice dumtaxat specialiter & expresse reservavimus, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super hiis à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari, prout in aliis nostris desuper confectis litteris plenius continetur. Nos igitur ne Canonicatus & præbenda prædicti, de quibus cum vacaverint, ut præfertur, nullus præter Nos ea vice disponere poterit sive potest, reservatione & decreto obsistentibus supradictis, longæ vacationis detrimenta sustineant, præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, Teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu simili, non ad tuam vel alterius pro Te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, reservatos Canonicatum & præbendam prædictos, quorum fructus, redditus, & proventus Centum Ducatorum auri de Camera valorem annuum, ut accepimus, non excedunt, quamprimum illos, ut præfertur, vacare contigerit, etiamsi actu præmisso, vel alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam cujusvis resignationem de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, vacent, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsique reservati Canonicatus & præbendæ dispositioni apostolicæ alias specialiter vel ex quavis causa, etiam in corpore juris clausa, & de necessitate exprimenda, generaliter reservati, seu ex quacumque generali apostolica reservatione affecti existant, & super eis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum plenitudine juris canonici, ac omnibus juribus & pertinentiis suis Tibi ex nunc prout ex tunc, & e contra, auctoritate apostolica prædicta conferimus, & de illis etiam providemus, ac illos Tibi collatos, & de illis provisum fore, necnon, prout est, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari, irritum & inane decernimus; Tibique ex nunc stallum in Choro, & locum in Capitulo dictæ Basilicæ eadem auctoritate assignamus, & per dilectos filios illius Capitulum & alios ad quos spectat, Tibi ad Canonicatum & præbendam primo vacaturos hujusmodi assignari volumus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Ragusin. & Calven. ac Cotronen. Episcopis per apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios Te vel Procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem Canonicatus & præbendæ per nos reservatorum, juriumque & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet detentore, facientes Te vel

Pontifex Canonicatum Basil. Vaticanæ primo vacaturum sibi reservat.

Annuos Ca[...] nicatuum f[...] ctus designat

Baptistæ [...] balo Canoni[...] tum primo [...] caturum con[...]

Judices ex[...] quutores elig[...]

(a) Duo ex familia Bubali sive de Busalo occurrunt Baptistæ nomine, alter Aquinatis Ecclesiæ Antistes, & S. Mariæ Majoris Canonicus, de quo Ughellus in Episcopis Aquinatibus; alter Canonicus Basilicæ Vaticanæ, de quo præsens Diploma, & Grimaldus noster *in serie Canonicorum pag. 85.* ita scribens: *R. D. Jo. Baptista Bubalus die 10. Martii 1503. accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum Leonardi Capuccini.* Hoc nimirum tempore expectativa impleta est; & qui nonnisi Canonicatus titulo fuerat insignitus, tandem titulum ac rem, ipsam scilicet Canonicatus Præbendam est assequutus.

(a) Post

vel dictum Procuratorem pro Te ad præbendam primo vacaturam hujusmodi, & in dicta Basilica etiam ex nunc in Canonicum recipi & in fratrem, stallo Tibi in Choro, & loco in Capitulo dictæ Basilicæ cum dicti juris plenitudine assignatis, tibique de ipsorum primo vacaturorum Canonicatus & præbendæ, cum vacaverint, ut præfertur, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus fel: rec: Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis constitutionibus, ac prædictæ Basilicæ, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, necnon privilegiis, indultis, & litteris apostolicis dilecto filio nostro Ypolito Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali, qui Archipresbyteratum dictæ Basilicæ ex concessione & dispensatione apostolica obtinet (a), & Arcrchipresbytero pro tempore existenti, & Capitulo dictæ Basilicæ simul vel divisim sub quibusvis verborum formis & clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam motu & scientia similibus concessis, & forsan confirmatis, illis præsertim quibus caveri dicitur expresse, quod de Canonicatibus & præbendis, & aliis Beneficiis ecclesiasticis ad suam collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem, etiam ratione dicti Archipresbyteratus pertinentibus, pro tempore vacantibus, nonnisi de eorum expesso consensu provideri possit, & alias de illis collationes, provisiones, & dispositiones, etiam per Sedem prædictam pro tempore factæ, nullius sint roboris, vel momenti; quibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus, pro illorum sufficienti derogatione, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat motu simili specialiter & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus; necnon omnibus illis quæ in dictis litteris nostris voluimus non obstare, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui præfata apostolica, vel alia quavis auctoritate in dicta Basilica in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus, & præbendis prædictæ Basilicæ, speciales, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus, generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus Te in assecutione primo vacaturorum Canonicatus & præbendæ prædictorum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Canonicatuum & præbendarum seu Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Aut si Archipresbytero pro tempore existenti, & Capitulo præfatis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de Canonicatibus & præbendis dictæ Basilicæ, vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus prædictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basi-

Impedimenta via propul- Privilegia endit.

Expectativas pridem concessa hac vice rejicit

Opposita Privilegia non afficere statuit.

(a) Post Baptistam Zeno, de quo supra, Joannes Lopez Valentinus Hispanus inter S. R. E. Cardinales ab Alexandro VI. relatus, Archipresbyteratus dignitatem obtinuit in Basilica Sancti Petri. Huic post duos fere menses, Successor datus est Hippolytus Estensis, Herculis I. Ferrariensis Ducis filius. Multa de eo apud Ciaconium, nonnulla etiam apud Ughellum occurrunt. Ne tanti Viri, de quo Basilica nostra sibi gratulatur, præclara gesta ingrato silentio prætercam, aliquid memoria dignum hic subjiciam. Is ergo fuit, in quo Nobilitas cum Sanctimonia amico fœdere una convenerunt. Vix septennis, ad Strigoniensem Archiepiscopatum vocatus, mox ab Alexandro VI., universo orbe plaudente, Sacra purpura donatus est. Domi studiis incubuit, in omnes, potissimum pauperes, munificentissimus; Belli, strenuus miles, armis & consilio rem optime administravit. Ecclesiarum Mediolanensis, Capuanæ, ac Narbonensis in Gallia regimen illi fuit concreditum; quibus Basilicæ Vaticanæ Archipresbyteratus accessit. Hanc postremam dignitatem obtinuit die 30. Octobris 1501. ut ex Actis Capitularibus Jacobus Grimaldus refert; eamque ad obitum usque, hoc est ad annum 1520. perpetuo servavit. Hinc castigandus Antonius Sanderus, qui in vita Leonis X. Archipresbyteris Basilicæ nostræ accenset Fratrem Marcum *Vigerium*, aliis *Vegerium*, & *Vigerium* Cardinalem Minoritam, Romæ fato functum sub Leone Pontifice an. 1516. Nil enim tale in monumentis Vaticanis occurrit.

(a) Ex

Basilicam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, collationis, provisionis, constitutionis, assignationis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo secundo, septimo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno undecimo.

Duæ Capellaniæ, quas Cardinalis Antoniottus Pallavicinus ad Altare B. M. V. prope Columnam Sanctam in Basilica Sancti Petri fundaverat, ac minoribus ejusdem Basilicæ Pœnitentiariis attribuerat, instituuntur. Dos a Cardinali statuta, ac onera imposita confirmantur. Ea item probantur, quæ Mensæ Capitulari Basilicæ Vaticanæ, ac Societati Hospitalis S. Joannis Lateranensis idem Cardinalis certis sub conditionibus fuerat elargitus.

Ex Regest. XCII. Bullar. Alexandr. VI. pag. 244. apud Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1503. 16. Julii.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam juxta doctrinam Apostoli, ex Nobis tamquam ex Nobis nihil cogitare, quantominus facere possimus quod sufficiat ad salutem, sed sufficientia nostra ex Deo est; & Propheta in Psalmis etiam cognoscens ex se nihil promereri posse, rogat Dominum se salvum fieri propter misericordiam ejus, quia a morte eripitur qui memor est Dei, recte quisquis de Deo cogitat, & properat Deum bonis operibus prævenire, recte cogitat, & sibi providet ne umquam dormiat in Morte. Sane venerabilis frater noster Antoniottus Episcopus Tusculan. (a) Cardinalis Sanctæ Praxedis nobis nuper exposuit, quod ipse, præmissis attentis, in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, ad Columnam sanctam nuncupatam, unum Altare sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis construi fecit (b), & intendens apud dictum Altare suam sepulturam, quam etiam ex nunc fabricari fecit, cum Dominus eum ab hac luce subtraxerit, sibi eligere (c), cupit ad divini cultus augumentum, & Dei laudem, ac ipsius Cardinalis, & Parentum, aliorumq. Antecessorum, & Benefactorum suorum animarum salutem, quod ad prædictum Altare erigantur duæ perpetuæ Capellaniæ pro duobus Capellanis, qui singulis diebus alternatis hebdomadis Missam ad dictum Altare celebrare teneantur, & pro dote dictarum Capellaniarum assignare unam domum ipsius Antoniotti Episcopi in Regione Campi Martis etiam de Urbe, consistentem cum tribus apothecis sub eadem domo consistentibus, ac unam aliam dilectis filiis Capitulo dictæ Basilicæ, & aliam parvas domos seu domunculas in dicta Urbe prope ipsam primodictam domum existentes, Societati hospitalis Sancti Salvatoris Lateranen. seu ejusdem Societatis Guardianis assignare, ut Canonici, Beneficiati, & Clerici dictæ Basilicæ, ac aliqui ex Confratribus dictæ Societatis singulis annis in die depositionis ipsius Antoniotti Cardinalis, & Commemorationis omnium defunctorum, tempore celebrationis Missæ ad dictum Altare in cantu celebrandæ, & inter singulos & singulis diebus alter-

Pia Antoniotti Cardinalis dispositio.

Duas eri[git] Capellanias, quibus do[tem] assignat.

Alia Car[di]nalis pia op[era].

(a) Ex additionibus ad Ciaconium colligimus, Antoniottum Cardinalem, de quo supra egimus *pag.* 291. *not.* b. hoc eodem an. 1503. Tusculanum Episcopum, Albanensi Ecclesia dimissa, fuisse renunciatum.

(b) Alpharani Tabula Columnam Sanctam exhibet sub *num.* 25. illique proximum statuit Altare D. Antonio dicatum ab Antoniotto Cardinali Pallavicino. Alpharanum sequitur Ciampin. *de Sac. ædific. cap.* 4. *num.* 26. Repugnat tamen nostra hæc Constitutio, quæ Altare *sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis* erectum affirmat. De Columna, quæ olim una fuit ex duodecim vitineis ante Aram Principem Basilicæ Vaticanæ erectis, non satis conveniunt nostri Scriptores. Nonnulli e Salomonis Templo advectam putant, atque huc referunt inscriptionem eidem Columnæ appositam a Cardinale Jordano Ursino an. 1438. Alii contra e Græcia a Constantino Magno translatam credunt; in quam sententiam Canonicus Romanus, Vegius, ac Panvinius descendunt. Illud vero apud omnes indubium est, hanc nimirum Columnam, quæ hodie in Sacello ad latus Capellæ sub tit. Pietatis B. M. V. servatur, ea prollere virtute, ut Dæmones qui hominum corporibus insident, aut ejiciat, aut sævientes refrænet.

(c) In sepulcro, quod sibi vivens erexerat Cardinalis Antoniottus, post obitum conditus revera fuit. Prostabat olim lapis tumulo superpositus cum hac epigraphe apud Ciacon. relata: *Antoniottus S. Praxedis mortem præ oculis semper habens, vivens sibi posuit an. MDI.* Verum an. 1592. disjecta Abside Basilicæ Vaticanæ, ossa Cardinalis Pallavicini ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Populo translata fuerunt, ubi, marmoreo sepulcro excitato, novoque elogio superaddito, quiescunt.

(a) Utra-

Conditiones ...ot a Capellaniarum Fun... ...e apposita.

alternatis hebdomadis per dictos Capellanos celebretur, desiderat quod dictæ Capellaniæ cum erectæ fuerint, Collegio dilectorum filiorum minorum Pœnitentiariorum in dicta Basilica Capellanorum nostrorum perpetuo uniantur, annectantur, & incorporentur, ut Pœnitentiarii prædicti, qui vitæ laudabilis, & honestæ conversationis existunt, dictam Missam singulis diebus alternatis hebdomadis per se ipsos celebrent, aut per alios Presbyteros idoneos, qui bene & explicite celebrare sciant, & bonæ opinionis & famæ, ac ad nutum & liberam voluntatem dictorum Pœnitentiariorum amovibiles existant, celebrari faciant, ac eisdem Presbyteris ad celebrationem hujusmodi Missæ deputandis, de honesto salario ex fructibus domus & Apothecarum prædictarum, pro dote ipsarum Capellaniarum deputandarum, postquam deputati fuerint post decessum dicti Antoniotti Episcopi, provideant. Quare dictus Antoniottus Episcopus nobis humiliter supplicavit, ut ad prædictum Altare duas perpetuas Capellanias pro duobus Capellanis, qui singulis diebus alternatis hebdomadis ad ipsum Altare Missam celebrare seu celebrari facere teneantur, erigere, & instituere, illisque sic erectis, pro earum dote prædictam domum Campi Martis cum Apothecis prædictis, ac unam quæ habet furnum, mensæ Capitulari Basilicæ, reliquam vero domunculas præfatas Societati hospitalis hujusmodi perpetuo applicare & appropriare, ipsasque vero sic erectas Capellanias dicto Collegio præfatorum minorum Pœnitentiariorum, etiam perpetuo cum domo & apothecis prædictis pro dote hujusmodi assignata, etiam perpetuo unire, annectere, & incorporare; & ut eidem Altari juxta voluntatem præfati Antoniotti Episcopi deserviatur in divinis, infrascripta statuere & ordinare, ac dicto Antoniotto Episcopo alia laudabilia statuta & ordinationes pro salubri directione Capellaniarum & aliorum præmissorum observatione faciendi, licentiam & faculatem concedere, & alias in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui singulorum votis, ex quibus proveniant divini cultus incrementum, & salus animarum, pii Patris affectione libenter annuimus, quique dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum communem extimationem, etiam Beneficii cui unio fieri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interest, Collegii sive mensæ Collegialis dictorum Pœnitentiariorum fructuum, reddituum, & proventuum verum valorem annuum præsentibus pro expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ad dictum Altare duas perpetuas Capellanias pro duobus Capellanis auctoritate apostolica tenore præsentium erigimus, & instituimus, illisque sic erectis, pro earum dote domum ipsius Antoniotti Episcopi in regione Campi Martis cum Apothecis prædictis, ac unam, quæ habet Furnum, Mensæ Capitulari Basilicæ, & reliquam domunculas prædictas Societati præfatæ eadem auctoritate perpetuo applicamus, appropriamus, & assignamus (a). Ipsas vero sic erectas Capellanias, quorum cujuslibet fructus, redditus, & proventus viginti quatuor Florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut dictus Antoniottus Episcopus asserit, non excedunt, ab hujusmodi earum primæva erectione apud Sedem apostolicam vacantes, & pro eo quod Nos dudum omnia beneficia Ecclesiastica apud Sedem prædictam tunc vacantia & inantea vacatura, collationi & dispositioni nostræ reservavimus, ac decrevimus ex tunc irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari, dispositioni apostolicæ reservatas, & de quibus nullus præter Nos hac vice disponere potuit sive potest, reservatione & decreto obsistentibus supradictis, cum omnibus juribus & pertinentiis suis dicto Collegio præfatorum Pœnitentiariorum etiam perpetuo eadem auctoritate unimus, anne-

Pontifex annuit, & Capellanias erigit.

Collegio Pœnitentiariorum unit.

(a) Utraque Capellania a Cardinali Pallavicino instituta, penes Collegium Minorum Pœnitentiariorum Basilicæ Vaticanæ permansit usque ad tempora S. Pii V. Romani Pontificis. Ubi vero in ejusdem Pœnitentiariæ Collegium Patres Societatis translati sunt, alia in Capellaniarum gubernio obtinuit œconomia. Siquidem ineunte anno 1584., die nimirum quarta Januarii, accedente Sedis Apostolicæ beneplacito, Cardinalis summi Pœnitentiarii assensu, ipsoque P. Perusco Pœnitentiariæ Præside annuente, Sacerdos Fulvius nomine, ex ejusdem Cardinalis familia, utriusque Capellaniæ possessionem adiit, ejusque onera ac reditus sibi vendicavit. Porro onera implenda erant quæ in hac Constitutione enunciantur; reditus vero non jam ex domo, quam dotis nomine Cardinalis Pallavicinus assignaverat, sed ex fructu septingentorum Scutorum, quæ ex domus illius venditione supererant, percipiebantur. Hæc omnia ex tenore Instrumenti quod Notarius Pompejus Capellus *die* 4. *Januarii an.* 1584. confecit, obvia sunt. Quid vero post hæc tempora evenerit; a quonam sequiori ævo Capellanus fuerit designatus, ac confirmatus; num Capellaniarum reditus adhuc vigeant, mihi plane impervium. Unum est, quod addam; nimirum nostra ætate nonnisi Missas numero novem ad Altare S. Thomæ in Basilica Vaticana celebrari, ac stipendium a Collegio Pœnitentiariorum persolvi.

Idem de utraque domuncula, quam Mensæ Capitulari Basilicæ Vaticanæ, ac Hospitali S. Joannis Lateranensis Cardinalis Pallavicinus addixit, judicium esto. Nihil certi hac in re nobis occurrit. Neque Anniversaria hodie celebrantur; nec ulla ædiculæ, quam memoratus Cardinalis legavit, suppetit memoria. Fortasse utrumque Anniversarium in ea onerum diminutione, sive, ut ajunt, reductione, quam Sixtus V., ut suo loco videbimus, intulit, fuit comprehensum. Hinc nulla post hujusce Pontificis ætatem ad seram posteritatem pervenere monumenta.

annectimus, & incorporamus, ita quod poſt deceſſum præfati Antoniotti Epiſcopi, ac etiam ex nunc, ſeu quandocumque dictus Antoniottus Epiſcopus voluerit, liceat Pœnitentiariis præfatis nunc & pro tempore exiſtentibus, Capellaniarum & domus cum dictis Apothecis eiſdem Capellanis pro dote earum applicatarum, ipſarumque & aliorum jurium & pertinentiarum omnium, Capitulo vero, ac Societati & Guardianis præfatis ſimiliter nunc & pro tempore exiſtentibus, domuncularum prædictarum, & illarum etiam jurium & pertinentiarum omnium corporalem poſſeſſionem per ſe vel alium ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac poſt obitum ejuſdem Antoniotti Epiſcopi, vel ante, ſi dictus Antoniottus Epiſcopus voluerit & permiſerit, illorum fructus, redditus, & proventus in ſuos, & Cappellaniarum, necnon Capituli & Societatis prædictorum uſus & utilitatem modo & forma infraſcriptis, reſpective convertere, cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita; ac eadem auctoritate ſtatuimus & ordinamus, qnod dictus Antoniottus Epiſcopus, quamdiu vixerit, liberam & omnimodam adminiſtrationem Capellaniarum, & domus cum Apothecis, ac domuncularum prædictarum, niſi forſan adhuc vivens illas Pœnitentiariis, Capitulo, & Societati prædictis concedere voluerit, habeat, & ad eum omnimoda & libera deputatio & amotio dictorum Capellanorum pertineat, quodque poſt deceſſum ejuſdem Antoniotti Epiſcopi, vel ante, ſi dictus Antoniottus Epiſcopus hoc permiſerit, ipſi Pœnitentiarii ſingulis diebus alternatis hebdomadis Miſſam ad dictum Altare, immediate poſt finitam majorem Miſſam in dicta Baſilica pro tempore celebratam, per ſeipſos celebrare, aut alios Presbyteros idoneos, qui bene & explicite legant, ac bonæ & laudabilis opinionis & famæ, ac ad nutum & liberam voluntatem ipſorum Pœnitentiariorum amovibiles exiſtant, celebrari facere teneantur, & dicti Pœnitentiarii, ſeu ab eis ad celebrandum deputandi Presbyteri, die Dominica de Dominica, & ſecunda pro Defunctis, ac ſexta feriis de Cruce, & die Sabbati de Beata Maria Virgine, ac in Quadrageſima & quatuor anni temporibus, ac feriis Rogationum, de feria, niſi Feſtum duplex, ſemiduplex, aut ſolemne generaliter, ſeu in dicta Baſilica ſpecialiter, aut habens proprium & ſingulareO fficium occurrat; & tunc de eodem Feſto, reliquis vero diebus de tempore, videlicet de Feſto ſeu feria, prout dicta Miſſa major celebrabitur, Miſſam celebrare, ac collectam ſive orationem competentem pro ipſo Antoniotto Epiſcopo, dum in humanis fuerit, & poſtquam placuerit Altiſſimo eumdem Antoniottum Epiſcopum ad ſe evocare, aliam collectam ſive orationem convenientem pro ipſius Antoniotti Epiſcopi, necnon felicis recordationis Innocentii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri, ejuſdemque Antoniotti Epiſcopi parentum, & benefactorum animarum ſalute, & ut a pœnis, quas pro eorum peccatis perſolvere haberent, liberentur, dicere debeant & teneantur. In die vero Commemorationis omninm Defunctorum, & in die depoſiti, ſeu qua ipſe Antoniottus Epiſcopus deceſſerit, niſi dicta die depoſiti dies Dominicæ, aut Feſtum duplex vel ſolemne, & ab omnibus obſervandum tunc occurrat, quo caſu proximo die feriato quo commode fieri poterit, quem Pœnitentiarii præfati elegerint, ita tamen quod ultra octo dies non differatur, Pœnitentiarii præfati etiam teneantur annis ſingulis facere celebrari unam Miſſam in Cantu ſeu alta voce pro Antoniotto Epiſcopo, & aliis prædictis defunctis, cum decantatione in fine Miſſæ Reſponſorii Libera me Domine cum ſuis verſiculis, & aliis deprecationibus ſolitis, & hujuſmodi Miſſarum celebrationi, videlicet depoſiti, & Commemorationis omnium defunctorum diebus, Canonici, Beneficiati, & Clerici nuncupati perpetui Beneficiati dictæ Baſilicæ, & Pœnitentiarii, ac etiam aliqui ex Confratribus dictæ Societatis, prout in aliis Defunctorum exequiis intereſſe conſueverunt, interſint, & Canonici ac Beneficiati & Clerici prædicti præſentaliter intereſſentes dumtaxat, & non abſentes, etiam infirmitate, vel quacumque alia etiam legitima cauſa, ſinguli videlicet ex Canonicis unum Carlelenum Papale (*a*), & ex Beneficiatis quinque Bolendinos, hoc eſt duas partes ex tribus

Reditus conceditt poſt Cardinalis obitum percipiendos.

Onera Miſſarum deſignat.

Ritus in celebratione Miſſarum ſervandus.

Anniverſa... duo ſtatis ... bus celebran...

Quinam ... tereſſe debea...

Stipend... præſentibus ... ſtribuendum ... xatur.

(*a*) Xaverio Scilla teſte, a Carolo Andegavenſi Duce, qui numum primus excudit, Carolenus, ſive Carlenus nomen traxit. Quia vero ejuſmodi moneta etiam in Urbe Roma, hac potiſſimum ætate, frequentior obtinnit, ipſique Romani Pontifices hoſce numos ex propria officina monetaria fortaſſe obſignarunt, hinc Carleni Papalis nomen illis inditum. Eorum valor ab eo non diſſimilis, qui vel hodie in uſu eſt. Complectitur namque obolos ſeptem cum dimidio, ſive bononenos totidem, ut præſens Diploma aperte definit. Ait enim bononenos quinque, duas ex tertiis partibus Caroleni Papalis exæquare. Quibus verbis nihil clarius, ſive ut Caroleni valorem aſſequamur, ſive ut Bononenos ac obolos pari in loco habendos eſſe certo ſtatuamus. Memoratus Scilla in ſuo opere *de Monetis Pontificum pag.* 188. ait Carlenum ſua ætate, (ſcripſit autem hoc eodem ſeculo ineunte) monetam fuiſſe imaginariam, cum ejuſmodi numus nullibi occurreret in ditione Pontificia. At noſtro ævo res ſecus habet. Multos enim Romæ ex officina monetaria prodiiſſe Carlenos, Benedicti XIV. obſignatos nomine, norunt omnes, qui numos contrectant.

Haud inficiamur tamen Carolenorum valorem, pro diſſimili temporum ratione, mutationi obnoxium aliquando fuiſſe. Clariſſimus Eques Franciſcus Victorius in eruditiſſima lucubratione *de Floreno aureo par.* 3. *num.* 35. producit edictum Cardinalis

Raphaelis

bus partibus unius Carleni, ex Clericis vero præfatis medium Carlenum percipiant, quos Capitulum præfati ex redditibus dictæ domunculæ eorum mensæ Capitulari relictæ persolvant, ac quod in die depositonis ipsius Antoniotti Episcopi, & Commemorationis omnium Defunctorum, pannus sericus per ipsum Antoniottum Episcopum ad hujusmodi Altaris ornatum relinquendus, seu etiam ex nunc, ut asseritur, per eum assignatus, super ipsam Sepulturam, & in girum dictæ Sepulturæ Torciæ Ceræ sex, ponderis trium librarum pro qualibet dictarum Torciarum, & super dicto Altari, dum Missæ hujusmodi celebrabuntur, candelæ quatuor, librarum unius pro qualibet dictarum ponantur, ac quod Torciæ, & candelæ prædictæ accensæ permaneant usque in finem celebrationis dictarum Missarum, & Responsoriorum ac Anniversariorum, & quod una Candela ceræ, quarum quindecim unam libram constituant, cuilibet ex Canonicis, Beneficiatis, Clericis, Poenitentiariis, & Confratribus prædictis interessentibus distribuantur, qui easdem candelas a tempore quo Sacratissimum Corpus Domini nostri JESU Christi in ipso Altari tempore celebrationis hujusmodi Missarum elevabitur, usque in finem Missarum & recitationis dicti Responsorii accensas teneant; & quod in qualibet dictarum duarum Missarum in die depositionis Antoniotti Episcopi, & Commemorationis Defunctorum, Confratres duas tantum, in die vero depositi Antoniotti Episcopi, Poenitentiarii alias quatuor, in die autem Commemorationis Defunctorom hujusmodi, Capitulum præfati etiam reliquas quatuor Torcias dicti ponderis ponere, & Poenitentiarii reliquam expensam ceræ in dicto die depositi facere, & sex Carlenos Clericis servientibus Sacristiæ dictæ Basilicæ persolvere, in die vero Commemorationis omnium Defunctorum prædictorum Capitulum præfati similem impensam necessariam pro hujusmodi cera facere, & similiter dictos Carlenos eisdem Clericis servientibus Sacristiæ persolvere teneantur; residui vero Torciarum, & in Altari positarum candelarum prædictarum, unam Capitulum, reliquam vero medietates Poenitentiarii præfati habere debeant, reliquos vero fructus tam domus cum Apothecis pro dote Capellaniarum prædictarum, quam domuncularum hujusmodi, Mensæ Capitulari, & Societati prædictis applicatarum, qui supportatis oneribus prædictis superfuerint, per Poenitentiarios & Capitulum ac Guardianos seu Confratres præfatos, in Poenitentiariorum & Capituli ac Societatis prædictorum usus & utilitatem, juxta eorum laudabiles ordinationes, & prout eis respective placuerit, dispensentur & distribuantur; & quod domus cum apothecis, ac domunculæ præfatæ, ullo umquam tempore alienari non possint. Et si Guardiani prædicti domunculam eis relictam alienaverint, aut præmissa, prout ad eos pertinet, non adimpleverint, tunc domuncula ipsa cum dicto onere ad præfatos Poenitentiarios; & similiter si Capitulum præfati domunculam eis relictam alienaverint, aut præmissa non observaverint, tunc domuncula ipsa cum simili onere ad eosdem Poenitentiarios; si vero Poenitentiarii præfati domum cum Apothecis hujusmodi alienaverint, aut præmissa non adimpleverint, tunc Cappellaniæ ac domus cum Apothecis hujusmodi, cum simili onere ad Capitulum præfatos devolvantur. Et insuper, ut præmissa juxta voluntatem ipsius Antoniotti Episcopi observentur, eidem Antoniotto Episcopo circa præmissa omnia, & alia concernentia, quæcumque statuta laudabilia & honesta, & Sacris Canonibus non contraria, faciendi, & edendi, & quæ, eo ipso quod facta & edita fuerint, apostolica auctoritate approbata & confirmata existant, dictæ auctoritate apostolica licentiam & facultatem concedimus. Non obstantibus priori voluntate nostra prædicta, & aliis Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec non Basilicæ, Collegii, & Societatis prædictorum, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod dicto Antoniotto Episcopo in humanis agente, nullus, præter eum, de deputatione Capellanorum prædictorum ac perceptione fructuum, redditIuum, & proventuum domus cum Apothecis, & domuncularum prædictarum, absque ejus expressa licentia se intromittere possit, sed præmissorum omnium libera administratio ad

[C]eræ quanti[tas] designatur.

Clericis Sa[cri]stiæ merces [da]nda.

Pœnæ in eos statuuntur, qui Fundatoris voluntatem infringunt.

Aliæ leges a Fundatore addendæ, probantur.

Cardinali, quo ad vixerit, libera Capellaniarum administratio permittitur.

Raphaelis Riarii S. R. E. Camerarii evulgatum an. 1508. quo statuitur, *ut loco Carolenorum veterum, exigantur Caroleni novi Julii nuncupati*. En Carolenorum pretium adauctum; quippe Juliorum valori respondet. Hoc tamen Caroleni auctarium, Julii II. ætate aut institutum fuit, aut restitutum. Ceterum sub Alexandro VI. Carolenorum etiam Papalium pretium solis obolis septem cum dimidio fuisse definitum, nemo dubitaverit, qui ad nostra hæc Diplomata oculos intendat. Quamvis, ne Julii quidem Pontificis tempore, Carolenorum, quos modo indicavimus, pretium ab usu recessit. Censualia Capellæ Juliæ, quæ in nostro Archivo servantur, Carolenos, ac Carolenorum Ducatos passim nominant, eorumque valorem ad bolendinos septem cum dimidio exigunt. Unum e Censuali an. 1512. hoc est postremis Julii Pontificis annis conflato, dabimus monumentum. *Prioratus S. Pauli de Albano* (ita legimus pag. 19.) *& pro eo D. Troylus Sabellus conductor die 14. Febr. 1512. solvit per manus Gerhardi de Cantalupo ejus Procuratoris ducatos 105. de Carlenis, in tantis Juliis, ad rationem trium Juliorum pro quatuor Carlenis.* Quibus verbis nihil clarius, nihil etiam ad rem nostram magis opportunum.

ad ipsum Antoniottum Episcopum pertineat; & insuper, prout est, irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo tertio, decimoseptimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno undecimo.

A Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Basilicæ Vaticanæ Missas stato ordine ac tempore celebrari præcipit, indicta in refractarios poena.

Ex veteri MSS. in Archiv. Basil. Caps. 7. Fasc. 269.

ALEXANDER PP. VI.

Incerta literarum ætas.

Basilica Vaticana Ecclesiarum omnium princeps & caput.

Congruum censentes, ut in Basilica nostra Principis Apostolorum de Urbe quæ sicut omnium Ecclesiarum Orbis terrarum caput, & princeps est, ita in divinis officiis ultra alias Ecclesias continue frequentari, & celebrari merito debeat; Idcirco ut Basilica ipsa Missarum Solemnitatibus frequentetur, ut æquum est, & a Populo libentius visitetur, Missarum recordationem, & reformationem suprascriptam fieri fecimus, ut singulis diebus, secundum ordinem prædictum unusquisque quod sibi oneris incumbat, intelligat. Quæ ordinatio ut suum sortiatur effectum, omnibus & singulis Canonicis, Beneficiatis, Clericis, & Capellanis superius descriptis & annotatis, præcipimus, & mandamus, quatenus sub poena unius Carleni argenti pro qualibet vice contrafacienti, & in paramentis ipsius Basilicæ ponendi, quo die ordinem non servaverint, ipsorum quilibet, prout superius descriptum est (*a*), debeat Missas celebrare in prædicta nostra Basilica, secundum ordinem superius datum, prout de jure tenentur, & obligati sunt, juxta tenorem, & dispositionem ordinationum, & Statutorum per Prædecessores nostros editorum, absque exceptione aliqua. Alioquin ad exactionem dictæ poenæ, ipsis ulterius non monitis, aut citatis, procedemus; mandantes ex nunc Camerariis Canonicis ipsius Basilicæ sub poena excommunicationis, & unius ducati pro quolibet, & qualibet vice ab eis auferen., & Sacristiæ applican., quod cuilibet contrafacienti, de distributionibus suis carlenum prædictum Romanæ monetæ pro qualibet vice retineant, & Sacristis majoribus consignare debeant, de cujus parte, loco contrafacientium substituendis, condigne provideri pro eorum mercede possit. Si quis autem infirmitate, vel alia causa legitima detentus fuerit, coram Vicario & Capitulo ipsius Basilicæ Capellanum idoneum ejus loco præsentet, ab eisdem, si sufficiens fuerit, confirmandum, qui postmodum in casu inobservantiæ punctari possit.

Ordo in Missarum celebratione servandus præscribitur.

Contra inobedientes pœna.

Datum Romæ (*b*).

JULIUS II.

(*a*) Hæc Alexandrina Constitutio legem præsupponit Clero Basilicæ Vaticanæ indictam, ac statum ordinem in Missarum celebratione servandum. Quæ vero ea lex fuerit, quæ methodus, quis ordo cuique singillatim constitutus, ignotum omnino.

(*b*) Ita in veteri Archivi nostri charta legitur, omissa temporis nota, quam nec conjiciendo quidem ausim apponere. Malui tamen ultimo loco hanc referre Constitutionem; tum quia obscura est illius ætas, quum ceteræ stato die annoque definiantur; tum etiam quia verosimilius est, Basilicæ nostræ Clerum in divinis Officiis celebrandis minus sedulum se præbuisse, non in ipsis Alexandri VI. primordiis, sed posterioribus annis, quo nimirum tempore in Urbe Roma plurima absurda inoleverant. Consulantur Julii II. literæ inferius recitandæ.

(*a*) Toti-

JULIUS II.

Alexandro VI. Pius III. ſuccedit, eoque poſt ſextum ſupra viceſimum a creatione diem e vivis ſublato (*a*), ſufficitur Julianus Roboreus Sixti IV. ex fratre Nepos, die eodem, quo Cardinales Conclave ingreſſi fuerant, nimirum Kalendis Novembris an. 1503. Novus Pontifex, contracto Juliani nomine, Julius II. appellatur, & VI. Kal. Decembris Apoſtolicis infulis decoratur in Baſilica Vaticana. Obiit an. 1513., die 20. Februarii in 21. inclinante (*b*); ideoque egit in Pontificatu annos novem, menſes tres, dies viginti.

Res, ac Bona quæcumque ad Abbatiam Majellanam ſpectantia, quæ a nonnullis injuſte occupabantur, reſtituenda decernit, propoſita in contumaces excommunicationis cenſura.

Ex Originali in Archiv. Baſil. Capſ. 21. Faſc. 342.

AN. CH. 1504. 15. Octob.

JUlius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Archipresbytero Beatæ Mariæ de Lanciano Theatin. Diœc. &c. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Conqueſtus eſt nobis Nicolaus Abbas Monaſterii Sancti Salvatoris de Majella (*c*) Sancti Benedicti, ſeu alterius Ordinis, Theatin. Diœc. quod Amor Odorici, Bernardinus Minginuli, Falcus Colæ, Palamidus Marinus Petrucii, & quidam alii Clerici, & Laici de Caſtro Guardiæ dictæ Diœc. ſuper quibuſdam immobilibus in præfata Diœc. conſiſtentibus, mobilibuſq. bonis, terragiis, fructibus, redditibus, proventibus, pecuniarum ſummis, & rebus aliis ad dictum Monaſterium, quod ut idem Nicolaus aſſerit, Conventu caret, & Eccleſias Sancti Clementis, & Sanctæ Mariæ de la Piana (*d*) ejuſdem Diœc. dicto Monaſterio canonice unitas & annexas, legitime ſpectantibus, quibus ipſum de facto ſpoliarunt, & quæ de facto detinent indebite occupata, injuriantur eidem. Ideoque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota, decernat faciendum, & quod decreverit, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellat veritati teſtimonium perhibere.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quarto, Idibus Octobris, Pontificatus noſtri Anno primo.

Exortà

(*a*) Totidem dies Pio III. in ſupremo Eccleſiæ gubernio eſſe tribuendos, ex indubiis monumentis, ac obvia ſupputatione licet colligere. Pius enim ex MSS. Diariis relatis a Raynaldo ad an. 1503. *num.* 19. Summus Eccleſiæ Pontifex renunciatus fuit die 22. Septembris 1503., ac die 27. Octobris jam elapſa, ſive ipſa nocte qua dies inſequens incipiebat, vita ceſſit, ex alio Vaticano MSS. quod recitat memoratus Raynaldus ſub *num.* 15. in fin. Si ergo numerentur, ac una colligantur Pontificatus dies, profecto nonniſi viginti ſex inveniuntur. Aut error igitur in numeratione excidit Volaterrano, Scriptori alioquin probatæ fidei, aut mendum Librariorum culpa irrepſit, cum ſcripſerit lib. 22. *Pius ex ulcere cruris ex quo diu laboraverat, trigeſimo poſt Creationem die deceſſit.*

(*b*) De Julii Pontificis obitu ita loquitur Paris de Graſſis Cæremoniarum Magiſter penes Raynaldum ad an. 1513. num. 9. *circa horam noctis decimam, quæ eſt inter dies XX. & XXI. Febr. Sanctiſſimus Dominus noſter Julius Papa II. mortuus eſt, cujus Spiritus in pace quieſcat.*

(*c*) Hanc Abbatiam Menſæ Capitulari Baſilicæ Vaticanæ a Julio III. fuiſſe attributam, ex Diplomatibus hujuſce Pontificis infra recenſendis, compertum erit.

(*d*) De Utraque Eccleſia *S. Clementis, & S. Mariæ della Piana* conſulenda quæ in primo Bullarum Tomo prænotavimus *pag.* 40. *not. d.* & *pag.* 45. *not. b.*

(*a*) Quod

Exorta inter Capitulum S. Petri & Capellanos Innocentianos controversia circa locum in Choro ac Processionibus illis assignandum, decreverat Alexander VI. ut Capellani, nisi stato ordine ac loco sederent, aut incederent, a Divinis Officiis, citra ullam censuram aut pœnam, abstinerent. De hisce literis, quas Pontifex Alexander morte præreptus non evulgaverat, Julius Successor testimonium perhibet indubium.

Ex Autographo in Archivo Apost. Vatican.

AN. CH. 1505. 22. April.

DIlectis filiis modernis Capellanis quatuor perpetuarum Capellaniarum ad Altare beatæ Mariæ del Convento in Basilica Principis Apostolorum de Urbe. Dilecti Filii salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Alias fel. rec. Alexander Prædecessor noster ex pia ordinatione Sanctæ memor. Innocentii Papæ VIII. ipsius Alexandri immediati, & nostri etiam Prædecessoris, referentibus sibi, & id fieri supplicantibus bo. mem. Laurentio Episcopo Albanen. tunc S. Ceciliæ & Ven. fratre nostro Antoniotto Episcopo Prænestin. tunc Sanctæ Praxedis Titul. Cardinalibus, quatuor perpetuas Capellanias ad Altare B. Mariæ del Convento (*a*) in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, pro quatuor perpetuis Capellanis idoneis, in Presbyteratus ordine constitutis, qui Missas, & alia divina officia ibidem, juxta quandam desuper factam Constitutionem & ordinationem, celebrare deberent, erigendo, & instituendo, inter alia statuit & ordinavit, quod dicti Capellani omnibus & singulis privilegiis, libertatibus, & indultis, concessionibus, gratiis & immunitatibus, quibus veteres Beneficiati dictæ Basilicæ ratione dictorum Beneficiatuum utuntur, potiuntur, & gaudent, absque tamen eorum præjudicio, gaudere possent & gauderent; & quod deberent conformare se in habitu Ecclesiastico præfatis Beneficiatis; Quodque si dicti Capellani Processionibus, quæ per Ministros ejusdem Basilicæ fieri consuevissent, seu fierent, interesse negligerent, quilibet eorum negligens pro qualibet vice uno grosso Camerariis absentiæ dictæ Basilicæ applicando, mulctari deberent; & ultra pœnam pecuniariam hujusmodi, certas tunc expressas sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas eo ipso incurrere censerentur, prout in literis Apostolicis desuper confectis plenius asserebatur contineri; Et deinde per vos earumdem Cappellaniarum modernos Capellanos, eidem Prædecessori exposito, quod Canonici & Capitulum prædictæ Basilicæ, statuto & ordinationi hujusmodi repugnantes, noluerunt consentire, quod vos Capellani prædicti essetis conformes in habitu præfatis Beneficiatis, aut sederetis in Choro, dum Missæ & alia divina celebrarentur officia, nisi prius promitteretis succedere, & esse inferiores omnibus, non solum veteribus Beneficiatis prædictis, sed etiam minoribus Clericis, non modo in Sacerdotali, sed etiam in nullo ordine constitutis; ad quam promissionem faciendam vos, ne hujusmodi controversia in longum protraheretur, & ut pacifica possessione earumdem Capellaniarum potiremini, considerantes maxime, quod Canonicis prædictis resistere non poteratis, devenire coacti fueratis; ac postea considerato, quod vos omnes in Sacerdotio constituti eratis, & propterea malignum videbatur, quod illi, qui

Innocentianis concessa privilegia.

Pœnæ in Capellanos statuta.

Controversia a Capitulo excitata.

Capellani juri suo cedunt.

(*a*) Quod Sactorum Ministrorum cœtus ad hoc Altare quotidie conveniret, nomen *B. Mariæ de Conventu* Ciampinus fluxisse putat *de Sac. Ædific. cap. 4. num 39.* Ejus verba dabimus: *Vetus Oratorii nomen S. Mariæ de Convetu fuerat, quia ante ipsum Canonicorum Chorus e ligno rudi artificio compactus jacebat ... in quem locum Canonici Basilicæ quotidie convenientes, propria Clero, suetaque psallendi munia persolvebant.* Id ut confirmet, producit authoritatem Bibliothecarii, qui jam tum ab ætate Gregorii Papæ III. Monachos ac Sacerdotes ad hoc ipsum Altare frequentes accessisse testatur hisce verbis: *Et hoc constituit* (Gregor. III.) *ut secundum constitutum, quod a Collegio Sacerdotum coram Sacro Corpore B. Petri factum est, pro celebrandis solemniis Vigiliarum, atque Missarum Domini nostri Jesu Christi, Sanctæque ejus Genitricis, Sanctorumque omnium Apostolorum, vel omnium Sanctorum Martyrum ac Confessorum, perfectorumque Justorum toto in orbe terrarum requiescentium, ut in Oratorio eorum nomini dedicato, intra Ecclesiam B. Petri Apostoli sub Arcu principali a Monachis Vigiliæ celebrentur, & a Presbyteris Hebdomadariis Missarum solemnia.*

Etsi vero Innocentii VIII. jussu Oratorium restitutum fuerit, ac marmoribus picturisque ornatum, cognomen illud *B. Mariæ de Conventu* adhuc permansit, esto loco veteris, nova Tabula in qua & B. M. V. & Innocentii VIII. imagines depictæ erant, nupero altari fuerit superposita. Oratorio ac Altari disjecto, Tabula isthæc in Sacrario Basilicæ aliquamdiu, hoc est ad Urbani VIII. ætatem permansit. Anno vero 1627. ejusdem Pontificis jussu sacra eadem Tabula Duci Massæ tradita fuit, ut liquet ex monumento, quod in Caps. 65. fasc. 185. Archivi nostri servatur, atque hic exscribimus: *Ill. & Rev. D. Cardinalis Grimnasius retulit mentem Sanctissimi esse, quod Excellent. D. Princip. Massæ consignetur Tabula sive Icona, in qua extat depicta imago B. M. V. & Innocentii Papæ VIII.* Et infra, Eques Pellegrinus Massæ Principis negociorum gestor fatetur, se Ducis nomine Tabulam recepisse die 15. Julii ejusdem an. 1627. Hujusce Tabulæ specimen in Archivo ab Innocentianis nuper erecto brevi collocabitur, accurante D. Deodato Vivaldo Innocentianorum Camerario.

(*a*) Hui

qui Sacerdotes non erant, vos præcederent, idem Prædeceſſor veſtris ſupplicationibus inclinatus, vobis, quibus Capitulum & Canonici prædicti locum ſaltem poſt minores Clericos in Sacerdotio conſtitutos, ut aſſerebatis, aſſignari nolle decreverant; ut Proceſſionibus hujuſmodi, niſi Capitulum & Canonici prædicti conſenſiſſent, quod vos inProceſſionibus præfatis incederetis poſt Beneficiatos, intereſſe minime teneremini, nec ad id compelli, aut aliquibus ſententiis, & cenſuris irretiri, ſeu pœnis mulctari poſſetis, non obſtantibus erectione, ſtatuto, & ordinatione prædictis, ac pœnis, nec non promiſſione per vos facta, ut præfertur, coſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac dictæ Baſilicæ, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, ſub Datum videlicet quinto Kal. Aprilis Pontificatus ſui anno XI. apoſtolica auctoritate indulſerit (a). Ne autem de Indulto hujuſmodi, ex eo quod ſuper illo litteræ Prædeceſſoris præfati, ejus ſuperveniente obitu, expeditæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, voſque illius fruſtremini effectu, volumus & eadem auctoritate decernimus, ut præſentes literæ ad ptobandum illud plene ſufficiant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Datum Romæ XXII. Aprilis M. D V. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

...i Innocentiani ...ſervitio Chori, ...tro verſa durante, eximuntur.

Literæ exemptionis ab Alexand. VI. conceſſæ.

Chori diſciplina in Vaticana Baſilica, ſtatutis contra inobedientes pœnis ac cenſuris, reſtituitur.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 7. Faſc. 269.

AN.CH. 1505. ... Decemb.

Stipendia ...ricis conceduntur, ut Eccleſiæ inſerviant.

Beltrandus Conſtabilis Prothonotarius Apoſtolicus, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Vicarius Generalis (b). Cum juxta Sacrorum Canonum Decreta, Eccleſiarum ſtatuta, & laudabiles conſuetudines, diſtributiones quotidianæ ad hoc deputatæ eſſe dignoſcantur, ut illas capientes, debitum Domino perſolvant famulatum, dicendo, ſeu cantando ſingulis diebus & noctibus Matutinum, & horas Canonicas, & ut ipſis Eccleſiis deſerviant intereſſendo divinis Officiis, & ipſa divina Officia celebrando; ac ut in eis divinus Cultus augeatur, non minuatur; Idcirco vobis omnibus & ſingulis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis dictæ Baſilicæ, qui de ejuſdem diſtributionibus participare intenditis, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus, quatenus debeatis, & quilibet veſtrum debeat ſingulis diebus debitum Domino perſolvere famulatum, dicendo Matutinum, & horas Canonicas in Eccleſia, vel extra, niſi ex rationabili cauſa quiſque veſtrum fuerit impeditus; nec non debeatis, & quilibet veſtrum debeat juxta ſtatuta aut laudabilem conſuetudinem hactenus obſervatam, intereſſendo divinis Officiis, ac ipſa Officia celebrando in dicta Baſilica deſervire, non autem per tertiariam, ut vulgo dicitur (c). Si vero aliquis veſtrum contrafecerit, poſt lapſum duodecim dierum, a die publicationis mandati hujuſmodi noſtri computandorum, ſententiam Excommunicationis eo ipſo volumus ut incurrat; quam ex nunc pro ut ex tunc, & e converſo, auctoritate SS. D. N. PP. nobis in hac parte conceſſa, contra quoſcumque inobedientes, proferimus in his ſcriptis. Et inſuper Appunctatoribus Anni præſentis, & qui pro tempore erunt, ſub eiſdem pœnis præcipimus, & mandamus, ut quoſcumque ex prædictis non deſervientes modo quo ſupra intereſſendo divinis Officiis repererint, appunctare debeant, ut juxta ſtatuta ac laudabilem conſuetudinem dictæ Baſilicæ merito mulctari poſſint.

...lero Baſilicæ ...dicitur, ut ...vina officia ...ſolvat.

Contra inobedientes pœna ſpiritualis ac pecuniaria ſtatuitur.

Datum Romæ in domibus noſtræ reſidentiæ die prima Decembris 1505.

Lau-

(a) Huic controverſiæ finis tandem fuit impoſitus; jam enim Capellani ab Innocentio inſtituti, ſive in Choro, ſive in Proceſſionibus, poſt Beneficiatos, nullo contradicente, incedunt, ac ſedent.

(b) Ob præclaras virtutes, ſummamque in negociis tractandis dexteritatem, hic Beltrardus patria Ferrarienſis, Ducique Ferratiæ in Urbe Legatus, Vicarii munere in Baſilica S. Petri primo decoratus, mox anno 1507. inter Canonicos adſcriptus, tandem menſe Auguſto ejuſdem anni, Adrienſis Eccleſiæ Paſtor renunciatus eſt. Conſulatur Ughellus.

(c) Inter potiſſimas Pii III. Pontificis curas, ea fuit, ut corrupti eccleſiaſticorum mores reformarentur, & quæ in præterito Pontificatu invaluerant vitia, extirparentur. Id ut facilius exequeretur, decreverat providus Pontifex Synodum cogere, collapſamque diſciplinam reſtituere. Hæc tamen ſaluberrima conſilia inopinata mors abrupit. Verum, quod Pio facere non licuit, licuit Julio; quo authore ſtatutum eſt, ut in Baſilica Vaticana Divina Officia, ſacraque Miniſteria rite atque ex ordine celebrarentur. Decuit nimirum ut Eccleſia, quæ ceteris exemplo eſſe debuerat, ceteras item in diſciplinæ inſtauratione anteiret.

(a) Au-

Laurentio Cipriani perpetuo Beneficiato in Basilica Principis Apostolorum conceditur Capellania ad Altare Annuntiationis B. M. V. in Capella S. Petronillæ erecta; ac insuper annua trium florenorum pensio assignatur.

Ex Regesto LXXVII. Bullar. Jul. II. pag. 60. in Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1505. 9. Decemb.

JUlius Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Laurentio Cipriani perpetuo Capellano ad Altare Beatæ Mariæ Virginis Annuntiatæ, situm in Capella Sanctæ Petronillæ in Basilica Principis Apostolorum de Urbe (*a*), familiari nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Altare Annuntiationis in veteri Basilica, & Capellania illi adnexa.

Grata familiaritatis obsequia, quæ Nobis hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt ut Tibi reddamur ad gratiam liberales, illaque Tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque perpetua Capellania ad Altare Beatæ Mariæ Virginis Annuntiatæ situm in Capella Sanctæ Petronillæ in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, quæ de Jurepatronatus Laicorum nobilium existit, per liberam resignationem dilecti filii Stephani Grilli nuper ad ipsum Altare perpetui Capellani, de illa quam tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per Nos admissam, vacaverit & vacet ad præsens, Nos tibi, qui etiam commensalis noster existis, & ut asseris, quoddam perpetuum simplex Beneficium ecclesiasticum in dicta Basilica inter alia obtines (*b*), præmissorum obsequiorum & meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, Teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, nec non omnia & singula alia Beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, quæ etiam ex quibusvis apostolicis dispensationibus, non tamen sub eodem tecto, obtines, & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus Tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque, ac dicti obtenti Beneficii fructuum, redditutum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, nec non Juripatronatus hujusmodi hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogantes, Capellaniam prædictam quæ sine cura est, & cujus fructus, redditus, & proventus decem ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum, ut etiam asseris, non excedunt, sive ut præmittitur, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per similem resignationem dicti Stephani, vel cujusvis alterius de illa in Romana Curia vel extra eam etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem apostolicam legitime devoluta, ipsaque Capellania dispositioni apostolicæ specialiter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore Datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum, cum omnibus juribus & pertinentiis suis apostolica Tibi auctoritate conferimus, & de illa etiam providemus; Tibique, ut commodius sustentari valeas, de alicujus subventionis auxilio providentes, pensionem annuam trium Ducatorum similium auri de Camera super Canonicatus & Præbendæ Ecclesiæ Sancti Erasmi Verulan. de quibus hodie, tunc per liberam resignationem dilecti filii Angeli de Baburo ipsius Ecclesiæ Canonici, de illis quos tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam & per nos admissam, apud Sedem prædictam vacantibus, &

Tenues Capellaniæ reditus.

Laurentio Cipriani Capellania confertur, ac pensio superadditur.

(*a*) Audire præstat quid de hoc Altari scripserit Alpharanus noster sub *num.* 158. En ejus verba: *Sequebatur* (in Oratorio S. Petronillæ, quod Alpharanus describit) *aliud Sacellum cum Altari Sanctæ Mariæ Virginis sub invocatione Annuntiationis ad occidentem; quod quidem Maria de Comitibus paulo ante nostra tempora restituerat elegantissime, optimeque dotaverat, instituens Capellanum, qui esset semper de gremio Beneficiatorum Basilicæ, pro salute animæ suæ, & viri sui Simonetti de Graffignanis Armorum Ductoris, & Petri Francisci ejus filii juxta dictum Sacellum sepultorum; post quod Sacellum, quando Basilicæ novæ fundamenta aperiebantur, fovea magna, quæ ibi aderat, impleta fuit ossibus Defunctorum innumerabilibus, e sepulchris dicti Templi Sanctæ Petronillæ erutorum.* Eadem repetit Ciampin. *de Sac. Ædific. Sect.* 12. *num.* 158.

(*b*) Inter Clericos Beneficiatos numeratur a Jacobo Grimaldo hisce verbis *pag.* 541. *Laurentius Cipriani de mense Octobris* 1494. *accepit possessionem Clericatus vacan. per cessionem Pauli Joannis Baptistæ.*

(*a*) Cum

& antea dispositioni apostolicæ reservatis, præfato Stephano provideri concessimus, Tibi quoad vixeris, vel Procuratori tuo ad hoc a Te speciale mandatum habenti, per dictum Stephanum, cujus ad hoc expressus accedit assensus, & Successores suos Canonicatum & præbendam prædictos pro tempore obtinentes, annis singulis in festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi integre persolvendam, dicta auctoritate tenore præsentium reservamus, constituimus, & assignamus. Decernentes, Stephanum & Successores prædictos ad integram solutionem dictæ pensionis Tibi faciendam, juxta reservationis, constitutionis, & assignationis præfatarum continentiam & tenorem, fore efficaciter obligatos; ac volentes, & eadem auctoritate statuentes, quod ille ex Stephano & Successoribus præfatis, qui in dicto festo, vel saltem infra triginta dies illud immediate sequentes, pensionem per eum tunc debitam hujusmodi non persolverit cum effectu, lapsis diebus eisdem, sententiam excommunicationis incurrat, a qua, donec Tibi vel eidem Procuratori tuo de pensione hujusmodi tunc debita integre satisfactum, aut alias Tecum aut cum dicto Procuratore tuo super hoc amicabiliter concordatum fuerit, absolvi non possit, præterquam in mortis articulo constitutus. Si vero per sex Menses, dictos triginta dies immediate sequentes, sententiam ipsam animo, quod absit, sustinuerit indurato, ex tunc effluxis mensibus eisdem, Canonicatu & præbenda prædictis perpetuo privatus existat, illique vacare censeantur eo ipso. Quocirca venerabili fratri nostro Episcopo Cotronen. & dilectis filiis Joanni Francisco de la Cetta Canonico Sancti Petri de Urbe (a) ac Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi Verulan. (b) in spiritualibus generali, per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, Te vel Procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem Capellaniæ, juriumque & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, facientes Te, vel pro te Procuratorem prædictum ad Capellaniam prædictam, ut est moris, admitti, nec non Pensionem prædictam, juxta reservationis, constitutionis, assignationis, & decreti prædictorum continentiam & tenorem, efficaciter persolvi, Tibique de illa, ac Capellaniæ hujusmodi fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi. Et nihilominus quemlibet ex Stephano & successoribus præfatis, quem eis dictæ excommunicationis sententiam incurisse constiterit, quoties super hoc pro parte tua fuerint requisiti, tamdiu Dominicis & aliis festivis diebus in Ecclesiis, dum major inibi Populi multitudo ad divina convenerit, excommunicatum publice nuncient, & faciant ab aliis nunciari, ac ab omnibus arctius evitari, donec Tibi, vel eidem Procuratori tuo de dicta Pensione integre satisfactum fuerit, ipseque excommunicatus ab eadem excommunicationis sententia absolutionis beneficium meruerit obtinere; Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri, & aliis apostolicis Constitutionibus, ac Basilicæ & Ecclesiæ Sancti Erasmi prædictarum statutis & consuetudinibus, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus, speciales vel generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quommodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dictæ Capellaniæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, ac Stephano & Successoribus præfatis, quod ad præstationem vel solutionem Pensionis alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque toto

Quo tempore [pen]sio solvenda.

Contra morosum debitorem [poen]æ.

Judices executores deputantur.

Contraria quæcumque, ac gratias expectativas pridem concessas non obstare decernit.

(a) Etiam memoratus Grimaldus nominat *Joannem Franciscum della Zecca*, qui an. 1484. Canonicatus Basilicæ Vaticanæ possessionem adivit.

(b) Nimirum Ennii Philonardi, qui variis muneribus ac legationibus præclare functus, Sacra purpura a Paulo III. donatus, anno 1549. Romæ decessit.

Super Beneficiorum pluralitate dispensat.

toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nos enim tecum, ut una cum dicta Capellania, si illam vigore præsentium assequaris, obtentum Beneficium prædictum sub eodem tecto, quoad vixeris, retinere libere & licite valeas, constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac statutis & consuetudinibus Basilicæ hujusmodi, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica, tenore præsentium, de speciali dono gratiæ dispensamus. Proviso quod Beneficium & Capellania hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, sed eorum congrue supportentur onera consueta; & insuper ex nunc irritum decernimus & inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quinto, quinto Idus Decembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Canonicis & Capitulo Vaticano commendat Marium Concanonicum & Altaristam, qui Apostolicæ Sedis servitio addictus, ab Urbe recesserat.

Ex Regest. IV. Julii II. pag. 191. in Archiv. Apostol. Vatican.

Dilectis filiis Canonicis & Capitulo Sancti Petri de Urbe.

JULIUS PAPA SECUNDUS.

AN. CH. 1507. 15. Febr.

DIlecti filii, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum in discessu nostro ab Urbe dilectum filium Marium de Vulterris Concanonicum vestrum (a), istiusque Basilicæ Altaristam, litterarum Sacræ Pœnitentiariæ nostræ Correctorem; non ad cujusquam preces, sed ratione Officii dictæ Pœnitentiariæ nostræ, ac aliis certis de causis evocari fecerimus, & postmodum de ipsius fide & probitate confidentes, pro quibusdam negotiis Nobis & apostolicæ Sedi occurrentibus, eumdem ad carissimum in Christo filium nostrum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum mittere decreverimus, ne jura vestra videamur forsan alienare, hortamur Vos in Domino, ut dictum Marium, donec in servitiis nostris fuerit, fraterna ac sincera charitate tractetis; quidquid in ipsum liberalitatis, benignitatisque contuleritis, Nobis gratissimum erit.

Datum Bononiæ (b) die xv. Februarii millesimo quingentesimo septimo, Anno quarto.

Instantibus universitate ac populo Aquilanæ Civitatis, ut unio Monasterii S. Catharinæ a Sixto IV. pridem facta, dissolvatur, Julius Pontifex negocium Ordinario committit.

Ex Autograph. in Archiv. Basil. Caps. 31. Fasc. 127.

AN. CH. 1507. 28. Julii.

BEatissime Pater. Alias ex prætextu quod fructus Monasterii Sancti Basilii Aquilan. Ordinis Sancti Benedicti, quod sub cura, & protectione Archipresbyteri, & Capituli Principis Apostolorum de Urbe existit, adeo tenues sint, quod illius Abbatissa, & Moniales de observantia nuncupatæ, se sustentare non poterant, & quod Abbatissa, & Moniales Monasterii Sanctæ Catherinæ etiam Aquilan. dicti Ordinis, quod etiam sub protectione, & cura Archipresbyteri, & Capituli prædictorum existebat, minus honestam vitam ducerent, prædicto Monasterio S. Basilii perpetuo uniretur, Monasterium S. Basilii commodius sustentare valerent, & materia delinquendi monialibus dicti Monasterii S. Catherinæ auferretur, per quasdam litteras fe: rec: Sixti Papæ IV. S. V.

Causæ ob quas Monasterium S. Catharinæ alteri Monasterio unitum fuerit.

(a) Præter Canonicatum in Basilica S. Petri, cujus possessionem nactus erat die 22. Decembris 1499. Ecclesiæ Cavalicensis Episcopatum obtinuit, uno eodemque tempore Episcopus & Canonicus, teste Grimaldo *in ser. Canonicor. pag. 9.*

(b) Duo hic notanda; alterum de loco, alterum de tempore quo hasce literas Julius edidit. Quo ad tempus, anno 1507. die 15. Februarii eas fuisse conscriptas, probat quartus Pontificis annus, qui huic tempori affigitur; Reipsa enim a mense Novembris 1506. quartus Pontificatus annus inceperat. Hîc ergo anni initium non ab Incarnatione, sed a Januario mense ducitur. Locus quem Bulla præsefert, est Bononia, in quam Urbem Julius concesserat, & Victor fuerat ingressus die 10. Novembris 1506., Joanne Bentivolo Tyranno, una cum familia clam fuga dilapso, teste Paride de Grassis *in Diar. pag. 78.*, qui etiam *pag. 146.* memoriæ prodit, eumdem Pontificem die 20. Februarii sequentis anni 1507. Bononia abiisse, ut Romam reverteretur.

(a) Hasce

S. V. Prædecessoris motu contentas (*a*), suppressa in eo dignitate Abbatiali, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis unitum extitit, ita quod liceret ex tunc Abbatissæ, & Monialibus dicti Monasterii S. Basilii, possessionem Monasterii S. Catherinæ propria auctoritate apprehendere, & perpetuo retinere, dictisque Abbatissæ, & Monialibus Monasterii S. Catherinæ ut cum dotibus, & bonis suis mobilibus ad Monasteria se transferre, & in illis, vel apud propinquos, vel benevolos earum, sub earum habitu remanere possent, per easdem litteras indulsit, prout in in illis plenius continetur. Cum autem præscripti fructus dicti Monasterii S. Basilii in præsentiarum uberes sint, & ad sustentationem illius Abbatissæ, & Monialium sufficiant, Monasterium vero prædictum S. Catherinæ ruinam minetur, & in eo octo Moniales dumtaxat existant, quæ labore manuum suarum victum sibi quærunt, & inibi laudabiliter, & honeste vivunt, & Abatissa, & Moniales dicti Monasterii S. Basilii pro reparatione dicti Monasterii S. Catherinæ subvenire nolint, moniales dicti Monasterii S. Catherinæ non possunt illud reparare: Verum si unio hujusmodi dissolvetur, & ipsum monasterium S. Catherinæ in pristinum statum reducetur, & reponetur, profecto ex hoc salubriori statui dicti monasterii S. Catherinæ consuletur, quia illud reparari, ac in eo Moniales, quæ inibi Domino famulantur, recipi possent; ex quo etiam inibi divinus cultus augeretur, & Religio propagationem reciperet cum decore, & cosolationi spirituali populi, & hominum dictæ Civitatis provideretur; Supplicant igitur humiliter S. V. devoti Oratores vestri Communitas dictæ Civitatis, quatenus in præmissis opportune providen. unionem prædictam dissolvere, & separare, ac ipsum Monasterium S. Catherinæ, cujus fructus 24. duc: auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt, in pristinum, & eum statum, in quo ante unionem prædictam, etiam quo ad illius dignitatem Abbatialem existebat, restituere, reponere, & reintegrare: ita quod liceat eisdem Monialibus nunc in illo existentibus sibi Abbatissam eligere, confirmandam per Archipresbyterum, & Capitulum præfatæ Basilicæ, ad quos hujusmodi confirmatio pertinet, de Archipresbyteri, & Capituli prædictorum consensu dignemini de gratia speciali. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non Monasterii S. Basilii, & Ordinis prædictorum juramento &c. roborat. statut. & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis, & consuetis.

[Margin: Filiæ suppetunt causæ, ut unio dissolvatur.]

[Margin: Universitatis ac Populi Urbis Aquilæ, ad Julium preces.]

Fiat quod committatur Ordinario J.

Et cum absolutione a censuris ad effectum &c. & cum dissolutione, restitutione, repositione, & reintegratione de, & pro omnibus prædictis de consensu Archipresbyteri, & Capituli prædictorum in forma gratiosa, attento consensu prædicto, & quod major specificatio tenore dictarum litterarum, & fructus augend. vel minuend. aliorumque præmissorum & circa ea . . . . . fieri possit in litteris.

[Margin: Causa Ordinario committitur.]

Fiat ut supra J.

Datum Romæ apud S. Petrum decimoseptimo Kalendas Augusti Anno quarto.

Ecclesiam in Casali Cornutorum sub Invocatione S. Mariæ de Gratia, solo Capituli Basilicæ Vaticanæ inædificatam, approbat, exemtamque declarat.

Ex Apographo in Archiv. Basil. Vatic. Caps. 30. Fasc. 124.

[Margin: AN. CH. 1507. 30. Julii.]

IUlius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Piis fidelium votis, per quæ Divinus cultus ubique augumentum suscipiat, libenter annuimus, & hiis, quæ propterea concessa, & facta dicuntur, ne impugnationi subjaceant, favorabiliter interponimus nostræ sollicitudinis partes. Sane pro parte dilectorum filiorum Confratrum Confraternitatis Sanctæ Mariæ de Gratia Caputaquen. Dioec. nobis nuper exibita petitio continebat, quod alias postquam felicis recordationis Leo IX. & Innocentius VI. Romani Pontifices Prædecessores nostri dilectis filiis Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ut ipsi, & ab eis facultatem habentes, in quibuscumque locis ad dictam Basilicam pertinentibus, ubicumque existentibus, Ecclesias, & alia pia loca construere, & ædificare, ac in eis Capellanos, & Rectores ad serviendum in Divinis constituere, & deputare possent, licentiam, & facultatem concesserat (*b*), dicti Con-

[Margin: Pontificum Sanctione de ecclesiis in solo Basilicæ Vaticanæ ædificandis.]

(*a*) Hasce literas superius exscripsimus *pag.* 226.

(*b*) Privilegium a S. Leone IX. ac Innocentio VI. concessum Capitulo S. Petri, ut in fundis ac Prædiis sibi subjectis Ecclesiæ possint ædificari, ac exemtionis beneficio donentur, prostat in utriusque Pontificis Constitutione, quam in priori Bullarum tomo retulimus *pag.* 34. & 362.

Ecclesia in Casali Cornutorum, annuente Capitulo, erecta,

Confratres vigore facultatis eis super hoc per dictos Capitulum concessæ (*a*) unam Ecclesiam sub invocatione ejusdem Sanctæ Mariæ de Gratia in Casali Cornutorum dictæ Dioec. loco olim dictæ Basilicæ concesso, & donato pro eorum piis Orationibus inibi Altissimo persolvendis, construi, & ædificari fecerunt. Quare pro parte eorumdem Confratrum nobis fuit humiliter supplicatum, ut constructioni, & ædificationi prædictis, pro illarum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Divinum cultum ubique vigere & augeri nostris potissime temporibus sinceris desideramus affectibus, prædictos Confratres, & eorum singulos a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, constructionem, & ædificationem prædictas auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus; supplentes, omnes & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem.

A Pontifice probatur.

Cum Ecclesiæ, tum Capellanis, & Confratribus exemtionis Privilegium conceditur.

Et nihilominus eidem constructæ Ecclesiæ, ac Confratribus prædictis, nec non ejusdem Ecclesiæ Rectoribus & Capellanis in illa pro tempore deservientibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, indultis, exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, & libertatibus, quibus aliæ Ecclesiæ, & pia loca dictæ Basilicæ immediate subiecta, seu ab ea dependentia, & in ea degentes personæ in genere utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, auctoritate prædicta de speciali gratia concedimus pariter & indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Per hoc autem alias dictam Confraternitatem non intendimus approbare. Nulli ergo omnino hominum &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDVII. tertio Kalendas Augusti, Potificatus nostri anno octavo.

Ego Domn. Joannes Baptista de Leo Archipresbyter Terræ Rofrani Tusculan. Dioec. publicus Notarius Apostolica & Imperiali auctoritate, ad requisitionem, instantiam, & preces egregii Viri Donati Pinti de Casali Cornutorum, Procuratoris, & Rectoris Venerabilis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Gratia de dicto Casali, hanc præsentem subscriptam copiam de suo originali mea propria manu extraxi, ac exemplavi, & cum eo, & de eo collationem feci, & de verbo ad verbum omnia concordavi, nihilque addidi, vel minui, sed ea, quæ reperi, invenique, eadem scripsi, & dictum originale oculis vidi, manibusque tetigi, oreque . . . alta, & intelligibili voce cum præsenti copia concordando protuli; in quo originali erat, & est Sigillum plumbeum pendens cordulis sericis interpositis, in quo Sigillo ex uno latere signa sive capita SS. Petri & Pauli sunt sculpta & signata, & in altero latere, & loco sunt literæ, quæ sonant Julius PP. secundus. Et ad fidem præmissorum, ac omnium & quorumcumque optantium tenorem ipsius originalis sentire, audire, legere, & videre, ut majorem fidem adhibeant, ego prædictus Notarius meo solito & consueto Signo, quo in actis, & scripturis publicis uti soleo, signavi, & conclusi die xii. Octobris 1511. Indict. xv. in Casali Cornutorum.

Quædam concordiæ capita, quæ pacis studio inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos statuta fuerant, enumerat, & Apostolica authoritate confirmat.

Ex Originali in Archiv. Basil. Vatic. Caps. 7. Fasc. 269.

AN. CH. 1508. 17. *Martii.*

JUlius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Venerandam nostram Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, quam nuper magno & admirabili ædificio reædificare incepimus (*b*), intra nostra brachia charissimis per-

(*a*) Jam tum ab anno 1498. Ecclesia sub Invocatione S. *Mariæ Gratiarum* ab incolis Casalis Cornutorum ædificata fuit, annuente Capitulo S. Petri, in cujus fundo sacra illa ædes erat excitanda. Hisce tamen appositis conditionibus, Capitulum Vaticanum assensum præbuit; nempe ut visitatio, correctio, ac jus Capellanum confirmandi, ad Capitulum pertineret; ac vicissim ejus loci incolæ duas libras ceræ quotannis persolverent. Patet id *ex lib. Instrumentor. Demetrii Guaselli ab anno 1498. ad an.* 1500. *pag.* 345.

(*b*) Inter præclara ac eximia opera Julii II. enumerandum profecto Templi Vaticani ædificium a fundamentis excitatum. Tantum opus aggredi sibi proposuerant Julii Prædecessores; at manum apponere ausus est nemo. Rem igitur ab aliis intentatam hic Pontifex exorsus, anno 1506. xvi. Kalendas Majas primum lapidem suis manibus jecit, nec senio deterritus, nec operis difficultate commotus. Enimvero is erat veteris Basilicæ status, ut proximam ruinam minaretur; quippe vetusta Templi moles haud satis firmo Circi Caji & Neronis fundamento supperposita, diutius stare non poterat. Consulendus in rem hanc Grimaldus noster *in lib. Instrument. pag.* 116. & *seq.* (*a*) Hæc

[P]ontificis in [Bas]ilicam amor, [s]ollicitudo.

perstringentes amplexibus, ac ipsius, illiusque Ministrorum promovere, & augeri profectus sinceris affectibus desiderantes, hiis, quæ pro pace, & concordia inter illius Canonicos, Benefitiatos, & Clericos conservanda, facta dicuntur, libenter, cum a Nobis petitur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem; ut ipsi Canonici, Benefitiati, & Clerici eo ferventius, & frequentius possint Divinis in ipsa Basilica interesse, quo prorsus ab omni contentione, & inquietitudine fuerint semoti. Sane pro parte dilectorum Filiorum universorum Canonicorum dictæ Basilicæ, ac Benefitiatorum, & Clericorum nuncupatorum perpetuorum Benefitiatorum in eadem, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum diutius in Romana Curia, tam coram certis Causarum Palatii Apostolici Auditoribus, seu loca tenentibus, seu aliis diversis Judicibus, inter Canonicos ex una, ac Benefitiatos, & Clericos præfatos partibus ex altera, super nonnullis, & præsertim super divisione fructuum, & aliorum emolumentorum dictæ Basilicæ communiter inter eos dividendorum, litigatum fuerit, Canonici volentes eosdem Benefitiatos, & Clericos, quantum in eis est, juxta jura, quæ credunt ipsis Benefitiatis, & Clericis deberi, fraterne tractare, & versa vice ipsi Benefitiati & Clerici eosdem Canonicos, ea qua convenit decentia, venerari, & cupientes inter eos mutuam dilectionem, & benivolentiam conservari, præfati Canonici, & major pars, immo duæ partes & ultra ex tribus partibus ipsorum Benefitiatorum, & Clericorum, infrascripta Capitula, Statuta, & Ordinationes per modum concordiæ, & pacis inter eosdem Canonicos, Benefitiatos, & Clericos initæ, & perpetuo observandæ, postquam Apostolica auctoritate approbata forent, fecerunt, & ordinarunt modo, & forma sequentibus, videlicet. In primis, quod omnes, & singuli fructus, redditus, & proventus, jura, & emolumenta, & obventiones quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, quovis modo, jure, & occasione, undecumque, quomodocumque, & qualitercumque dictæ Basilicæ, seu ejus occasione tam conjunctim, quam divisim Canonicis, Benefitiatis, & Clericis hactenus debita, & in futurum provenientia, & quomodocumque debita, poni debeant in Massa communi, seu Camera dictæ Basilicæ;

[C]ontroversiæ [inter] Canonicos, [Bene]ficiatos, & [Cleri]cos in judi[cium] delatæ.

[C]oncordiæ ca[pita] inter collitigantes statuta ... quod fructus omnes in [com]munem massam conferan[tur, a]c distribu[antu]r.

ita quod ex omnibus & singulis prædictis fructibus, redditibus & proventibus fiat unum Corpus & una Massa communis Canonicorum, Benefitiatorum & Clericorum prædictorum, quæ debeant persolvi, & distribui inter dictos Canonicos, Benefitiatos & Clericos, pro distributionibus solum, & ad usum tantummodo distributionum quotidianarum. Prædicti omnes & singuli fructus de cetero in perpetuum sic redigantur, ac persolvantur, & distribuantur, sublato quovis alio nomine, jure, & titulo tam grossæ, quam decimæ fructuum super excrescentium, exceptorum, & vinearum, ac aliorum omnium in statutis expressorum, seu alias de jure, usu & consuetudine dictæ Basilicæ introductorum, & hactenus quomodocumque, qualitercumque & undecumque perceptorum, & distributorum, deductis tantummodo salariis consuetis, & regalibus infrascribendis. Item, quod prædicti fructus, redditus, & proventus dividi debeant, & dividantur, seu distribuantur ad quatuor, duo, & unum, videlicet, quod quilibet Canonicus habeat quatuor, Beneficiatus duo, & unum quilibet Clericus, seu dentur cuilibet Canonico centum, cuilibet Beneficiato vero quinquaginta, & cuilibet Clerico viginti quinque; ita quod omnes & singuli fructus dictæ Basilicæ tali modo præscripto dividantur, & persolvantur, ac distribuantur (*a*). Item, quod licet in dicta Basilica sine Archipresbytero sint Canonici numero triginta, tamen ipsis Canonicis addatur una alia integra portio inter eosdem Canonicos dividenda; ita quod si aliqua portio debetur Archibresbytero, quandocumque illam pro tempore quoquomodo habere vellet, vel sibi debeτetur, Canonici prædicti de eorum portionibus præfatam portionem dicto Archipresbytero persolvere teneantur (*b*); absque eo quod aliquid amplius de communi Cassa Canonicorum, Benefitiatorum, & Clericorum prædictorum petere, & habere possint, etiamsi Archipresbyter, ut præfertur, suam portionem peteret, seu habere vellet quandocumque; & Clericis, qui sunt vigintiquatuor, addatur una alia portio, adeo quod vigintiquinque pro Clericis, & quod pro Benefitiatis fiant triginta quatuor portiones, exceptis portionibus, & distributionibus, quæ debentur Benefitiatis & Clericis Sixtinis nuncupatis, quæ permaneant juxta

II. Ratio ac methodus in fructuum divisione servanda.

III. Portionibus Canonicorum, una addatur, Archipresbytero, si opus fuerit, assignanda.

IV. Item una portio Clericorum Beneficiatorum numero accedat, inter eos dividenda.

(*a*) Hæc in divisionibus œconomia servatur accuratissimè; ea nimirum lege, ut Canonicis quatuor, Beneficiatis duæ, Clericis pars una tribuatur.

(*b*) Archipresbyteris portio conceditur, eadem scilicet, quæ cuique Canonicorum assignatur.

(*a*) Mos

V. Canonicorum, & Beneficiatorum Camerariis certum Honorarium solvendum statuitur.

juxta earum institutionem (*a*). Item quod loco regalium Camerariorum, dentur Canonicis Camerariis Ducati sexaginta auri, qui sunt tam pro salario, quam pro regalibus; & pro Camerariorum Beneficiatorum regalibus, dentur Ducati quindecim similes, videlicet septem cum dimidio Cameræ, & reliqui septem cum dimidio Camerariis absentiæ æqualiter dividendi, sublatis humationibus, oblationibus Veronicæ, decima librata, ceterisque regalibus, tam conjunctim, quam divisim ipsis Canonicis & Beneficiatis hactenus dari solitis. Item quod dicti Canonici non possint habere, nec accipere emolumenta, quæ solent provenire ex præstatione consensus præstandi in locationibus, affictationibus, & arrendationibus (*b*) quibuscumque Bonorum dictæ Basilicæ, nisi solum, & dumtaxat, quando consensus hujusmodi præstatur pro una persona in aliam personam, non excedendo tempus primæ locationis, & dummodo consensus hujusmodi cedat in evidentem utilitatem dictæ Basilicæ, & non aliter, nec alio modo; & si præterquam in dictis translationibus & permutationibus de una Persona in aliam, ratione consensus præstandi, aliqua emolumenta habuerint, illa omnia debeant poni, & ponantur in Massa communi, & dividantur, ut ceteri fructus, inter omnes tam Canonicos, quam Beneficiatos & Clericos modo suprascripto. Item quod in reddendis rationibus, seu computis receptorum & expensorum, seu exitus & introitus fructuum & bonorum omnium dictæ Basilicæ, in Sindicatu Officialium & Administratorum prædictorum bonorum, Beneficiati possint deputare & constituere duos ex eis, qui sint revisores Computorum, & redditthat prædictorum simul cum Canonicorum Sindicis & Revisoribus Computorum hujusmodi deputatis pro tempore (*c*). Item quod in computis faciendis cujuslibet mensis, audire, & interesse possint singuli, tam Beneficiati, quam Clerici, quibus placuerit, & qui voluerint hujusmodi revisioni interesse; non enim fiat privatim hujusmodi computorum revisio, nec fiat occulte, sed publice in loco capitulari, vel alio deputato in dicta Basilica (*d*). Item, quod salaria Officialium, tam Canonicorum, quam Beneficiatorum non possint aliquo modo, vel quovis quæsito colore augeri, nisi de consensu omnium, tam Canonicorum & Beneficiatorum, quam Clericorum, ex quo hujusmodi salaria de communi Cassa solvi debeant (*e*). Item, quod fiat unus liber censualis nuncupatus, in quo describantur omnes prædicti & singuli fructus, redditus, proventus, introitus, & emolumenta omnium bonorum prædictæ Basilicæ, & ponatur in Sacristia, vel in aliquo loco publico, similiter celebri, adeo quod possit ab omnibus tam Canonicis, quam Beneficiatis & Clericis videri & perlegi quandocumque placuerit (*f*). Item, quod prædicta omnia & singula in confectione solemnis Instrumenti, & conventionis concordiæ, seu Capitulorum prædictorum magis specificari & exprimi possint; non mutata tamen substantia, & tenore prædictorum, accedente insuper confirmatione Apostolica ad confirmationem, roborationem, & validitatem omnium & singulorum prædictorum, cum cautionibus & clausulis necessariis, & opportunis, & in dictis Capitulis imponendis & describendis ad hoc, ut prædicta omnia & singula observari debeant inviolabiliter. Item, quod in ceteris, aut servetur ordo & tenor statutorum, aut de novo refor-

VI. Emolumenta omnia ex Consensus præstatione percipienda, in Massam communem conferantur, si consensus primæ locationis tempus excedat.

VII. Duo Censores ex Beneficiatis Administrationem Bonorum Basilicæ expendant.

VIII. Computis mense quolibet perficiendis, etiam Clerici Beneficiati intersint, si velint.

IX. Stipendia mutuo Canonicorum & Beneficiatorum consensu augeantur.

X. Liber Censualis prostare debet, ab omnibus inspiciendus.

XI. Concordiæ capita, immutata tamen substantia, extendi possint.

Possint etiam mutuo consensu reformari.

(*a*) Mos obtinet, ut Beneficiatorum portiones triginta sex numerentur; Clericorum vero viginti septem, ea nimirum portione, quam *mortuam* vocant, comprehensa. Nullum quippe inter Beneficiatos & Clericos antiquiores, ac inter eos, quos Sixtus quartus instituit, versatur discrimen; sed omnes in proprio seorsim cœtu, par emolumentum percipiunt, iisdemque oneribus sunt obnoxii, ex vi Constitutionis Sixti Papæ V. quam suo loco proferemus.

(*b*) Si vim nominis spectes, hæ voces *Locatio*, *Affictatio*, *Arrendatio* perinde sonant, ac Locationis contractum generatim exprimunt, ex quo lucrum sive reditus percipitur. Si vero circumstantias, quas hæc Constitutio superraddit, inspiciamus, profecto ejusmodi voces de solo Emphytheusis contractu excipiendæ sunt. Enimvero Constitutio de Locatione atque Arrendatione loquitur, ex quibus emolumenta percipiunt rerum Domini, quum in ipso contractus initio consensum præstant. Hoc autem nonnisi in Emphytheusi verificatur, quæ, simul ac instituitur, sive ex ipsa contractus natura, sive ex consuetudine, pensionem quamdam secum fert favore domini persolvendam, quam Juris Consulti *Intraturam* appellant, teste Fulgin. *de Jur. Emphytheut. in Prælud. quæst.* 16. Quum igitur Basilicæ Vaticanæ Canonici jus habeant ad ejusmodi emolumenta sibi lucranda *quando consensus præstatur, pro una persona in aliam Personam, non excedendo tempus primæ Locationis*, sequitur, ut primæ locationis tempore elapso, sive in iterata Bonorum investitura, sive etiam alienatione, jam non Canonicis emolumenta cedant, sed ea in omnium commodum convertantur, ac in commune Basilicæ peculium sint conferenda. Tum maxime, quod, ut memoratus Fulgineus animadvertit *Prælud. quæst.* 17. *num.* 5. quum ex anticipata pensione, fructuum pars, quæ quotannis solvitur, minuatur, inde fit ut census iste, in communem utilitatem cedere debeat, sicut revera in commune commodum annui fructus convertuntur, atque inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos dispensantur.

Hoc ipsum de *Quindenniis* ac *Laudemiis* judicium ferendum est. Siquidem Laudemium census quidam est, qui in nova Bonorum investitura persolvitur, quam, quum directus Dominus probet ac laudet, hinc Laudemii vocabulum ortum ducit. Pari jure Quindennium a præsumpto consensu, & certa stipe quæ pro assensu illo traditur, trahit originem. Ubi enim emphytheusis est perpetua, jam expresso Domini directi consensui nullus est locus. Fingitur tamen decimoquinto quoque anno emphytheusis cessare, ac in vim novi consensus iterum institui, ac renovari. Nova hæc institutio, non quidem vera, sed ficta, quæ tamen ad veri similitudinem accedit, Canonis solutionem infert, toties repetendam, quoties quindecim annorum spatium præterlabitur.

(*c*) Hoc item concordiæ caput accurate servatur.

(*d*) Duo e Clericis Beneficiatis eliguntur, qui redditioni rationum quotannis intersunt.

(*e*) Consulatur libellus, cui titulus *Capita Constitutionum Sacrosanctæ Basilicæ Principis Apostolorum*, ubi hoc idem totidem fere verbis repetitur in Paragrapho *de administratione & dispositione Bonorum Basilicæ sub num.* 28.

(*f*) In memorato libello idipsum expresse cautum legimus sub *num.* 30.

(*a*) Su-

reformentur, Si Canonicis, Beneficiatis & Clericis prædictis placuerit, prout in Instrumento publico super concordia, & Capitulis prædictis confecto, plenius continetur. Quare pro parte Canonicorum, ac Beneficiatorum & Clericorum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut concordiæ, ac statutis prædictis, pro illorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, Canonicos, ac Benefitiatos, & Clericos prædictos, & ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis, Sententiis, Censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat assequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, concordiam, & Capitula prædicta, ac prout illa concernunt omnia & singula in dicto Instrumento contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac utramque partem ad præmissorum omnium, & singulorum observationem teneri, & obligatos esse decernimus (a). Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboraris statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Concordiæ capita Apostolica authoritate confirmantur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septimo, sextodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno quinto.

Superiorum Literarum Exequutores designant.

Ex Regest. Bullar. Julii II. an. V. Tom. IV pag. 345.

[A]N. CH. 1508. [. .] Martii.

Dilectis filiis Abbati Sancti Gregorii, & Præceptoris hospitalis Sancti Spiritus de Urbe, ac Vicario nostro in eadem Urbe in spiritualibus generali, salutem & Apostolicam benedictionem.

Hodie certa statuta & ordinationes inter dilectos filios Canonicos & Beneficiatos ac Clericos Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe facta & edita, apostolica auctoritate per alias nostras litteras approbavimus & confirmavimus, ac decrevimus illa per utramque partem observari debere, prout in eisdem desuper confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus Vos, vel duo, aut unus vestrum si & postquam dictæ litteræ Vobis præsentatæ fuerint, per Vos vel alium seu alios litteras prædictas, & in illis contenta quæcumque, ubi, quando, & quoties opus fuerit, & pro parte Canonicorum ac Beneficiatorum & Clericorum prædictorum, seu alicujus desuper requisiti fueritis, publicantes, ac eis & eorum cuilibet in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciatis auctoritate nostra statuta & ordinationes hujusmodi, juxta illorum tenorem firmiter observari; Contradictores quoslibet & rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus fel: rec. Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris nostri, illa præsertim qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam Dietam a fine suæ Diœcesis, ad judicium evocetur, seu ne Judices & Conservatores a Sede Apostolica deputati, extra Civitatem & Diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, seu alii vel aliis vices suas committere præsumant, & de duabus Dietis in Concilio generali edita, ac aliis apostolicis constitutionibus, necnon omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obstare, contrariis quibuscumque. Seu si eisdem Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

[. .] Superiores [. .]us innuit.

[H]as obser[vand]as præcipit

Contraria e medio tollit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septimo, sextodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno quinto.

Antonio

(a) Supra statuta concordiæ capita, partium consensione inita, ac Pontificio Diplomate confirmata, omnino servanda esse nemo non novit. Neque licet hac in re aut ignorantiam prætendere, aut contrariam præscriptionem obtrudere. Quotannis enim festo die Conversionis S. Pauli, Constitutionum capita, universo Clero adstante, in Choro Basilicæ nostræ leguntur. Hæc inter capita unum est quod inscribitur *de administratione, & dispositione Bonorum Basilicæ*, in cujus contextu ea omnia repetuntur, quæ in hac Julii II. Bulla singillatim enumerantur. Nullus igitur aut contrario usui, aut bonæ fidei locus esse potest, ubi lex quotannis indicitur, ac servanda proponitur.

(a) Ra-

Antonium de Statis Basilicæ Vaticanæ Canonicum ab Annatæ solutione eximit.

Ex Regesto I. diverf. Cameral. Mensis Martii pag. 20. terg. apud Archiv. Apostol. Vatican.

JULIUS PAPA SECUNDUS.

AN. CH. 1509. *Mens. Martii.*

MOtu proprio &c. Venerabilibus Fratribus nostris Raphaeli Episcopo Portuen. Cardinali S. Georgii Camerario (*a*), ac Henrico Archiepiscopo Tarentin. (*b*) Generali Thesaurario nostris, necnon Clericis, Præsidentibus, Notariis Cameræ Apostolicæ, ac aliis ad quos spectat, per præsentes committimus & mandamus, quatenus Annatam Canonicatus & Præbendæ Basilicæ Sancti Petri de Urbe (*c*) dilecto filio Joanni Antonio de Statis (*d*) familiari nostro continuo commensali, visis præsentibus, remittatis & condonetis, prout & nos harum serie remittimus & condonamus, obligationemque quamcumque super Annata hujusmodi in libris dictæ Cameræ descriptam & annotatam cassetis & aboleatis, ita quod imposterum ad illam solvendam a quoquam compelli non possit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Placet, & ita Motu proprio mandamus.

Reditus annuos, quos Archiepiscopus Tarentinus favore Fabricæ S. Petri legaverat, in Cantorum Capellæ Juliæ utilitatem convertit.

Ex Regest. LXXX. Constitution. Julii II. pag. 10. terg. apud Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1511. 23. *Julii.*

JUlius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, Jesu Christi, qui auctor est pietatis, in Terris Vicarius, pias decedentium voluntates in alia pietatis opera nonnunquam commutat, præsertim dum ex hujusmodi commutatione, personis divinis laudibus insistentibus, in eorum necessitatibus commode subvenitur. Accepimus siquidem quod olim bonæ memoriæ Henricus Archi-Episcopus Tarentin. (*e*) Thesaurarius generalis, Prælatus noster domesticus, dum in humanis ageret, condens in ejus ultima voluntate testamentum, cupiens particeps fieri Indulgentiarum concessarum porrigentibus manus adjutrices Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, pro incertis & male ablatis, unam sexdecim Ducatorum auri largorum (*f*) per Fontanam sive ejus fratres occasione certarum domorum &c. adjacentium prope Portam Turionis consistentium (*g*), ac alias responsiones annuas decem

(*a*) Raphael Riarius hic est, quem Sixtus IV. Diaconum Cardinalem creavit Tit. S. Georgii ad velum aureum, mox Julius II. (quippe utrique Pontifici affinitate junctus erat) an. 1503. die 29. Novembris Episcopum Albanum, 1507. Sabinensem, 1508. Portuensem, 1511. Ostiensem Antistitem designavit. Accessit etiam S. R. E. Camerariatus dignitas. Obiit Neapoli anno 1521. Consulatur Ughellus.

(*b*) Ab anno 1508. inter Vaticani Templi Canonicos fuit cooptatus. Ita Grimaldus *in ser. Canonicor. pag.* 30.

(*c*) Henricum Brunum Astensem indigitat, an. 1498. die 14. Septembsis ab Hortano Episcopatu ad Tarentinam Ecclesiam translatum. Fuit a Secretis Alexandri VI., & Cameræ Apostolicæ Præfecturam gessit, Vir egregia virtute Clarus, ut Ughelli utar verbis. Obiit hoc ipso anno 1509., eodem Ughello teste.

(*d*) Datam fidem libero; & quoniam in notis ad literas Alexandri VI. *pag.* 276 *not. c.* pollicitus sum me de *Annatis* verba facturum, promissum impleo. Si *de Annatis* generatim loquamur (sunt autem Annatæ dimidia fructuum Ecclesiastici Beneficii pars, primo anno solvenda) earum initia magnam sane redolent antiquitatem. Sunt qui Bonifacium IX., sunt etiam qui Joannem XXII. Annatarum authores credant. Nec desunt, quos inter Polydor. Virgil. *lit.* 8. *cap.* 2., qui illarum initia altius repetant. Quod attinet ad Annatarum institutionem in Basilica Vaticana, jam præmonui *pag.* 91. *not. d.* Nicolaum III. in celeberrima Constitutione, cujus titulus *Urbem Cælestem Jerusalem*, statuisse, ut primo quoque anno dimidiam fructum partem in Sacrarii commodum pensitarent cum Canonici, tum Beneficiati; quod deinde etiam in Clericis Beneficiatis obtinuit. Hæc tamen Annata Sacrarium spectat, non etiam Cameram Apostolicam. De alia igitur Annatæ parte excipienda præsens Julii Constitutio. Itaque Canonici Basilicæ S. Petri aliquam fructuum primi anni partem tenentur solvere etiam favore Cameræ. Aliquam inquam fructum partem, non dimidiam, ut solvunt ceteri. Etsi enim Canonicatuum Basilicæ nostræ reditus pinguiores sint, & ad Scuta fere nongenta perveniant, nonnisi quinquaginta ducati aurei a Canonicis exiguntur. Cujus rei ratio est, quod Canonicalium proventuum summa in solis centum auri Ducatis taxetur; Reliquum vero distributionibus quotidiannis accenseatur. Ex quo item sequitur, ut Beneficiati & Clerici nullo Annatarum graventur onere, quia fructuum taxa in libris Cameræ 24. Ducatorum auri summam non prætergreditur. Patet igitur Fagnanum hallucinari, dum ad Regul. 8. Cancellariæ §. VII. *Proœm. num.* 167. scribit nullam annatam solvi de Canonicatibus Basilicæ S. Petri, quod exprimatur solus valor 24. Ducatorum.

(*e*) Videlicet Henricus Brunus Astensis sub Alexand. VI. Sacri Senatus a Secretis, & ærarii Apostolici Præfectura insignitus, de quo supra.

(*f*) Perinde valent ac ducati aurei de Camera. Ita enim legimus in primo Censuali Capellæ Juliæ, quod Bartholomæus Ferratinus ejusdem Capellæ Administrator a Julio Pontifice designatus, coordinavit *pag.* 40. *Relicta facta per bon. mem. Henricum Archiepiscopum Tarentinum ipsi Capellæ applicata, debent pro responsione, quæ anno qualibet fieri debet per Fontanam pro quibusdam domibus extra portam Turrionis, Ducatos sexdecim auri de Camera.*

(*g*) *Portam Turrionis* juxta fornaces Vaticanas statuit Andreas Fulvius; ideoque eadem omnino est, quam hodie vocamus *Porta Fabbrica.* A vicina Ecclesia S. Mariæ in Turri, in Turribus, sive in Terrione, de qua pluribus actum in primo Bullarum tomo ad Constitutionem S. Leonis IX., nomen huic Portæ inditum arbitramur.

(*a*) Ducati

decem & octo Ducatorum monetæ veteris (a), per heredes Paschalis de Carvaye dilectos filios, occasione locationis soli sive situs in quo dictus Paschalis fornacem & alias domos extra dictam Portam Turionis ædificavit, annis singulis eidem Testatori persolvendas, & ad ipsum Testatorem, licet fratrum suorum sive aliorum nominibus emptas, legitime & vere spectantes, reliquit, prout in dicto instrumento plenius continetur. Nos igitur qui Fabricam ipsam per nos inceptam, opere conveniente Principi Apostolorum, cujus vicem gerimus, & sub cujus invocatione Basilica ipsa constructa fuit, ad finem optatum perducere speramus, & pro illius ornamento unam Capellam in qua divina officia quotidie per certos cantores numero convenienti celebrentur, construi facimus (b), eorumdem Cantorum uberiori sustentatione providere volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa nostra scientia, ac apostolicæ potestatis plenitudine, annuas responsiones prædictas, eidem Capellæ, pro dictorum Cantorum uberiori sustentatione, auctoritate apostolica tenore præsentium applicamus, & appropriamus, ac illas per dilectum filium Bartholomæum Ferratinum Procuratorem proventuum dictæ Capellæ (c), & super hoc Commissarium nostrum, ex nunc tam pro præterito, a die obitus dicti Testatoris, quam fururo libere exigi posse eadem auctoritate volumus atque decernimus. Et nihilominus dilectis filiis Camerario & Clericis Præsidentibus Cameræ, tenore præsentium committimus & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se vel alium seu alios, præmissa ubi & quoties ac quando opus fuerit, & a dicto Batholomæo requisiti fuerint, inviolabiliter observari faciant, & jus pro ipsarum præstationum exactione summarie ministrent, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus voluntate prædicta, ac Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel exommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus nnn expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de qua, cujusque toto tenore, habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum &c. Si quis autem &c.

[margin: ...osce reditus ...ellæ Juliæ ...ibuit.]

[margin: Ne Capella in possessione fructuum turbetur, Judices designat]

[margin: Contraria e medio tollit.]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo undecimo, Decimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno octavo.

Prioratum S. Joannis Novelli, Capellæ Juliæ, ut Cantorum commodo ac utilitati prospiciat, addicit.

Ex Regest. LXXXIII. Constitut. Jul. II. pag. 352. in Archiv. Apostol. Vatican.

[margin: AN. CH. 1512. 3. Febr.]

[margin: Julii Pontificis erga Basilicam cura ac liberalitas.]

Julius Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ad sacram Petri Sedem, quamquam insufficientibus meritis, divina dispositione vocati, curis pulsamur assiduis, ut ad ea sollicite intendamus, per quæ nostræ provisionis ministerio in singulis Ecclesiis, præsertim in Basilica ejusdem Beati Petri de Urbe, ad quam de diversis Mundi partibus Christifideles continue in numero copioso confluunt, & divinus cultus augeatur, ac Cantorum in Capella, quam inibi opere sumptuoso & magnifico construi fecimus, juxta ordinationem nostram, pro tempore divina Officia sonoro cantu Altissimo celebrantium, opportunitatibus valeat salubriter provideri. Dudum siquidem omnes Prioratus, ceteraque Beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, secularia, & ordinum quorumcumque regularia, apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, &

(a) Ducati *monetæ veteris* erant ipsimet Ducati de Carlenis, qui paulatim in desuetudinem abiere, aliis a Julio Pontifice ac Successoribus suffectis monetis. Hinc, servato Carolenorum nomine, hic annuus census in memorato Censuali enuntiatur pag. 41. *Relicta suprascripta debent pro responsione quam annuatim facere tenentur heredes Pasqualis de Caravagio pro area, fornace, & domibus extra portam Turrionis ducatos decem & octo de Carlenis.*

(b) De hoc ædificio in notis ad postremam Julii Pontificis Constitutionem verba faciam.

(c) Capellæ Juliæ Rectores ac Præsides variis nominibus, quorum tamen eadem est significatio, passim donantur. Primus Rector a Julio designatus, *Procurator* vocatur; vocatur item *Sindicus & Oeconomus.* At nostra ætate Capellæ Præfectus nominatur; qua præfectura modo fungitur nobilis ac egregius Vir Benedictus Passioneus, celeberrimi Cardinalis Passionei nepos, & Basilicæ Vaticanæ Canonicus; cui, ob egregie navatam operam in primo gubernii sui anno, Capitulum S. Petri eamdem Capellæ Juliæ curam ac Præfecturam iterum demandavit.

Ad Bartholomæum Ferratinum, quod attinet, fuit is in sequenti anno 1512. inter Basilicæ nostræ Canonicos adnumeratus; moxque 1533. ad Clusinam Ecclesiam promotus, Baldum Ferratinum ejus nepotem, quem in Canonicatu Coadjutorem sibi delegerat, successorem reliquit. Ita Grimaldus.

& inantea vacatura, collationi & dispositioni nostræ reservavimus (*a*), decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super hiis à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque postmodum Prioratus Sancti Joannis Novelli extra muros Urbis, Ordinis Sancti Benedicti, olim Congregationi Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Augustini, auctoritate apostolica perpetuo unitus, annexus, & incorporatus, ex eo quod Nos unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, dilectorum filiorum dictæ Congregationis Canonicorum ad hoc expresso accedente consensu, harum serie dissolvimus, & ipsum Prioratum in pristinum statum reintegramus, seu ab eadem Congregatione separamus, & dismembramus, per dissolutionem, reintegrationem, separationem, & dismembrationem hujusmodi apud Sedem prædictam vacaverit & vacet ad præsens, nullusque de illo, præter Nos, hac vice disponere potuerit sive possit, reservatione & decreto obsistentibus supradictis; Nos, qui dudum inter alia voluimus quod semper in unionibus verus annuus valor etiam Beneficii, cui unio fieret, exprimi deberet (*b*), ac semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, dictæ Capellæ fructuum, reddituum, & proventuum verum annuum valorem præsentibus pro expresso habentes, Prioratum prædictum, qui conventualis non est, cujusque fructus, redditus, & proventus, centum & quinquaginta Dcatorum Auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex cujuscumque persona, seu per liberam resignationem cujusvis de illo in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & Testibus sponte factam, aut Constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ vigesimi secundi Prædecessoris nostri, quæ incipit Execrabilis, vel assecutionem alterius Beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. Statuta Concilii, ad Sedem præfatam legitime devoluta, ipseque Prioratus dispositioni apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reservatus existat, eique cura immineat animarum, & super eo inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo ejus dispositio ad Nos hac vice pertineat, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, eidem Capellæ pro dictorum Cantorum substentatione, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus (*c*); ita quod liceat moderno Sindico dictæ Capellæ, Prioratus uniti, juriumque & pertinentiarum prædictorum, corporalem possessionem per se vel alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illiusque fructus, redditus, & proventus in Capellæ ac Cantorum hujusmodi usus & utilitatem convertere, Dioecesani loci, & cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita. Non obstantibus voluntate nostra prædicta, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi etiam Prædecessoris nostri, & aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec non Congregationis & Ordinum prædictorum, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de Prioratibus hujusmodi, speciales, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum e us litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras ac processus habitos per easdem, ac inde secuta quæcumque, ad dictum Prioratum volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quod ad assecutionem Prioratuum vel Beneficiorum aliorum, præ udicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, dicta Ecclesia debitis non fraudetur obsequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, sed illius congrue supportentur onera consueta. Nos enim, prout est, irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan

Prioratus Congregationis Sancti Salvatoris, olim unitus, dissolvitur.

Ejus fructus.

Capellæ Juli[æ] addicitur.

Contraria, quæcumque [ei] obstare declara[ntur].

(*a*) Mandatum Apostolicum super reservatione Beneficiorum quorumcumque, apud Sedem Apostolicam vacantium, suam trahit originem a celeberrima Extravaganti quam procudit Benedictus XII. an. 1335., quæ in Extr. de Præbendis refertur inter *Communes*. *Quum vero Constitutio illa fuerit temporalis*, inquit toties laudatus Rigant. num. 2. *& cum conditore suo expiraverit, ideo per Regulam* 1. *Cancellariæ a quolibet Pontifice innovari solet.*

(*b*) Hinc inolevit Regula XXII. Cancellariæ, quam inter vetustas recenset Jo: Baptista Rigantius, *ad hanc Regul. num.* 1. aitque ejus initia a Joann. XXIII. & Martino V. esse repetenda.

(*c*) Ecclesiam hanc S. Joannis Novelli, nunc vulgato nomine *de Spinellis*, una cum ejusdem bonis ac reditibus, possidet Capella Julia; atque ex ea Scuta Romana sexaginta quotannis percipit.

(*a*) An-

san est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo duodecimo (a), octavo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno nono.

Ecclesia Parochialis S. Michaelis de Palazillo, in Burgo S. Petri posita, Capellæ Juliæ perpetuo unitur.

Ex Regest. XCV. Constitution. Jul. II. pag. 87. in Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1512. 25. Januar.

IUlius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Decorem domus Dei, quam decet sanctitudo, & divini cultus augmentum intensis desideriis affectantes, ad ea libenter intendimus, per quæ devotio fidelium erga Basilicam Principis Apostolorum, quam cum Capella Julia nostro nomine nuncupata, mirifico opere a fundamentis construi fecimus, adaugeatur, & Capella ipsa ad laudem ejus clamet, & in excelsis divinis præconiis valeat resonare. Dudum siquidem omnia Beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & inantea vacatura, collationi & dispositioni nostræ reservavimus, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque postmodum Parochialis Ecclesia Archipresbyteratus nuncupata Sancti Michaelis de Palazillo (b) in Burgo dictæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, per liberam resignationem dilecti filii Bernardini de Gamberiis, nuper ipsius Ecclesiæ Rectoris Archipresbyteri nuncupati, de illa quam tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam, apud Sedem prædictam vacaverit & vacet ad præsens, & sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Bartholomæi Ferratini Canonici Basilicæ, ac Capellæ hujusmodi Oeconomi & Procuratoris, Notarii, & familiaris nostri petitio continebat, si dicta Ecclesia Mensæ ac Collegio Cantorum in dicta Capella instituto, pro illorum sustentatione perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc profecto dictorum Cantorum commoditatibus plurimum consuleretur, in dictaque Capella divinus cultus susciperet incrementum, cum omnium Christifidelium pro tempore confluentium spirituali consulatione; pro parte dicti Bartholomæi, asserentis fructus, redditus, & proventus dictæ Ecclesiæ, triginta Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut dictam Ecclesiam Mensæ sive Collegio Cantorum hujusmodi perpetuo unire, annectere, & incorporare, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, secundum communem extimationem prædictam, etiam Beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus vocarentur quorum interesset, præfatum Bartholomæum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon Mensæ Collegii hujusmodi fructuum, redditum, & proventuum verum annuum valorem præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Ecclesiam prædictam, sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per similem resignationem dicti Bernardini, vel cujusvis alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, aut Constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ vigesimi secundi Prædecessoris nostri, quæ incipit, Execrabilis, vel assecutionem alterius Beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati, vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque Ecclesia dispositioni Apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo ejus dispositio ad nos hac vice pertineat, cum omnibus

Ecclesia Sancti Michaelis vacat per resignationem.

Ejus annui fructus.

(a) Annum intellige 1512. quo tempore Julius annum nonum in Pontificatu agebat; ideoque annus, pro more, ab Incarnatione inchoandus.

(b) Sive de *Palatiolo*; quo nomine donatur Ecclesia SS. Michaelis & Magni, in colle erecta, ubi olim Neronis Palatium fuit excitatum; ex quo sacræ ædi cognomen accessit. Consule quæ *in Tom.* I. Bullarii nostri *pag.* 25. *not. a.* in hanc rem uberius adnotantur.

Capellæ Juliæ subvenitur.

bus juribus & pertinentiis suis Mensæ & Collegio Cantorum hujusmodi auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus (a); ita quod liceat eidem Bartholomæo per se vel alium seu alios, corporalem dictæ Ecclesiæ possessionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illiusque fructus, redditus, & proventus in dictorum Cantorum substentationem, ac ejusdem Capellæ conservationem convertere, cujusvis licentia super hoc minime requisita; non obstantibus voluntate nostra prædicta, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi etiam Prædecessoris nostri, & aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum; quas quidem literas & processus habitos per eosdem, & inde secuta quæcumque, ad dictam Ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari, & quibuslibet aliis Privilegiis, indulgentiis, & litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, dicta Ecclesia debitis non fraudetur obsequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, sed illius congrue supportentur onera consueta. Nos enim prout est, irritum decernimus & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Contrariis derogat.

Onera implenda decernit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo duodecimo (b), octavo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno decimo.

Sacra ædificia, ea potissimum, quæ in Vaticana Basilica excitaverat, Julius commemorat. Bona ac reditus, quos Capellæ Juliæ attribuerat, enumerat, iterumque confirmat.

Ex Apographo in Archiv. Basil. Vatic. Caps. 3. Fasc. 8.

AN. CH. 1513. 19. Febr.

JUlius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

In altissimo militantis Ecclesiæ Principatus fastigio divinitus constituti, commissum nobis Christianum gregem, ad divini cultus observantiam, non præceptis modo, verum etiam exemplis excitare debemus, ut Omnipotenti Deo, cujus vicem, quamquam immeriti in terris gerimus, pro Christiani orbis, proq. commissæ nobis Ecclesiæ quiete, & unitate quam humillime dignissimeque supplicetur, & ut nihil ubique gentium divinarum laudum, aut locorum deformitate, aut personarum negligentia omittatur. Cum itaque hoc ipsum toto nobis cum animo volverimus, ut collatum in nos ab ipso Deo regendi orbis beneficium non obscuro gratiæ testimonio cognosceremus, ad præclarum aliquod opus, quod ad religionem studiosissime colendam, præsentes, & posteros inflammaret, mentem nostram adjecimus, quod quidem consilium, etsi in minoribus dignitatum gradibus positi, plurimis Monasteriis, ac Templis, partim instaurandis, partim de integro erigendis, divinum in his cultum pro viribus inducentes, cum in nonnullis aliis Italiæ civitatibus, tum uno in ipsa Urbe magno sumptu studioque non modico declaravimus (c). Ad supremum tamen apostolatus apicem evecti, tanto id diligentius, ac liberalius præstitimus, quod instituta a nobis opera ad domus Dei decorem dignissime retinendum, perabunde declarant, quanto major nobis Christiani gregis cura fuit injuncta, ampliorque benigne faciendi facultas tradita; Sapientissimum illum Hebræorum Regem in lege veteri, qui licet in summa Christianæ lucis caligine versaretur, Deo tamen, cui humillime supplicabat, templum petrinis sculturis cælaturisque ornatissimum, nulla sumptus parsimonia ædificavit, & Prædecessorum nostrorum nonnullos, per novam legem

Julius ante Pontificatum sacris ædificiis instaurandis, ac excitandis incumbit.

(a) Hujusce Ecclesiæ reditus, qui ex domibus circa illam adjacentibus obveniunt, a Capella Julia, sive illius Administro percipiuntur, ac in ejusdem Capellæ commodum ac utilitatem cedunt.

(b) Ducto nimirum ab Incarnatione anni initio. Conferas annos Pontificatus, resque patet ad oculum.

(c) Julianum de Ruvere ante Pontificatum multas sacras ædes aut excitasse, aut instaurasse testatur Historia. Amplam Porticum ante Basilicam in Civitate Bononiensi ædificavit; Ecclesiam SS. Apostolorum una cum Porticu in Urbe restituit; multoque sumtu ac labore, ut cetera omitam, Templum S. Petri ad vincula reparavit ornavitque. Plura apud Ciaconium in vita Juliani Cardinalis de Ruvere occurrunt legenti.

(a) Ca-

...edecessoris ...V. felici... ...m com... ...t.

legem Christianæ lucis radis illustratos, & præsertim fel. rec. Sixtum P. P. IV. nobis secundnm carnem patruum, sedulo imitantes, qui nihil antiquius, ac sanctius, nihil Romanæ Ecclesiæ regimini salubrius arbitratus, quam Omnipotentis Dei cultum, & locorum dignitate, & venustate, & hominum pietate, ac sanctimonia præsentibus posterisque accuratissime celebrandum præbere, cum alia per Urbem plurima sacella, templa, & Monasteria instauravit, erexit, atque annuo censu, ad divinum in his cultum honestissime servandum, locupletavit; tum vero in ipsa Principis Apostolorum Æde Sacellum, in quo ejus Corpus, cum ei ab humanis, disponente Domino, cedere contigisset, ad perpetuam posteritatis memoriam servaretur, non minimo sumptu ædificavit (*a*), idque divinis laudibus ibi quotidie celebrandis, plurimisque Indulgentiis decoravit, propatereaque Beneficiatorum, & Clericorum ordinibus certos alios Beneficiatos, & Clericos nuncupatos motu proprio aggregavit (*b*). Nos igitur, ne minorem illis Deo nostro gratitudinem ostenderemus, cernentes ipsam Principis Apostolorum Basilicam, & situ incultam, & vetustate collabentem, ad dignissimam tanto Templo ædificationem mentem nostram applicantes, ut cujus nomen numenque in terris foret, ejus quoque domus reliquis omnibus dignitate ac venustate præstaret, jampridem maximam ejusdem Basilicæ miræ latitudinis, & altitudinis Capellam Testudineo opere fundavimus (*c*), fundatamque ad perfectum opus perduci summo studio quotidie procuramus. Et quoniam vel tanti operis magnitudini, vel nostræ posteritati parum contulisse videremur, nisi Ecclesiam omnem perditis moribus deformatam, quantum in nobis esset, reformaremus, generale Concilium in Lateranensi Basilica celebrantes (*d*), locorum, ac personarum omnium reformationem constituimus, ut ipsi Apostolorum Principi, cujus Vicariatus curam gerimus, non minus ministrantium religione, ac sanctimonia, quam Capellæ ipsius dignitate, & elegantia ministraretur. Ipsi autem Capellæ, præter solidos, & marmoreos muros, præter altissimum ac latissimum fornicem, præter plurimos diuturnosque Pictorum, & Sculptorum labores, præter pavimentum vermiculatis lapidibus sternendum, præter preciosissimos Sacerdotum ornatus, ut divinæ laudes honestius, & suavius celebrentur, providere volentes, motu simili, non ad dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli dictæ Basilicæ, vel cujusvis alterius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra liberalitate, & ex certa nostra scientia, ut de cetero perpetuis futuris temporibus in dicta Capella sub invocatione Nativitatis B. Mariæ, quæ Julia nuncupatur (*e*), & in qua corpus nostrum, nobis vita functis, sepeliri volumus, duodecim sint Cantores, & totidem Scholares, ac duo Magistri, unus musicæ, & alter grammaticæ, ut ex hujusmodi Cantorum Collegio, Capellæ nostræ Palatii, ad quam consueverunt Cantores ex Galliarum, & Hispaniarum partibus accersiri, cum nulli fere in Urbe ad id apti educentur, cum opus fuerit, subveniri possit, qui inibi singuli diebus horas Canonicas decantare teneantur, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Et ut Cantores, Scholares, & Magistri præscripti, ad eorum vitæ sustentationem necessaria habere valeant, Prioratum S. Pauli extra muros Albanen. Ordinis S. Hieronymi sub regula S. Augustini, ac Ecclesiam S. Jacobi in Septignano regionis Transtiberin. sub Janiculo, quæ, ut asseritur, de Jurepatronatus laicorum existit, perpetuam Capellaniam ad Altare Ss. Petri & Pauli in Ecclesia S. Mariæ in Campitello de Urbe regionis Campitelli, ac Prioratum S. Joannis Novelli de Spinellis extra portam viridariam Urbis ordinis S. Augustini, quorum omnium vacationis modum, etiamsi ex eo quævis generalis reservatio etiam in corpore Juris clausa resultet, ac illorum qualitates & valores præsentibus haberi volumus pro expressis, ac Juri patronatus hujusmodi, si quod sit, specialiter & expresse derogantes, dummodo tempore datæ præsentium, non sit in Ecclesia S. Jacobi, & Capella, ac Prioratibus prædictis alicui speciale Jus quæsitum, cum annexis, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem Capellæ, cujus fructus nulli sunt, sine præjudicio unionum alias de illis eidem Capellæ per Nos factarum, auctoritate Apostolica prædicta perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ac quasdam cum Vinea, & hortis prope Por-

...us exem... ...equ...ur.

...am S. Pe... ...silicam ex...

Capellam Juliam instituit.

Dotem assignat, ac bona singillatim enumerat.

(*a*) Capellam Sixtinam subindicat, de qua in Sanctione Sixti IV. nonnulla superius, nimirum *pag.* 205. fuerunt adnotata.

(*b*) De Beneficiatis ac Clericis Sixtinis extat Constitutio quam supra retulimus *pag.* 220. *& seqq.*

(*c*) Ipsam, ut puto, novæ Basilicæ molem indigitat, quam brevi temporis intervallo usque adeo extulit, ut quatuor Majores Parastatæ, totidemque arcus, ac latissimi fornices, quales hodie visuntur, sub Julio Pontifice fuerint excitati.

(*d*) Ad Pisanum Conciliabulum evertendum, Julius Concilium Romæ in Laterano celebrandum indixit an. 1511., edita Constitutione, quam integram exhibet Raynald. ad annum 1511. *num.* 9. & seqq. Absolutam tamen hanc Synodum non vidit, quippe post Sessionem quintam, quæ die 16. Februarii celebrata est, Julius Pontifex supremum diem obiit.

(*e*) Sixtinam Capellam innuit, quam, ex Cantorum numero superaddito, Iuliam appellat. Consulantur Literæ Pauli III. quas infra producemus.

(*a*) Non

portam Turrionis ab hæredibus bo. me. Joannis Antonii Episcopi Sabinen. (a), ac alias cum horto in Burgo veteri, ac reliquas in Monte S. Spiritus consisten. a venerabili Fratre nostro Francisco Episcopo Penestrin. (b) per Nos emptas, ac reliquas domos, & apothecas, quas juxta parietes Ecclesiæ S. Celsi in strata Pontis, & Plateæ dictæ Ecclesiæ versus Castrum S. Angeli, & Tiberim fabricari fecimus, nec non certas annuas responsiones, quas bo. me. Henricus Episcopus Tarentin. fabricæ dictæ Basilicæ reliquit (c), videlicet unam sexdecim ducatorum auri largorum, per dilectum filium Fontanam, seu ejus fratres occasione locationis certarum domorum, & adiacentium prope dictam portam Turrionis consisten., ac aliam decem & octo ducatorum monetæ veteris, per hæredes q. Paschalis de Carravagio, occasione locationis soli sive situs, in quo dictus Paschalis fornacem, & alias domos extra dictam portam Turrionis ædificavit, ac responsionem annuam quadringentorum ducatorum auri de Camera super domo seu Palatio Cancellariæ Apostolicæ, tam per dilectum filium nostrum Sixtum Tituli S. Petri ad Vincula Presbyterum Cardinalem S. R. E. Vicecancellarium (d), qui ad præsens Palatium, seu domum Cancellariæ hujusmodi inhabitat, & ejus Successores, illud, seu illam pro tempore inhabitantes, annis singulis persolvendam, ac domos in area sive solo olim ædificii publici Metæ nuncupati in Burgo S. Petri, sumptibus dictæ Capellæ ædificandas, pro sustentatione eorumdem Cantorum, Scholarium, & Magistrorum, juxta providam desuper distributionem, & dispensationem unius ex Canonicis dictæ Basilicæ, per illius Capitulum eligendi, ad quem omnimodam Capellæ, & Cantorum, Scholarium, ac Magistrorum, ac Domorum, & Apothecarum, ac responsionum, Prioratuum, nec non Ecclesiæ S. Jacobi, ac Capellaniæ hujusmodi, illorumque bonorum curam & administrationem perpetuo pertinere volumus, faciendam, eadem authoritate applicamus, & appropriamus, & quod in alium quam præmissum usum, seu aliam causam convertantur, inhibemus. Et pro hac vice dilectum filium BartholomæumFerratinum dictæ Basilicæ Canonicum, quoad vixerit, Capellæ prædictæ

Bartholomæus Ferratinus Capellæ Administer, ejusque authoritas.

Administratorem cum plena & libera potestate, possessionem Prioratuum, ac Ecclesiæ S. Jacobi, ac Capellaniæ, & annexorum, nec non domorum & apothecarum, & aliorum bonorum prædictorum corporalem propria authoritate libere apprehendendi illorumque fructus exigendi, & solventes quietandi, ac eosdem fructus ad triennium seu aliud longius tempus locandi, & arrendandi, & in prædictum usum, ac ipsius Capellæ utilitate convertendi, cujusvis licentia super hoc minime requisita, eadem authoritate constituimus, ordinamus, & deputamus, contradictores autoritate nostra, appellatione postposita, compescendo; non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam nostra, qua voluimus quod petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam Beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset, ac statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, seu aliorum regularium locorum, a quibus forsan dicti Prioratus dependent, & ipsorum Ordinum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus, seu Commendis sibi faciendis de Prioratibus ac * hujusmodi, speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus, ac Urbe hujusmodi generales Apostolicæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, & inde secuta quæcumque, ad Prioratus, necnon Ecclesiam S. Jacobi, ac Capellaniam prædictam nolumus extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Prioratuum, vel Beneficiorum aliorum, præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio spe-

Privilegiis, juribus, ac reg[u]lis quibuscu[m]que derogat.

* *sup. Beneficiis.*

(a) Innuit Joannem Antonium de S. Georgio, qui ab Alexandro VI. creatus Presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Acchillei, anno 1507. Sabinensem Ecclesiam obtinuit, & 1509. die 14. Martii Romæ decessit. Consulatur Ughellus.

(b) Inter Prænestinos Episcopos nullus hac ætate occurrit Franciscus nomine, excepto Cardinali Francisco Soderino, qui tamen, si Ughello audiamus, nonnisi post Iulii obitum, hoc est anno 1516. ad Prænestinam Ecclesiam regendam accessit. Malim tamen in Ughello mendum castigari, quam de hujusce constitutionis integritate dubium moveri. Itaque Franciscum Soderinum, Cardinalem *Volaterranum* vulgo appellatum intelligendum affirmo. Consonant antiquiora censualia Capellæ Iuliæ, quæ docent Iulium II. a Card. *Volaterrano* domum in Burgo positam, refuso pretio comparasse.

(c) De hac Archiepiscopi Tarentini donatione supra egimus *pag.* 354.

(d) Nempe Sixtum Gara'de Ruvere, Julii II. ex sorore Luchina nepotem, quem ipsemet Julius Pontifex Cardinalem creavit, & S. R. E. Vicecancellarium constituit.

(a) Si

Cavet ne Ecclesiæ servitium negligatur.

ſpecialis. Proviſo quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, Prioratus, ac Eccleſia S. Jacobi, & Cappellania prædicta debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in Eccleſia S. Jacobi, & ſi quæ illis immineat Prioratibus prædictis, nullatenus negligatur, ſed illorum, & Cappellaniæ prædictæ congrue ſupportentur onera conſueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inanes ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari (*a*). Nulli ergo &c. noſtrorum ſtatuti, ordinationis, derogationis, unionis, annexionis, incorporationis, applicationis, approbationis, inhibitionis, conſtitutionis, deputationis, voluntatis, & decreti infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Milleſimo quingenteſimo duodecimo (*b*), undecimo Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno decimo (*c*).

LEO X.

(*a*) Si bona hæc univerſa, quibus Pontifex Capellæ Juliæ dotem conſtituit, ſarta tectaque perſtitiſſent, profecto non levi cenſu Julius II. Capellam ditaſſet. At res ſecus habuit. Quippe Pontifice vix e vivis ſublato, totidem fere in Capellam excitatæ ſunt lites, quot bona illi pridem donata fuerant. Veteris Cancellariæ domum Franciſcus Sfortia Mediolanenſis Dux occupavit, ſibique addixit; contra Prioratum Albanenſem familia de Sabellis titulum Jurispatronatus oppoſuit, ac delata in Iudicium controverſia, diſſolutionem unionis a Julio factæ, tandem impetravit a Leone X., cujus Diploma infra dabimus ſuo loco. Familia item de Capozuchis, ut Capellam S. Mariæ in Campitello ſibi vendicaret, litem inſtruxit, ac judiciali ſententia victoriam obtinuit. Ne domus prope Eccleſiam S. Celſi extruerentur, hujuſce Eccleſiæ Capitulum obſtitit: Ne in ſolo Metæ ædificia excitarentur, Cardinalis S. Hadriani totas vires exeruit. Miſerum hunc Capellæ Iuliæ ſtatum nobis exhibet Cenſuale anni 1523. *pag.* 60. cujus author hæc ſubdit: *Patet ex prædictis, Capellam habere quinque lites magnæ importantiæ, & nonnullas alias minoris .... Expenit menſe quolibet in quatuor cantoribus, & tribus pueris* (exiguus ſane numerus, ſi cum eo, quem Iulius ſtatuerat, comparetur) *circiter ducatos viginti, & ſedatis litibus, & abſolutis fabricis, augebitur numerus Cantorum juxta inſtitutionem.*

(*b*) Annus 1513. intelligendus, ut annum decimum Pontificatus rite componamus. Ex hac igitur Bullæ data liquet Pontificiam Conſtitutionem a Iulio II. extremo morbo laborante fuiſſe promulgatam. Ratum quippe eſt ex verbis Diarii Paridis de Graſſis ſupra relatis *pag* 343. *not. b.* diem 20. Februarii 1513. Iulio Pontifici fuiſſe ſupremam, cum vita ceſſerit circa horam decimam noctis quæ inter diem vigeſimam exeuntem, & vigeſimam primam inchoantem effluxit. Neque vero mirum ſubeat, Pontificem ipſo pene emortuali die ſaluberrimam hanc Conſtitutionem edere potuiſſe. Docemur namque a memorato Paride, Iulium Pontificem die vigeſima Februarii, paucis ſcilicet ante obitum horis, etſi viribus attritum, animo tamen ſibi compotem & bene valentem, prolixam & accuratam ad Cardinales, qui aderant, habuiſſe orationem, quam e Paridis Diario depromptam, integram exhibet Raynaldus ad hunc an. 1513. ſub *num.* 9.

(*a*) Duplex

LEO X.

Mortuo Julio II., Pontifice domi foriſque clariſſimo, die 21. Februarii an. 1513, poſt breve undeviginti dierum Interpontificium, die 11. Martii eligitur Joannes Medices ætate ad tantum faſtigium immatura, ſeptimum nempe ac triceſimum agens annum. Leo X. eſt appellatus. Conſecrationem vero & Coronationem ſolido poſt menſe non ſine cauſa ſuſcepit (*a*). Sedit annos octo, totidem menſes, ac dies viginti: die 2. Decembris an. 1521. in Vaticanis ædibus occubuit mortem, hanc ſe æquo animo ferre teſtatus, quod Parma, & Placentia ad Eccleſiam rediiſſent (*b*).

Vicariam a Pio II. inſtitutam in Parochiali Eccleſia S. Mariæ & Catharinæ (hodie S. Catharina de la Rota*) antiqui juris Capituli extinguit, Vicario tunc exiſtenti aſſignans alios reditus ex Bonis ejuſdem Capituli, cui Vicariam adnectit cum ſuis bonis.*

Exemplum authent. in Archiv. Baſil. Vatic. lib. B. pag. v. & ſeqq.

AN. CH. 1514. 1. *Jun.*

In nomine Domini Amen. Anno Milleſimo quingenteſimo decimo quarto, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Leonis Divina Providentia PP. X. Indictione ſecunda menſis Junii die primo; in præſentia mei Notarii, & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum.

S. *Catharina de Rota antiqui juris Baſil.*

Cum hoc fuerit, & ſit, quod Sacratiſſima Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, illiuſque Reverendi Domini Canonici, & Capitulum habuerint, tenuerint, & poſſederint, prout de præſenti habeant, teneant, & poſſideant, Parochialem Eccleſiam SS. Mariæ & Catharinæ in Cathineri (c) *Regione Arenulæ, membrum annexum dictæ Baſilicæ, erecta inibi perpetua Vicaria, & illi pro ejus dote nonnulli fructus aſſignati fuerunt pro uno perpetuo Vicario illi deſervituro. Verum quia impræſentiarum præfati Domini Canonici, & Capitulum ex certis cauſis eorum animum moventibus deſideraverint, & deſiderent dictam Vicariam extinguere, & illam menſæ dictæ Baſilicæ applicare, & unire; quare præfati Domini Canonici, & Capitulum, necnon & Venerabilis Vir Dominus Hieronymus de Caputiis dictæ Eccleſiæ modernus Vicarius præmiſſis expoſitis Sanctiſſimo Domino noſtro præfato obtinuerit hujuſmodi Vicariam extingui, illam, illiuſque fructus dictæ Menſæ Capitulari uniri, & applicare reſervatis dicto Domino Hieronymo loco fructuum dictæ Vicariæ fructibus, & penſionibus certarum domoruum ipſius Capituli, quæ ſitæ ſunt in Regione Arenulæ prope Hoſpitium Campanæ, quibus ab uno latere ſunt bona dictæ Baſilicæ S. Petri, ab alio ſunt res dominarum Juſtinæ, & Antoninæ de Perſonis, ante eſt via publica, vel ſiqui alii ſunt plures, aut veriores confines antiqui, vel moderni,*

De Vicaria ibi olim erecta extinguenda agitur.

(*a*) Duplex ab Hiſtoricis cauſa inſolitæ illius moræ affertur; magnificentiſſimus apparatus, tota urbe, ut ait Panvinius, aulæis, & feſtivis frondibus arcubuſque ornata: qua quidem pompa poſt Gothorum tempora inſigniorem fuiſſe nullam Ciaconius obſervat, centum aureorum millibus per viam projectis. Altera autem cauſa eſt, quod quum inter Pontificem, & LudovicumXII. vigente armorum æſtu, Legatus creatus eſſet a Julio II. adjuncta totius Æmiliæ adminiſtratione, in celebri clade Ravennati a Gallis captus fuerat die 11. Aprilis. Quamobrem anniverſaria illa die, quin etiam illo eodem equo utens, quo vehebatur in prælio, ad Baſilicam Lateranenſem proceſſit. Quo ubi venit, Pontificum omnium poſtremus ritum illum vetuſtiſſimum porphyreticarum ſedium ſervavit, qui ex Diario Paridis de Craſſis fuit hujuſmodi: *Sedit in Sedella apud portam Eccleſiæ jacente ad latus dexterum. Poſtea itum eſt ad Capellam S. Silveſtri. Et primo ſedens quaſi jacens, Papa accepit a Priore Canonicorum claves, deinde ferulam. Et deinde illico Papa ſurgens ivit ad aliam Sedem & jacuit: accepitque ab eodem Priore Canonicorum cingulum rubeum cum burſa, in qua ſunt duodecim lapides vitrei, qui etiam nunc oſtenduntur: & ſtatim Papa ſurgens conſignat ferulam & claves eidem Priori; cingulum vero retinet, donec acceptam pecuniam argenteam de manu, vel gremioCamerarii, ter projicit, dicens:* Diſperſit dedit pauperibus, &c. & *mox deponit cingulum cum burſa, & vadit ad Capellam Salvatoris.* Hæc Paris de Leone X. quæ poſtmodum cæremoniæ parum graves, parumque Pontificiæ Majeſtati convenientes, incertum a quonam excogitatæ, in deſuetudinem jure abierunt.

(*b*) Exactis Italia Gallis, ob fœdus a Pontifice ictum cum Carolo V. deterritis, MediolanenſisDucatusFranciſcoSfortiæ redditus, Parma, & Placentia Eccleſiæ reſtitutæ. In Manliana Villa vulgo *Magliana* quæ infra ſæpe occurret in litteris Clem. VII. tum degebatPontifex: tantæque rei nuntio accepto, incredibili eſt affectus gaudio. Sed paulo poſt leni correptus febri in urbem eſt revectus, eodemque morbo in dies magis creſcente eſt abſumtus.

(c) Martinellus Roma Sac. (*pag.* 352.) Camilli Fanuccii auctoritate hanc Eccleſiam vocat *S. Catharinæ in Catinaria nunc de Rota.* Item (*pag.* 371.) appellat *S. Mariæ in Catharina* cum Pancirolo. Tum animadvertit, corrupte alibi dici *in Catemeri*, & in Taxa hujus Pontificis *in Catinara*, vocabulo parum diſſimili ab eo, quod hîc legitur: nec tamen ei arridet, putatque legendum cum Caſtallo Metallino *Catemiri.* Tanta autem varietas eo tendit, ut S. Catharinæ de Rota Eccleſiam denotet. De qua luculenter eſt actum Bullarii noſtri to. 1. *pag.* 69. *not. b.*

derni, aut vocabula veriora ad dictam domum spectan., & pertinen. tam de jure, quam de consuetudine habendos, tenendos, & in ejus proprios usus convertendos juxta formam Literarum Apostolicarum in forma supplicationum manu propria præfati Sanctissimi Domini nostri Signatarum, quarum tenor fuit & est talis, videlicet:

Beatissime Pater. Dudum felicis recordationionis Pius PP. II. Prædecessor vester certis suadentibus & rationabilibus causis Parochialem Ecclesiam S. Mariæ & Catharinæ de Urbe Regionis Arenulæ, cujus, dum pro tempore vacabat, collatio & omnimoda dispositio ad devotos Oratores vestros Canonicos Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe de antiqua & approbata consuetudine spectabat, Mensæ Capitulari Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe * univerit; cum erecta tamen inibi perpetua Vicaria, & illi pro ejus dote nonnullis ex fructibus dictæ Basilicæ assignatis pro uno perpetuo Vicario inibi deservituro, ejusdem Vicariæ collatione eidem Capitulo Basilicæ hujusmodi reservata, & concessa, prout in literis desuper confectis plenius continetur. Verum Pater Sancte si Vicaria hujusmodi extingueretur, illiusque fructus &c. Mensæ Capitulari hujusmodi perpetuo assignarentur, ac statuerentur, & ordinarentur, quod de cætero Capitulum præfatum eidem Ecclesiæ per Presbyterum ydoneum ad eorum nutum amovibilem deservire facere possent, præfati Oratores Ecclesiam ipsam, quæ maxima indiget restauratione, præsertim in coopertura, & parietibus, ad quorum reparationem, ut arbitratur, Ducati quatricenti non supplent, repararent, & sumptuosius decorarent, & divinus cultus non modicum inibi susciperet incrementum. Supplicant igitur humiliter eidem Sanctitati Vestræ dicti Oratores, qui jam dictam in aliqua sui parte reparaverunt, quam etiam devotus Orator Vester Hieronymus de Caputiis dictæ Ecclesiæ Vicarius, quatenus sibi in præmissis opportune providen. Vicariam prædictam, cujus fructus &c. sexaginra ducat. auri de Camera secundum communem extimationem, valorem annuum non excedunt, de dicti Hieronymi consensu supprimere penitus, & extinguere, illique fructus &c. eidem mensæ per eosdem Capitulum percipien. &c. ac suos & dictæ Ecclesiæ usus, & utilitatem & reparationem Ecclesiæ convertendos perpetuo assignare, propriare, & applicare necnon eidem Hieronymo, ne propterea nimium dispendium patiatur, omnes, & singulos fructus dictæ Vicariæ per eum, quoad vixerit, vel alium, seu alios ejus nomine propria auctoritate percipiendi &c. ita quod desuper per eosdem Capitulum, ac quoslibet alios molestari nequeat, reservare &c. dignemini de gratia speciali. Non obstan. constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis &c. cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis, & consuetis. Fiat ut petitur. J. Et cum absolutione a Censuris ad effectum pro ambobus: & quod obstan. oratorum habeantur pro expressis, vel exprimi possint, & cum suppressione extinction., assignation., approbation. & application. præmissis, quo ad omnes partes latissime extendendis: & in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam, & cum reservatione fructuum dictæ Vicariæ pro Hieronymo consentiente ad ejus vitam: &, quatenus opus sit, cum suspensione quarumcumque gratiarum expectativarum specialium, & generalium reservatione illarum extension. revalidation., & mutation. collationum union. &c. aliarumque gratiarum, literarum, indultorum, & mandatorum in literis latissime extenden., ita ut non obstent: & cum derogation. quarumcumque clausularum, sive constitution., ac privilegiorum, & indultorum forsan contrariorum, ita ut omnino tollantur, & quod major, & verior specificatio præmissorum fructuumque augendo, vel minuendo usque ad verum valorem ac tenorem union., etiamsi non fuerit erecta Vicaria, sed reservat. tantum fruct. pro sustentation. aliorumque necessariorum major, & verior specificatio fieri possit in literis. Fiat. J. Datum Romæ apud Sanctum Petrum decimo septimo Kal. Octobris anno primo.

Pater Sancte. Devota Creatura Vestra Marcus Episcopus Prænestinus (*a*); cui alias quod ceden., vel deceden. dicto Hieronymo, seu Vicariam perpetuam quomodolibet &c. liceat sibi habere regressum, Apostolica fuerit auctoritate concessum, juri regregiendi hujusmodi, ac omni juri sibi in dicta Vicaria, vel ad illam quomodolibet competen. in eisdem manibus sponte, & libere cedere proponat, prout cedit de præsenti, & quia expedit Capitulo, & Canonicis redditus dictæ Vicariæ pro se habere, & loco illorum certas domos positas Romæ in Regione Arenulæ prope Hospitium Campanæ,

Supplicatio ...torum

...leg. univit

...xponunt uti... ...tem unionis

Vicario assi... ...and. reditus, ...ad vixerit.

Rescriptum Pontif. ad favorem Orator.

Card. Prænest. cedit juri regress

(*a*) Fr. Marcus Vigerius Ord. Minor. doctrina, quam vitæ exemplo præstantior, ait Ciacon., Senogalliensis Episcopus (quam sedem nepoti cognomini superiori anno, seu 1513. cesserat) & Prænestinus; vigebat enim abusus plures Cathedrales Ecclesias detinendi, quem jure sublatum novimus a Concilio Tridentino (*sess. 6. c. 2. de Reform.*) anno 1547. Paulo III. Pontifice. Hunc Julius II. creaverat Cardinalem an. 1505. quo Pontifice Prænestinum quoque Episcopatum est adeptus. Quare igitur Creaturam Leonis se dicit? Formulam esse ajunt eo tempore consuetam.

Reditus assignandi Vicario definiuntur

panæ, & ab uno ſunt bona dictæ Eccleſiæ Sancti Petri ab alio lateribus Dominæ Juſtinæ & Dominæ Antoniæ de Perſonis, ante eſt via publica ad Eccleſiam & Canonicos & Capitulum præfatum legitime ſpectan. in recompenſam dictorum fructuum dicto Hieronymo quoad vixerit, & ad vitam alterius perſonæ ſemel tantum per eum nominandæ, aſſignare, prout de præſenti aſſignant. Igitur dignetur Sanctitas Veſtra literas Apoſtolicas deſuper ſupplication. inſerta conficien. cum præmiſſorum narrativa, ac admiſſione dictæ ceſſionis, & domorum prædictarum aſſignationis, ita quod liceat dicto Hieronymo, & perſonæ ſemel per eum, ut præfertur, nominandæ dictarum domorum propria auctoritate * apprehendere, & de illarum fruct. &c. diſponere, ac opportuno decreto in eventum, in quem ſupradictis domibus, ſeu earum aliqua aliquo unquam tempore per dictum Capitulum ſeu quamcumque aliam perſonam moleſtaretur, ſeu quod illas in totum aſſequi non poſſet, liceat ipſi Hieronymo ad dictam Vicariam, & vigore ſui prioris tituli liberum habere regreſſum in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi ipſam non reſignaſſet alias, juxta ejuſdem ſupplicationis tenorem expediri mandare de gratia ſpeciali. Fiat J. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſeptimo Jdus Aprilis anno ſecundo. *Unde præfati Domini Canonici, & Capitulum deſiderantes ad præmiſſorum executionem devenire; idcirco commiſerunt Reverendis Patribus Domino Thomæ Fedra, Domino Dominico de Capite Ferreo, Domino Bartholomæo Ferratino (a), & Domino Aſcanio de Ruffinis Canonicis, & impræſentiarum Camerariis dictæ Baſilicæ, ut ad executionem præmiſſorum procederent. Quare præfati Dominus Thomas, Dominus Dominicus, Dominus Bartholomæus, & Dominus Aſcanius Canonici, & Camerarii prædicti vice, & nomine dictæ Baſilicæ, Dominorumque Canonicorum, & Capituli ejuſdem volentes eorum commiſſionem exequi, de qua conſtat, manu mei Notarii infraſcripti ſponte, non vi, dolo, metu, ſeu aliqua alia ſiniſtra machinatione circumventi, ſed ex certis eorum & cujuſque ipſorum ſcientiis, & non per errorem, domos præfatas eidem Domino Hieronymo præſenti & acceptanti tenendas, poſſidendas, & fructificandas juxta formam, & tenorem dictarum ſupplicationum dederunt, ceſſerunt, & conſignaverunt. Et quia fructus dictarum domorum excedunt fructus dictæ Vicariæ: igitur ex dictarum domorum fructibus præfatus Dominus Hieronymus promiſit eiſdem Dominis Canonicis, & Camerariis præſentibus, recipientibus, & ſtipulantibus vice, & nomine dictæ Baſilicæ ſingulo anno, durante hujuſmodi uſufructu, dare, ſolvere, & pagare unica tantum ſolutione eidem Capitulo, illiuſque Generali Camerario pro tempore exiſtenti Ducatos octo de Carlenis ad rationem monetæ veteris pro quolibet Ducato (b), quodque finito uſufructu hujuſmodi præfatus Dominus Hieronymus promiſit per ſe ejuſque Succeſſor. dictis Dominis Canonicis & Camerariis, quibus ſupra nominibus, dictas domos vacuas liberas, & expeditas dimittere, & relaxare, & ex tunc prout ex nunc, & e converſo dimittit, & relaxat in caſu prædicto. Inſuperque præfatus Dominus Hieronymus eiſdem Dominis Canonicis & Camerariis præſentibus, & ſtipulantibus ut ſupra ſponte, & ex certa ejus ſcientia, & ex cauſis, & rationibus ſupra deſcriptis, & enarratis dimiſit, & relaxavit prot dimittit, & relaxat omnes, & ſingulas domos, illarumque fructus, quas dictus Dominus Hieronymus virtute dictæ ſuæ Vicariæ retinuit, tenuit, & poſſedit per præfatos Dominos Canonicos & Capitulum habendos, tenendos, levandos, & convertentos juxta formam, & tenorem dictarum prainſertarum commiſſionum. Quæ quidem omnia, & ſingula & quodlibet ſupradictorum promiſerunt præfati Domini Canonici & Camerarii eidem Domino Hieronymo præſenti & acceptanti, ut ſupra; & e converſo præfatus Dominus Hieronymus eiſdem Dominis Canonicis & Camerariis præſentibus & ſtipulan. ut ſupra, me tamen Notario infraſcripto ut publica perſona præſente recipien. & legitima, ſtipulan. vice, & nomine ipſarum partium, ac omnium aliorum, & ſingulorum, quorum nunc intereſt, vel in futurum poterit quomodolibet intereſſe, perpetuo attendere, & obſervare, & contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, jure, modo, titulo, ſive cauſa. Alias voluerunt ad invicem teneri, & obligatos eſſe ad omnia & ſingula damna expen., & intereſſe,*

** ſuppl. poſſeſſionem*

Commiſſarii ex Capitulo ad rem gerendam.

Reciproca ſtipulantium promiſſio.

Stipulationis auctoritas a Notario.

(a) Ferratina nobilis familia Amerina inſignes viros produxit. Noſtrum hunc Canonicum minime aliis ex ſua gente concedere teſtatur Epitaph. quod refert Ughellus in Epiſc. Cluſin. ex Sacello S. Bartholomæi Juriſpatronatus familiæ Ferratinæ in Eccleſia Cathedrali Ameriæ, eſtque hujuſmodi:

Bartholomæo Ferratino Vat. Baſil. Canonico, ejus Fabricæ Præfecto Cluſinorum Pontifici, Julii II. Pontif. Max. Sacrarii P. Cancellar. Apoſt. Regenti, Provinciæ Galliæ Ciſpadanæ, & Provinciæ Umbriæ Vicelegato, Beatiſſ. Clem. VII. domus Præpoſito Sanctiſſ. & Sapientiſſ. Viro Baldus Epiſcopus Amerinus, Simon Petrus fratres Ferratinor. Patruo benemerito PP.

Baldus nepos hic memoratus meritis cum Patruo comparandus Fabricæ & ipſe Præfectus, Canonicus, & Vicarius fuit in Vatic. Baſil. multiſque functus muneribus pro Apoſt. Sede, præſertim Gubernatoris Urbis, S. Pio V. Pontifice, Romæ ſub eodem deceſſit, tranſlatuſque eſt Ameliam, qua in urbe fuerat Epiſcopus ad annum uſque 1562. quum dignitatem reſignavit pro Bartholomæo nepote. Hic vero, præter Canonicatum, & Vicariatum noſtræ Baſilicæ Fabricæ, Præfecturam aliosque inſignes Magiſtratus Urbis, a Paulo V. Cardinalis creatus fuit an. 1606. tametſi haud expleto trimeſtri tempore poſt dignitatem adeptam interiit. *Ughell. Ciac.*

(b) De Ducatis antiquis dictum eſt ſupra (*pag.* 170.) Itemque actum (*pag.* 295.) de Ducatis de Carlenis. Vide utrobique adnotata.

(a) Anno

esse, ad quæ, & in quibus dictæ partes, vel altera earum incurrerent, & paterentur præmissorum vel alterius eorum occasione, de quibus stare, & credere voluerunt soli, & simplici eorum juramento partis partium præfatarum damnum, sive interesse aliquod patien. Quod quidem Juramentum haberi voluerunt pro plena, & sufficienti probatione, cæteris omnibus aliis probationibus renunciaverunt expresse. Pro quibus omnibus & singulis observandis, & plenarie firmiter adimplendis dictæ partes, quibus supra nominibus, se, & suos imposterum successores, hæredes, & quoscumque alios bona sua hæreditaria ipsius nomine possiden., ac omnia & singula sua, & dictæ Basilicæ, ac suorum prædictorum bona mobilia, & immobilia quæcumque præsentia, & futura una pars alteri, & altera alteri obligaverunt, hypothecaverunt, ac etiam Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Domini nostri Papæ, ejusque Camerarii, Vicecamerarii, Auditoris, Vice-Auditoris, Vicarii, Gubernatoris, Regentis, Locumtenentis, & Commissarii, ac omnium, & singularum aliarum Curiarum Ecclesiasticarum, & Secularium ubilibet constitutarum Jurisdictionibus, cohertionibus, compulsionibus, juribus, & rigoribus, stylis, & meris examinibus supposuerunt, & submiserunt. Per quas quidem Curias, & earum quamlibet in solidum tam conjunctim, quam divisim voluerunt, & expresse consenserunt, se & suos hæredes prædictos posse, & debere cogi, compelli, constringi, moneri, excommunicari, aggravari, reaggravari, & ad brachium seculare deponi, arrestari, capi, incarcerari, & detineri uno, & eodem tempore, vel diversis temporibus, & per diversorum temporum intervalla usque ad plenariam, & integram observationem, & adimpletionem omnium, & singulorum in præsenti publico Instrumento contentorum, ac omnium & singulorum damnorum interesse, & expensarum prædictorum occasione prædictorum faciendorum, patiendorum, & sustinendorum refectionem, & restitutionem. Ita tamen quod executio unius Curiæ executionem alterius non impediat, nec retardet, non obstan. Juridiction., quod ubi judicium incœptum est, ibidem finem accipere debeat, & qualibet alia juris & facti exceptione in contrarium facien. non obstan. Renunciaveruntque insuper dictæ partes, quibus supra nominibus omni, & cuilibet exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis, læsionis, & machinationis, & præsentis contractus non sicut præmittitur facti, celebrati, & initi, & aliter, aut plus vel minus fuisse factum vel dictum, quam recitatum, & e contra, omnibusque aliis, & singulis exceptionibus, cavillationibus, & cautelis, quibus mediantibus contra præmissa, vel eorum aliqua facere, dicere, venire, aut se tueri quovis modo possent, & specialiter juridicenti generalem renunciationem non valere nisi præcesserit specialis, & expressa. Et ibidem statim, & incontinenti utraque pars, & partium qualibet pro majori cautela, & tutiori securitate partis præmissa servantis gratis, & sponte omnibus melioribus modo, via, jure, causa, & forma, quibus magis, & melius de jure fieri potuit, & debuit; fecit, constituit, creavit, & solemniter ordinavit suos veros, certos, legitimos, & indubitatos Procuratores, actores, factores, negociorumque suorum infrascriptorum gestores, ac nuncios speciales & generales (ita tamen, quod specialitas generalitati nostræ non deroget, nec e contra) videlicet providos, & discretos viros Magistros Bernardum Mocharum, Polydorum de Eugubio, & Blasium de Cæsena dictæ Curiæ Cameræ Apostolicæ Procuratores, necnon Joannem Baptistam de Ecclesia, Tranquillum de Romaulis, & Andream de Portiis ejusdem Curiæ Notarios, omnesque alios, & singulos tam dictæ Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, quam quarumcumque aliarum Curiarum prænarratarum Procuratores, & Notarios, qui nunc sunt, & pro tempore futuro erunt in Roman. Curia, quorum nomina, & cognomina hic habere voluit pro expressis, absentes tanquam præsentes, & quemlibet ipsorum insolidum. Ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, deterior subsequentis; sed quod unus ipsorum incœperit, alter eorum id prosequi, mediare, terminare valeat, & finire, ac ad effectum debitum perducere specialiter, & expresse ad utriusque partis constituentis nomen, & pro utraque omni tempore, & diebus feriatis, quotiens alteri partium videbitur opportunum, & placuerit, coram prædicto Camerario, Vice-Camerario, Auditore, Vice-Auditore, Vicario, Gubernatore, Regente, Locumtenente, & Commissario ejusdem, & aliarum Curiarum prædictarum Officialibus, & Judicibus, seu eorum Locumtenen. comparen. ac omnia & singula in præsenti publico Instrumento contenta semel, & pluries consiten., & recognoscen., & ad peten., audien. & recipien. partis promissa non servantis nomen, omne præceptum, omnemque monitionem, condemnationem, & sententiam, atque mandatum, quæ, quod, & quas præfati Camerarius, Vice-Camerarius, & alii Judices, & Officiales, seu ipsorum Locatenen., & eorum quilibet contra partem præmissa non observantem, ejusque hæredes, & successores, ac bona prædicta facere, ferre, promulgareque voluerint, seu voluerit, & eis sponte acquiescendum, necnon submittendum, & resubmittendum: propterea ipsam partem aliquod præmissorum non observantem pro præmissis firmiter observandis Jurisdictioni Curiarum prædictarum, & cujuslibet earum, & ad volen., & constituen. quod ipsi Domini Camerarius, Vice-Camerarius, Auditor, Vice-Auditor, Vicarius, Gubernator, Regens, Locum-

Propria bona vicissim obligantur.

Ipsos hæredes subjiciendo cuicumque Judicio.

Procuratores deputati a Partibus.

Ratio judiciorum in re præsenti.

cumtenens, Commissarii, & alii Judices, & Officiales prædicti in dictam partem præmissa non observantem excommunicationis sententiam ferant, proferant, promulgent, aggravent, reaggravent, aliosque Processus reales, & personales gerant, & faciant, quos voluerint, & alteri partium placuerit; & visum fuerit expedire, quousque de omnibus & singulis supradictis in præsenti publico Instrumento contentis, & expensis prædictis fuerit plenarie & integre ac realiter satisfactum, juxta præsentis publici Instrumenti seriem, & tenorem, & generaliter omnia alia, & singula facien., dicen., geren., & procuran., quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu etiam q omodolibet opportuna, promittent mihi Notario publico infrascripto, ut communi, & publica persona præsenti stipulan., & recipien., vice, & nomine omnium, & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se omni tempore ratum, gratum, & firmum perpetuo habituros totum id, & quicquid per dictorum Procuratores suos constitutos, & eorum quemlibet actum, dictum, factum, gestumve fuerit in præmissis, seu alias quomodolibet procuratum. Relevantes nihilominus, & relevatos esse volentes eosdem Procuratores, & quemlibet ipsorum ab onere satis dandi, judicio sisti, & judicatum solvi cum suis clausulis, & Capitulis necessariis, & opportunis sub expressa hypotheca, & obligation. omnium, & singulorum bonorum suorum mobilium & immobilium præsentium & futurorum quorumcumque, ac sub omni juris & facti renunciatione ad hoc necessaria pariter, & cautela. Et præmissa omnia, & singula in præsenti publico Instrumento contenta tenere, attendere, complere, & inviolabiter observare, & contra ea seu eorum aliqua non facere, dicere, vel venire de jure, vel de facto quovis quæsito colore, dictosque Procuratores suos, ut præmittitur constitutos, & eorum quemlibet, quousque præmissa omnia, & singula observaverint, & adimpleverint, non revocare, seu revocari facere promiserunt, & convenerunt. Et pro præmissorum firmitate tam dicti Domini Canonici, & Capitulum, quam dictus Dominus Hieronymus de Caputiis juraverunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manibus tactis videlicet dicti Domini Canonici in pectore, dictus vero Dominus Hieronymus tactis Sacrosanctis Scripturis in manibus mei Notarii infrascripti prædicta omnia, & singula vera fuisse, & esse, eaque perpetuo attendere, & observare, & contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, jure, modo, titulo, sive causa sub hypotheca, & obligatione prædictis, ac vinculo dicti per eos præstiti Juramenti rogan. dictæ partes quibus supra nominibus, me Notarium infrascriptum, ut publicum conficerem Instrumentum unum, vel plura, prout opus fuerit. Datum Romæ in Regione Arenulæ, & in Studio domus habitationis ipsius Reverendi Domini Thomæ Fedra, præsentibus ibidem hiis testibus, videlicet Joanne Michaele de Bonis Auguriis, & Joanne Calabrense Factore dicti Capituli ad prædicta vocatis, habitis specialiter, atque rogatis. Et ego Andreas de Carusiis Civis Romanus, publicus Dei gratia Imperiali auctoritate Notarius, quia prædictis omnibus, & singulis dum sic ut præmittitur, agerentur, & fierent una cum super memoratis testibus interfui, & præsens fui, eaque rogatus scribere, & publicare, sed quia me aliis majoribus, & gravioribus negociis occupato scribere non valui, sed per alium mihi fidum Scriptorem scribi feci, & me hic propria manu subscripsi, & publicavi, & in fidem præmissorum signum meum apposui consuetum. Et ego Ludovicus Cæcius Clericus Romanus publicus Apostolica auctoritate Notarius, quia Originale Instrumentum suprascriptum in pergameno carens suspicion. vidi, & diligenter inspexi, illudque me in aliis occupato negociis per alium mihi fidum exemplari feci, suprascriptumque Exemplum cum ipso Originali auscultavi, & collationavi, & in omnibus & per omnia cum ipso Originali concordare repperi, & inveni: ideo transumptum hujusmodi auctoritate Apostolica mihi concessa (a) in hanc publicam formam redegi, subscripsi, & publicavi, signoque, & nomine meis solitis, & consuetis signavi, ut eidem tanquam Originali prædicto in quocumque foro, seu judicio, & in Romana Curia & extra ubique locorum fides plenaria adhibeatur. Sub Anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo vigesimo secundo, Indictione decima, die vero XXII. Martii Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Hadriani Divina Providentia Papæ sexti anno primo.

Stipulantes promittunt se stare omnib.

Juramento se obligant

Locus stipulat. Instrum.

Notariorum testimonia.

Tempore Hadriani VI.

Dario

(a) Anno 1521. die 5. Jul. Leo X. privilegium concessit huic Notario transumendi, & exemplandi Bullas, aliaque Instrumenta; ne Autographa produci oporteret, quod antea factum fuerat cum Capituli damno, nam Autographa ipsa fuerunt amissa, ac perierunt. Infra idem Privilegium proferetur. Id profecto perquam commodum fuit Capitulo. Plura siquidem in Archivo nostro extant Documenta adeo vetustate consumta, ut sine Transumtorum præsidio vix possint legi. Nonnulla etiam, Autographis amissis, Transumtis hujusmodi referuntur accepta.

(a) De

Dario de Leoninis novenni Commendat Capellaniam ad Altare S. Petronillæ, & duas Parochiales Ecclesias usque ad annum ætatis 18. deinde illas eidem ex nunc confert, supplens defectibus ætatis & natalium.

Ex Regest. XLIV. Bullar. Leonis X. pag. 237. ap. Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1515. 26. Apr.

LEo Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Dario de Leoninis perpetuo Capellano ad Altare Sanctæ Petronillæ (*a*) situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, salutem & Apostolicam Benedictionem.

erita perso- a judican- ex indole

Laudabilia tuæ puerilis ætatis indicia, ex quibus, sicut se habet fide dignorum assertio, verisimiliter concipitur, quod succedentibus annis in virum debeas evadere virtuosum, Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales, illaque Tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque perpetua Capellania ad Altare Sanctæ Petronillæ situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, quæ de pro tempore existentis Regis Francorum; & Beatæ Mariæ de Macello, ac Plebs nuncupata de Montopoli Parochiales Ecclesiæ Florentin. & Lucan. Dioecesis, quæ de Jurepatronatus Laicorum existunt, & in quarum fundationibus inter alia caveri dicitur expresse, quod Capellania & Parochiales Ecclesiæ prædictæ nonnisi personis in ætate legitima constitutis, ac de legitimo Matrimonio, & de Fundatorum, & aliorum genere procreatis, & alias certis modis ibi expressis qualificatis conferri possint, per liberam resignationem dilecti filii Francisci Electi Turritan. (*b*) nuper ad dictum Altare perpetui Capellani, & ipsarum Parochialium Ecclesiarum Rectoris de illis, quos tunc ex dispensatione Apostolica obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam, vacaverint & vacent ad præsens: Nos tibi, qui ut accepimus, in nono vel circa tuæ ætatis anno constitutus, & bonæ memoriæ Angeli Archiepiscopi Turritan. ex fratre germano Nepos existis, & alias non obstante defectu natalium, quem pateris de conjugato genitus & conjugata, Clericali caractere rite insignitus fuisti, ut te commodius sustentare valeas, de alicujus subventionis auxilio providere, præmissorumque inditiorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis suspensionis & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes: Motu proprio non ad tuam vel alterius pro te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate Capellaniam, quæ sine cura est, & Parochiales Ecclesias prædictas, quarum insimul, & illis forsan annexorum fructus, redditus, & proventus centum & quatuordecim Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt; sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per similem Francisci Electi, vel cujusvis alterius resignationem de illis in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, aut Constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ vigesimi secundi Prædecessoris nostri, quæ incipit *Execrabilis*, vel assecutionem alterius Beneficii ecclesiastici, quavis auctoritate collati vacent, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateran. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devolutæ, ipsæque Parochiales Ecclesiæ, & Capellania dispositioni Apostolicæ specialiter reservatæ existant, & super eis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore Datæ præsentium non sit in eis alicui specialiter jus quæsitum, & dictorum Patronorum ad hoc expressus accedat assensus, cum annexis ac omnibus juribus, & pertinentiis suis, tibi Ecclesias videlicet per te, donec decimum octavum dictæ ætatis annum attigeris, etiam una cum omnibus & singulis Beneficiis Ecclesiasticis per Te interim obtinendis, tenendis, regendis, & gubernandis; ita quod liceat tibi interim, debitis & consuetis ipsarum

apellania & clesiæ vacan- per resignat.

Dispensat super defectu ætatis & natalium.

Capellaniam &c. vacan. ut supra

Commendat primum, deinde ex nunc confert.

(*a*) De fundatione, & erectione duar. Capellaniar. ad Altare S. Petronillæ, &c. repetenda Constitutio Innoc. VIII. & ad eam adnotata *pag. 259. & seqq.*

(*b*) Notitiæ duæ apud Schelstratium (*de antiq. Eccl. to. 2. pagg 754. & 763.* exhibent Turritanum unum ex tribus Metropolitis Sardiniæ; perinde Provinciale. Hodie Sassaritanus, qui in ejus locum & honorem successit, Archiepiscopus noscitur. De Turritano nulla mentio est: quam cœteroqui Sedem antiquissimam fuisse constat ex Reg. S. Greg. M. *lib. 2. ep. 38.* & *lib. 11. ep. 17.*

(*a*) Jo.

rum Ecclesiarum, supportatis oneribus, de residuis illarum fructibus, redditibus, & proventibus disponere, & ordinare, sicut illas in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium dictarum Ecclesiarum tibi penitus interdicta, auctoritate Apostolica tenore præsentium Commendamus, & deinde illas, ac ex nunc Capellaniam prædictam conferimus, & de illis etiam providemus. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Cavallicen. (*a*) & Asculan. (*b*) Episcopis ac dilecto filio Vicario venerabilis fratris nostri Archiepiscopi (*c*) Florentin. in spiritualibus generali per Apostolica scripta motu simili mandamus; quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se, vel alium, seu alios te, vel Procuratorem tuum nomine tuo, in corporalem possessionem Ecclesiarum ac Capellaniæ, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum amotis ab eisdem quibuslibet illicitis detentoribus, ac facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum ad Capellaniam hujusmodi, ut est moris, admitti, tibique de illius ac Parochialium Ecclesiarum ac annexorum prædictorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis, etiam dicta durante Commenda integre responderi: Contradictores auctoritate nostra præfata, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi etiam Prædecessoris nostri & aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis dilectis filiis Populo Romano per Nos & Sedem prædictam concessis, & innovatis (*d*) illis præsertim, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod Beneficia Urbis aliis, quam Civibus Romanis, aut Civium Romanorum filiis conferri non possint, & fundatione prædictis. Quibus omnibus, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse motu simili derogamus, quodque tu Civis Romanus, aut Civis Romani filius, & in ætate legitima constitutus, ac de legitimo Matrimonio procreatus, vel de genere Patronorum, aut alias juxta fundationem prædictam qualificatus forsan non sis, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus seu Commendis sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in dicta Urbe vel illis partibus, speciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus te in assecutione Parochialium Ecclesiarum, & Capellaniæ prædictarum volumus anteferri; sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si pro tempore existenti Archiepiscopo Florentin. & dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri: & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum; dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes. Aut quod tu ad obtinendam Capellaniam in titulum, & Ecclesias etiam in Commendam, natalium pateris, & ad obtinendum in titulum Ecclesias prædictas, ætatis præmissæ in illius decimo octavo anno tunc constitutus, ut præfertur, pateris defectus. Nos enim

Capellaniam & Eccl. ex nunc ei confert

Possessionem de more committit.

Derogat præsertim civium Romanor. privilegiis

Itemque aliis contrariis.

Obstantia alia quæcumque amoventur.

(*a*) Jo. Bapt. Pallavicinus Genuen. Card. Antoniotti (de quo supra *pag.* 291. *not. b*) nepos, qui post biennium an. videlicet 1517. Cal. Jul. ob præclara virtutum merita Presb. Cardinalis S. Apollinaris creatur a Leone X. *Ciacon.*

(*b*) Hieron. Ghinuccius, nobilis Senen. qui ab Julio II. Asculan. Episc. designatus an. 1512. Ecclesiæ isti præfuit ad annum 1518. quum Leo Legatum illum misit ad Henricum VIII. Angliæ Regem. Et hunc res præclare gestæ Paulo III. vim fere attulerunt, ut Sacro Collegio adscriberet. Magni consilii virum, ac singularis prudentiæ Ughell ad Ciacon. appellant.

(*c*) Duplici ex cap. fratrem appellat Archiep. Florentinum. Erat enim Julius Medices frater patruelis, quem prima in Creatione Cardinalium an. 1513. in Sacrum Collegium adlegerat. Quum autem post Hadriani VI. brevissimum Pontificatum, Fratri successerit, maximisque in rerum discriminibus Ecclesiam rexerit, infra de eodem non semel verba fient.

(*d*) De hujusmodi privilegiis opportunius loquar infra ad literas Clem. VII.

(*a*) Populi

enim tecum, ut Capellaniam, & Ecclesias prædictas in decimo octavo anno, vigore præsentium, in titulum & Commendam recipere, & etiam easdem Ecclesias, etiam dicta cessante Commenda, insimul, quoad vixeris, retinere libere & licite valeas, natalium & ætatis hujusmodi defectibus ac Pictavien. & Lateranen. ac generalis Conciliorum, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis quoque & consuetudinibus, ac fundatione supradictis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, Apostolica auctoritate præfata, earumdem tenore præsentium de specialis dono gratiæ, motu simili dispensamus. Proviso quod dictæ Parochiales Ecclesiæ, etiam dicta durante Commenda, hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eis nullatenus negligatur; sed dicta durante Commenda, earum congrue supportentur onera antedicta; quodque, nisi dictorum Patronorum accedat assensus, eædem præsentes litteræ nullius sint roboris vel momenti. Et insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, Commendæ, collationis, provisionis, mandati, derogationis, voluntatis, dispensationis, & decreti infringere &c. Si quis autem &c.

Jurispatron. Privileg. attendenda.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo quintodecimo, sexto Kalendas Maji Pontificatus nostri anno tertio.

Confirmat, instauratque jus Capituli Vatic. in Claustro, Porticu, scalis, totaque Platea Vaticana, circa usumfructum, & utile dominium quarumcumque inibi Machinarum &c. constructarum in festis ludis, (*a*) &c.

Ex lib. B. pag. 7. & lib. I. pag. 167 terg. Transumt. in Archiv. Basil. Vatic. & in Tabular. Secretiori Apostol. Vatic.

AN. CH. 1515. 1. Jun.

LEo Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem ea, quæ in Personarum Ecclesiasticarum, præsertim in Basilica Principis Apostolorum de Urbe divinis obsequiis insistentium favorem, & commodum concessa, & aliquando violenta Laicorum manu usurpata fuisse dicuntur, suæ approbationis, atque innovationis robore solidare, & alias taliter providere, quod Personæ ipsæ, prout par est, possint de cætero illis pacifice frui, & gaudere. Accepimus siquidem, quod, licet usus fructus utileque Dominum Claustri, porticus, & Scalarum dictæ Basilicæ, ac totius illi adjacentis Plateæ, quæ vulgo Platea Sancti Petri nuncupatur, a nonnullis Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus dilectis filiis Canonicis dictæ Basilicæ, & aliis Clericis in eadem Basilica perpetuis Beneficiatis tunc, & qui pro tempore forent, in perpetuum concessa, & concessionum hujusmodi vigore Canonici, & Clerici in dicta Basilica, qui pro tempore fuerunt, dominium, & usumfructum hujusmodi per multos annos quiete, pacificeque possederint, Machinas, Pulpita, & alia ædificia lignea pro ludis, aut festis publicis ibidem constructa, festis, aut ludis ipsis peractis, ad se, tanquam sua, & in eorum solo affixa, receperint, & retinuerint (*b*), tamen ab aliquot citra annis stipendiarii (*c*) ad custodiam Palatii Apostolici deputati, & forsan alii, nullo, de quo per legitima documenta constet, jure suffulti, sed

Excepta ad Basil. Vat. pertinentia

Usurpari cœpta in spretum Dominorum

(*a*) Populi Romani genium post Reip. casum mirum in modum describit Juvenalis Satyr. 10. - - *qui dabat olim*
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atque duas tantum res anxius optat
Panem, & Circenses - - - - - - Hujusmodi genio per hæc tempora, queis versamur, ipsos Pontifices obsecundasse testantur Diaria, quæ Scriptores Synchroni conficiebant. Ludos in Vaticano, & ad Testaceum montem celebratos passim legimus. Et de Alexandro VI. hæc refert Panvinus: *In filiæ nuptiis, quæ ad virum Ferrariam profectura erat, æquestres ludos, & venationem in Vaticano extra ordinem dedit.* Neqne enim solum in atrio maximo Vaticani Palatii, ubi adhuc extaut Amphyteatri luculenta vestigia, sed etiam in nobiliori Leoninæ civitatis parte ab Arce S. Angeli per viam Alexandrinam (*Borgo nuovo*) ab eod. Alex. VI. directam usque ad Basilicæ Vaticanæ scalas veteres, seu plateæ metam statis anni temporibus ludi celebrabantur; ut ex Diariis colligitur. Huc autem respexisse Leonem literis hisce Apostolicis dubitari non potest.

(*b*) Exceptæ illæ minutæ obvenientes, vulgo *Eccetti*, quas Nicolaus III. enumerat (*Bullar. to. 1. pag. 181.*) maximum habuisse incrementum per annos 240. qui intercessere, hinc liquet sed Julius II. constituit (*pag. 351.*) ut in communem massam antiquæ illæ referrentur: & ludorum hujusmodi emolumenta cessarunt: quum iidem desueverint paulo post hæc tempora, novumque ingenium ætas & res induerint.

(*c*) Glossarium illustravit *Chron. Esten.* ap. Murator. En luculentior ejusdem vocis explanatio. Custodia scilicet Prætoria, quæ hodie est Helvetica, *Stipendiarii* tunc vocabantur.

(*a*) Numu-

ſed violentæ uſurpationis hujuſmodi prætextu a Campſoribus (*a*), Mercatoribus, & aliis Perſonis merces ibi venundantibus ſtationis pretium exigere, & machinas, pulpita, vel alia ædificia prædicta, aut eorum partem arripere vi, & armis, quibus aſſidue ſunt muniti præſumpſerunt in eorum animarum periculum, ac dictorum Canonicorum, & Beneficiatorum præjudicium, & jacturam. Nos igitur Canonicorum & Beneficiatorum eorumdem quos tanquam peculiares noſtros, ac Apoſtolicæ Sedis filios ſingulari dilectione complectimur, indemnitatibus in præmiſſis conſulere intendentes, ipſoſque, & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; Motu proprio non ad dictorum Canonicorum & Beneficiatorum, vel alicujus pro eis nobis deſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium conceſſiones prædictas, & ſuper illis confectas litteras approbamus, & innovamus, potiorique pro cautela uſumfructum, & utile Dominium Clauſtri, Porticus, Schalarum, & Plateæ prædictorum eiſdem Canonicis, & Beneficiatis, ita ut liceat eis in Clauſtro, Porticu, Scalis, & Platea prædictis, Stationes Mercatoribus Campſoribus, & cæteris Perſonis illas conducere ſolitis pro Peregrinorum ad dictam Baſilicam undique confluentium commoditatibus locare, & locationum pretia in ſuos uſus, utilitatemque convertere perpetuo concedimus, & donamus, diſtrictius inhibentes ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna omnibus & ſingulis ſtipendiariis ad cuſtodiam hujuſmodi nunc, & pro tempore deputatis, ut de cætero a prædictis, & quibuſvis aliis moleſtiis, injuriis, atque damnis præmiſſorum occaſione dictis Canonicis & Beneficiatis quomodolibet inferendis, penitus ſe contineant. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Rheatino (*b*), & Cavallicen. (*c*), ac Ferentinat. (*d*), Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios dictis Canonicis, & Beneficiatis in præmiſſis efficacis aſſiſtentes defenſionis præſidio, faciant auctoritate noſtra eos uſufructu, utilique dominio, & cæteris ſupradictis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos per Stipendiarios prædictos, aut quoſcumque alios ſuper his quomodolibet moleſtari, Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis Contrariis quibuſcumque, aut ſi dictis Stipendiariis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo &c. noſtræ abſolutionis, approbationis, innovationis, conceſſionis, donationis, inhibitionis, & mandati infringere. Si quis autem &c.

Pontifex eadem aſſerit Canonicis Beneff. &c.

Enumerans reditus inde provenientes.

Rem committit tribus Epiſcopis.

Obſtantia quæcumque removet.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quinto decimo, Kalendis Junii, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Eximit Capitulum a contributionibus pro reficienda via Burgi novi.

Ex authentico exemplo Literar. ap. Arch. Baſil. Vat. capſ. 5. faſc. 11. collato cum Regeſto Apoſtol.

AN. CH. 1515. 1. Jun.

LEo &c. Ad perpetuam rei memoriam. Conſuevit Romanus Pontifex larga in illis ſuæ liberalitatis dona diffundere, quos pro excellentia, & dignitate locorum, in quibus divinis ſunt obſequiis mancipati dignior cæteris prærogativa decorat. Sane intelleximus quod Magiſtri viarum Urbis, & cæteri quibus ea cura incumbit, Dilectos filios Canonicos Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & alios Clericos in eadem Baſilica perpetuos Beneficiatos, qui in conſervandis, & inſtaurandis pluribus Domibus in Civitate Leonina conſiſtentibus ad eorum menſam ſpectantibus ſingulis fere bienniis, aut Trienniis magnam expendunt pecuniæ quantitatem ad contribuendum in ſtra-

(*a*) Numulariis, monetariis, menſariis. Vide Gloſſar. V. *Cambium*.

(*b*) Hic eſt celeberrimus iſte vir Pompejus Columna, quem Guicciardin. (*lib.* 10.) memorat, ægrotante Julio II. vocaſſe ad concionem populum in Capitolium, ſuaſiſſeque illi, utſe in libertatem aſſereret. Quare Julius, qui brevi convaluit, eum Legatione Bononienſi, deinde etiam Epiſcopatu ſpoliavit. Leo autem non modo Epiſcopatum illi reſtituit; ſed Cardinalem etiam creavit 1517. Jovius *in ejus vita*. Ughell. Ciacon. De eod. rurſus in Clem. VII. agemus.

(*c*) Jo. Bapt. Pallavicino, de quo in ſuperioribus litteris.

(*d*) Tranquillo de Macharatiis de Leonibus Romano, qui fuit Canonicus S. Mariæ Majoris. *Conc. Later. V. Ughell.*

(*a*) Æneum

gistri Viar. ...sti Capitulo

strato viæ publicæ quæ ab Arce S. Angeli ad Palatium Apostolicum ducit & in qua multæ ex dictis Domibus extant, quotiens id reficitur cogere satagunt variasque eis super hoc molestias inferunt, & jacturas. Nos igitur attendentes Apostolicæ munificentiæ convenire, ut dicta Basilica, sed etiam ejus Personæ, & Ministri pro illius excellentia, & dignitate plena *ab omnibus exactionibus* immunitate fruatur, Canonicos & Beneficiatos præfatos, & eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis &c. absolutos fore censentes motu proprio &c. liberalitate eosdem Canonicos & Beneficiatos præsentes, & qui pro tempore fuerint a contributione impensarum, quæ in strato vel quavis alia parte prædictæ viæ factæ sunt hactenus, & fieri quotiescumque contigerit *in futurum* Auctoritate Apostolica tenore præsentium, prorsus eximimus, & liberamus decernentes, eos vel eorum aliquem, ea occasione etiam pro præteritis ullo unquam tempore molestari, aut inquietari non posse neque debere. Irritum quoque & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, exemptionis, liberationis, & Decreti infringere &c. Si quis &c.

Item absolvitur pro tempore ipso, & futuro.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno 1515. Kal. Junii, Pontif. Anno tertio.

Ejusdem Argumenti.

AN. CH. 1515. 1. *Jun.*

VEnerabilibus Fratribus Reatin., & Cavallicen. ac Ferentin. Episcopis Salutem &c.

Hodie Motu proprio Dilectos filios Canonicos Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & alios Clericos in eadem Basilica perpetuos Beneficiatos præsentes tunc, & qui pro tempore forent, a contributione impensarum in strato viæ publicæ, quæ ab Arce S. Angeli ad Palatium Apostolicum ducit, vel quavis alia prædictæ viæ facta hactenus, & quæ fieri contigerit quotiescumque in futurum, Apostolica auctoritate prorsus exemimus, & liberavimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca fraternitati vestræ mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, si, & postquam dictæ literæ vobis præsentatæ fuerint, per vos vel alium, seu alios dictis Canonicis, & Beneficiatis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciatis eos exemptione, liberationeque, & cæteris aliis in dictis Literis contentis pacifice frui, & gaudere: non permittentes eos per quoscumque indebite molestari. Contradictores per Censuras &c. Non obstantibus omnibus, quæ in dictis Litteris voluimus non obstare, seu si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas non facentes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto ejusmodi mentionem.

...superior. literarum executio committitur

Contrariis quibuscumque derogando.

Datum ut supra.

Baptistæ Casalio Canonico Lateranensi confert duas Capellanias in Basil. Vatic. existentes, ad altare nimirum Æneæ Imaginis S. Petri, & ad illud S. Elisabeth.

Ex Regest. CV. Bullar. Leonis X. pag. 290. ap. Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1515. 12. *Nov.*

LEo Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Baptistæ Casalio perpetuo Capellano ad Altare Sancti Petri Ænei (*a*) situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, familiari nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Grata familiaritatis obsequia, quæ Nobis hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis

(*a*) Æneum S. Petri simulacrum hodie existens ad aquilonare latus Basilicæ, olim in S. Martini Monasterio frequentis populi concursu colebatur. Inde translatum fuit in Oratorium SS. Processi & Martiniani ad Australem veteris Basilicæ partem (*Alphar. Tab. Ichnogr. n. 20.*) prope Eccl. S. Andreæ. Quod quidem Oratorium a S. Paschali I. excitatum, & a SS. Leone III. & IV. necnon Bened. III. instauratum, & ornatum maxime religiosum erat, feminisque impervium. Ibi autem ex antiquis recentioribusve Scriptoribus nemo aliud Altare novit, præterquam SS. Processi & Martiniani, a cujus parte dextera æneum simulacrum fuerit, utrique organis superpositis, ut videre est in Tabula Costaguti, quæ est XVI. ap. Ciampin. (*De sacr. ædif. c. 4. p. 57.*) Immo ne Paulus quidem III. ubi SS. iisdem Martyribus novam aram decimotertio, & decimoquarto intercolumnio mediam erexit, seu potius veterem collocavit (organo item superposito) ab aquilonari parte veteris Basilicæ, de simulacro æneo quicquam innovasse perhibetur. His tamen ex literis Apostolicis luculentissima mentio est non solum Altaris S. Petri Ænei, sed etiam Capellaniæ, neque ejus quidem recens erectæ: ita ut dejecto una cum parte maxima veteris Basilicæ prædicto Oratorio, novæque magnificentissimæ jactis fundamentis an. 1506. per Julium II. altare istud antea inauditum poneretur. Nam Capellanus ejusdem

De more ordi-tur a meritis personæ.

diis impendere non desistis, necnon vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem quondam Paulo de Confortis perpetuo Capellano, dum viveret, ad Altare Sancti Petri Æneï situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe in humanis agente, Nos cupientes de perpetua Capellania ad dictum Altare quam idem Paulus obtinebat cum primum illam per cessum, vel decessum, seu quamvis aliam dimissionem dicti Pauli vacare contingeret, per Nos & Sedem Apostolicam liberius provideri, motu propria & ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Capellaniam prædictam cum, ut præmittitur, vacaret, collationi & dispositioni nostræ reservavimus, districtius inhibentes dilecto filio nostro Hippolyto Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali (a) qui Archipresbyteratum dictæ Basilicæ, nec non illi vel illis, ad quem, vel ad quos ipsius Capellaniæ collatio, provisio, præsentatio, seu quævis alia dispositio communiter vel divisim pertinebat; ne de illa, cum, ut præfertur, vacaret, etiam prætextu quorumcumque privilegiorum, & indultorum Apostolicorum eis concessorum, cuiquam providere aut alias disponere, nec non quibusvis aliis personis etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & familiaribus nostris continuis commensalibus etiam antiquis, & descriptis seu describendis, ac Romanæ Curiæ Officialibus, & alias cujuscumque Dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, & quacumque etiam Episcopali, Archiepiscopali, vel alia majori Ecclesiastica dignitate, vel mundana etiam Ducali, seu Regali auctoritate fungentibus, quascumque gratias expectativas speciales vel generales, reservationes, uniones, annexiones, incorporationes perpetuas vel temporales, suppressiones, extinctiones, & absque dicti Pauli consensu Coadjutorum deputationes, nominationes, nominandi & conferendi, aliasque, citra tamen accessus & regressus facultates, & mandata quæcumque etiam cum provisionibus, seu aliis dispositionibus ex tunc, prout ex ea die, cum vacaret; etiam Regum, Reginarum, Ducum, aut aliorum Principum contemplatione vel intuitu, seu ob remunerationem laborum, & obsequiorum etiam Nobis & dictæ Sedi impensorum, aut in recompensam jurium cessorum, vel ablatorum & alias quomodolibet, etiam in nullius favorem seu ad nullius utilitatem, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & cum quibusvis etiam antelationum prærogativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque decretis in genere, vel nominatim & in specie per Nos & Sedem prædictam, aut ejus Legatos concessa, & concessas hactenus, & ex tunc concedendas & concedenda, quæ, & quas, illarumque & illorum omnium vim & effectum suspendimus, & in Capellania prædicta effectum sortiri, aut locum sibi vendicare non posse, nec debere decernimus, habentibus & prosequentibus, ac habituris & prosecuturis, ne Capellaniam hujusmodi acceptare, & de illa sibi provideri facere, aut alias se intromittere quoquo modo præsumerent; ac decernimus ex tunc irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis

Capellania S. Petri Æneï vacans.

Absolute S. Sedi reservata

Præter accessus, & facultates;

Ceteris omnino facultatibus suspensis,

---

dem fuerat institutus an. 1502. (*Instrum. Guasell. l. 1. p. 173.*) Paulus de Confortis, per cujus obitum vacabat. Quamobrem Alpharanus, ubi Panvinium refellit, atque excusat multorum inscium ad veterem Basilicam spectantium; parum solide suam tuetur Tabulam Ichnographicam octoginta annis circiter ab excisa eadem Basilica exaratam: quod ipsemet oculato teste usus fuerit; non item Panvinius, qui multis ante eum annis scripserat. *Et quidem*, ait, *ei parcendum est, nam de hujusmodi locorum spatiis, & translationibus non habuit antiquiorem, quem consulere posset, sicuti ego Jacobum Herculanum Canonicum, & Altaristam ejusdem Basilicæ antiquissimum, qui ejusmodi rerum & actionum doctissimus erat.* Inepti quidem Scriptoris esset Tabulam ipsam summa singularique laude non prosequi, cui scilicet referuntur accepta fere omnia, quæcumque in veteri Basilica extabant, quæ secus perpetuo obvoluta essent silentio. Nihilominus Herculani Altaristæ doctrina non ea fuit, quæ, præter Sacella, & Ecclesias Alpharano ignotas, Altaria perinde ignota numm. 52. 57. 65. 80. 145. 148. & 155. ab Australi parte, necnon 88. & 93. ab Aquilonari detegeret. Ac de Altari quidem S. Elisabeth hisce in literis Apostolicis occurrente, statuere illud possumus, ut ex prædictis lacunis aliquam impleat. De Altari autem S. Petri Æneï haud dubitandum videtur, quin æque ac SS. Processi & Martiniani olim Altare fuerit sub Organo erectum, cui Capellania, de qua agimus, addicta esset. Capellaniæ duæ hodieque extant perpetuæ ad Altare SS. Processi, & Martiniani, quarum unam Demetrius de Guasellis Beneficiatus Sixtinus, & Notarius in supra allato Instrumento testatus *Capellam de Brunzo* fuisse collatam an. 1502. Paulo de Confortis. Animadverti tamen debet, quod nostro in Archivo extat Libellus supplex ad Paul. V. ubi de excindenda reliqua veteri Basilica res fuit, ne misceri confundique omnia pateretur, ut olim Julius II. Quare Alpharanus tum maxime commendari debet; tum venia dignus est habendus, si ex tam multis aliquid incompertum & ipsi fuit.

(a) Herculem I. Ferrariæ Ducem, & Eleonoram Ferdinandi Siciliæ Regis filiam parentes habuit vir iste insignis inclytæ familiæ Estensis decus, & ornamentum. Cujus munera, & legationes, munificentiam in Ecclesias Cathedrales, quas administravit, summamque in arduis præcipue rebus prudentiam si persequi voluero, ex instituto discedam necesse erit. Quare adeundi Ciacon. & Ughellus; ut pateat, cujusmodi Archipresbyteris jure gloriatur Vatic. Basilica. Hanc obtinuit dignitatem ab Alexandro VI. an. 1501. quum duobus tantum mensibus functus eadem esset post Baptistam Zenum Joannes Lopez Valentinus Datarius Papæ Presb. Card. S. Mariæ transtiberim, qui fontem in platea fere excisum instauravit: tametsi nec Ciaconius, nec Ughellus hujus meminerint. Cæterum Hippolytus, qui apud Ladislaum Hungariæ Regem, maxime illi acceptus, degebat; ubi amicissimum sibi Leonem electum accepit, convolavit Romam, ubi aliquandiu substitit magno in pretio apud amicum Pontificem, quo tamen superstite decessit Ferrariæ an. 1520. quum Archibresbyterali dignitate fruitus esset annos 18. mens. 11.

(a) Hac

vis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque postmodum

1 Per obitum …uli de Confor-

dicta Capellania per obitum dicti Pauli, qui in dicta Urbe, in qua proprium habebat domicilium, diem clausit extremum, vacaverit & vacet ad præsens, nullusque, præter Nos, hac vice disponere potuerit, sive possit, reservatione & decreto obsistentibus supradictis: Nos tibi, qui etiam in Capella nostra Diaconus ad decantandum græce Evangelium (a), dum in Pontificalibus celebramus, deputatus existis, & cui etiam hodie de perpetua Capellania ad Altare Sanctæ Elisabeth (b) situm in dicta Basilica etiam per obitum Pauli hujusmodi vacante, sub certis modo, & forma concessimus provideri, quique, ut accepimus, Canonicatum

Diacono Græco …apellæ Ap. & …anonico Lateran. confertur

& præbendam Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen. inter alia obtines, præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu simili, non ad tuam vel alterius pro te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, primo dictam Capellaniam prædictam, quæ sine Cura est, & cujus fructus, redditus, & proventus viginti Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non

Una cum alia Capellania S. Elisabeth.

excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Pauli, vel cujusvis alterius, de illa in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, vacet; etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ac primo dicta Capellania dispositioni Apostolicæ alias specialiter, vel ex obitu dicti Pauli in aliquo ex mensibus nobis pro una vigesima octava Novembris, secundo, & alia decima nona Aprilis mensium diebus, tertio annis Pontificatus nostri, in Cancellaria Apostolica publicatas constitutiones nostras reservatis, alias generaliter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illa etiam providemus; decernentes, prout est, irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Asculan. & Cavallicen. ac Castelli Maris (c) Episcopis per Apostolica scripta pari motu mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, te, vel Procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem primo dictæ Capellaniæ, juriumque & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet detentore, facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum ad primodictam Capellaniam, ut est moris, admitti, tibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi: Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis constitutionibus, ac dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, necnon privilegiis & indultis Apostolicis eidem Basilicæ, ac dilectis filiis illius Capitulo, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, concessis, & confirmatis; etiamsi in eis caveatur, quod Beneficia ecclesiastica dictæ Basilicæ per illius Canonicum hebdomadarium dumtaxat conferri possint & debeant, & de illis aliter etiam per Romanum Pontificem pro tempore existentem factæ collationes, & quævis aliæ dispositiones,

Reservationes Pontificiæ Cancellar. Leonis X.

Possessio rite committitur.

Obstantia quæcumque auferuntur.

(a) Hac in re peritia magis linguæ, quam personæ conditio spectabatur. Quare & Episcopus, & Presbyter, & Diaconus munere illo fungi indifferenter poterant, cæremonia dumtaxat aliquatenus immutata. Cæremoniale Augustini Patritii ab Electo Corcyrensi editum (*lib. 2. c. 14. pag. 81. versa*) opportune rem testatur: *Dimisso super altare libro, Ceremoniario præcedente, & pedem Papæ discooperiente, vadit ad osculum pedis Papæ, nisi forte esset Episcopus. Tunc non pedem, sed genu dextrum Papæ osculari debet.*

(b) En tibi aliud altare inauditum, ac perinde ignotum omnibus, atque illud S. Petri Ænei: quum cæteroqui Capellania adnexa utrique esset, quam usque ad obitum idem Paulus possederat: cujusque nova collatio extat an. 1525. post hujus Capellani obitum in libro Instrumentorum Ludovici de Cæcis Notarii (*In Archiv. Basil. Vat. lib. 2. pag. 121.*)

(c) Petrus Flores Patruo Antonio Flores viro insigni S. R. Rotæ Auditori successerat an. 1550. ex Coadjutore in Stabiensi Episcopatu, qui Surrentino suffragatur Metropolitæ. Hoc anno Romæ aderat, & Concilii Lateran. sessioni X. intererat. *Reverendus Pater Petrus Castelli maris*, ibi appellatur, ut in his literis. Idem an. 1537. ad Cajetanam Sedem est translatus: qua in Cathedrali jacet cum inscriptione, qua ejus merita, & munera recensentur. ap. Ughell. Præ aliis muneribus illud Regentis Cancellariæ Apostol. legitur, quod nec Cohell. neque Ciampinus nosse videntur.

Præcipue privileg. collation. Canonicis per turnum concessum.

nes, nullius roboris vel momenti existant, (*a*) quibus tenores illorum, ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat motu simili specialiter, & expresse derogamus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in dicta Urbe, speciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus te in assecutione primo dictæ Capellaniæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari. Seu si pro tempore existenti Archipresbytero dictæ Basilicæ, & præfatis Capitulo, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint; quodque de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum; dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes. Nos enim tecum, ut primodictam præsentium, & secundo dictam Capellanias super dicta concessione conficiendarum litterarum vigore recipere, & insimul quoad vixeris retinere libere & licite valeas, Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus supradictis, ut præfertur, roboratis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolica prædicta, tenore præsentium, de specialis dono gratiæ dispensamus. Proviso quod dictæ Capellaniæ debitis non fraudentur obsequiis, sed earum congrue supportentur onera consueta. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Et alia privilegia Archipresb. & ejusdem Capituli.

Dispensatio consueta a juramento personali.

Derogatio generalis Contrar. quibuscumque.

Datum Vulsini (*b*) Urbevetan. Dioecesis anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quintodecimo, Pridie Idus Novembris Pontificatus nostri Anno Tertio.

Unit, adnectit, & incorporat Mensæ Capitulari Ecclesiam Parochialem S. Machuti, eadem Mensa cedente jus suum in tertiam partem domus cujusdam in regione S. Eustachii.

Ex Autogr. in Archivo Basil. Vatic. caps. 29. fasc. 117. Item lib. B. fol. 3. & lib. I. fol. 168 extat etiam in Regesto CXI. Bullar. Leonis X. pag. 107. ap. Archiv. Apost. Vat.

AN. CH. *1516. 5. Dec.*

LEO Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis providentia circumspecta ad ea libenter intendit, per quæ Ecclesiarum omnium præsertim Patriarchalium insignium, ac personarum ecclesiasticarum in eis divinis laudibus dedicatarum commoditatibus, & indemnitatibus utiliter valeat, & salubriter provideri. Dudum siquidem omnia Beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura apud Sedem Apostolicam tunc vacantia; & inantea vacatura collationi & dispositioni nostræ reservavimus, decernentes, ex tunc irritum & inane, si secus super

(*a*) Per hæc tempora Beneficiorum collatio alternis hebdomad. inter Archipresb. & Canonicos nondum ad singulos extendi: sed tantummodo ad Hebdomadarios coarctari videtur.

(*b*) Memorabile illud iter susceperat Leo Bononiam versus, qua in urbe transigendæ res erant cum Rege Gallorum Francisco I. Mediolano is erat potitus; Parmamque & Placentiam Julii II. virtute in S. Sedis potestatem redactas occupaverat. Quare Pontifex tempori serviendum ratus adornata ad victorem legatione pacem ab illo petiit. Quam ut Bononiæ iniret, magno cum apparatu, eo se contulit; neque ingressus in eam fuit ante diem octavum Decembris, ubi post bidui spatium Gallorum Regem excepit. *Guicciardin. lib.* 12. P. Jovius *lib.* 16. Causas cur maturate haud advenerit, Synchroni Scriptores afferunt. Octodecim Cardinales in Comitatu erant, pluresque alii Principes tum Ecclesiastici, tum sæculares, cum tota Romana Curia. Iisdem stipatus Florentiam ingressus est die 30. Novembris, quod inscriptio testatur super dirutam muri partem, qua ingressus fuit, marmore insculpta, rei monimentum posteris: *Die 30. Nov. 1515. Pontif. sui A.* 3. Ibique tridui tantum moratus, brevi reversurus in patriam suam, ad rei summam incubuit: nec multo post, compositis rebus, Florentiam reversus die 22. Decembris, inde Romam profectus non est, nisi post diem 18. Februarii mensis, ut testatur Const. 120. Bullar. Cassin. (*to.* 2.) quæ data est *Florentiæ* XII. *Cal. Martii Pont.* 3.

(*a*) Quum

super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque postmodum Parochialis Ecclesia Sancti Mauti (*a*) Regionis Columnæ de Urbe per liberam resignationem dilecti filii Magistri Bartholomæi de Petrasancta nuper ipsius Ecclesiæ Rectoris, Capellani nostri, & causarum Palatii Apostolici Auditoris de illa, quam tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam, apud Sedem eamdem vacaverit, & vacet ad præsens, nullusque de illa, præter nos, hac vice disponere potuerit, sive possit, reservatione, & decreto obsistentibus supradictis. Et sicuti exhibita nobis nuper pro parte Hippolyti Sanctæ Luciæ in Silice Diaconi Cardinalis nostri Archipresbyteri (*b*) & Capituli Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Juliani de Lottis (*c*) Civis Romani dilectorum filiorum petitio continebat, cum tertia pars unius domus sitæ in Regione Sancti Eustachii etiam de Urbe, quam dictus Julianus inhabitat ad mensam Capitularem dictæ Basilicæ spectet, & pertineat, Hippolytusque Cardinalis, & Archipresbyter, ac Capitulum præfati omni juri eis, & mensæ hujusmodi in dicta tertia parte domus præfatæ vel ad illam quomodolibet competenti, ad hoc ut ipsa tertia pars domus præfato Juliano pro se, suisque hæredibus, & successoribus perpetuo concedatur, & assignetur, illaque ad Julianum, hæredesque ac successores præfatos libera & immunis jure directi dominii remaneat, cedere intendant, si dicta Ecclesia eidem mensæ perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur: profecto ex hoc Hippolythi Cardinalis, & Archipresbyteri, ac Capituli, mensæque ac Juliani prædictorum utilitatibus, & commoditatibus non parum consuleretur. Quare pro parte Hippolythi Cardinalis Archipresbyteri, & Capituli, ac Juliani prædictorum asserentium, fructus redditus, & proventus dictæ Parochialis quinquaginta Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut dictam Ecclesiam eidem mensæ perpetuo unire, annectere, & incorporare, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret, ad partes vocatis, quorum interesset; Capitulum, & illius singulares personas, ac Julianum præfatos a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac fructuum, reddituum, & proventuum mensæ, secundum communem extimationem, valores annuos, & tertiæ partis domus prædictarum veros annuos valores, ipsiusque domus confines, qualitates, & designationes præsentibus pro expressis habentes, Hippolythi Cardinalis Archipresbyteri, & Capituli, ac unionem, annexionem, & incorporationem hujusmodi procurantis Juliani prædictorum supplicationibus inclinati, Ecclesiam prædictam, sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per similem dicti Bartholomæi, vel cujusvis alterius resignationem, de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut Constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ vigesimisecundi Prædecessoris nostri, quæ incipit: *Execrabilis*, vel assecutionem alterius beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod

...n Eccl. S. Mauti per resignationem va...nt.

Ut Apostol. auctor. uniatur mensæ.

...etitur a Ca...lo compensa...e exhibita.

Absolutio consueta a censuris, &c.

(*a*) Quum primum Ecclesiæ hujus mentio incidit, (*to.* 1. *pag.* 201. *not.* b) huc Lector remittebatur. Ecclesia ista igitur etiam dicta S. Bartholomæi Bergomensium, recentioribus concertationibus clara, nihil prisci juris amisit. Eo medietas Canonicorum, Beneficiator. & Clericorum vacans a servitio Chori, se confert quotannis die 15. Novemb. festo S. Machuti, Missamque de eodem Sancto solemniter decantat, ut solet aliis in Ecclesiis perinde unitis. Scitu tamen dignum, quod an. 1539. Capitulum eam concessit Societati Bergomensium cum obligatione solvendi Canonis (*Instrum. Rog. per Acta Francisci Spinæ lib.* 2. *p.* 383.) Eidemque Societati concessit an. 1584. tres domunculas Ecclesiæ illi proximas; ita tamen, ut quotannis solveret Sc. 15. & Sc. 5. pro Laudem. (*Instrum. per Acta Simonis Tegeroni lib.* 6. *p.* 249.) ac demum an. 1730. quum Societas Bergomensium alienasset domos prædictas in Seminarii Romani commoditatem, (*ex Actis de Rubeis Notarii Em. Vicarii die* 18. *Octobr.* 1730.) Rogatum pariter fuit Instrum. concordiæ subrogationis domorum pro Capitulo, inter ipsum & Collegium Romanum eod. anno die 18. Decembr. (*In Actis Claudii Sfasciamonti*) subrogataque est domus illa media inter recens ædificatas structuræ admodum singularis, quæ est e regione Januæ Majoris Ecclesiæ ejusdem Colegii Deo in honorem S. Ignatii dedicatæ. Solvit autem Collegium pro annuo canone Scut. 15. & Quindennium Scut. 6. & 50. Ad Ecclesiam vero quod attinet Seminario Romano concessam a Capitulo, Seminarium solvit mensæ annuum canonem Sc. 10. nempe Sc. 5. & 60. pro Ecclesia & Sacristia S. Machuti, Sc. 4. & 40. pro cubiculis superpositis, & cella vinaria subter Ecclesiam existente (ex Actis Corvini *Not. Cap. die* 25. *Septembr. an.* 1735.

(*b*) De amplissimo hoc Card. Estensi aliquid diximus in Notis ad superiores literas.

(*c*) In Actis Concordiæ inter Columnios, & Ursinos seu Guelfos & Gibellinos urbis an. 1511. quod quidem documentum plurimi æstimandum amicus meus charissimus Franciscus Valesius liberaliter elargitus fuit, optimo publico, Cl. V. Benedicto Floravanti, ut suo in Denariorum Pontiff. libro ederet (*pag.* 162.) in Actis iis, inquam Romanus hic civis semel, & tertio scriptus legitur in Regione Pineæ. Quare aut Regionum vicinitas, aut inhabitandæ domus mutatio per id quadriennium, quod intercedit, quæstionem hanc dirimunt.

(*a*) In-

quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque Ecclesia dispositioni Apostolicæ specialiter, vel ex eo quod dictus Bartholomæus illam obtinens Capellanus noster existit, aut alias generaliter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa; dummodo ejus dispositio ad nos hac vice pertineat, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem mensæ auctoritate Apostolica tenore præsentium unimus, annectimus, & incorporamus; ita quod liceat ex nunc eisdem Hippolytho Cardinali Archipresbytero, & Capitulo præfatis corporalem Parochialis Ecclesiæ possessionem per se, vel alium, seu alios etiam propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac illius fructus, redditus, & proventus in suos ac mensæ, & Parochialis Ecclesiæ prædictorum usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia super hoc minime requisita. Non obstantibus voluntate nostra prædicta, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi etiam Prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis constitutionibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quas quidem literas, & processus habitos per easdem, & inde secuta quæcumque, ad dictam Ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Et quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis: Proviso, quod dicta Ecclesia debitis propterea non fraudetur obsequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur; sed illius congrue supportentur onera consueta, & insuper, prout est, irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, & decreti infringere &c. Si quis autem &c.

Formulæ consuetæ in concessionibus

Unionem & incorporationem concedit, quibuscumque non obstant.

Modo satisfiat oneribus Parochialis Eccl.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sextodecimo, Nonis Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

Hieronymo Ghinuccio Episcopo Asculano mandat, ut sententiam excommunicationis ferat, post rite publicata monitoria in Ecclesiis, contra detentores bonorum, turbatores finium &c. spectantium ad Basilicam Vatic. quæ generaliter enumerat.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vat. capf. 8. fasc. 270.

AN. CH. 1517. 24. Nov.

LEo Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Asculano; Salutem & Apostolicam Benediction. Significarunt nobis dilecti filii Archipresbyter & Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorant, terminos sive limites possessionum, casalium, & tenimentorum, * tam in Monasteriorum, Castri Jubilæi, Valcæ Balchettæ, Burguettilloni, & veteris Petræ Pertusæ, (a) Casalis Seraceni, ac Casalis Ficedulæ, Turris Vetulæ, Maumetæ, Casalis de Pistibus, Bucceyæ, Tragliatæ, Civitellæ, Cartigoli, Riccæ, Massalii, Quinti, Muratellæ, & Porces, ac in Tenimento Castri Mareni, ac aliis locis consistentibus, ab aliis vicinis possessionibus, casalibus, & tenimentis dividentes nequiter, & malitiose evellendo, eradicando, ac a locis suis amovendo, & devastando plura gravia damna eisdem Capitulo intulerunt, & ad præmissa faciendum auxilium, consilium, favorem dolose præstiterunt, necnon decimas, primitias, oblationes, calices, patenas,

Enumeratio Casalium & in genere

* *sic*

Damna iisdem illata.

(a) Inter Castra, Casalia, Tenimenta &c. quæ numerando percenset, partim antiqui, partimque recentioris juris, quod patet ex Documentis in nostro Bullario exhibitis, juxta ordinem temporum, enumerat etiam Castrum *veteris Petræ Pertusæ*. Quum autem prædium hodieque extet extra portam Flaminiam octavo circiter ab urbe lapide, ut adnotatur (*Bullar. To. 1. pag. 59. not. e*) quod nomen idem retinet, pertinetque ad Mensam Capitularem, non abs re erit hîc adnotare quæ Prædii hujus conditionem illustrent. Quum itaque Hadrianus IV. memorat prædicto loco, *Terram de Macerano positam ad Petram Pertusam*, non significat Castrum ipsum *Petræ Pertusæ*; hauddum enim erat juris Mensæ Capitularis. Perinde est de Urbano III. eam iisdem verbis recensente an. 1186. (*To. 1. pag. 70.*) De Innocentio III. an. 1205. (*Ibid. pag. 85.*) ac Gregorio IX. an. 1228. (*Ibid. pag.*

[...] M.bilia, & [...]mobilia da-[...]num passa re-[...]nsentur.

nas, planetas, cruces, reliquiaria, candelabra, libros, missalia, & alia ornamenta ecclesiastica, census, fructus, redditus, proventus, terras, domos, molendina, possessiones, ortos, vineas, campos, prata, pascua, nemora, silvas, arbores, arborum fructus, aquas, aquarum decursus, vini, bladi, frumenti, ordei, avenæ, lini, lanæ, ceræ, olei, auri, argenti monetati, & non monetati, ac aliarum rerum quantitates, tasseas ciphos, coclearea, discos, scutellas, vasa aurea, argentea, ærea, cuprea, stannea, ferrea, terrea, pannos lineos, laneos, sericos, velutos, vestes, tunicas, foderaturas, mantellos, zonas, anulos, perlas, mobilia, & alia jocalia, lectos, culcitras, foderaturas, linteamina, mappas, manutergia, & alia domorum utensilia, equos, jumenta, oves, boves, vaccas, porcos, & alia animalia, literas, instrumenta, prothocolla, regestra, quitantias, obligationes, cedulas, notas, acta, processus, inventaria, arrendationes, emphiteotica, documenta, ac alias scripturas publicas, & privatas jura ipsius Capituli concernentes, & concernentia, testamenta, codicilla, & alia documenta debita, credita, legata, mutua, deposita, jura, jurisdictiones, pecuniarum summas, & nonnulla alia mobilia, & immobilia bona tam in Civitate Tiburtin., quam aliis locis existentia, & ad dictum Capitulum tam per nonnullos Christifideles tempore eorum obitus, seu alias demissa, & donata, quam alias legitime spectantia temere, & malitiose occultare, & occulte detinere præsumunt, non curantes ea præfatis significantibus exhibere in animarum suarum periculum, & ipsorum significantium non modicum detrimentum. Super quibus iidem significantes Apostolicæ Sedis remedium implorarunt. Quocirca Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus omnes hujusmodi terminorum & limitum evulsores, damnorum illatores, auxiliique, consilii, & favoris præstitores, necnon decimarum calicum, censuum, fructuum, & aliorum bonorum prædictorum detentores occultos ex parte nostra publice in Ecclesiis coram populo per te, vel alium, seu alios moneas, ut infra competentem terminum, quem eis præfixeris, ea præfatis significantibus restituant, & revelent, ac de bonis, & damnis hujusmodi plenam, & debitam satisfactionem impendant Et si id non adimpleverint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptorie duxeris præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferas, ac eam facias ubi & quando expedire videris, usque ad satisfactionem condignam, solemniter publicari.

[...]us quæsitum [...]ituli in ea-[...] bona

Audacia & temeritas invasorum

Publice lata excommunicat. plectendæ.

Datum Civitatis Vetulæ Viterbien. Dioec. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimo septimo, octavo Kal. Decembris, Pontificatus nostri Anno quinto.

Absolvit, atque immunem omnino reddit Mensam Capitularem a solutione Quindennii, seu Annatæ de 15. in 15. annos solvi solitæ in unionibus Ecclesiarum, beneficiorum &c. transeuntium ad manus mortuas, ut ajunt, propter unionem Ecclesiæ Sancti Machuti ei recens factam.

Ex authent. exemplis ap. Archiv. Basil. Vat. lib. B. pag. IV.

[A]N. CH. 1518. [2]0. Maji.

CUm nuper Parochialem Ecclesiam Sancti Mauti de Urbe sitam in Regione Columnæ per liberam resignationem dilecti filii Bartholomæi de Petra Sancta Capellani nostri, & causarum Palatii Apostolici Auditoris in manibus nostris sponte

pag. 114.) qui omnes *Terram de Macerano* prope Petram Pertusam nominant, non autem ipsum *Castrum Petræ Pertusæ*. Hoc siquidem coemtum fuit anno 1279. ut constat ex Documento dato eodem anno die 27. Junii, quod extat (*in Miscellanea signata litt. BB. num. 38. pag. 702. ap. Archiv. Apostol. Vatic.*) post menses quinque ab edita Constitutione Nicolai III. qua Canonicorum numerus augetur, & Beneficiati instituuntur. Quæ quum ita sint, mirari illud possumus, quod Innocentius VI. Avenione confirmans vetera & nova prædia, ac cætera omnia ad Basilicam Vaticanam spectantia (*To. 1. pag. 365.*) ipsissimis illis verbis utatur, *Terram de Macerano positam ad Petram Pertusam*: quæ sane non cohærent cum Documento, quod omnium ob oculos ponimus.

Bartholomæus Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Domini Papæ Capellanus, Sindicus Capituli, cum consensu Matthei Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis Archipresbyteri dictæ Basilicæ, & Petri Judicis Vicemgerentis dicti Archipresbyteri concessit & vendidit Berardo Plebano Plebis de Taverta Domini Papæ Camerario duas petias vineæ juxta muros veteres Civitatis Leonianæ, retro Palatia sacra, & domos Domini Papæ, in qua vinea constructæ sunt latrinæ Domini Papæ, ab uno latere via quæ vadit ad Portam Pertusam, ab alio latere superius juxta muros antiquos, ab alio latere muri Civitatis Leonianæ, ab alio latere ædificia Palatina, pro quadraginta libris. Item quatuor alias petias vinearum positas intra muros novos viridariorum constructorum post dicti Papæ Palatia, pro libris quadraginta. Item unam aliam petiam terræ positam intra muros novos prædictos retro dicta Palatia, ab uno latere est murus novus Domini Papæ supradicti Palatii, ab alio murus Civitatis Leonianæ, pro decem libris. Item quoddam Casalinum emtum ad Palatium sacrum, quod Casalinum est positum prope gradus dictæ Basilicæ in clivo viarum Palatii, ab uno latere sunt viæ ad sacra Palatia, ab alio latere desuper ad gradu Basilicæ, pro libris sexaginta, quæ pecuniæ conversæ fuerunt in emtionem Castri Petræ Pertusæ ad favorem dictæ Basilicæ. Actum Romæ die XXVII. Junii MCCLXXIX.

(a) Hæ

ſponte & libere factam, vacantem menſæ Capitulari, dilectorum filiorum Archipresbyteri & Canonicorum, ac capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ad effectum, quod ipſi tertiam partem pro indiviſo domus, quam habent, & de præſenti dilectus filius Julianus de Lottis Civis Romanus de Regione Sancti Euſtachii inhabitat, & pro qua certam conventam penſionem ſolvere ſolitus erat, dicto Juliano liberarent, perpetuo univerimus, prout in noſtris literis deſuper confectis latius continetur (*a*): Volentes dictis Canonicis & Capitulo, qui, ut accepimus, dictam tertiam partem domus dicto Juliano liberarunt, uberiorem gratiam facere: Motu proprio, & ex certa ſcientia eis, quod de cetero annatam de quindecim annis in quindecim annos pro ſimilibus unionibus tam Cameræ Apoſtolicæ, quam quibuſcumque officialibus, & officiis Romanæ Curiæ debitam ſolvere non teneantur, prout etiam nec permittere *, nec alias ad id etiam perpetuis futuris temporibus cogi ullatenus poſſint gratioſe concedimus, & indulgemus. Sicque in eadem Camera Apoſtolica, & ubi alias expediverit, præcipimus, & mandamus, decernentes irritum & inane quidquid in contrarium contigerit attemptari, contrariis non obſtan. quibuſcumque, omnium hic exprimendorum tenores, & compendia pro ſufficienter expreſſis habentes. Fiat motu proprio.

Unio Eccl. S. Machuti pridem facta Cap.

Quindennii ſolutionem exigebat.

* ſic

Ab eadem Pontifex Capitulum eximit.

Lib. tertio fol. CCXXIIII.

Et quod præſentis ſupplicationis ſola Signatura ſufficiat, ac in Judicio, & extra, fidem faciat, ſeu etiam per breve prout eidem Juliano videbitur; fiat.

RR. Lib. 4. diverſarum D. Leonis PP. X. fol. LXXXVIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſexto Idus Maji anno ſexto.

Nos Franciſcus Epiſcopus Albanen., S. R. E. Cardinalis Surrentin. qui titulum, ſive Eccleſiam Sancti Marcelli de Urbe obtinemus (b). *Quo R. P. D. Bartholomæus de Petra Sancta Rector Parochialis Eccleſiæ S. Mauti Regionis Columnæ etiam de Urbe, quæ ad Collationem &c. pro tempore obtinentis Eccleſiam, ſive titulum Sancti Marcelli prædicti de antiqua, hactenusque pacifice obſervata conſuetudine pertinet & expectat, poſſit dictam Parrochialem Eccleſiam in manibus Sanctiſſimi D. N. Domini Leonis divina providentia PP. X. reſignare, ad effectum, ut illa Menſæ Capitulari Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe perpetuo uniatur, & incorporetur, ac unioni factæ, ſeu faciendæ de dicta Parochiali Eccleſia in favorem dictæ Menſæ Capitularis, juxta, & ſecundum vim, formam, & tenorem ſupplicationis deſuper ſignatæ conſentimus, & conſenſum noſtrum libere præſtamus. In quorum fidem præſentem cedulam manu noſtra propria ſubſcriptam per Secretarium noſtrum infraſcriptum fieri, noſtrique parvi Sigilli juſſimus, & fecimus impreſſione communiri. Datum Romæ in Ædibus noſtris apud Campum Floræ ſub Anno Domini MDXVII. die vero decima menſis Julii Pontificatus præfati Sanctiſſimi D. N. PP. Anno quinto.*

Card. Titular. S. Marcelli conſenſus.

Ita conſentimus F. Card. Surrentin.

Nos Bernardinus Epiſcopus Præneſtinus S. R. E. Cardinalis Sanctæ Crucis, ac perpetuus Commendatarius Eccleſiæ S. Marcelli (d) *de Urbe quo R. P. D. Bartholomæus de Petra Sancta Rector Parochialis Eccleſiæ S. Mauti Regionis Colunæ etiam de Urbe, quæ ad Collocationem pro tempore obtinen. Eccleſiam, ſive titulum S. Marcelli prædicti de antiqua hactenuſque obſervata pacifice conſuetudin. pertinet & ſpectat, poſſit dictam Parochialem Eccleſiam in manibus Sanctiſſimi D. N. Domini Leonis divina providentia PP. X. reſignare ad effectum, ut illa Menſæ Capitulari Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe perpetuo uniatur, & incorporetur, ac unioni factæ, ſeu faciendæ de dicta Parochiali Eccleſia in favorem dictæ Menſæ Capitularis juxta & ſecundum vim, formam, & tenorem ſupplicationis deſuper ſignatæ conſentimus, & conſenſum noſtrum libere præſtamus. In quorum fidem præſentem cedulam manu noſtra propria ſubſcriptam per Secretarium noſtrum infraſcriptum fieri, noſtrique parvi Sigilli juſſimus, & fecimus impreſſione communiri. Datum Romæ in Ædibus noſtris anno a Nativitate Domini MDXVII. die xv. Novembris.*

Ejuſdem Tituli Commendatarii Card. item conſenſus.

Nos

(*a*) Hæ literæ, quas nuper attulimus datæ erant die 5. Decembr. an. 1516. nempe ante annum, menſes quinque, ac totidem dies.

(*b*) Hinc diſcimus, quam recte Victorellus Ciaconium notet, quod Franciſco Remolino Ilerdenſi ad Alexandrum VI. pro Aragoniæ Rege Oratori per eumdem Pontif. in Sacrum Collegium cooptato S. Marcelli titulum non adſcripſerit: quem ſcilicet Alexandro eod. Pontifice adeptus erat; factuſque Epiſcopus Albanus titulum non dimiſit, cujus rei teſtes ſunt præſentes litteræ.

(*c*) Conſenſus Card. Titularis, ad quem de conſuetudine Eccleſiæ Parochialis unitæ ſpectabat collatio, neceſſarius erat ad amovendas lites futuris temporibus. Reſignatio enim facta fuerat priuſquam priores literæ Apoſtolicæ darentur ante biennium. Idcirco non faciendæ tantum, ſed *factæ* unioni conſenſum ſe præbere teſtatur.

(*d*) Victorellus (*addit. ad Ciac.*) ſe vidiſſe ait in MS. Scheda Monaſterii S. Marcelli, hunc Card. appellatum *S. Marcelli*. Hinc autem videmus, quare id factum fuerit Bernardinus enim Carvajal non Titularis, ſed Commendatarius Eccleſiæ illius fuit. Quumque obtineret conſuetudo ut tam Titularis, quam alio nomine obtinens Eccleſiam illam jus haberet, ipſius utique conſenſus, ut firmior unio eſſet, expetitus.

(*d*) In

ard. novi ariConsen-

Nos Guielmus R. de Vich (a) *S. R. E. Presbyter Cardinalis, qui titulum, sive Ecclesiam S. Marcelli de Urbe obtinemus. Quo R. P. D. Bartholomæus de Petrasancta Rector Parochialis Ecclesiæ S. Mauti Regionis Columnæ etiam de Urbe. Quæ ad collationem &c. pro tempore obtinentis Ecclesiam, sive titulum S. Marcelli prædicti de antiqua, hactenusque pacifice observata consuetudine pertinet, & expectat, possit dictam Parochialem Ecclesiam in manibus Sanctissimi D. N. Domini Leonis divina providentia PP. X. resignare ad effectum, ut illa Mensæ Capitulari Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe perpetuo uniatur, & incorporetur, ac unioni factæ, seu faciendæ de dicta Parochiali Ecclesia in favorem dictæ Mensæ Capitularis juxta, & secundum vim, formam, & tenorem supplicationis desuper signatæ; consentimus, & consensum nostrum libere præstamus. In quorum fidem præsentem cedulam manu nostra propria subscriptam per Secretarium nostrum infrascriptum fieri, nostrique parvi Sigilli jussimus, & fecimus impressione communiri. Datum Romæ in Ædibus nostris apud S. Marcellum sub anno Domini MDXVII. die vero XXVIII. mensis Decembris, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini nostri PP. anno quinto.*

Ita consentimus G. Card. de Vich.

rerarum att. t. a Notario

Et ego Ludovicus Cacius Clericus Romanus publicus Apostolica auctoritate Notarius. Quia Originalia suprascripta supplicationem exemptionis solutionis annatæ, & consensum omni carentem suspicione vidi, & diligenter inspexi, illaque me in aliis occupato negotiis per alium mihi fidum scribi, & exemplari feci, suprascriptumque exemplum cum ipsis originalibus auscultavi, & collationavi, ac omnibus, & per omnia cum ipsis Originalibus concordare repperi, & inveni. Ideo transumptum hujusm. auctoritate Apostolica mihi concessa (b) *in hanc publicam formam redegi, subscripsi, & publicavi, signoque, & nomine meis solitis, & consuetis signavi; ut eisdem tanquam Originalibus prædictis, in quocumque foro, seu judicio in Romana Curia & extra ubique locorum fides plenaria adhibeatur. Sub anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo vigesimo secundo, Indictione X. die vero XXVI. Martii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Hadriani divina providentia Papæ sexti anno primo.*

Confert Capellaniam perpetuam ad altare Mortuorum Jurispatronatus domus Ursinæ Hieronymo de Attavantis familiari suo.

Ex Regesto CXV. Bullar. Leon. X. pag. 20. ap. Archiv. Apost. Vatic.

N. CH. 1518. 31. Jul.

LEo Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Magistro Hieronymo de Attavantis perpetuo Capellano ad Altare Mortuorum (*b*) situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, Scriptori & familiari nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

meritis per- libus de mo- vditur.

Grata devotionis & familiaritatis obsequia, quæ Nobis & Apostolicæ Sedi hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus personam tuam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque sicut accepimus perpetua Capellania ad Altare Mortuorum situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, quæ de Jurepatronatus laicorum nobilium & Baronum, videlicet dilectorum filiorum familiæ de Ursinis existit, & quam quondam Angelus de Bracchiano ad dictum Altare perpetuus Capellanus, dum viveret, obtinebat, per obitum ejusdem Angeli, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacaverit, & vacet ad præsens: Nos tibi præmissorum obsequiorum, & meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum

Capellaniam in S. Petri Juris- patron. Ursinor.

Confert Familiari suo, eum absolvens de more &c.

(*a*) In creatione illa omnium maxima Leo X. an. 1517. Calendis Juliis Cardinales renunciavit unum & triginta *ex toto terrarum orbe conquisitos partim pretio, partim virtutis causa*, ait Onuphrius; nam qui ob detectæ nefariæ conjurationis pœnas sumtas, Senatum veterem nonnihil contumacem habebat, novos conscriptos Patres opus sibi esse ajebat. Horum penultimus inter 22. presbyteros fuit Gulielmus Raymundus Vich Valentinus, qui non statim videtur assequutus suum titulum adhuc a Francisco Card. Remolino retentum una cum Episcopatu Albano. Illum autem certe obtinebat die 28. Decembris, quum suum & ipse assensum præstitit pro unione parochialis Ecclesiæ S. Machuti.

(*b*) Diploma hujusmodi sequitur infra *pag.* 371.

(*c*) Huc revocanda quæ supra diximus *pag.* 215. *not. b & seq.* Item *pag.* 273. *not. a.*

(*a*) Hie-

tum fore censentes, nec non omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura, quæ etiam ex quibusvis dispensationibus Apostolicis obtines, & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, Capellaniam prædictam, quæ sine Cura est, ac cujus fructus, redditus, & proventus viginti quatuor Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut asseris, non excedunt, sive ut præmittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cujuscunque persona, seu per liberam resignationem dicti Angeli, vel cujusvis alterius de illa in dicta Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, vacet; etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque Capellania dispositioni Apostolicæ specialiter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore Datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, dummodo ad hoc dictorum Patronorum expressus accesserit, seu accedat assensus, Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illa etiam providemus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Asculan. (a) & Casertan. (b) Episcopis, ac dilecto filio Archidiacono Ecclesiæ Veneten. per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios te, vel Procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem Capellaniæ juriumque & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum ad Capellaniam hujusmodi, ut est moris, admitti, tibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi: Contradictores auctoritate nostra præfata, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus te in assecutione dictæ Capellaniæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint; quodque de hujusmodi vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam Principis hujusmodi accesseris, corporaliter illud præstes. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, collationis, provisionis, mandati, voluntatis, & decreti infringere &c. Si quis &c.

Capellaniæ annui reditus.

Patronor. tamen assensum requirit.

Obstantia quæcumque rite amovet;

Præcipuè expectativas habe[ntes] obtinentes;

Et privilegi[a] Archipresb. & Capituli;

Necnon alia quævis contraria.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo octavo Pridie Kalendas Augusti; Pontificatus nostri anno sexto.

Con-

(a) Hieron. Ghinuccius de quo superius loquebar *p.* 358. suscepta ad Henricum VIII. legatione episcopatum dimiserat, suffectusque erat Julius Medices pridie hujus diei, ut docet Ughell. De isto ibidem nonnulla dixi; plura scilicet, magisque cum nostræ Basilicæ rebus conjuncta dicturus, ubi ejus litteras Apostolicas referam ad Petri Sedem evecti, ac Clementis VII. nuncupati.

(b) Jo. Bapt. Bonciannius. Florentin. Leoni acceptiss. de cujus præstantiss. dotibus Ughell. *to.* 6. *pag.* 510. & *seq.*

(a) Hu-

Concedit Ludovico Cæcio Clerico & Notario publico & Capitulari; ut Inſtrumenta, Literas Apoſtolicas &c. tranſumat, & exemplet, ne occaſione ea producendi, amittantur autographa, quod de nonnullis jam evenerat productis in Judicio: necnon hujuſmodi Tranſumtis eamdem largitur auctoritatem in Judicio, & extra, quam habent ipſa Autographa.

Ex Arch. Baſil. Vat. in Indice Bullar. lib B, & exemplari Authen. in princ. libri Inſtrum. Ludovici Cæcii.

AN. CH. 1521. 5. Jul.

Ob Inſtrumenta & id genus alia in Judiciis amiſſa.

Concedit ut tranſumantur autographa.

Iis Tranſumtis fidem habendam ut Autographis.

Motu proprio &c. Cum acceperimus, per Notarios publicos, qui in humanis egerunt, plura Inſtrumenta de emptionibus, locationibus Caſalium, domorum, vinearum, & rebus aliis ad Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, ac dilectos filios Canonicos, & Capitulum ejuſdem ſpectan., & pertinen., de quibus conficiendis rogati fuerant, fuiſſe confecta, & publicata, eamdemque Baſilicam quamplures litteras Apoſtolicas a noſtris Prædeceſſoribus conceſſas habere: de eiſdemq. nonnullas Bullas, & Inſtrumenta, quæ in Judiciis edita, & producta fuerunt, amiſſa, & deperdita fuiſſe, non ſine diſpendio ipſius Baſilicæ, & Capituli, Notariorum prædidictorum deficientibus prothocollis; quod ſi Bullæ, & Inſtrumenta hujuſmodi tranſumerentur, & exemplarentur, id in maximam ipſius Baſilicæ, & Capituli cederet utilitatem; Nos volentes indemnitati Baſilicæ, & Capituli in præmiſſis opportune providere, idcirco Ludovico Cæcio Clerico Romano (a) publico, & dicti Capituli in præſentiarum Notario, ut omnia, & ſingula Inſtrumenta dictæ Baſilicæ facta, ac publicata, & litteras Apoſtolicas eidem conceſſas, propria auctoritate, fideliter tamen tranſumere, & exemplari, & in publicam formam tranſumpti redigere, & publicare libere, & licite poſſit, præſentibus licentiam concedimus, & elargimur. Decernentes omnibus & ſingulis Inſtrumentis, ac litteris Apoſtolicis prædictis per dictum Notarium præfati Capituli tranſumptis, & ſuo ſub ſigno in publicam formam redactis, in Judicio, & extra Judicium, in Romana Curia, & extra, ubique locorum, tanquam originalibus fidem indubiam adhiberi. Non obſtant. Conſtitut., & ordinat. Apoſtolicis, & Imperialibus ſtilo Curiæ, & Capitolii, ac Collegii Notariorum ejuſdem, & etiam Archivii Romanæ Curiæ, Statutis, & Conſuetudinibus dictarum Curiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Fiat ut petitur. J.

Et quod præſentium ſola Signatura ſufficiat attenta materia, & quod eſt in Urbe. Fiat J.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum tertio nonas Julii Anno nono.

Revocat unionem Prioratus factam Capellæ Juliæ a Julio II. ſupprimit omnes lites, & decernit Prioratum eſſe Jurispatronatus Familiæ de Sabellis.

Ex Archivo Baſil. Vatic. extra Capſ. faſc. 27.

AN. CH. 1521. 28. Octob.

Merita per ſonalia præmittuntur.

Leo Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Chriſtophoro de Sabellis (b) Clerico Albanenſi noſtro; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Grata obſequia, quæ nobis, & Apoſtolicæ Sedi hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis; nec non nobilitas generis, ac morum honeſtas aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus perſonam tuam etiam fide dignorum teſtimonio juvari percipimus, nos inducunt, ut illa tibi favorabiliter conceda-

(a) Hujuſmodi Tranſumtorum plura extant Volumina in noſtro Archivo: Cæcii autem tria ſignata litteris B. C. E.

(b) Quod reip. Rom. tempore eveniſſe compertum eſt: illuſtriores enim, potentioreſque Romani cives erant, non qui intra urbis mœnia claudebantur; ſed qui in agro degebant: unde ipſas Tribus nomen mutuatas *Claudiam, Æmiliam, Corneliam, Fabiam &c.* vocari cœpiſſe novimus: id videtur contigiſſe per hæc tempora. Sabellam quippe Familiam æque inclytam, potentemque, atque Urſinam, Columniam, aliaſque, unde Domicellorum Romanorum cognomentum acceſſit Civibus iis Urbis principibus; Sabellam, inquam, Familiam Albanenſem hîc vocari audimus, quam certo ſcimus tum Honorii III., & IV. Summis Pontificibus claram; tum Baronum, ſeu Principum Sabellorum rebus geſtis celeberrimam apud Scriptores omnes inveniri.

damus; quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Dudum siquidem felic. rec. Julius Papa II. Prædecessor noster Prioratum Monasterii per Priorem soliti gubernari S. Pauli prope, & extra muros Albanen. Ordinis S. Hieronymi sub regula S. Augustini Capellæ, Juliæ nuncupatæ, sub Invocatione Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis in Basilica Principis Apostolorum de Urbe per dictum Julium Prædecessorem institutæ, motu proprio univit, annexuit, & incorporavit (*a*), & deinde cum lites & controversias inter dilectum filium magistrum Bartholomæum Ferratinum Canonicum dictæ Basilicæ, Notarium nostrum, Administratorem dictæ Capellæ, & illius bonorum, & quondam Antimum (*b*) de Sabellis de Albano Domicellum Romanum tunc in humanis agentem, & ipsum Prioratum de Jurepatronatus sui afferentem, super unione hujusmodi oriri formidaretur, nos Capellam prædictam in Jurepatronatus, si quod eidem Antimo in dicto Prioratu competebat, subrogavimus, & Casale loci de Ronciliano, ac molendinum, & Silvam Sancti Angeli nuncupatam in Diœcesi Albanen. consistentia, & ad dictum Prioratum legitime spectan. ab eo, dilectorum filiorum Capituli dictæ Basilicæ ad hoc accedente consensu, perpetuo separavimus, & dismembravimus, ac unum simplex Beneficium Ecclesiasticum ad Altare Sancti Sebastiani situm in Ecclesia S. Petri Albanen. ereximus illique sic erecto pro ejus dote Casale, & Molendinum, ac Silvam hujusmodi perpetuo applicavimus, & appropriavimus inter alia; & postmodum unionem, & incorporationem prædictas perpetuo dissolvimus, ipsumque Prioratum per dissolutionem hujusmodi tunc vacantem Mensæ Episcopali Albanen. ita tamen, quod Capella præfata, & pro ea agentes omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus per eamdem Capellam percipi solitos, quousque illorum recompensa eidem Capellæ per nos, aut Successores nostros Romanos Pontifices in Beneficiis Ecclesiasticis assignata foret (*c*), libere perciperent, & tunc Episcopus Albanen., usque ad assignationem recompensæ hujusmodi habitationem (exceptis fructibus, redditibu., & proventibus) aliam Prioratus hujusmodi haberet, perpetuo univimus, annexuimus & incorporavimus. Cum prælibatæ mem. Honorius PP. IV. etiam Prædecessor noster, qui de nobili, & Baronum domo, & familia de Sabellis originem duxit, dum in minoribus constitutus Cardinalatus honore fungeretur (*d*), pro suorum, ejusque Parentum fratris, & consanguineorum remedio peccatorum, ac pro animabus illorum, de quorum Bonis aliquid in fundatione hujusmodi converteretur, in suo quondam Pandulphi fratris, & Lucæ de Sabellis nepotis ejus tum in humanis agentium fundo, de ipsorum Pandulphi & Lucæ, necnon tunc Episcopi Albanen. consensu, Monasterium prædictum fundaverit, & patrimonialibus bonis sufficienter dotaverit, & ornamentis Ecclesiasticis muniverit; ac inter alia quod in eodem Monasterio semper esset Conventus Ordinis Sancti Guillelmi, videlicet octo Presbyterorum, & quatuor Clericorum fratrum, præter Priorem, & Conversos, ac alios domesticos familiares inibi opportunos: quodque bona prædicta, vel eorum aliquid in Ecclesiam, pium locum, seu personam Ecclesiasticam, seu personam Secularem transferri, seu diminui, vel alienari nullatenus possint, sed perpetuo ad usum Monasterii, & fratrum ibidem Deo servientium inviolabiliter conserventur, & si secus fieret, hæredes illius de domo Sabellica procurarent alienationem hu usmodi revocare & si opus esset, propria auctoritate bona alienata hujusmodi vendicare, capere, & intrare, & ad ipsius Monasterii dominium reducere voluerit: & deinde ad summum Apostolatus apicem assumptus dotationem, fundationem, & voluntatem hujusmodi, ac omnia, & singula in Instrumento desuper confecto contenta, auctoritate Apostolica approbaverit, & confirmaverit, & certum existat, quod si de fundatione, & dotatione, & voluntate prædictis habuissemus notitiam, literas nostras prædictas nullatenus dedissemus, idemque de literis Julii Prædecessoris nostri judicari debeat: Nos considerantes, quod alias postquam recol. me. Alexander IV. Prædecessor noster, qui in minoribus constitutus

Priorat. Alban. a Julio II. unitus Capellæ Juliæ

Illius partem Leo X. dismembravit consensu Capituli.

Quod factum sine præjudicio Capellæ Juliæ.

Honor. IV. Sabellus Prioratus fundator ante Pontificatum.

Pro Ord. S. Guilielmi certo Fratrum num.

Pontifex factus auct. Apost. dotationem confirmavit.

(*a*) Huc revocanda quæ habentur ex ipsis literis Apostolicis Julii II. *pag.* 349.

(*b*) Per hunc una cum Pompejo Columna Episcopo Reatino ad Concionem in Capitolium vocatos esse Romanos, ægrotante Julio II. anno 1511. excitatosque ad Seditionem, quæ Pontifice confirmato compressa fuit, testatur Guicciardin. *lib.* 10. Ejusdem vero Scriptoris, aliorumque ejus ætatis testimonio discimus, quo magis reprimere conatus erat Julius nimiam Domicellor. Romm. potentiam, eo magis studuisse Leonem iis fovendis, atque honestandis. Animadverti tamen debet, quod Leo non levi ex causa ductus Julii vestigia deseruit: nam quibus antea fidebat magis, ab iis parari sibi necem deprehenderat. Quare nihil mirum, si alio se convertit. Nihilominus infra planum fiet, descivisse eum ab Julii consiliis pessimo publico.

(*c*) Æqua, & recta conditio: quæ tamen nullum sortita dicitur effectum, Capella Julia adhuc inhiante Successorum Leonis, qui rem certam sibi eripuit, incertas hujusmodi Beneficiorum assignationes.

(*d*) Ap. Ughellum in Albanen. Episc. 44. Fr. Bentivenga de Bentivenghis de Aquasparta Documenta extant, quæ totam hanc historiam illustrant. Instrumentum nempe ipsum Fundationis an. 1382. Ind. X. 21. Octobr. Martini Papæ IV. an. 2. datum, dum Jacobus de Sabellis erat Diac. Card. Atque hujus Apostolicæ litteræ ad Monasterii ejusdem Fratres, quum primum ad D. Petri Sedem ascendit an. 1285. Eum consulesis.

(*a*) Achil.

...Alexan. IV. ...m Commen... ...verat Cardi... ...li de Sabellis

tutus Prioratum præfatum in Commendam ex concessione, & dispensatione Apostolica obtinuerat, Prioratum ipsum tunc certo modo vacantem bonæ mem. Jo. Baptistæ S. Nicolai in Carcere Diacono Cardinali tunc in humanis agenti, ac de domo Sabella hujusmodi existenti, per eum quoad viveret tenendum, regendum, & gubernandum Commendaverat, ipse Joannes Baptista Cardinalis videns, quod Monasterium præfatum jamdiu antea Conventu caruerat, ac dicti Honorii Prædecessoris voluntas hujusmodi fraudari cœperat, procuravit, quod in eodem Monasterio Conventus Religiosorum esset, ac divinus cultus vigeret, & ad effectum hujusmodi dictus Alexander Prædecessor in eodem Prioratu Ordinem S. Guillelmi præfatum, eo quod pauci Monaci ipsius Ordinis S. Guillelmi tunc reperiebantur, prorsus extinxit, & Ordinem S. Hieronymi præfatum plantavit, & quod in eo ad minus quinque, vel sex Monaci, seu fratres dicti Ordinis S. Hieronymi perpetuo manerent inter alia ordinavit, prout in Alexandri, & Honorii, ac diversis Julii Prædecessorum, & nostris desuper respective confectis litteris continetur, ac dicto Instrumento dicitur contineri plenius, & propterea verisimiliter existit, quod nemo diligentius voluntatem Honorii Prædecessoris, hæredum, & Successorum implevit: volentesque piæ intentioni Honorii hujusmodi consulere, ac tibi, qui in 14. vel circa ætatis tuæ anno constitutus existis, quique, ac dilecti filii Antonellus, & Marcus Sergius, & Honorius de Sabellis fratres germani tui de domo, & familia dicti Fundatoris, ac filii dicti Domini Antimi, ut accepimus, estis, ut commodius sustentari valeas de alicujus subventionis auxilio providere, ac præmissorum obsequiorum, ac meritorum tuorum intuitu, gratiam facere specialem, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolven., & absolutum fore censen., & prædictorum omnium, nec non quarumcumque aliarum litterarum, & instrumentorum occasione præmissorum quomodolibet confectorum tenores, & status litis causæ desuper inter Bartholomæum, & fratres suos prædictos, ac te, & quosque alios desuper coram dilectis filiis nostris Achille S. Mariæ in Transtyberim (a), & Dominico S. Clementis (b), etiam Presbyteris Cardinalibus, & forsan aliis penden. præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haben. causasque ad Nos advocan. & lites hujusmodi penitus extinguentes; Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium uniones, annexiones, & incorporationes, ac subrogationem, dismembrationem, & applicationem prædictas, etiamsi validæ sint, perpetuo dissolvimus, illasque, ac desuper confectas litteras, & in eis contenta quæcumque cassamus, revocamus, & subreptionis, obreptionis, ac defectus intentionis vitiis subjacere, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, declaramus, & decernimus: tibique, ac dictis fratribus tuis, eorumque, ac tuis hæredibus, & successoribus in perpetuum juspatronatus, & præsentandi personam idoneam secularem, vel cujusvis ordinis Regularem ad Prioratum prædictum, quoties etiam apud Sedem Apostolicam quovis modo, & ex cujuscumque persona vacaverit, vel illius Commenda etiam Apostolica auctoritate facta cessaverit, Romano Pontifici, vel Archipresbytero dictæ Ecclesiæ Sancti Petri Albanen. pro tempore existen. per eum ad præsentationem hujusmodi in Priorem, seu perpetuam Commendam dicti Monasterii instituen. perpetuo reservamus, ac juspatronatus etiam præsentandi hujusmodi ex fundatione, & dotatione Principum existere, & quoad omnia censeri debere, eique nullatenus derogari posse derogamus, ac Prioratum qui 450. ducat. auri de Camera secundum communem æstimationem valor. an. ut etiam accepimus, non excedit, si per dissolutionem hujusmodi, sive alio quovis modo, & ex cujuscumque persona etiam per liberam resignationem vacet, etsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. Statuta Conc. ad Sedem præfatam legitime devoluta, ipseque Prioratus dispositioni Apostolicæ specialiter, vel ex dissolutione hujusmodi apud Sedem prædictam, ex eo quod Conventualis existit, ut prætenditur, & alia ex quavis causa generali reservatus existat, ad eum consueverit quis per electionem assumere, eique cura immineat animarum super eo; quodque inter aliquos lis, cujus statum,

...bidem Ordi... ...Guill. ex... ...o & S. Hie... ...introducto.

...n Leo con... ...Commen... ...hristoph. ...bellis

Restituens jus Patronat. famil.

Et derogans cuivis juri præsentandi &c.

Obstantia demum omnia amovens.

(a) Achilles de Grassis an. 1511. creatus erat Episcopus Bononiensis interfecto nimirum Card. Alidosio, qui una Episcopatum & Legationem Bononien. pessime administrarat: quare Civitas defecerat a Pontifice, ipseque vir ambitiosus, & rapax Urbini Ducis manu cecidit in itinere dum Ravennam ad Pontificem, quem prodiderat, habitu corporis ementito confugiebat. Nec nisi anno post recepta urbe Achilles suam patriam, & sedem inivit, vir maximis ornatus virtutibus, fuisque civibus acceptissimus. *Sigon. Ciac.* Ughellus parce admodum de utroque agit. Guicciardin. *in fine lib.* 9.

(b) Dominicus Jacobatius Quæstionibus ad Pontificem, & Concilium spectantibus ab se disputatis celebris Labbe *Appar. Concil.* Roccaberti *to.* 1. Tract. Jur. *to.* 13. primus ex nobili Romana familia Cardinalis, ut putat *Victorell.* aliis secundus.

(a) Gri-

statum, ac nomina, & cognomina Judicum, & Collitigantium præsentibus haberi volumus pro expressis, pendeat indecisa, dummodo dd. Fratrum, & Compatronorum tuorum ad hoc expressus accedat assensus, cum annexis, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis tibi pro te, quoad vixeris, etiam una cum quibusvis Ecclesiasticis Beneficiis cum Cura & sine Cura sæcularibus, & quorumvis ordinum regularibus, quam etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, vel Commendam, aut alias quomodolibet obtinueris, & imposterum obtinebis, ac pensionibus annuis, quas super quibusvis fructibus, & proventibus Ecclesiasticis percipis, & percipies in futurum tenen., regen., & gubernan. Commendamus.

Consensum tamen Compatronor. requirit.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1521. 15. Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno nono.

Mandat Canonicis Basilicæ Vatic. ut particulam ex Reliquiis S. Sebastiani in Hispanias deferendam largiantur Marchioni de Tarisa, eique ostendant SS. Sudarium, & Sacram Lanceam, clausis de more Ecclesiæ foribus.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vat. caps. 5. fasc. 11.

AN. CH. incerto.

Dilectis filiis Capitulo & Canonicis Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac illi vel illis, ad quos spectat, & præsentes nostræ litteræ præsentabuntur: sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna ipso facto incurrenda per contrafacientes. Committimus, & mandamus, ut aliquam particulam Reliquiarum Beati Martyris Sebastiani, quæ non sit digitus, vel aliud membrum simile (a) Dilecto Filio nobili viro Federico Enrriguez de Ribera Marchioni de Tarisa vel Venerabili Fratri Balthasari Episcopo Scalen.(b) Prælato nostro domestico ejus nomine in partes Hispaniæ asportandam tradatis, & consignetis. Istius Almæ Basilicæ & Urbis nostræ Constitutionibus & ordinationibus, ac statutis, cæterisque non obstantibus quibuscun.; necnon sub eisdem pœnis vobis præcipimus, ut Sudarium sive Vultum Dominicum dictum Veronicæ, quem in ista alma Basilica venerabiliter custoditis, eidem Marchioni una cum Mucrone, quo apertum fuit latus Dominicum; secreto cum nonnullis personis illum comitantibus, clausis tamen januis, ostendatis. Præmissis & aliis contrariis non obstan.

Placet, & ita mandamus.

Præceptum aliud ostensionis SS. Sudarii. (c)

Motu proprio &c. Dilectis filiis Capitulo & Canonicis Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ut dilecti filii Generalis Minister, & alii Ordinis Minorum de Observantia professores Spirituali consolatione reficiantur, mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ, ut ad dicti Generalis Ministri requisitionem Sudarium Veronicæ eisdem clausis januis, ut moris est, ostendatis. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Placet, & ita mandamus.

CLEMENS VII.

(a) Grimaldus in Catalogo Sacrar. Reliquiar. affert inventaria multor. annor. neque ex eorum ullo constat servari alias S. Martyris reliquias præter Caput argento ornatum quo in direptione urbis an. 1527. spoliatum fuit. Aut igitur formulæ consuetudine, aut opinione, quæ tum obtinuerit, nititur expressio ista. Certe S. Martyr, ut videre est ap. Baron. *an.* 286. *num.* 26. *& seqq.* apparens Lucinæ Matronæ Romanæ Cloacam illi indicavit, in quam sacrum suum cadaver projectum fuerat; deinde ita eamdem admonuit: *Quod cum levaveris, perduces ad Catacumbas & sepelies me in initio Cryptæ juxta vestigia Apostolorum.* Neque inde ad Basilicam nostram translatum fuisse aliud, præter S. Caput, usquam legitur.

(b) Balthasar del Rio Hispanus ex cessione Ferdinandi de Castro factus Episcopus Scalensis Amalphit. Archiep. Suffraganeus, die 22. Octobr. 1515. Romæ mortuus an. 1540. in S. Jacobi Hispanor. Ecclesia sepelitur, ubi semiesa inscriptio. Ughell. *to.* 7.

(c) Duo hæc præcepta incerti temporis huc rejecimus; quippe quæ otiosum omnino esset indagare, statuereque, ad quem præcipue annum spectent. Grimald. *in opere MS. de SS. Sudario* utrumque collocat post an. 1514.

(a) Fuit

CLEMENS VII.

Quum Sedes Romana post Leonem vacasset mensem unum ac dies septem a 2. Decembris ad 8. Januarii an. 1522. Hadrianus VI. vir tenui loco natus apud Batavos, in Hispania degens, Carolo V. cujus præceptor fuerat, addictus 39. Patrum suffragiis eligitur. Sedet an. 1. m. 8. d. 4. moritur die 14. Septembris an. 1523. Ejus mortem excepit Interpontificium, ut tunc res erant, satis diuturnum duorum mensium, dierum quatuor. Tandem die 29. Novembr. prædicti anni 38. Cardinalium, qui Comitiis aderant, votis eligitur Julius Medices Leonis X. frater patruelis, qui Clemens VII. est nuncupatus. (*a*) Infaustum Basilicæ nostræ, perinde ac calamitosissimum Urbi, Pontificatum gessit (*b*) annos 10. menses 10. dies 7. a 19. mensis Novembris an. 1523. ad 25. Septembris 1534.

Mario de Rufinis Clerico Romano confert in Commendam Monasterium S. Rufilli per cessionem Ascanii ejus fratris: ita tamen ut Divinus Cultus nullum inibi detrimentum accipiat.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vat. caps. 32. fasc. 100.

AN. CH. 1524. 15. *Apr.*

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Wigornien., & Casertan. Episcopis, ac dilecto filio Vicario Venerabilis fratris nostri Episcopi Britonorien. (*c*) in spiritualibus generali; Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Orditur ab ...cio Rom. Pont.

Romani Pontificis providentia circumspecta Ecclesiis, & Monasteriis singulis, quæ vacationis incommoda deplorare noscuntur, ut utilium Gubernatorum fulciantur præsidio, prospicit diligenter, ac personis Ecclesiasticis, ut in suis opportunitatibus aliquod suscipiant relevamen, prout decens est, & congruum, de subventionis auxilio providet opportuno. Cum itaque Monasterium Sancti Rophili de Foropompilii (*d*), Ordinis Sancti Benedicti, Britonorien. Dioec., quod dilectus filius Ascanius Rufinus Clericus Roman. ex concessione, & dispensatione Apostolica in Commendam nuper obtinebat, Commenda hujusmodi ex eo, quod idem Ascanius illi hodie in manibus nostris sponte, & libere cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, cessante adhuc eo, quo ante Commendam eamdem vacabat, modo, vacare noscatur ad præsens: Nos in quorum etiam manibus Venerabilis Frater noster Alexander Episcopus Sabinen. (*e*), cui alias quod cedente, vel decedente dicto Ascanio, aut Mona-

Abbatiam S. Rufilli Commendatam vacantem

(*a*) Fuit is filius Posthumus Juliani Medices, qui Laurentii senioris frater in Pactiana conjuratione cæsus fuerat an. 1478. Tricesimo altero post cædem die ex parum certa, nec propalam legitima uxore in lucem prodiit. Ipso eodem die quo Pontifex est electus, ante biennium ingressus erat victor Mediolanum. *Guicciard. lib.* 15. Panvin. *vita Clem. VII.* P. Jov. *in vita Pomp. Columm.* aliique passim. Panvinius Interpontificii diuturnitatem rejicit in Columnium ad Pontificatum aspirantem; aitque Julium objecto Franciotto Ursino in Pontificem eligendo impulisse Columnium, ut una cum senioribus illi faventibus in ipsum se converteret.

(*b*) An. 1526. Hugo Moncata, ac Pompejus & Ascanius Columnæ fœdifragi, Leoninam Urbem diripuerunt die 20. Septembris octo millium circiter armatorum exercitu, pactisque cum Pontifice (in Hadriani molem se receperat) iniqua conditione trimestribus induciis, graviori admodum calamitati aditum aperuerunt. Nam sequenti anno Germani milites, plerique hæretici Duce Borbonio, qui in tertia urbis aggressione fuit cæsus, Urbem Romanam diripuerunt. Sexta hæc numeratur direptio urbis omnium fœdissima. Neque enim Alaricus an. 409. nec Gensericus 455. nec Totila 546. nec Aistulphus 755. nec demum Saraceni 846. tantam sævitiam, atque impietatem præsetulerunt. Pontifex, qui rebus trepidis cum Cardinalibus & Ministris in arcem S. Angeli se iterum receperat, nonnisi pactis quadringentis aureorum millibus, datisque obsidibus, qui sibi cariores erant, res pessimo publico composuit. Raynaldus 1527. Guicciardin. *lib.* 18. Bellarm. *de Rom. Pontif. l.* 4. *c.* 4. & præcipue Matth. Gibert. Episc. Veron. qui unus ex obsidibus catenas, carcerem, malaque omnia se ferre testatur Jo. Petro Carafæ Episcopo Theatino. *suor. oper. pag.* 239.

(*c*) Petrus Petrutius Senensis nepos Raphaelis, quem Leo X. pulsis fratribus, Senensibus præfecit, deinde Cardinalem creavit. Patruo Episcopatum dimittente, Petrus est electus quum 20. annor. esset. Ex Act. Consistorial. constat, super defectu etiam natalium dispensatum cum eo esse. De Brectonor. vide quæ diximus (*pag.* 198. *not.* b.)

(*d*) *Ibid. not.* c. & de variis S. Rufilli nominibus, & de Monasterio nonnihil attigimus, indicantes quæ jam dicta fuerant to. 1. Bullarii nostri.

(*e*) Exemplum hujus disciplinæ simile superius vidimus de Prioratu Albano, ad quem videlicet regressum habebat Fr. Marcus Vigerius Episc. Prænestinus. Monasteria & Ecclesias in Commendam obtinentes Cardinales, iis cedebant cum regressu ad favorem vel simplicium Clericorum. Si autem Monasteria eadem, seu Ecclesiæ conferendæ in alium erant, juri illi regressus Cardinales cederent oportebat. Cæterum Sabinus hic Episcopus Alexander

Cedente eo etiam, qui habebat jus regressus

Monasterium prædictum alias quomodolibet dimittente, & illo quovis modo etiam apud Sedem Apostolicam vacante, liceret sibi ad dictum Monasterium liberum habere regressum, seu accessum Apostolica auctoritate indultum, juri regrediendi hujusmodi etiam hodie sponte, & libere cessit; quique cessionem ipsam duximus admittendam tam eidem Monasterio de Gubernatore utili, & idoneo, per quem circumspecte regi, & salubriter dirigi valeat, quam dilecto filio Mario (*a*) etiam Rufino Clerico Romano, qui ut asserit præfati Ascanii frater germanus existit, apud nos de vitæ, & morum honestate, aliisque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendato, ut commodius sustentari valeat de alicujus subventionis auxilio providere, præmissorumq. meritorum suorum intuitu specialem gratiam facere volentes, ipsumq. Marium a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq. Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon omnia, & singula beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura Secularia, ac prædicti, & cujusvis alterius Ordinis Regularia, quæ dictus Marius etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, vel Commendam obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ jus sibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, redditi[tuum], & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi concessionum, & dispensationum tenores, & quarumcumque annuarum pensionum sibi super quibusvis fructibus, & proventibus Ecclesiasticis assignatarum quantitates, necnon verum, & ultimum dicti Monasterii vacationis modum, etiamsi ex eo quævis generalis reservatio, etiam in corpore juris clausa resultet, præsentibus pro expressis habentes, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios Monasterium prædictum cujus fructus, redditus, & proventus, super quibus dilectus filius Franciscus Falangola Clericus Surrentin. pensionem annuam quadraginta septem ducatorum auri de Camera, Apostolica sibi auctoritate reservatam, percipit annuatim, ut dictus Marius asserit, ad quinquaginta florenos auri etiam de Camera in Libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur, quovis modo, & ex cujuscumq. persona vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio, juxta Lateranen. Statuta Concilii, aut alias Canonicas Sanctiones, sit ad Sedem Apostolicam legitime devoluta, ac ejus dispositio ex quavis causa ad Sedem eamdem specialiter, vel generaliter pertineat, & super regimine, & administratione prædictis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo tempore datæ præsentium eidem Monasterio de Abbate provisum, aut illud alteri Commendatum canonice non existat, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem Mario, per eum, quoad vixerit, etiam una cum omnibus, & singulis beneficiis Ecclesiasticis cum Cura, & sine Cura secularibus, ac prædicti, & quorumvis aliorum ordinum Regularibus, quæ in titulum, vel Commendam, ut præfertur, obtinet, & imposterum obtinebit, ac pensionibus annuis, quas super quibusvis fructibus, & proventibus Ecclesiasticis sibi assignatis percipit, & percipiet in futurum, tenendum, regendum, & gubernandum. Ita quod liceat eidem Mario debitis, & consuetis ipsius Monasterii, & dilectorum filiorum illius, Conventus supportatis oneribus, ac Quarta, si sit separata seorsum a Conventu, pro restauratione fabricæ, seu ornamentorum, vestium, ac paramentorum emptione, seu sarctione, aut Pauperum alimonia, & dispensatione, prout major exegerit, & suaserit necessitas. Si vero mensa communis fuerit, Tertia omnium fructuum Monasterii hujusmodi per dictum Marium pro præmissis supportatione, & sustentatione illius Monachorum, omnibus aliis deductis oneribus, annis singulis impartita; de residuis illius fructibus, redditibus, & proventibus disponere, & ordinare, sicuti ipsius Monasterii Abbates, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt: Alienatione tamen quorumcumq. bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium dicti Monasterii sibi penitus interdicta, auctoritate nostra Commendare curetis curam regimen, & administrationem ipsius Monasterii sibi in Spiritualibus, & temporalibus ple-

Confert Mario de Rufinis Cler. Rom.

Possessionem eidem dandam de more committit.

Modo collatio aut Commendatio alia non obstet;

Onera illi incumbentia non negligat,

Neque ex bonis quidquam alienet.

xander est Card. Farnesius, qui Clementis VII. Successor fuit, & de quo plurima in sequentibus dicenda erunt. Satis hîc sit innuere, quod sempiternum ejus nominis monumentum erit, tantum hunc Pontificem indixisse, prosequutumque esse non modicam partem Concilium Tridentinum: quo hujusmodi regressus cum tot aliis Disciplinæ vitiis sunt ablati.

(*a*) Affinem hunc fuisse Alexandri Card. Ughellus docet in *Sarnen. & Melphien. Episcopis*. Fratre autem Ascanio felicior, Alexandri ad Pontificatus apicem evecti Cubicularius fuit, ac Sarnensem primo, deinde Melphiensem Episcopatum obtinuit administrandum, quum ipse Romæ in patria sua (nobilis enim Romanus erat) Arcis Hadrianæ Præfectus moraretur, ubi supremum obiit diem 1548. Extat ejus monumentum in S. Mariæ ad Martyres (*Rotonda*) prope Sacellum S. Silvestri ab se instauratum, quod recitatur ab Ughello *in Episcop. Melphien.*

(*a*) Sixtus IV.

plenarie committendo, ac facientes sibi a dictis Conventu obedientiam, & reverentiam congruentes, necnon Vassallis, & aliis Subditis dicti Monasterii consueta servitia, & jura ab eis sibi debita integra exhiberi: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac Monasterii, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si Conventui, Vassallis, & aliis Subditis præfatis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Proviso quod propter Commendam hujusmodi in dicto Monasterio divinus cultus, & solitus Monachorum, & Ministrorum numerus nullatenus minuatur, sed illius congrue supportentur onera antedicta. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit atentari.

Obstantia ...cumque a-...ovet.

Divinus cultus, & debitus Monachor. num. non minuantur.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo quarto, decimoseptimo Kalendas Maji, Pontificatus nostri Anno primo.

Instituit mediam Annatam Sacristiæ solvendam a Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, simulatque Canonicatus &c. possessionem inierint, gravissimis propositis poenis.

Ex Autogr. Arch. Basil. Vatic. caps. 3. fasc. 8. & lib. B. Transumt. pag. 149.

AN. CH. 1525. ...5. Febr.

CUm, sicut accepimus, & oculata fide cum animi displicentia vidimus, & cognovimus, Sacristia Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, sive ex exiguitate, aut diminutione illius reddituum, sive ex interruptione, aut cessatione antiquitus, etiam per Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac alios solitarum largitionum, oblationum, eleemosynarum, & aliarum obventionum, sive aliis sinistris eventibus, etiam mala administratione eorum, ad quos pertinet, etiam forsan proventibus per dictos Prædecessores illi assignat. non exactis, aut gratiose remissis, aut in alios usus conversis, Ecclesiasticis Vestimentis, Ornamentis, Vasibus, Crucibus, Candelabris, Libris, & aliis ad Cultum Divinum, & dictæ Basilicæ ornatum, & decorem necessariis, & antiquitus usitatis, adeo destituta, ut diminuta, & male provisa sit, quod nisi de remedio provideatur opportuno, rebus nunc in ea existentibus quotidiano usu successive contritis, & consumptis ad totalem destitutionem, desolationem, & defectum, quod Deus avertat, cum etiam in dies, mala temporum conditione de novo frigescat, devenire posset. Nos igitur, qui dicti Principis Apostolorum Successores sumus, & ideo prædictam Basilicam inter alias, quadam peculiari, & præcipua affectione prosequimur, & stabili animo decrevimus pace, propter quam noctes transimus insompnes, Italiæ, & Reipublicæ Christianæ concessa, illi non minus, quam aliqui Prædecessores nostri consueverunt, immo abundantius elargiri: præsentibus mederi, & futuris occurrere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, auctoritate Apostolica tenore præsentis, perpetuis futuris temporibus duraturi, omnes, & singulas pecunias, ac alias res, quas novi Canonici, Benefitiati, & Clerici dictæ Basilicæ in, & pro introitu receptionis, admissionis, & possessionis adeptionis Canonicatuum, Præbendarum, Benefitiorum, & Clericatuum tam vacantium, quam vacaturorum, quibusvis gratiis, & remissionibus illorum cessantibus, quas omnino interdicimus, dare consueverunt, & debent; necnon integram medietatem (a) omnium, & singulorum fructuum, reddituum, & proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum, etiam distributionum quotidianarum primi anni Canonicatuum, Præbendarum,

Sacristiæ su-...ex admodum ...minuta

...varias cau-..., queis indi-...is remed. pro-...it.

Desiderium Pontificis irritum.

Mediam annatam omnium redituum illi assignat.

(a) Sixtus IV. & ipse supellectilis Sacristiæ satagens an. 1479. instituit (*sup. pag.* 208.) ut Canonicorum &c. nemo ad possessionem admitteretur, nisi Canonici 50. Beneficiati 25. & 12. cum dimidio Clerici florenos solverent: quod summo jure servaturSc. duobus pro singulis florenis in rationem relatis. Multo majori cum Sacristiæ emolumento Clemens instituit, mediam annatam ad eumdem finem solvendam esse continuo post initam possessionem, quod perinde religiosissime majores nostri, nosque ipsi exequuti sumus, & quicumque inter nostros ordines adleguntur identidem, exequuntur. Sixto autem, & Clemente liberalior in Principis Apostolor. Sacrarium Alexander VII. constituit an. 1659. ut pro singulis Beatificandis quingenti aurei, ac mille pro Canonizandis eidem solverentur: quare perpetuum rei monumentum lapide incisum visitur in ipso Sacrario. Consule Bened. XIV. *de Beatif. & Canoniz. lib.* 1. *c.* 46. §. 5. Quæcumque autem per hujusmodi Constitutiones ad Sacristiam perveniunt, Canonici duo Sacristæ in sacram supellectilem juxta Pontificum Decreta erogant summa cum fide.

darum,

(a) Unum

Nullam omnino excusationem admitti.

darum, Benefitiatorum, & Clericatuum hujusmodi, etiamsi provisiones, vel aliæ dispositiones illorum de vacantibus per resignationem simplicem, vel causa permutationis etiam in manibus nostris, vel pro tempore Romani Pontificis, etiam de litigiosis, etiam Jurispatronatus laicorum, etiam si receptiones ad vacatura fuerint, & pro filiis, fratribus, & nepotibus descendentibus, & lateralibus Canonicorum, Benefitiatorum, & Clericorum ejusdem Basilicæ, ac quibusvis aliis etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiam Archipresbytero, & Vicario ejusdem Basilicæ, etiam Motu proprio de certa scientia etiam consistorialiter, etiam de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cum speciali, & expressa remissione prædictorum, etiam de consensu Archipresbyteri, & Capituli ejusdem Basilicæ emanaverint, dictæ Sacristiæ, & illius usibus perpetuo applicamus, concedimus, & assignamus: districte inhibentes, & interdicentes, ac districtius præcipientes, & mandantes Archipresbytero, Vicario, Camerariis, Canonicis, Capitulo, Sacristæ, Benefitiatis, & Clericis, ac aliis Personis dictæ Basilicæ nunc, & pro tempore existentibus, sub majoris excommunicationis latæ sententiæ, aliisque Censuris, & pœnis Ecclesiasticis, etiam privationis Ecclesiarum, Beneficior., Officiorum, & Ordinum, ac bonorum, quæ obtinent, & obtinebunt, ac inhabilitatis ad ea, & quæcumque alia obtinenda, necnon decem millium ducatorum auri de Camera dictæ Sacristiæ applicandorum, & Apostolicæ maledictionis, & damnationis æternæ eo ipso incurrend. ne de applicatis, concessis, & assignatis hujusmodi audeant cuiquam, aliquam etiam minimam gratiam nec remissionem, aut solutionis dilationem facere, aut concedere, sed de ea omnimoda integritate, gratia, remissione, mora, & dilatione, aliisque obstaculis penitus postpositis, & remotis exigere, & nonnisi in usus, & utilitates dictæ Sacristiæ, & rerum ad illam pro cultu Divino, ac dictæ Basilicæ ornatu, & decore necessariis, non tamen pro ejusdem Basilicæ Fabrica, exponere, & convertere, dolo & fraude cessantibus, cum omni studio, & diligentia, ac bona conscientia studeant, & procurent realiter, & cum effectu; Nos enim omnes, & singulos supradictos, & quosvis alios, qui præmissis non paruerint, aut contrafecerint in toto vel parte etiam minima, quique aliquid de præmissis applicatis remiserint, seu exhibere neglexerint, aut etiam ab sponte offerentibus, aut remittentibus receperint, aut retinuerint, vel in alios quam prædictos usus converterint, censuras, & pœnas prædictas eo ipso incurrisse ex nunc ac præmissa nullo unquam tempore revocari, nec suspendi, nec eis denegari posse, etsi etiam consistorialiter, & de potestatis plenitudine fiat, non valere. Necnon præsentis solam Signaturam sufficere, & ubique fidem facere decernimus; non obstantibus præmissis, necnon Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Statutisque, & Consuetudinibus dictæ Basilicæ, cæterisque contrariis quibuscumque.

Excommunicatio[n]em & multam interm[i]natur aliquid remittentibus, aut retinentibus.

Ejusdem usus pro utilitate Sacristiæ tantum.

Secus facientes prædictis pœnis subjicit.

Placet, & ita motu proprio applicamus, præcipimus, & decernimus. J.

Datum Romæ apud S. Petrum nonis Februarii anno secundo. (*b*)

Capellaniam ad Altare S. Bernardi & Sociorum confert Octavio de Cæsis literarum Apostolicarum Abbreviatori, & Familiari suo.

Ex Regesto XXXVII. Bullar. Clem. VII. pag. 213. ap. Archiv. Apostol. Vatic.

AN. CH. 1525. 7. Febr.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Magistro Octavio de Cæsis (*c*) perpetuo Capellano ad Altare Sanctorum Bernardi & Sociorum situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, litterarum Apostolicarum Abbreviatori, & familiari nostro; Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Merita personalia.

Grata devotionis, & familiaritatis obsequia, quæ Nobis & Apostolicæ Sedi hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus personam tuam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut tibi reddamur

(*a*) Unum Canonicum Sacristam per ea tempora, non duos ut nostra ætate, consuevisse eligi hinc edíscimus. Paulus tamen V. in sua Constitut. an. 1611. Canonicos Sacristas luculenter memorat.

(*b*) Paulus III. in suis litteris Apostol. *Cum dudum* hunc Motum proprium Clem. VII. vult datum die 21. Febr. 1525. Et ad annum quod attinet, controversia facile componitur. Si enim anni ab Incarnatione incantur, secundus annus tribuitur 1524. qui usque ad diem 25. Martii fuit: Si vero ab Januario mense, secundus annus est 1525. Quod autem diem spectat, fateor me non assequi cur Paulus ponat 25. Februarii, quum noster Autographus certe habeat *nonis*.

(*c*) Ciampinus (*de Parco Majori pag. xvi.*) de Octavio loquitur juxta Regest. Pauli III. & Ughellum. Patrem habuit Angelum Cæsium Advocatum Consistorialem, & tres germanos fratres, Paulum S. R. E. Cardinalem, Fridericum Episcopum Tudertinum & Cardinalem, ac Vespasianum Advocatum Consistorialem. Ipse Cerviensis fuit Episcopus per Pauli fratris cessionem

mur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem Nobis pro parte tua petitio continebat, quod alias perpetua Capellania ad Altare Sanctorum Bernardi, & Sociorum (a) situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, quæ de Jurepatronatus Laicorum existit, per obitum quondam Nicolai de Panichis ad dictum Altare, dum viveret, perpetui Cappellani in Romana Curia defuncti, vacan. ejusdem Capellæ Patroni, seu eorum major pars existentes in pacifica possessione, vel quasi, juris præsentandi personam idoneam ad dictam Capellaniam, dum pro tempore vacat, te ad prædictam Capellaniam, ut præmittitur, vacantem, tunc Capitulo dictæ Basilicæ; seu sub eodem Capitulo ad id forsan deputatis infra tempus debitum præsentarunt, ac Capitulum, seu personæ deputatæ te in dictæ Capellaniæ Capellanum ordinaria auctoritate instituerunt, tuque præsentationis, & institutionis prædictarum vigore possessionem ejusdem Capellaniæ assecutus fuisti. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, tu dubites, præsentationem & institutionem prædictas ex certis causis juribus non subsistere, &, sicut accepimus, dictam Capellaniam adhuc ut præfertur, ex eisdem forsan causis vacare: Nos tibi, qui in earumdem litterarum Apostolicarum expeditione dilecto filio nostro Pompejo (b) tituli Sancti Laurentii in Damaso Presbytero Cardinali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario assistens existis, præmissorum obsequiorum, & meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon omnia & singula Beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura, quæ etiam ex quibusvis dispensationibus Apostolicis obtines, & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores, necnon præsentationis, & institutionis prædictarum, & si quæ sint, nullitatis & invaliditatis earum præsentibus pro expressis habentes, Capellaniam prædictam, quæ sine Cura est, cujusque fructus, redditus, & proventus duodecim Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, ut asseris, non excedunt, sive ut præmittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam dicti Nicolai, vel cujusvis alterius resignationem in dicta Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, vacet; etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque Cappellania dispositioni Apostolicæ specialiter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore Datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illa etiam providemus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Veronen. & Casertan. ac Cæsenaten. Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios te vel Procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem Capellaniæ, juriumq; & pertinentiarnm prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum ad Capellaniam prædictam, ut est moris, admitti, tibique de illius fructibus; redditibus, & proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi: Contradictores auctoritate nostra, appellatione

Capellania S. Bernardi & Socior. vacan. in Basil. Vatic.

A Patronis præsentatur Cesius & instituitur.

Item Apostol. auctor. institui optat.

Ejus desiderium impletur.

Modo nulli sit jus quæsitum in eadem Capell.

tionem an. 1528. cum regressu, juxta disciplinam per id tempus toleratam: Octavio præmortuo anno circiter 1543. Paulus de facto regreditur, eademque conditione Joanni Andreæ Cæsio per aliquot dies Ecclesiam cedit: deinde pari modo sororis filio Scipioni Sanctacrucio. Quod obiter animadverti velim, ut magis ac magis disciplina teneatur eorum temporum, quæ Concilium Tridentinum præcessere, ad majorem Apostolicarum litterarum & aliorum Documentorum intelligentiam.

(a) Duo Altaria paulo ante cum suis Capellaniis deteximus Alpharano aliisque ignota, videlicet S. Petri Ænei, & Sanctæ Elisabeth. Tertium nunc audimus perinde ignotum iis, quicumque de veteri Basilica scripserunt: *Altare SS. Bernardi & Sociorum*. Equidem non video qui adscribantur Socii D. Bernardo in Sanctorum album relato ab Alexandro III. an. 1174. Quidni potius altare istud recens e Vaticanis ruderibus emergens tribuatur SS. Martyribus Beraldo & Sociis ejus Petro, Accursio, Adjuto, & Othoni Ord. Minor. Martyrium passis sub Rege Marrochii, & Martyribus declaratis a Sixto IV. an. 1481.? VVadding. *to.* 1. *pag.* 241. Raynald. 1481. *n.* 43. Bolland. *to.* 2. *Januar. pag.* 62. Fontanin. *cod. Canoniz. pag.* 188. Bened. XIV. *de Canoniz. SS. to.* 1. *c.* 29. *n.* 15. Id vero divinare esset: quæ res nullam omnino fidem meretur in factis: nisi & Paulus III. ut infra planum erit, Capellaniam *S. Beraldi* nominaret.

(b) Domicellos Romanos ab Julio Pontifice depressos; excitatosque, atque elevatos a Leone conspeximus. En Pompejo Columnæ novam auctoritatis accessionem factam deprehendimus a Clemente. Utinam bene vertat. Vicecancellarii munus amplissimum, quo ipse Clemens fungebatur ante Pontificatum, creditum Pompejo est, simul atque Sacra Thiara redimitus est Clemens: qui præterea magnificentissimas eidem ædes elargitus fuit, quas a Raphaele Riario Cardinali extructas sibique a Patruo Leone post Riarii mortem concessas usque ad eum diem possederat.

tione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis dictæ Urbis speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint; etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias qumodolibet sit processum. Quibus omnibus te in assecutione dictæ Capellaniæ volumus anteferri; sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliornm, præjudicium generari. Seu si dilectis filiis Archipresbytero (a), & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis, communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane si, secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, collationis, provisionis, mandati, voluntatis, & decreti infringere &c. Si quis autem &c.

Obstantia quæcumque amovet.

Privilegiis Archipresb. & Capituli derogat.

Similiter contrariis omnibus quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo quarto, septimo Idus Februarii, Pontificatus nostri Anno secundo.

Sixti IV. exemplo revocat locationes, & concessiones domorum &c. ad Basilicam spectantium factas Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, eorumque Affinibus, dummodo pro eorum habitatione non sint factæ.

Ex MS. veteri exemplo in Archiv. Basil. Vatic. caps. 12. fasc. 277. Item lib. B. fol. 150. & lib. I. fol. 87.

AN. CH. circ. 1525.

Basil. Vatic. præ aliis Ecclesiis a Pontif. colitur.

Locationes pro habitatione Canonicis, Benefic. & Clericis non fact. irritas declarat.

Motu proprio, & ex certa nostra scientia vestigiis Prædecessorum nostrorum libenter inhærentes, ac circa ea, quæ prosperum statum, & felicem successum Ecclesiarum, Sanctæ Domus Dei sunt, præsertim Venerandæ, Sanctæque Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, quam præcipuis devotionis affectibus reveremur, sincero affectu intendentes, revocationes, annullationes, & irritationes, quæ a felic. recordat. Sixto Papa quarto Prædecessore nostro per præinsertas (b) in forma Motus proprii emanaverunt, ac in eis contenta quæcumque auctoritate Apostolica innovamus. Et nihilominus omnes, & singulas locationes, etiam quocumque censeantur nomine, concessiones de Pratis; Tabernis, Hospitiis, Nemoribus, Silvis, Capannis, Hortis, Vineis, Casalibus, Domibus præterquam propria habitatione receptis, ac aliis quibuscumque bonis ad dictam Basilicam quomodolibet pertinentibus, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis ejusdem Ecclesiæ, aut eorum consanguineis, & Affinibus conjunctim, vel divisim in secundo gradu, sive Familiaribus, qualitercumque, & quomodocumque ac quocumque tempore in perpetuum, vel ad tempus hactenus factas, quarum tenores, & formas haberi volumus pro expressis, tenore præsentium revocamus, cassamus, irritamus, & adnullamus, ac irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, & esse, nec per illas jus aliquod acquisitum censeri, & sic judicari debere sublata &c. Irritum quoque decernimus, quodque qui tales res sic locatas hactenus

(a) Francisco vulgo Franciotto Ursino, quem Leo X. a re militari ad togam vocatum in frequentissima lectione Patrum an. 1517. Cal. Jul. primum ex novem Diaconis Cardd. creaverat, subinde 1520. Archipresbyterum nostræ Basilicæ renunciaverat, Hippolyto Card. Estensi humanis rebus excedente. Idem Franciottus a Julio Medices propositus in Conclavi, ut eligeretur Pontifex pertraxit Columnium cum suis in ipsius Julii electionem. Quare Clemens illi referre acceptum dicebatur Pontificatum. *Panvin. Ciac.* &c.

(b) Literas Sixti IV. hîc laudatas habes supra *pag.* 229. Eas consule; nonnihil enim discriminis occurrit. Præinsertas autem appellat; quippe vetus exemplum MS., quod Autographo quam simillimum est, primo loco eas præsefert, deinde litteræ Clementis sequuntur: ac perinde in Transumtis est factum.

(a) Mul-

Ipsæ antiquæ locationes iterum æstimandæ sub pœnis &c.

ctenus possederint, non secundum formam locationis, sed juxta extimationem duorum Virorum per partes eligendorum, & in eventum discordiæ, tertio per Vicarium nostrum in Alma Urbe deputando fiendam, pretium solvere teneantur, ac similes locationes de cætero fieri sub excommunicationis latæ sententiæ, a qua ab alio, quam a Romano Pontifice, præterquam in Mortis articulo, ac satisfactione prævia, absolvi non possint, ac infamiæ juris, & facti, necnon quingentorum Ducatorum pœnis (a) pro una Cameræ nostræ, pro alia vero medietatibus Sacristiæ ejusdem Basilicæ applican. ipso facto etiam a consentientibus, & votum quomodocumque præstan. incurren. pœnis, quoties contrafecerint, districtius inhibemus. Volumus etiam, quod deinceps nulla locatio dictarum rerum cuiquam fieri possit, nisi de pleno Capitulo, & quod tale Capitulum per diem ante, cuilibet Canonico per Campanarium, vel alium ad id deputatum intimari debeat, & expressa causa, vel pro locatione talis rei, alias locationes fiendæ nullius sint roboris, vel momenti: non obstan. quocumque juramento præstito, vel præstando, quodque locationes fiendæ ad tempus ultra Triennium, non tamen in perpetuum, quas nullo modo fieri volumus, nullam obtineant firmitatem, nisi per idoneos Testes in eamdem utilitatem Ecclesiæ prædictæ coram præfato Vicario, modo pro tempore probat., & per eumdem Vicarium approbare fecerint; quibuscumque Privilegiis, & consuetudinibus dictæ Ecclesiæ non obstan. ac præsentes perpetuis futuris temporibus obtineant roboris firmitatem, in librisque, & constitutionibus dictæ Ecclesiæ describi, & per Canonicos, tempore introitus cujuscumque, sicut & alias Constitutiones de observan. jurari debeant, mandamus. Decernimus præsentem nostram Signaturam, quoad præmissa omnia sufficere, ac in Judicio, & extra fidem facere, ac juxta earumdem præsentium tenorem judicari debere, absq. aliqua literarum desuper expeditione, regula contraria non obstante; illarum transumptis manu Notarii publici subscriptis, ac Sigillo alicujus Prælati Ecclesiæ munitis, eamdem prorsus fidem ubique adhibendam fore, & adhiberi debere, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ, ac irritum, & inane quidquid contra prædicta omnia, & singula contigerit attentari: mandantes dilecto filio nostro Franciotto Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diacono Cardinali de Ursinis dictæ Basilicæ Archipresbytero, ac omnibus, & singulis aliis, ad quos pertinet, vel post hujus nostræ innovationis, & revocationis publicationem, & alicujus temporis competentis decursum, ad executionem pœnarum, de quibus in præinsertis, ac præsentibus omni appellatione remota, etiam manu regia extrajudicialiter, sola facti veritate inspecta, procedat, & irrevocabiliter præmissa omnia observari faciat cum effectu, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, consuetudinibus dictæ Basilicæ, statutis, juramento, cæterisque quibuscumque; volentes insuper, præsens hoc nostrum mandatum ad perpetuam rei memoriam juxta Constitutiones dictæ Ecclesiæ adnotari.

A pleno Capitulo in posterum faciendæ.

Constitutio hæc juranda cum aliis

Pœnæ in contrafacientes constitutæ executioni mandandæ

Placet, & ita motu proprio innovamus, revocamus, decernimus, & mandamus J.

Dubitatio suborta super prædicta Constit.

Motu proprio &c. cum, sicut accepimus, a plerisque forsan dubitari contingat, an vigore proximi consimilis nostri motus proprii contra omnes, & singulas Personas, quomodocumque, qualitercumque Canonicos, Benefitiatos, & Clericos Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, attinentes etiam ipsorum affines ad executionem illius, & contentorum in eo procedi possit; verum cum Statum dictæ Basilicæ plenissimo animi affectu amplecteremur, volentes, ut quæcumque optimum statum ejusdem respiciunt, debitæ executioni demandentur, præsentium vigore decernimus, & declaramus, quod omnia, & singula ea, quæ circa locationes, quas in proximo præinserto irritas, & inanes esse volumus, decreta, atque sancita extiterunt, eadem omnia in locationibus, etiam Affinibus conjunctim, vel divisim dictorum Canonicorum, Benefitiatorum, & Clericorum Basilicæ prædictæ facta, locum sibi vendicare, addentesque, quod præfatus Vicarius noster ad confirmandum, sive infirmandum locationes nedum procedere habeat, at debeat, decernentesque potestatem, & facultatem præfato dilecto filio nostro Franciotto Cardinali de Ursinis per nos attributa ad omnia, & singula supradicta se extendere quibuscumque in contrarium facien. non obstan.

Luculentior declaratio in ea contentor.

Placet J.

Epi-

(a) Mulctam pecuniariam Sixtinam 200. ducator. ad 500. extendi per Pontificem, pœnasque alias non minui, sed augeri, plane ostendunt, aut Canonicos, cæterosque isti causæ indormivisse annos circiter quadraginta, aut Sixtinas litteras supremo Pontificatus anno datas, morte Pontificis superveniente nullum effectum sortitas esse.

(a) Ber-

Epiſtola Encyclica omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis &c. per Italiam, qua enunciatur *Bannum* adverſus direptores Baſilicæ Vat., Palatii Apoſt., & Civitatis Leoninæ.

Ex Regeſto Epiſtolar. in forma Brev. an. 1526. par. 2. pag. 480. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1526. 28. Sept.

UNiverſis & ſingulis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumque Vicariis in ſpiritualibus generalibus per Italiam conſtitutis; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Edictum Gubernatoris Urbis in direptores civit. Leonin.

Cum venerabilis frater Bernardus Epiſcopus Tarviſin. (*a*) Almæ Urbis noſtræ Gubernator, noſtro juſſu, pro indagatione, recuperationeque rerum, ac bonorum nuper ex Baſilica, & Burgo S. Petri de Urbe, Palatioque Apoſtolico, illiuſque Capella violenter, & impie ac ſacrilege ablatorum, derobatorum, & aſportatorum (*b*) quoddam proclama, ſeu bannum in materno, ſeu vulgari ſermone impreſſum contra ablatores, derobatores, & raptores bonorum ipſorum ediderit, & in eadem Urbe publicari fecerit: Nos id ad notitiam omnium deduci volentes, hortamur Vos, mandamuſque Vobis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ſuſpenſionis a divinis pœna, ut in ſingulis Eccleſiis veſtrarum Civitatum, & Diœceſum dictum proclama inter Miſſarum ſolemnia publicari, & Chriſtifideles ad reſtitutionem bonorum eorumdem, ſub pœnis in dicto Banno contentis, moneri auctoritate noſtra curetis. Volumus quoque, ut præſentium tranſumptis ſcriptis, vel impreſſis, & ſigillo alicujus Prælati in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, ſubſcripitioneque Notarii publici munitis plena, & eadem fides adhibeatur, quæ originalibus præſentibus litteris adhiberetur, ſi illæ fuiſſent exhibitæ, vel oſtenſæ: contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Publicari mandat inter Miſſar. ſolemnia.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima octava Septembris, M. D X X V I. Pontificatus noſtri Anno tertio (*c*).

Approbat, & roborat venditionem, ſeu permutationem factam a Capitulo Caſalium Quarticioli, Petræ Aureæ, ac Monaſteriorum.

Ex Regeſto III. diverſor. Cameral. Clem. VII. n. 77. pag. 148. ap. Arch. Apoſt. Vat.

AN. CH. 1526. 9. Dec.

ACcepimus, quod nuper dilecti filii Dominicus Capoferreus, Julius Corvinus, & Lancellottus de Lancellottis Camerarii, ac Paulus de Capoſucchis, & Joannes Andreas Nardinus Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, a dilectis etiam filiis Carolo de Arioſtis Provicario (*d*), Chriſtophoro Jacobatio (*e*) Epiſcopo Caſſanen., Joanne Antonio de Statis, Julio Corvino, Ceſare de Attavantis, Annibale Urſino, Hieronymo Planca Archiepiſcopo Cæſarien. Dominico Capoferreo, Accurſio de Caſingo, Joanne Andrea Nardino, Julio de Tuttis, & Lancelloto de Lancellottis Canonicis dictæ Baſilicæ in Sacriſtia ejuſdem, in loco ſolito Capitulari de mane ad Capitulum faciendum pro rebus, & negotiis dictæ Baſilicæ, & Capituli pertractandis, ut eſt moris capitulariter congrga tis, tribus aliis Canonicis tunc etiam congregatis diſſentientibus, ad conſentiendum contractui permutationis infraſcriptorum

Canonici capitulariter congregati

Pro alienatione Caſalium ad fav. S. Sedis

(*a*) Bernardus Rubeus Parmenſis ex Comitibus Bercetti Belunenſis primum, deinde Tarviſinus Epiſcopus, ab anno ſcilicet 1499. Bis Gubernator urbis fuit: primo ſub Leone X. inde, aliis functus præclaris muneribus, ſub Clemente VII. iterum, ſpectator infelix utriuſque direptionis urbis, ac morte præreptus an. 1527. die 28. Junii poſt menſem ab ingreſſu Germanorum militum, & vaſtatione teterrima omnium rerum.

(*b*) In Diario Blaſii Baroni Cæſenatis J. D. & Sacrat. Cærem. Magiſtri (*lib. 1. c. 85.*) an. 1526. ſic legitur: *A dì 26. di Settembre fu dal Card. Colonna Sacheggiato il Palazzo Apoſtolico, e la Cappella, e la Sagreſtia, e la Chieſa di S. Pietro.* Guicciardinus *lib. 17.* multas addit circumſtantias, quæ huc non ſpectant. Ad rem autem hæc refert: *Saccheggiavano il Palazzo e le coſe, e ornamenti Sacri della Chieſa di S. Pietro, non avendo maggior riſpetto alla Maeſtà della Religione, e all' orrore del Sacrilegio, che aveſſero avuto i Turchi nelle Chieſe del regno d' Ungheria. Entrarono dipoi nel borgo nuovo, del quale ſaccheggiarono circa la terza parte non procedendo più oltre per timore dell' artiglieria del Caſtello.* Ex litteris hiſce Apoſtolicis, ac Synchronorum Scriptorum teſtimoniis patet, quanta errent via, qui Baſil. Vat., Palatii Apoſt. & uno verbo Leoninæ Civitatis expilationem in Borbonios totam rejiciunt. Horum ego immanitatem, rapinas, Sacrilegia æque ac alii omnes deteſtor: neque dubito quin ſuas etiam calamitates Baſilicæ noſtræ, & Civitati Leoninæ attulerint: at literæ iſtæ, & Scriptores omnes expilationis ejus teſtes ſunt, quæ Borbonii adventum octo ſolidos menſes præceſſerunt Card. tamen Columna non aderat. *Panvin.*

(*c*) Ex mole Hadriana ad Vaticanas ædes redierat Pontifex tertia calamitatis die. Scriptores autem omnes tradunt, iiſque uberius Panvinius, quod poſtridie Sacrilegæ ejus direptionis advocato Pontifex Hugone Moncata iniquiſſimis conditionibus trimeſtres pepigit inducias ne quicquam reluctante Pompejo: deinde Hugo revertens in regnum, metum abſtulit Pontifici, parandiſque novis, & majoribus calamitatibus viam aperuit.

(*d*) Carolus de Areoſtis ex nobili Familia Ferrarien. (quam celebriorem reddidit Ludovicus Poeta inſignis, Caroli frater natu major) erat Canonicus, & ſimul Vicarius: quin ſequenti anno creatus Epiſcopus Acerranus, retinuit Canonicatum, & Vicariatum *Ughell.* Ita ferebant tempora.

(*e*) Inſignem hunc Rom. Civem a Leone X. adlectum inter Canonicos noſtræ Baſil. & a Clem. VII. ſuffectum Dominico Jacobatio ejus patruo in Caſſanen. Eccl. adminiſtratione anno 1523. Paulus III. Datarium, & Cauſarum Sac. Palatii Auditorem, mox Presb. Card. S. Anaſtaſiæ renunciavit: arduiſque in re-

rum Casalium inter dictum Capitulum ex una, & venerabilem fratrem nostrum L. (*a*) Episcopum Prænestin. Cardinalem Sanctorum Quatuor ex alia, sub modis, & formis, pactis, conditionibus obligationibus, promissionibus, & cautelis in quadam nota manu dilecti filii Ludovici Cæcii Notarii dicti Capituli scripta, & per venerabilem fratrem A. (*b*) Episcopum Pistorien. subscripta deputati, cum eodem Episcopo asserto Procuratore, & Nepote dicti Cardinalis, contrahendo titulo ex causa permutationis eidem Cardinali, inter alia, Casalia infrascripta, videlicet: Casale Quarticioli annui redditus Centum & decem Ducatorum de Carlenis, quod Riccardus de Mazatostis, & Casale Petræ Aureæ, & Monasteriorum, videlicet Portionem dicti Casalis ad dictum Capitulum spectantem, annui redditus Centum septuaginta similium Ducatorum de Carlenis in pecunia, & triginta annuorum Secchiorum Casei Pecudum, communis pretii & valoris octo Ducatorum etiam de Carlenis, & vigintiquinque rubrorum grani communis pretii quinquaginta Ducatorum similium, & vigintiquinque rubrorum Ordei communis pretii vigintiquinque Ducatorum similium, quod Cola Jacobatius, & Laurentius Dominici Jacobatii in locationem respective tenent, jure proprio, & in perpetuum dederunt, & concesserunt, & omnia jura dicto Capitulo super eis competentia nullo jure &c. eis reservatis cesserunt, & versa vice dictus A. Episcopus dicto nomine, in recompensam dictorum, & aliorum Casalium, dicto Cardinali ex dicto titulo permutationis dictis Canonicis, & Capitulo, ac præfatis deputatis Casalia ipsius Cardinalis posita in partibus Transtiberinis cum fornacibus, vineis, hortalitiis, domibus, & ædificiis ad ipsum Cardinalem spectantibus, necnon Casale Malianæ (*c*) in eisdem partibus consistens, cum suis introitibus &c. jure proprio, & in perpetuum, de consensu dilecti filii Franciotti Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconi Cardinalis Ursini, qui Præposituram Ecclesiæ Sanctæ Cæciliæ de Urbe ex concessione, & dispensatione Apostolica in Commendam obtinet, & ad quam dictum Casale de Maliana pertinet, similiter in perpetuum dedit, & omnia jura dictis L. & ratione dictæ Præpositurae F. Cardinalibus competentia cessit, cum promissionibus hinc inde de evictione, & de faciendo consentire omnem

Casalia alienata enumerantur.

Casalia pro compensatione assignata

Cautiones utrimque juridicæ.

rebus adjutorem habuit usque ad an. 1540. quum Umbriæ, ac Perusiæ alteram legationem præclare gerens obiit supremum diem 7. Octobr. De summis ejus laudibus Carol. Carthar. *de Advoc. Consist.* Ughell. & *Addit.* ad Ciac. Ciampin. *de Parco maj. pag. xvIII.* compendiario easd. refert.

(*a*) Laurentius Puccius Florentinus, Episcopus Pistoriensis quem Leo X. Cardinalem creaverat SS. quatuor Coronatorum an. 1513. & Clemens VII. Episcopum Prænestinum, & Major. Pœnit. summæ singularisque virtutis virum, cujus opera, & consiliis usi sunt Pontifices prædicti. Clementis præsertim solatio fuit quum nullo fere in statu erat res Ecclesiæ Romanæ publica.

(*b*) Antonium Puccium, qui Laurentio patruo non impar meritis Pistoriensis & ipse Episcopus fuit, cedente nimirum Laurentio an. 1518.: tametsi gravioribus in negociis adhibitus Sedem illam absens administravit. Cardinalis etiam SS. quatuor Coronatorum creatus fuit a Clem. VII. an. 1531. Majorque Pœnitentiarius, ut patruus.

(*c*) Villæ Manlianæ mentionem feci, quum decimi Leonis mortem ejusque causas indicabam (*pag.* 362.) Hic vero lector monendus mihi est rei, ut parum notæ, ita apud vulgum incertæ, aut villæ ætas consideretur, aut res a Leone ibidem gestæ. Ad ætatem quod attinet, non satis fido ind cio nominis, a Manliana gente Patritia, quæ ad Cæsaris & Pompeji tempora pervenisse dicitur, Manliana Villa repetitur: incœptum sane audax, ac demonstratu, quam creditu difficilius. Famianus quidem Nardinus (*lib.* 8. *cap.* 2.) animadvertit, utramque Tiberis ripam Romanorum Villis frequentissimam olim fuisse, ita ut Symmachus suam habuerit prope Ostiam. Et Flaminius Vacca (*num.* 98.) testatur, quod Gregorio XIII. Pontifice in arundineto extra portam Portuensem secundo ab urbe lapide, media circiter via, qua itur ad Manlianam Villam (loco nomen est *Fogulasino*) Consulum, & Columnarum vim magnam effossam esse; Consulibusque per Urbem effusis, sectas fuisse Columnas atque adhibitas ad ornatum Sacelli Gregoriani in nostra Basilica Vaticana. Quid vero? In Pontificia Ditione tria Manliana reperire est; *Manlianum* videlicet Sabinæ civitatem Episcopi Cardinalis Sedem; *Mbnlianum* in Umbria ultra Reatem in finitimis Regni Neapolis, & *Manlianum*, de quo Leander Albertus in fine secundæ Regionis, seu Hetruriæ Mediterraneæ ita loquitur: *Seguitando il Tevere, vedesi* Magliano *presso quel luogo molto bello, e dilettevole a pigliar piacere i Pontefici Romani, miglia cinque discosto da Roma.* Manliana igitur Villa non ultima ab antiquitate nomen repetiit suum, sed ab oppidulo, seu loco, cui nomen *Magliano*, Villa Manliana nuncupari cœpit. Fidesque integra adhibenda est Alberto, qui anno quidem 1550. suam Italiam Henrico II. & Catharinæ Mediceæ Christianissimis Regibus dedicavit; sed multo antea illam absolverat, quippe quam Flaminius jam totam perlegerat an. 1537. Quamobrem temporibus, queis versamur, Villa hæc Pontificia mutuabatur nomen ab exiguo illo loco, cujus hodie excisi mentio apud Leandrum remanet. Certæ hujus rei testis ipse accedam, qui Apostolicas litteras tam multas Leonis X. Clementis VII., & Pauli III. inde datas offendens, vidensque compensationis tot Casalium loco, quæ nostri Majores pro Apostolica Sede alienarunt, Capitulari Mensæ Manlianam assignari, ipsam adii die 13. Octobris labentis anni 1750. omniaque diligenter inspexi, ut tutius sententiam ferrem. Manliana igitur Villa sic se habet: Trans Rivum, cui nomen *la Magliana* grande & oblongum occurrit ædificium hominum, & equorum multitudini recipiendæ aptissimum. Dextra incedenti remanet; nec procul e regione visitur in arcis modum Villa Manliana. Atrium, perampla cohors, quæ non ignobilem habet fontem quadratum in media sui parte, & Porticus duæ ad boream una, altera ad orientem versæ Magnificentiam ædium adhuc præferunt. Ipsas ædes duo Pontifices excitarunt, plures ornarunt; amœnitatibus præcipue Leo circumsepsit. Qui omnium primus excitavit partem illam ædium, quæ statim occurrit ad lævam ingredientis, est idem ille Innocentius VIII. a quo Apostolicum Palatium Vaticanum olim nomen accepit. Quatuor antiqui moris fenestris, quæ totam extensionem demonstrant, inscriptum legitur *Innoc. Cibo Genuen. Papa VIII.* Perinde est introrsus; Scutis gentilitiis & inscriptionibus clare definientibus hanc partem ædium non satis amplam. Alter Pontifex, qui ædificium tum late produxit læva ex eadem parte, tum brachio ampliori auxit versus boream in conspectu ingressus, est Julius II. cujus nomen insculptum legitur sex fenestris partis lævæ, ac septem prædicti brachii; pariterque occurrit intrinsecus: *Jul. II. Ligur. Pont. Max.* Ex porticu, quæ subjicitur brachio per Julium addito, ascenditur per Scalam Regiam ad majorem Aulam, quæ Musarum dicitur, quod novem Musæ una cum Apolline in parietibus pictæ, suum singulæ nomen, & officium eleganti brevique epigraphe præseferunt. Laqueare tam majoris hujus Aulæ, quam alterius proximæ ad sinistram ingredientium prægrande exhibet stemma Mediceum: atque interius incedendo Cubicula visuntur Leonis X. e regione matis. Ex iisdem cubiculis lata pla-

omnem personam &c. ac aliis pactis, & conditionibus, & conventionibus latius in publico Instrumento desuper confecto, & per dilectos filios Albertum Serra Cameræ Apostolicæ, & dictum Ludovicum Notarios rogato; & deinde per dictum L. Cardinalem ratificato, certis etiam fidejussoribus de evictione & consensu præstando pro parte dicti L. Cardinalis datis, latius expressis. Et deinde dictus Cardinalis dicta Casalia videlicet Casale Quarticioli Riccardo Mazatosto, & Casale Petræ Aureæ, & Monasteriorum Colæ Jacobatio præfatis, pro certis inter eos conventis pretiis, tunc in pecunia numerata dicto L. Cardinali soluta, jure proprio & in perpetuum similiter cum promissione de evictione, & aliis clausulis in contractibus, sive publicis Instrumentis per dictum Albertum Serra Notarium rogatis latius cotentis, respective vendidit. Nos deputationis & facultatis juxta tenorem dictæ Notæ, ac permutationis, & venditionis, ac omnium, & singulorum prædictorum, & aliorum in dictis Instrumentis Capitulorum, & pactorum contentorum tenores pro expressis habentes; Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine deputationem, permutationem, ac venditionem prædictas, ac prout, & sicut eas concernunt, omnia, & singula in dictis Instrumentis contenta, & inde secuta quæcumque, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis, & insertis habentes, & totaliter inseri posse volumus, auctoritate nostra Apostolica per præsentes approbamus, & confirmamus, & perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere decernimus, & mandamus: omnesque & singulos tam juris, quam facti, ac solemnitatum requisitarum defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, plenarie supplemus. Sicque per quoscumque Judices, Ordinarios, & delegatos etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Causarum Palatii Apostolici Auditores in quacumque instantia interpretari, sententiari, decidi, & judicari debere, sublata eis, & cuilibet eorum aliter interpretandi, judicandi, & decidendi facultate; irritum quoque & inane quidquid secus in

Venditio ducr. Casalium.

Apostolica auctor. roborata.

planities prospicitur, quæ Pontificii oblectamenti adhuc servat luculenta vestigia. Mœniorum, & fossæ, queis illa circumdabatur, situs certus adspicitur: Parci, in quo minutæ animantes ad venationem alebantur, locus a parte Tiberis est valde conspicuus: perinde prata conspicua sunt, vinea licet, fructiferisque arboribus interrupta, in quæ reserato parco emittebantur vario venationis genere aut capiendæ, aut cædendæ. Perampla duo suggesta ex tiburtino marmore, quæ nobis audiunt *Ringhiere*, axtantibus adhuc marmoreis fulcris patentia, super iisdem pratis porrigebantur in summa area Scalæ Regiæ, alterum e regione ingressus in majorem aulam; contra Scalam alterum. Utrinque autem & spectabantur venationes, & sclopetis, seu aliis telis animantes necabantur. Ex eadem area suspicitur in superliminari prægrandis januæ Scutum Cardinalitium cui subjicitur hæc inscriptio: *Fr. Card. Papiensis, Julii II. alumnus.* Quæ haud dubie designat Franciscum Alidosium, cui perinde atque Jacobo Amanato Papiensis cognomentum Guicciardinus aliique Scriptores tribuunt. Præterea Ciaconius de Julio II. agens: *Alumni tamen sui*, inquit, *& sacrati viri cædem adeo gravi, & acerbo animo Julius tulit, &c.* Et Guicciardin. *lib. 9. in fin.* ejusdem rei testis integerrimus affirmat, quod Pontifex *cominciò con grida insino al cielo, e urli miserabili a lamentarsi; movendolo sopra modo la perdita d' un Cardinale che gli era tanto caro.* Hunc autem liquet molientem nova cæsum fuisse ab Urbini Duce, quod maxime molestum accidit Julio II. cui erat acceptissimus, & a quo & Cardinalatu, & Legationis Bononiensis honore cumulatus fuerat. Quumque ea cædes perpetrata fuerit an. 1511. hinc facile assequimur, ante eum annum fuisse absolutam Villæ Manlianæ fabricam, laquearibus, picturis, aliisque ornamentis postmodum locupletatam a Leone X. qui externas oblectationes adjecit. Hæc maxima Villæ antiquitas: quam toto fere sæculo sextodecimo incoluerunt Pontifices, atque eapropter ornandæ, atque identidem instaurandæ incubuerunt. Copiosum atque eximium fontem in magnæ Cohortis medio *Pius IV. Medices Mediolanensis* e tiburtino marmore excitavit, ut insculptum nomen in quatuor ejus lateribus demonstrat. Januæ, qua patet aditus ex majori in minorem Aulam imminet Scutum gentilitium Sixti V. coloribus exceptum. Recentiora alia monumenta haud quæsivi, nam prope ea tempora sentiebam me pervenisse, quum longe augustiora, ac tanti Principis Majestati aptiora extrui cœperunt ædificia, quæ fuerunt causa, cur Manliana Villa, Pontificiæ olim deliciæ exolesceret, Casalisque ingenium indueret Latifundii Manlianæ usui, quod compensationis loco nostris majoribus assignatum fuit. Et sane Monialibus S. Cæciliæ, ad quarum manus tandem pervenit Latifundium, Villa hæc tot monumentis celebris, est Casalis instar sarta tecta exigentis, suasque, si haberet sensus, deflentis vices. Cæterum quicumque Consularem, seu Augusteam ætatem repetunt, ii desipiunt. Nulla usquam reticulati parietis vestigia, signa nulla, nullæ inscriptiones, rudera demum nulla vel minimum vetustatis ejus indicium præbent. Hactenus de ætate.

Quod spectat decimi Leonis res gestas, dubitari non potest, quin illuc Leo frequentius, quam reliqui Pontifices diversatum se conferret. Comparatæ scilicet amœnitates, de quibus Panvinius breviter: *Manlianam Villam aqua corrivata, elegantiori ædificio exornavit*; unum illud, eodem teste, *ei vitio datum, quod voluptatibus, venationibus, aucupiis effuse deditus, luxui, & splendidissimis Conviviis, musicæque magis quam tantum Pontificem deceret*; ac demum ætas ejus Pontificis florens ita persuadent. Quod autem frequentissimam, quæ unquam fuerint, Cardinalium creationem an. 1517. Calendis Quintilibus ibidem fecerit, ut vulgo creditur, neque Auctores Synchroni, neque graves alii Scriptores affirmant: Ciaconius aperte negat, *Romæ*, ajens *Calendis Julii &c.* Et vero Guicciardinus (*lib.* 13.) Manlianam Villam excludit, his verbis: *Alla quale procedè tanto immoderatamente, che pronunciò in una mattina medesima in Concistoro, consentendo il Collegio per timore, e non per volontà, trentuno Cardinali.* Ad aucupia enim, & venationes cum suis familiaribus, aliisque necessariis ex improviso prodire poterat: sed novis legendis Patribus Consistorium erat opus. Idcirco Panvinius hujusmodi rerum enarrator diligens, qui Maulianæ non semel meminit, hac occasione de ea silens, gravique utens sermone: *Novis*, inquit, *Patribus sibi opus esse dictitans, una lectione, incredibili liberalitate unum & triginta Cardd. ex toto terrarum orbe conquisitos, partim pretio, partim virtutis causa, in his Successorem suum Hadrianum VI. creavit.* Huc accedit, quod verno, & Autumnali tempore illic Pontificem esse immoratum Constitutionibus & literis testibus certo scimus: & anni ejusdem 1517. testes sunt Constitutiones duæ (*Bullar. Cassin. to. 2. Constit.* 126. *&* 127.) quarum prima habet: *Datum Mallianæ die 26. Martii*: altera vero: *Datum in Villa nostra Manliana Portuen. Diœc. die 27. Martii. Bembus.* Equidem novi optime, quod loci propinquitas, & equitandi consuetudo tum vigens, Vulgi opinionem sustinent. Mihi autem, ut verum fatear, incredibile prorsus videtur, secessionem Pontificis esse factam pro re gerenda, quæ absque Sacri Collegii præsentia nulla fuisset; Clandestinam creationem excogitatam, quum summi Principes, Domicelli Romani, virique alii insignes legendi erant; captatum denique diem, quo ipse Pontifex, Cardinales, Comitatusque omnis maligno æstivo aere vescerentur. Meam vero sententiam confirmant Diaria electionem Romæ factam docentia. Et, ne multis, Leo ipse vulgarem opinionem prædictam exsufflat in literis ad Ægid. Viterbien. *Teque cum reliquis, qui a me creati sunt, Cardinalem nominabo. Id erit Kal. Quintil. Quem ad diem mando tibi, Romæ ut sis; ut te statim videre, atque amplecti possim.* (Bemb. *lib.* 15. *ep.* 38.)

(*a*) Per-

in contrarium fieri contigerit, decernimus, ac volumus, quod præsentis sola signatura sufficiat, & in judicio, ac extra, fidem faciat etiam absque alia registratione, &, si videbitur, litteræ sub Plumbo, seu in forma Brevis expediri possint &c. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & præsertim felicis recordationis Pauli Papæ Secundi Prædecessoris nostri, privilegiis quoque, indultis dictæ Basilicæ, & illius Canonicis & Capitulo concessis, & iteratis vicibus approbatis, quibus illorum tenores &c. pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat latissime derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Derogatur Privilegiis Basil. & Capituli.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die nona Decembris millesimo quingentesimo vigesimo sexto, Pontificatus nostri Anno quarto.

Placet, & ita motu proprio mandamus J.

Probat, roboratque venditionem, seu permutationem factam a Capitulo Casalium Silicis, Furni Saraceni cum mediet. Muratellæ, suæ portionis Campi Salini, & Ricciæ.

Ex Regesto III. diversor. Cameral. Clem. VII. n. 77. pag. 150. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1526. 9. Dec.

Accepimus &c. (a) Casale Silicis annui redditus trecentorum quinquaginta Ducatorum de Carlenis, ad rationem Carlenorum decem bonæ monetæ pro Ducato, quod dilecti Filii Cyriacus de Matthæis, Civis Romanus; Casale Furni Serraceni cum medietate Sanctæ Muratellæ, annui redditus ducentorum Ducatorum similium, quod Petrus Antonius etiam de Matthæis; Casale Campi Salini, videlicet portionem dicti Casalis ad dictum Capitulum spectantem, annui redditus centum & trigintatrium Ducatorum cum uno tertio alterius Ducati de Carlenis, quod etiam dictus Petrus Antonius; & Casale Ricciæ, videlicet medietatem spectantem ad dictum Capitulum annui redditus centum Ducatorum de Carlenis etiam bonæ monetæ in pecunia, ac duodecim Rubrorum grani communis pretii vigintiquatuor Ducatorum similium, quod Cosmus de Cherico de Campagnano in locationem respective tenent, jure proprio &c. videlicet Casale Silicis Cyriaco, & Casale Furni Saraceni cum medietate Muratellæ, ac portionem Campi Salini Petro Antonio præfatis, nec non medietatem Casalis dela Riccia prædicti Cosmo Cherico de Terra Campagnani etiam antedicto, pro seipso Cosmo, & Damiano, ac Joanne Baptista fratribus, necnon Jacobo Nepote ex fratre prædefuncto, pro certis inter eos conventis pretiis tunc in pecunia numerata dicto L. Cardinali solutis jure proprio &c.

Annuus reditus Casalium Basil. singillatim exprimitur

Eorumdem venditio, & emtorum nomina.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die nona Decembris Millesimo quingentesimo vigesimosexto Pontificatus nostri an. quarto.

Venditionem, permutationem, & compensationem pro prædictis Casalibus infra triennium faciendam roborat obligatque Cameræ Apostolicæ Bona omnia ad favorem Capituli Vaticani.

Ex Regesto III. diversor. Cameral. Clem. VII. n. 77. pag. 185. ap. Arch. Apost. Vat.

CLEMENS PAPA VII.

AN. CH. 1526. 17. Dec.

Motu proprio &c. Nuper dilecti filii Canonici, & Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, intuitu & contemplatione nostri, ad succurrendum Nobis, & Sanctæ Sedi Apostolicæ, tanto bellorum turbine & dispendio agitatis, atque oppressis, quædam Casalia ad dictum Capitulum pleno jure spectantia, & proventum annuum mille Ducatorum auri de Camera, ad decem Julios pro Ducato, non excedentia, quorum facilis, & honesta venditio reperiebatur, venerabili fratri nostro Laurentio Episcopo Prænestin., Cardinali Sanctorum Quatuor nuncupato tradiderunt, concesserunt, & assignarunt, & ab eodem Cardinale duo Casalia videlicet Casale ipsius

Casalium omnium permutator. causæ.

Summa annui reditus eorumd.

(a) Permutationis ac venditionis hujusmodi Confirmatoriæ tum in genere, tum in specie, sequuntur plures ex eod. Regesto Arch. Apost. desumtæ literæ, quæ iisdem verbis conceptæ Typographi chartam, meamque operam perderent; &, quod magis, lectori stomachum moverent. Quare satis superque esse puto præcedentes integras recensuisse. Hinc vero operam dabo, ut nonnisi qua res, & sententiæ aliquatenus variant, sequentes literæ excudantur.

ipsius Cardinalis cum omnibus hortalitiis, vineis, domibus, & aliis pertinentiis suis in partibus Transtiberinis, prope Mœnia Urbis constitutum, & Casale Villæ Manlianæ (*a*) ad Præposituram Sanctæ Cæciliæ de Urbe spectans, de consensu dilecti filii nostri F. (*b*) Cardinalis de Ursinis ipsius Præposituræ Commendatarii, per viam permutationis, & in recompensam habuerunt, & receperunt, habitis etiam pro evictione utriusque casalis idoneis cautionibus, videlicet Riccardo Mazatosta & Antonio de Bubalis civibus Romanis, post quæ Cardinalis & Capitulum præfati etiam convenerunt, quod si intra Triennium, a Festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi proxime futuro computandum, Casalia pro mille quinquecentum Ducatis auri similiter, in redditibus annuis, & in portatis (*c*) eidem Capitulo assignentur; tunc & eo casu dicta duo Casalia L. Cardinalis, & Manlianæ libera omnino remaneant, & suis dominis, sicut ante permutationem prædictam, pleno & principali jure pertineant, & quæ tamen duo Casalia antedicta per Capitulum, & Canonicos præfatos eidem L. Cardinali ad dictum Triennium, pro annua responsione mille Ducatorum auri similium locata, & arrendata fuerunt, prout de permutatione, consensu, cautione, redemptione, & locatione hujusmodi in variis & diversis Instrumentis sub quarta, quinta, & sexta diebus præsentis Mensis, Alberti Serræ Cameræ Apostolicæ, & Ludovici Cæcii præfati Capituli Notariorum manibus rogatis, de quibus plene constat, quorumque tenores, & continentias pro expressis, ac de verbo ad verbum præsentibus pro insertis haberi volumus, plenius continetur. Subinde vero præfatus L. Cardinalis ad enixam requisitionem nostram, &, ut nobis rem gratam efficeret, omnia, & singula Casalia & jura sibi per Capitulum, ut præfertur, concessa variis, & diversis personis, titulo venditionis tradidit, & in perpetuum alienavit, pro pretio Ducatorum viginti millium auri de Camera similium, quam quidem summam dilecto filio Dominico de Boninsignis receptori pecuniarum Montis Fidei (*d*) per Nos deputato, per manus Ansaldi de Grimaldis, & sociorum Romanam Curiam sequentium, dicti Montis Depositariorum, integre persolvit, seu persolvi fecit, prout illam solvisse, ac in nostros & præfatæ Sedis urgentissimos usus conversam esse fatemur, & attestamur. Hinc est quod nos tam Capituli, & emptorum Casalium præfatorum securitati, quam L. & F. Cardinalium prædictorum indemnitati consulere, & providere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine permutationem & venditiones, ac arrendationem & conventionem prædictas, ac inde secuta, & secutura quæcumque approbamus, & confirmamus, & validæ firmitatis robur obtinere, & per omnes, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari debere decernimus, supplentes omnes & singulos tam juris quam facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, excogitarive possint, & in verbo Romani Pontificis, pro Nobis, & Successoribus nostris dicto L. Cardinali hæredibusque suis promittimus, ante elapsum dicti triennii terminum, æquivalentem recompensam in Casalibus, vel Beneficiis, juxta obligationis præfatæ, quam ipse L. Cardinalis cum præfato Capitulo habet, seriem, & tenorem eidem Capitulo realiter, & cum effectu dare, & assignare, atque ipsos Canonicos contentos reddere, ita & taliter, quod dicta duo Casalia L. Cardinalis (*e*), & Manlianæ ad dominos suos, sicut supra dictum est, libere revertantur, & in defectum præmissorum, ex nunc, prout ex tunc, & e contra ipsum L. Cardinalem, suosque hæredes, & suc-

Compensatio assignata Capitulo.

Quoad certa tribuantur Casalia infra trien.

Instrumenta rogata super eadem re.

Viginti m. Ducatorum auri de Camera totalis summa Casalium in Sanctæ Sedis levamen.

Venditio approbatur auctor. Apost.

Pontifex spondet Casalib. & beneff. se compensaturum Mensam Capitular.

(*a*) De hac Manliana Villa pro eorum temporum ingenio satis ampla, ut ædificium adhuc extans demonstrat, satis est dictum supra *pag. 383. & seq.* Hodie Villa ipsa cum Casali, ut paulo ante ajebam, juris est Monialium S. Cæciliæ: at Casalia S. Petri, quorum compensatio erat ea Villa, ut ex infra afferendis planum fiet, alienata fuerunt a Card. Puccio. Num Mensa Capitularis sub Clementis Successoribus obtinuerit compensationem integram, suo loco erit demonstrandum.

(*b*) Franciscus vulgo Franciottus Ursinus, de quo supra *pag. 380. not. a.*

(*c*) Portatum apud Du-Cang. idem valet ac reditus, proventus. Quod comprobatur exemplo ap. Lobinell. *Si quis . . acquisierit beneficium vel patrimonium, quod . . . possit eidem valere in portatis summam 30. librarum Paris. non recipiatur ulterius ad bursas Collegii.* Hisce autem ex literis, quæ ab allato exemplo distant an. 122. nam illud pertinet ad 1404. patet, discrimen esse aliquod inter reditus, & Portata. Quare, ni ego fallor, pro reditibus Beneficiorum accipitur hîc pecunia; & pro portatis, quæcumque alia provenientia, pluris, minorisve æstimanda, ut tritici, ordei, Casei &c. intelliguntur. Cujus rei exempla sunt Reditus Casalium nonnullorum ad S. Petrum spectantium, de quibus supra *pag. 383.*

(*d*) A nostris temporibus ista, quibus versamur, non abludunt. Ab anno siquidem 1521. in Concil. Lateran. V. Sess. X. (*Labb. to. 14. pag. 250.*) Leo X. confirmaverat Montes Pietatis Romæ, aliisque in Italiæ urbibus institutos *ad subveniendum pauperum inopiæ per mutuum publica auctoritate faciendum.* Hîc vero habemus montem fidei ejus perquam similem, qui hodie audit *Banco*, in quo publice deponebatur pecunia, ut constat ex his literis. Clemens ipse institutor ejus fuerat paucis ante mensibus. *Mons fidei, qui fuit primus mons non vocabilis, a Clemente VII. ob Fidei Catholicæ defensionem an. Sal. 1526. Pontif. tertio institutus:* Ita Cohell. *ad Bull. boni Regim. c. 34. art. 12. n. 24.* Eamdem rem testatur de Luca *de loc. mont. non vacab. c. 4. n. 2.* tametsi Constitutionem Bononiæ datam putat, quod certe falsum.

(*e*) Prædicta Casalia, quæ in sequentibus semper memorantur, perinde ac Villæ Manlianæ Casale ad suos Dominos redierunt: Capitulo enim pro alienatis Casalibus solvebantur quotannis mille aurei, quam summam conficiebant illorum Reditus, quoad Bona stabilia ejusdem reditus assignarentur.

(*a*) Annui

Obligat Montem Fidei pro duobus mill. Ducatis.

successores pro summa duorum millium Ducatorum auri de Camera similium quolibet anno in perpetuum habendorum, & percipiendorum in, de, & super proventibus, & emolumentis Montis Fidei præfati, veros, legitimos, & perpetuos Creditores, & participatores esse volumus, declaramus, atque decernimus, ac tales, & pro talibus a Commissariis, & Depositariis dicti Montis, ac aliis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, haberi, annotari, censeri, ac ipsis litteras & patentes opportunas fieri, deque summa præfata annuatim, & quolibet Bimestri, incipiendo Kalendis præsentis Mensis, pro rata, sicut ceteris in eodem Monte participantibus fiet, integre responderi volumus & mandamus; deque summa duorum millium Ducatorum præfatus Cardinalis, sive ejus hæredes Præposito Sanctæ Cæciliæ tunc existenti, Ducatos quingentos, & quinquaginta ad minus, juxta dispositionem Motus proprii nostri, sub datum decima quinta præsentis Mensis super recompensis dictorum bonorum Ecclesiarum de Urbe, de mandato nostro, & vigore Bullæ super alienatione bonorum Ecclesiasticorum præfatorum, de venerabilium Fratrum nostrorum consilio, & consensu per Nos expeditæ, alienatorum sive venditorum, pro recompensa bonorum alienatorum Casalis Manlianæ, ad summam quingentorum Ducatorum similium quolibet anno ascendentium, & pro tot ab ipso L. Cardinali acceptorum singulis annis, & ratam, & singulis distributionibus solvere, ac etiam ex nunc dictam Præposituram, & illius pro tempore Commendatarios, seu Præpositos cautos reddere & in libris dicti Montis, tanquam participes, & veros, ac proprios creditores annotari, describique, cum traditione patentium authenticarum dicti Montis, facere teneantur: hoc tamen intellecto, quod durante triennio prædicto de credito dictorum duorum millium Ducatorum præfatus L. Cardinalis pro se, & dicto Præposito, non debeat nisi Ducatos mille similes, tantum quolibet anno de Bimestri in Bimestre percipere, & participare, cum eamdem similem summam, & non ultra, dicto Capitulo, & ex causa dictæ locationis, solvere obligetur (a). Et insuper potiori pro cautela dicti L. Cardinalis & suorum hæredum, & successorum, quorumcumque, omnia & singula Romanæ Curiæ Officia

Favore Dominor. Manlianæ & alterius Casalis.

Triennii tamen spatio mille tantum Ducati percipiantur.

tam vetera, quam nova etiam Abbreviatorias de Parco majori, Secretarios Apostolicos de numero participantium, Auditoratum Cameræ Apostolicæ, & Clericatus ejusdem Cameræ a fine Triennii prædicti imposterum vacatura præfatis L. Cardinali ejusque hæredibus & successoribus ex nunc prout ex tunc, tam nostro, quam successorum nostrorum nomine, obligamus, & specialiter hypothecamus, ac in solutum pro eo pretio, pro quo tunc illa vendi possint, & pro soluto, usque ad integram summam valoris Casalium, seu bonorum, quæ eisdem Capitulo consignare teneretur, eidem L. Cardinali & suis successoribus prædictis ex nunc concedimus, & assignamus; ita quod L. Cardinalis, suique successores prædicti ad officia ipsa, & illorum quodlibet statim cum vacabunt, &, si id ipsi Cardinali, vel suis hæredibus videbitur, & non aliter, admittatur sine alia signatura, vel compositione, aut mandato; sed præsentium vigore dumtaxat, quas vim validæ & efficacis provisionis habere decernimus. Ita etiam quod Officia ipsa ullo uquam tempore vacare non censeantur, sed firma, & perpetua sint, ac de persona in personam nominandas, vel jure propinquitatis, aut alias succedentes in futurum deveniant, donec & quousque per nos, aut successores nostros, vel Cameram Apostolicam, eidem L. Cardinali vel suis de æquivalenti recompensa mille quatuor centum & quinquaginta Ducatorum similium in Casalibus recipientibus, & in districtu Urbis, vel alibi, ad eorum satisfactionem, consistentibus provisum extiterit, atque integre satisfactum; aut eademmet bona, quæ Capitulo, & Canonicis præfatis assignavit, per Nos, seu Successores nostros, aut Cameram Apostolicam redimantur, & præfatis L. Cardinali, vel hæredibus, successoribusq. suis restituantur. Et pro præmissorum omnium observatione tam eidem L. Cardinali, quam suis cæterisque prædictis, omnia & singula nostra, & Successorum nostrorum Sedis Cameræque Apostolicæ bona mobilia & immobilia, spiritualia, & temporalia, etiam vasa aurea, & argentea, ac ad usum ministrandi divina, jocalia, fructus, redditus, census, proventus, jura, obventiones, & emolumenta, quæcumque; ita quod ei, & eis liceat ea sua propria auctoritate capere, & retinere, etiam si qua penes Nos existerent, ac

Post elapsum trienn. officia vacabilia obligat.

Quæ non amplius vacent, sed ad hæredes transeant.

Bona etiam Cameræ Apostol. obligat.

(a) Annui reditus Casalium alienatorum, quorum Documenta jam sunt allata, non excedunt summam Ducator. de Carlenis 1170. qui sunt Ducati aurei decem Juliorum 877. cum dimidio. Iis vero si addantur Ducati Julior. sexaginta annui reditus Casalis *Pisciarelli*, cujus venditio mox palam erit, jam habemus summam Ducator. ejusmodi 937. cum dimidio. Rursus si adjungantur alii sexaginta, quos conficiunt octoginta Ducati de Carlenis, pretium Pedicarum aliquot terrarum, quæ vocabantur *le Pediche de Sancto Thomao*, & quarum infra exhibebitur Documentum alienationis; summa erit Ducatorum auri ad decem Julios pro singulis 997. cum dimidio. Itaque jus deque habitis 25. Juliis qui desunt, Clemens & his in literis, & in sequentibus compensationem Capitulo faciendam, mille Ducatorum de Juliis determinat.

(a) Extat

Camerarius & Clerici Cameræ obligantur a Pontifice.

ac de illis disponere ; usque ad totalem præmissorum satisfactionem , obligamus , & hypothecamus . Et nihilominus dilectis filiis Camerario & Præsidentibus , ac Clericis Cameræ Apostolicæ pro tempore existentibus committimus , & præcipiendo mandamus , quatenus eidem L. Cardinali , & suis , ceterisque prædictis in præmissis assistant, eaq. ad unguem observent , & ab aliis faciant observari , omnesque , & singulas patentes litteras , scripturas , Instrumenta , & mandata quæcumque necessaria , & opportuna , vel quæ , aut quas L. Cardinalis , aut sui, aliique prædicti , quandocumque duxerint requirendas , & requirenda, expediant , & expediri procurent , in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque . Volumus etiam , quod præsentium sola signatura sufficiat , & ubique in judicio & extra , fidem faciat , & præmissis stetur , sicque ab omnibus etiam Rotæ Auditoribus ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus , in quacumque instantia judicari debere , sublata eis , & eorum cuilibet aliter sententiandi , decidendi , & judicandi facultate , irritum quoque & inane quidquid secus , seu in contrarium scienter vel ignoranter fieri contigerit a quoquam, decernimus , & mandamus . Et nihilominus litteræ sub Plumbo & in forma Brevis , si quando , & prout , ac cum fortissimis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis , ad plenam & sufficientem cautelam , si dicto Cardinali, & suis videbitur, expediri possint , quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus .

Literis robur adjungit

Consuetis utens formulis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die decima septima Decembris , Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo sexto, Pontificatus nostri Anno quarto .

Placet & ita motu proprio confirmamus, decernimus, obligamus, & mandamus . J.

Approbat, & confirmat venditionem , seu permutationem Casalis Pisciarelli ad Capellam Juliam spectantis, ad Consensum præstandum non vocato Canonico Administratore ejusd. Capellæ ; quippe qui nullatenus assentiri debebat .

Ex eod. Regesto ut sup. pag. 160. ap. Arch. Apost. Vat.

CLEMENS PAPA VII.

AN. CH. 1526. 22. Dec.

Casalis Pisciarelli situs, & reditus.

Accepimus &c. Inter cætera Casalia hoc Casale, videlicet Pisciarelli (*a*) in costis Castri Merolli positum in partibus Transtiberinis sub confinibus sitis, redditus annui sexaginta Ducatorum auri de juliis ad decem pro Ducato, quod dilectus filius Jacobus Cintius Civis Romanus in locationem retinere dicitur, jure proprio & in perpetuum dederunt, & concesserunt, ac omnia jura &c. dicto Capitulo super eo competentia nullo jure &c. eis reservat. cesserunt , & versa vice dictus A. Episcopus dicto nomine in recompensam dicti, & aliorum Casalium, quæ annuum redditum mille Ducatorum auri in totum non trascendere dicuntur , dicto Cardinali ex dictis titulis permutationis datorum simili titulo permutationis dictis Canonicis & Capitulo , ac præfatis deputatis Casalia ipsius Cardinalis &c. personam &c. Non tamen dilectum filium Bartholomæum Ferratino dictæ Basilicæ Canonicum , ac Capellæ Juliæ nuncupatæ in eadem Basilica, ad quam dictum Casale forsan pertinet, Commissarium, Gubernatorem, & perpetuum administratorem, (*b*) de quo Canonici, & deputati prædicti fuerunt expresse protestati ; ac cum aliis pactis , conditionibus, & conventionibus in publico Instrumento desuper confecto , & per dilectos filios Albertum Serra Cameræ Apostolicæ, & dictum Ludovicum Notarios rogato , & per dictum L. Cardinalem postea ratificato, certis etiam fidejussionibus de evictione , & consensu præstando pro parte dicti Cardinalis datis , latius expressis , & deinde dictus L. Cardinalis dictum Casale Pisciarelli dilecto filio Raymundo Capitiferreo Civi Romano , pro certo inter eos convento pretio eidem L. Cardinali soluto, jure proprio, & in perpetuum , similiter cum promissione de evictione , & clausulis in contractibus , sive publicis Instrumentis per dictum Albertum Serra Notarium rogatis latius contentis , vendidit . Nos deputationis & facultatis juxta teno-

Ejus una cum aliis alienatio.

Absque consensu Præfecti Capellæ Juliæ, ad quam pertinebat.

Ejusdem stipulata venditio

(*a*) Extat octavo circiter ab urbe lapide extra portam Portuensem ad lævam viæ recentioris Portuensis. Castrum autem Merolli quod hîc memoratur, hodie audit *Campo di Merlo*, quumque utrumque sit alieni juris, satis mihi est locum indicasse.

(*b*) Nobilis hæc familia Amerina plures tulit Ecclesiæ viros. Hic ex Canonico nostræ Basil. Episcopus primum Soranus, deinde Clusinus est factus. Ad rem nostram animadverti debet, quanta esset a prima institutione Præfectura, quam hodie dicimus Capellæ Juliæ, cujus primus Commissarius, Gubernator, & Administrator perpetuus a Pontifice designatus erat Bartholomæus Ferratinus.

(*a*) Lite-

tenorem dictæ notæ, ac permutationis, & venditionis, omniumque, & singulorum prædictorum, & aliorum in dictis Instrumentis capitulorum, & pactorum contentorum tenores pro expressis habentes, Motu proprio &c.

Accedit confirmatio Apost.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die vigesima secunda Decembris MDXXVI. Pontificatus nostri anno quarto.

Placet, & ita motu proprio confirmamus, & mandamus. J.

Approbat, roboratque permutationem a Capitulo factam Casalis *Quarticioli* annui reditus Ducator. 110. necnon venditionem ejusdem factam a Laurentio Card. Puccio pro Ducatis duobus millibus.

Ex eod. Regesto ut sup. pag. 179. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1527. 2. Januar.

Casalis Quarticioli annuus reditus.

Accepimus &c. Contractui permutationis plurimorum Casalium, & bonorum respective &c. inter alia Casalia unum Casale vulgo nuncupatum *lo Quartociolo* in partibus Transtiberinis, inter suos confines, quod dilectus filius Richardus de Mazatostis Civis Romanus in locationem tenebat, spectan. ad dictum Capitulum annui redditus centum & decem Ducatorum de Carlenis, jure proprio, & in perpetuum dederunt, & concesserunt, & omnia jura &c. & deinde dictus Laurentius Cardinalis dictum Casale, *lo Quartociolo* vulgariter nuncupatum, præfato Richardo de Mazatostis pro pretio duorum millium Ducatorum de Carlenis tunc dicto L. Cardinali in pecunia numerata soluto, jure proprio, & in perpetuum, similiter cum promissione de evictione, & aliis clausulis &c. omnesque, & singulos juris, & facti etiam substantiales, & potestatis & difficultatis, nec non causæ earumdem prædictarum alienationum, seu permutationum forsan non verificatarum, ac solemnitatum requisitarum defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem; etiam si prædicta non solemniter, aut in loco solito, & cum præsentia, verbo, consensu, & omnium, quorum interest spontanea voluntate, sed aliquibus contradicentibus, & non servata forma dictæ notæ per dictum Antonium Episcopum Pistorien. & Ludovicum Cæcium scriptæ, sive subscriptæ, factæ fuissent, plenarie supplemus, ac prædictis Canonicis & Capitulo Basilicæ & Ecclesiæ respective etiam jus petendi in integrum restitutionem, ratione alicujus etiam enormissimæ læsionis, ex permutatione prædicta, eis forsan illatæ competiisse, neque etiam in futurum competere posse; ipsosque propterea læsos esse nullo pacto dici posse decernimus, & declaramus; omnemque alium contractum, quovis nomine nuncupatum, per dictum Capitulum in aliam quamcumque personam, sive Collegium, vel universitatem de dicto Casali forsitan factum, & inde secuta quæcumque ad omnem effectum, penitus, & omnino cassamus, annullamus, & rescindimus, ac pro casso, nullo, irrito, & non facto haberi volumus, nullumque in eo fieri posse fundamentum, nec aliquam personam, Collegium, vel Universitatem jus aliquod possessionis, vel proprietatis, vigore alicujus contractus per dictum Capitulum facti, in dicto Casali prætendere, nec de vitio spolii, attentatorum, vel recuperandæ possessionis cogi posse. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, in quacumque instantia sententiari, decidi, & judicari debere, sublata eis, & eorum cuilibet, aliter sententiandi, decidendi, & judicandi facultate; irritum quoque, & inane quidquid secus, seu in contrarium scienter vel ignoranter fieri contigerit a quoquam, etiam per Nos, decernimus. Ac volumus quod sola præsentis signatura sufficiat, & in judicio & extra fidem faciat, etiam absque alia Registratura, regula contraria non obstante, &, si videbitur, litteræ sub plumbo, seu in forma Brevis expediri possint. Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, præsertim felicis recordationis Pauli Papæ secundi Prædecessoris nostri de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac regula nostra de non tollendo jus quæsitum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis dictæ Basilicæ, & illius Canonicis, & Capitulo concessis, & iteratis vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, ac quibusvis donationibus, testamentis, relictis, seu dispositionibus per quosvis de dicto Casali dictæ Basilicæ inter vivos, aut ultima voluntate factis; etiam si in eis caveatur expresse, quod dictum Casale in toto, vel in parte, quovis quæsito colore, vel titulo alie-

Venditionis ejusd. pretium.

Pontifex sanat omnes defectus.

Quasvis alienas prætensiones tollit.

Literarum auctoritas ex simplici signatura.

Obstantia quæcumque amovet.

alienari, aut ad modicum, vel longum tempus locari non possit, sed ad certos usus destinatum esse intelligatur: quibus illorum tenores &c. pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat latissime derogamus, & derogatum esse decernimus; cæterisque non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die secunda Mensis Januarii, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo sexto, Pontificatus nostri anno quarto.

Placet, & ita motu proprio confirmamus, & decernimus J.

Approbat, & confirmat permutationem Casalis Silicis annui red. Duc. 350. factam a Capitulo ejusque alienationem factam a præd. Card. Puccio pro pretio his literis non expresso.

Ex eod. Regesto ut sup. pag. 174. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1527. 4. Januar.

Casalis Silicis annuus reditus

Accepimus &c. inter alia Casalia quoddam Casale infrascriptum, nuncupatum *la Selice* situm in partibus Transtiberinis, extra Portam Sancti Pancratii suis finibus terminatum, ad dictum Capitulum spectans annui redditus trecentorum quinquaginta Ducatorum jure proprio, & in perpetuum dederunt, & concesserunt, & omnia jura &c. & deinde dictus L. Cardinalis dictum Casale *la Selice* dilecto filio Cyriaco de Matthæis, pro certo pretio tunc expresso, partim in pecunia numerata tunc dicto Cardinali soluto, & partim nobis excomputato in anticipata solutione Gabellarum Urbis coram nobis facta, jure proprio & in perpetuum, similiter cum promissione de evictione, & aliis clausulis ut in contractu, seu publico Instrumento per dictum Albertum Serram Notarium rogato latius continetur, vendidit. Nos deputationis ac facultatis notæ permutationis, & venditionis, ac omnium & singulorum prædictorum &c.

Venditio ejusd. ut superiorum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo sexto, die quarta Mensis Januarii, Pontificatus nostri anno quarto.

Placet, & ita motu proprio confirmamus, & mandamus. J.

Confirmat permutationem factam a Capitulo Casalium Furni Saraceni, & Muratellæ, ac Tenimenti Resachi de Campo Salino annui reditus 333. Ducat. necnon venditionem eorumdem factam a Laurentio Card. Puccio pro pretio his literis non expresso.

Ex Regesto III. diversor. Cameral. Clem. VII. n. 77. pag. 175. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1527. 4. Januar.

Casalium conditio, & annui reditus.

Acepimus &c. inter alia, Casalia, & bona infrascripta, videlicet quoddam Casale nuncupatum *Furno Saracino*, cum medietate, sive tota portione alterius Casalis, tunc spectantis ad dictum Capitulum, Casalis *Muratelle* nuncupati annui redditus ducentorum Ducatorum de Carlenis, bonæ monetæ, & totam portionem cujusdam tenimenti vocati *lo Resacho* de Campi Salini, tunc etiam spectantis ad dictum Capitulum annui redditus centum & triginta trium Ducatorum de Carlenis, cum uno tertio alterius Ducati, quod dilectus filius Petrus Antonius de Matthæis in locationem tenet, quæ Casalia, & bona posita sunt in Territorio Urbis, & in partibus Transtiberinis, & extra Portam Portuensem, jure proprio & in perpetuum dederunt, & concesserunt, & omnia jura &c. dicto Capitulo super eis competentia, nullo jure &c. & deinde dictus L. Cardinalis dictum Casale Furni Saracini, & medietatem, sive totam portionem dicti Casalis *Muratelle*, & portionem Casalis *Resachi* Campi Salini præfato Petro Antonio de Matthæis pro certo pretio tunc expresso, partim in pecunia numerata tunc dicto L. Cardinali soluto, & partim de consensu dicti L. Cardinalis tunc solvi promisso, ac excomputato, jure proprio, & in perpetuum similiter cum promissione de evictione, & aliis clausulis in contractu, seu publico Instrumento per dictum Albertum Serram Notarium

Venditio eorumdem facta, & approbata.

rium rogato, latius contentis, vendidit. Nos deputationis ac facultatis notæ permutationis, & venditionis, ac omnium, & singulorum prædictorum &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimoseptimo, die quarta mensis Jannarii, Pontificatus nostri anno quarto (*a*).

Approbat, & confirmat permutationem factam a Capitulo Terrarum aliquot, queis nomen *le Pediche de Santo Thomao*, annui reditus Ducator. 80. earumque venditionem deinde factam a Cardinale Puccio pro pretio hîc minime expresso.

Ex eod. Regesto III. diversor. &c. pag. 188. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1527. 5 *Januar.*

ACcepimus &c. inter alia Casalia, certas Pedicas Terrarum ipsius Capituli nuncupatas, *le Pediche de Santo Thomao*, sitas extra mœnia Urbis, in partibus Latii annui redditus octuaginta Ducatorum de Carlenis dederunt, cesserunt, & concesserunt nullo jure &c eis reservato & versa vice dictus A. Episcopus, dicto nomine, in recompensam dictarum Pedicarum, & aliorum Casalium &c. & deinde dictus L. Cardinalis dictas Pedicas Terrarum dilectis filiis Jacobo, Francisco, & Roccho de Cintiis pro certo pretio tunc expresso, in pecunia numerata tunc dicto L. Cardinali soluto, jure proprio, & in perpetuum similiter cum promissione de evictione, & aliis clausulis in contractu seu publico Instrumento per dilectum filium Petrum Paulum de Manfredis Notarium rogato latius contentis, vendidit. Nos deputationis ac facultatis notæ permutationis & venditionis &c. spontanea voluntate, sed aliquibus contradicentibus, & non servata forma dictæ notæ per dictum Antonium Episcopum Pistorien., & Ludovicum Cæcium scriptæ, sive subscriptæ, factæ fuissent, plenarie supplemus, ac prædictis Canonicis, & Capitulo Basilicæ & Ecclesiæ supradictarum etiam jus petendi in integrum restitutionem ratione alicujus etiam enormissimæ læsionis, ex alienationibus prædictis eis forsan illatæ minime competiisse, neque etiam in futurum competere posse, ipsosq. ex ipsis propterea læsos aut læsas esse nullo pacto dici posse decernimus, & declaramus; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores in quacumque instantia sententiari, decidi, & judicari debere, sublata eis, & cuilibet eorum aliter sententiandi, decidendi, & judicandi facultate; irritum quoque & inane quidquid secus, aut in contrarium fieri contigerit, decernimus &c. quibusvis donationibus, testamentis, relictis, seu dispositionibus, per quosvis de dictis bonis dictæ Basilicæ inter vivos aut ultima voluntate factis; etiamsi in eis caveretur expresse, quod dicta Casalia, sive bona in toto, vel in parte quovis quæsito colore, vel titulo alienari, aut ad modicum, vel longum tempus locari non possint, sed ad certos usus destinata esse intelligantur, quibus illorum tenores &c.

Annui reditus Pedicarum, & ear. Venditio.

Sanat quoscumque defectus

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno a Nativitate Domini (*b*) millesimo quingentesimo vigesimo septimo, die vero quinta Januarii, Pontificatus nostri Anno quarto.

Placet, & ita motu proprio confirmamus, & decernimus J.

Capellaniam ad Altare S. Petri Ænei vacantem per obitum Guillelmi confert Dominico de Techis Familiari suo.

Ex Regest. LXVI. Bullar. Clem. VII. pag. 138. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1527. 7. *Jul.*

CLemens Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Dominico de Techis perpetuo Capellano ad Altare Sancti Petri de Bronzo (*c*) nuncupati situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, familiari nostro; Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Grata familiaritatis obsequia, quæ Nobis hacte-

(*a*) Literæ præcedentes datæ ipso eodémque die 4. Jan. mensis recte consignantur an. 1526. is enim congruit & consuetæ numerandi rationi ab Incarnatione D. N. J. C. & anno quarto Pontificatus. Quare autem hîc dies eadem ejusdem mensis tribuatur anno 1527. quum anni Incarnationis numerentur, ut in præcedentibus, non intelligo. Mendum haud dubie est: quare certam literarum ætatem fidenter decerno an. 1526.

(*b*) Et hæ literæ uno a superioribus die distantes videbuntur consignandæ an. 1526. sed Clementi libuit non Incarnationis, sed Nativitatis annos censere. Itaque tametsi unius diei discrimen intercedat, recte consignantur an. 1527.

(*c*) Supra de hoc Altari, & Capellania satis diximus *pag. 361. not. a.*

(*a*) Huc

A meritis personalib. de more ordi.ur.

hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnia Beneficia Ecclesiastica apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & inantea vacatura collationi, & dispositioni nostræ reservavimus; decernentes, ex tunc irritum & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque postmodum perpetua Capellania ad Altare

Capellaniam S. Petri Æinei vacantem per obitum Carlerii.

Sancti Petri de Bronzo nuncupati situm in Ecclesia Principis Apostolorum de Urbe, quam quondam Guillelmus Carlier (*a*), olim ad dictum Altare perpetuus Capellanus dum viveret, obtinebat, per obitum ejusdem Guillelmi, qui apud Sedem prædictam diem clausit extremum, vacaverit, & vacet ad præsens; nullusque de illa, præter Nos, hac vice disponere potuerit, sive possit, reservatione, & decreto obsistentibus supradictis: Nos tibi, qui etiam Capellanus, ac continuus Commensalis noster existis, præmissorum obsequiorum, & meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, &

Confert Dominico de Techis famil. suo

poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes: Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, Capellaniam prædictam, quæ sine Cura est, & cujus fructus, redditus, & proventus viginti quatuor Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut accepimus, non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Guillelmi, vel cujusvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, vacet; etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio, juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque Capellania dispositioni Apostolicæ specialiter, vel

Consuetæ formulæ Collation.

alias generaliter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo ejus dispositio ad Nos hac vice pertineat, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illa etiam providemus, decernentes, prout est, irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Casertan. & Pistorien. (*b*) ac Veronen. (*c*) Episcopis per Apostolica scri-

Possessionem de more committit.

pta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se, vel alium, seu alios te, vel Procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem Capellaniæ, juriumque, & pertinentiarum prædictarum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet detentore, facientes tibi de ejusdem Capellaniæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi: Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris nostri, & aliis Constitutionibus,

Obstantia quæcumque removet.

& ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis r mitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis

(*a*) Huc revocanda quæ superius diximus, *pag.* 361. *not. a.* Duæ siquidem hodieque sunt Capellaniæ perpetuæ ad altare SS. Processi & Martiniani, quas qui primi obtinuerunt, illi iidem sunt S. Petri Æneí Capellani nuncupati. Grimaldus hos recensuit: num decipiatur ille Capellanias putans ita vocatas a vicina ænea statua, an ego interpretans Pontificias litteras per se valde perspicuas, lector judicet.

(*b*) Antonio Puccio Laurentii Card. nepote, qui eidem cedenti successerat an. 1518. at tum experientia in rebus gerendis, tum sic volente numine & Leoni, & Hadriano, & Clementi acceptissimus, hujus postremi calamitatum socius futurus, ab sua Sede absens, rebusque in Longobardia præclare gestis clarissimus, initio Pontificatus accersitus Romam, ibi utriusque direptionis infelix spectator fuit. Deinde impiis in Borbonior. manibus (obses a Pontif. datus una cum aliis quinque ex sibi carioribus viris) vincula, & injurias pati compulsus est.

(*c*) Joanne Matthæo Giberto virtutibus, & studio Catholicæ Religionis celeberrimo, acerrimoque Ecclesiasticæ disciplinæ assertori, quod patet ex editis illius operibus. Et hic perinde ac Puccius Clementi acceptissimus, datus fuit obses Cæsarianis, quoad quadringenta aureorum millia in conditionibus iniquissimis pacta conficerentur. Rei teste magis integro uti nequeo, quam Giberto ipso suis in literis ad Theatinum Ep. Jo. Petrum Carafam (qui postea fuit Pontifex Paulus IV.) quas dedit Romæ in ipsis ædibus Pompeji Columnæ, ubi detinebantur obsides, die 15. Novembris 1527. En verba ejus, quæ typis impressa habentur (*oper. pag.* 240.) *Sopporterò contentissimo questa prigionia, e ringrazio Dio delle catene, che ho, se queste saranno stata causa discioglìermi dagli altri legami, che non m' erano manco gravi, che queste*: loquitur de sua Ecclesia Veronensi, quam Carafæ commendat. Haud ita multo post datas has literas, Pompejus Card. Columna Sacerdotum angustias miseratus, iisque timens pejora ab efferatis militibus, captata occasione custodum edormientium crapulam, per vaporarium foci tubum fune omnes extraxit in Riariæ domus tectum. Indeque omnes ad Castra Urbinatis Ducis in Umbriæ finibus posita se contulerunt. Guicciard. *lib.* 18. Paul. Jov. *lib.* 25. Dum autem hæ literæ dabantur, uterque Episcopus detinebatur ab hostibus. Quare, *ipsi, vel duo eorum &c.* consuetæ literarum formulæ magis convenit, quam rei præsenti.

(*a*) Ale.

dultis & litteris Apostolicis Capitulo dictæ Basilicæ, & Populo Romano dilectis filiis per Sedem Apostolicam (*a*) concessis, confirmatis, & etiam per nos forsan innovatis, quibus inter alia cavetur expresse, quod Capellaniæ, & alia Beneficia Basilicæ, & Urbis hujusmodi, dum pro tempore vacant non nisi Romanis Civibus, aut Romanorum Civium filiis, & per Archipresbyterum pro tempore existentem, ac singulos Canonicos ipsius Basilicæ vicissim, & per turnum (*b*), ac alias sub certis modo & forma inibi expressis conferri debeant, & alias de illis etiam per Romanum Pontificem, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac cum expressa dictorum privilegiorum derogatione, pro tempore factæ collationes, & provisiones nullius sint roboris vel momenti: quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus: quodque tu natione Tuscus, & alias juxta privilegia & indulta hujusmodi, non qualificatus existis, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in dicta Basilica, speciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus te in assecutione dictæ Capellaniæ volumus anteferri; sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si pro tempore existenti Archipresbytero, & dilectis filiis Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumq. tenoris existat; per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de qua, cujusque tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, collationis, provisionis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Privilegiis ...uli Romani ...gat.

Aliisque qui- ...scumque.

Obstantia ...æcumque removet.

Privilegia Archipresb. & Capit. suspendit.

Possessionem per Procurator. ut ineat indulget.

Datum Romæ in Arce Sancti Angeli; (*c*) Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo septimo, Nonis Julii, Pontificatus nostri Anno quarto.

Julio

(*a*) Alexander VI. omnium primus, in Bullario nostro (*supra pag.* 273.) meminit privilegior. pop. Ro. circa Beneficia Urbis: quod nempe conferri ea non possent nisi Romanis Civibus, eorumque filiis. Verum sex ante annis Innocentius VIII. (*sup. pag.* 249.) Civitate donarat Petrum Demetrium Guasellum, ut Capellaniam conferre in eum posset. Quod minime factum fuerat a Sixto IV. nec quando unum ex Beneficiatis Sixtinis elegit eumd. Petrum; (*pag.* 224.) nec quando Ecclesiam parochialem ei concessit (*pag.* 227.) Quare evidens est, Innocentium ipsum privilegii hujusmodi auctorem esse. De eo sic Ciaconius: *Romanos, qui instabant, ut Beneficia patria non aliis, præter quam ipsis concederentur, videns, quod si hoc ipsis concederet, Cardinales privati manebant; ut repararet hoc damnum, declaravit, quod Pontifices omnes, & Cardinales residentes in Curia, Romani intelligerentur, & participare possent antiquis illorum privilegiis, confirmans de cætero omnia illorum privilegia, & multas alias gratias insuper elargitus.*

(*b*) Tempore Leonis X. collationes Beneficior. solis Canonicis hebdomadariis tribui animadvertimus (*pag.* 364. *not. a*) hîc autem videmus singulos recenseri. Profecto in Arch. nostræ Basil. servantur Codd. a medio seculo xv. e quibus patet vicissitudo collationum inter Archipresb. & Canonicos.

(*c*) Huc Pontifex confugere iterum necesse habuit; quemadmodum superiori anno primæ direptionis pericula evasurus fecerat. Verum ut maximum inter utramque direptionem discrimen intercessit; ita novum istud confugium maxime a priori illo differt, aut diuturnitatem spectes, aut sacrilegam hostium insolentiam, atque inhumanitatem, quas ap. Jovium *lib.* 25. & Guicciardin. *lib.* 18. aliosque eorum temporum Scriptores legi malim, quam infandi doloris instaurator factus recensere. Septem solidos menses non secus ac detentus carcere, summa in rerum omnium inopia a die 6. Maji ad 9. Decembris Arcem incoluit: indeque nocturna fuga, ac mentita veste se tandem eripuit per Viridarii portam, quippe qui jure diffidit hostibus, quamquam decretum de eo dimittendo perscripserant, pollicitique erant, se eum deducturos in tutum aliquem locum. Hugonis Moncatæ, qui Lanojo mortuo, tum Neapolis Prorege erat, contrariam sententiam edoctus, sibi ab Hispanis timuit: maluitque Cæsarianis, Aloysio Gonzaga duce, se credere in Etruriæ partes deducendum, quam hominis parum æqui, ejusque copiarum fidem periclitari. Cæterum hæ literæ dabantur tertio carceris mense ineunte. Ex aliis mox afferendis suppetet, quo Pontifex intempestæ noctis fuga se receperit.

Julio Corvino Canonico Basil. Vat. concedit facultatem reconciliandi eamd. Basil. a Borboniis militibus pollutam: necnon absolvendi Canonicos &c. eam ingressos absque habitu Chorali, suspenditque ad certum tempus excommunicationem ejusmodi.

Ex Regesto Epistolar. & Brev. Clem. VII. an. 1528. par. 4. pag. 183. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1528. 2. Mart.

Dilecto filio Julio Corvino Canonico Basilicæ S. Petri de Urbe Clemens Papa VII.

Dilecte fili; Salutem & Apost. Benedict. Cum, sicut dilectus filius noster Franciottus Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Ursinus nuncupatus, Basilicæ Sancti Petri de Urbe Archipresbyter Nobis exposuit, dicta Basilica, quæ superiori æstate variis cædibus, & sacrilegiis polluta fuit (*a*), nondum reconciliata sit, ac nonnulli Canonici, Beneficiati, & Clerici illius una cum cæteris spoliati, direpti, aliquando, ac forte pluries, dictam Basilicam sine superiori veste linea, cocta nuncupata, ex inopia sua, & penuria dictarum coctarum, non in contemptum clavium, intraverint, excommunicationis, & alias censuras in tales inflictas incurrendo, (*b*) supplicaveritque propterea nobis idem Cardinalis Archipresbyter, ut Basilicam reconciliari, dictosque Canonicos, Beneficiatos, & Clericos a præmissis absolvi mandare, aliasque super his opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos cultum divinum in eadem Basilica renovari, & continuari cupientes, & hujusmodi precibus inclinati, cuicumque Episcopo Communionem Sedis Apostolicæ habenti, Romæ commoranti, eamdem Basilicam cum aqua per ipsum Episcopum benedicta, aut si nullus Episcopus Romæ fuerit tibi cum aqua per dilectum filium, & Legatum nostrum Laurentium Cardinalem Campegium (*c*), qui Episcopus Saresbyrien. est, benedicta, auctoritate nostra reconciliandi, omnesque, & singulos Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, qui ob ingressum dictæ Basilicæ sine Cocta, excommunicationis, & forsan alias sententias, ac censuras incurrerunt; a sententiis, & censuris hujusmodi per te, vel alium, seu alios pro hac vice absolvendi, in forma Ecclesiæ consueta; & nihilominus eisdem Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, ut ob qualitatem temporum, & damna per eos passa, dictam Basilicam etiam sine coctis ingredi, & in divinis sine eisdem coctis deservire usque ad Dominicam Palmarum (*d*) proximam, ac post octavam Resurrectionis Dominicæ proxime futuram usque ad duos menses ex tunc sequentes, interimque ad nostrum beneplacitum libere & licite, & absque alicujus censuræ incursu possint & valeant, auctoritate nostra concedendi, & cum eis, quatenus opus sit, dispensandi plenam & omnimodam tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ statutis, & consuetudinibus juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac privilegiis, & litteris Apostolicis eidem Basilicæ per Sedem Apostolicam concessis, confirmatis, & innovatis, quibus, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter & expresse de-

Basil. Vat. a Borboniis polluta.

Canonici Beneff. &c. excommunicationem incurrerant.

Absolvi eos mandat a quovis Episc.

Seu ab uno ex Canonicis.

Dispensat ad certum tempus ab excomm. nic. ejusm.

(*a*) Hujusmodi facinora in prima direptione non leguntur perpetrata; prædando enim intenti milites nullam profecto molestiam hominibus, nullamque vim sacris præcipue Virginibus intulerunt. Contra Borbonii milites magnam partem hæretici efferique natura sacra loca contaminarunt omnigena iniquitate; ne abstinentes quidem manus a cædendo ex nostris aliquem, ut insequentibus ex literis palam fiet.

(*b*) De non ingrediendo Basilicam absque habitu Chorali, sub pœna excomm. latæ sententiæ Constitutio tam antiqua est, quam Canonicorum & Beneficiatorum statuta, seu Constitutiones ab Joanne XXI. primum, deinde a Nicolao III. Apostolica auctorit. firmatæ, ut videre est (*to. 1. Bullar. pag. 171. & 193.*) Idque an. 1277. & seq. Anno autem 1437. Eugenius IV. excommunicationem ejusmodi reservatam soli Rom. Pontifici, præterquam in mortis artic. declaravit: eidem subjiciens etiam Clericos Beneficiatos 24. annis post institutos a Bonif. (*sup. pag. 9. & ibid. not. c.*) Quamobrem nihil mirum, si æque reconciliatio Basilicæ, atque absolutio Canonicor. &c. suppliciter expetuntur a Pontifice.

(*c*) Nobili Bononiensi familia insignem hunc virum Leo X. an. 1517. Cardinalem creavit apud Maximilianum Aug. Oratoris munere fungentem, ac Lutheranam pestem, quæ tum exoriebatur, conantem opprimere. Inde postmodum Legatus in Britanniam missus, quod Cleri prolapsos mores emendarit, Regem sibi ita divinxit, ut Salisburiensis (*Salesbury*) Episcopus crearetur. Erat is Episcopus Feltrensis, quam quidem Ecclesiam usque ad an. 1523. administravit. Tum vero Clemens VII. Bononiensis patriæ Ecclesiæ Antistitem renunciavit: Legatusque in Germaniam iterum, reversus jam erat Romam, teterrimæ direptionis tempore; cujus periculum & ipse effugit cum Pontifice in Arce S. Angeli: eoque, ut nuper ajebam, elabente ante tres menses, in Urbe is remanserat, rebus, utcumque, jam compositis. Quare autem Clemens Salisburiensis, non Bononiensis Ecclesiæ Episcopum vocet, causa est; quod superiori anno 1526. die 19 Martii Laurentius Bononiensem Episcopatum cesserat Andreæ Card. de Valle, qui inter Bononienses Episcopos non censetur; nam paulo post Ecclesiam illam & ipse cessit Alexandro Campegio Laurentii legitimo filio; qui tamen possessionem inire noluit, nisi post patris obitum. Ciac. Ughell.

(*d*) Anno bissextili 1528. Pascha erat die 12. Apr. Quare novum hoc, atque inauditum privilegium nostris Majoribus concessum diebus quatuor supra solidum mensem usque ad Dom. Palmar. 5. Apr. rursusque duobus mensibus post octavam Paschæ. Ad tantum redacti erant inopiæ duplici ex direptione, præsertim ex Borboniana, quæ exhaustam nacta Basilicam, & Sacrarium, in personas ipsas sacrilegam crudelitatem exercuit.

(a) In

derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Orbiveteri die secunda Martii Millesimo] quingentesimo vigesimo octavo Pontificatus nostri anno quinto. (a)

Joanni Mariæ de Pazillis confert Beneficiatum primo vacantem in Basil. Vat. tum ob ejus merita, tum ob cædem Friderici fratris a Borboniis militibus interemti.

Ex Regesto III. Bullar. diversar. Clem. VII. pag. 134. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1528. 18 Jun.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Joanni Mariæ de Pazillis Clerico Romano; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad merita personalia accedit fraterna cædes.

Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est quod nos tibi, qui ut accepimus, quondam Federici de Pazillis Clerici Romani, in Basilica Principis Apostolorum de Urbe dum viveret perpetui Beneficiati, in Urbis direptione a Militibus exercitus carissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum Regis Catholici in Imperatorem electi, interempti (b) frater germanus existebas, præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum, Beneficiatum nuncupatum, in dicta Basilica, cujus fructus, redditus, & proventus viginti quatuor Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, si quod vacat ad præsens, aut cum primum per cessum vel decessum, seu quamvis aliam dimissionem alicujus ex Clericis in eadem Basilica perpetuis Beneficiatis, etiam in aliquo ex mensibus ordinariis collatoribus per Constitutiones nostras, seu litteras alternativarum, aut alia privilegia & indulta Apostolica concessis hactenus, & imposterum concedendis vacaverit cum omnibus juribus, & pertinentiis suis tibi cum ad hoc dilecti filii nostri Franciotti Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconi Cardinalis, qui Archipresbyteratum dictæ Basilicæ ex dispensatione Apostolica obtinet, expressus accedat assensus (c), auctoritate Apostolica absque præjudicio aliorum priores litteras in eadem Basilica habentium, conferimus, & de illo etiam providemus, ac illud tibi collatum, & de eo provisum, necnon ex nunc jus tibi in illo quæsitum fore, teque solam illius fructum perceptionem expectare, ac constitutione nostra de non tollendo jus quæsitum, necnon omnibus, & singulis privilegiis, exemptionibus, prærogativis, gratiis, & indultis, quibus alii Clerici in dicta Basilica perpetui Beneficiati de jure, vel consuetudine, aut alias utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, in omnibus & per omnia, perinde ac si Beneficium hujusmodi actu possideres, uti, potiri, & gaudere debere decernimus, districtius inhibentes præfato Franciotto Cardinali, ac dilectis filiis Capitulo dictæ Basilicæ, nec non illi vel illis, ad quem, vel ad quos in ipsa Basilica perpetuorum Beneficiatorum collatio, provisio, seu quævis alia dispositio communiter vel divisim pertinet (d), ne de illo, cum, ut præfertur, vacaverit, cui-

In solatium fratris Beneficiati a Borboniis cæsi Beneficiatum confert.

Quandocumque, & quomodocumque vacaverit.

Interim ut Beneficiator. privileg. & c. ex nunc gaudeat.

(a) In hujusmodi literis haud numerantur anni ab Incarnatione. Secus enim non quintus, sed sextus Pontificatus annus excurreret. Orbiti, ut eam civitatem Jovius appellat, seu mavis Urbeveteri degens Pontifex, undique legationes Principum gratulaurium de illius incolumitate accipiebat; Beneficia conferebat, cæterisque omnibus Pontificiis muneribus ita fungebatur, ut prioris immemor calamitatis & videretur ipse, & quisque munitissimo in eo loco cum Pontifice commorans vere esset: alium quippe neminem cura gravior angebat. Pontifex vero ob amissum a suis Florentiæ Dominatum, hilarem facie animum præseferebat; intus autem graviori vexatus molestia, amicitiam & fœdera cum ipsis hostibus moliebatur.

(b) Duo hinc certo discimus, & errorem illorum, qui Carolo V. intempestive assentantes, sacrilegum facinus in Christi Vicarii Sedem, Romanam Urbem ne conniventiæ quidem illius tribuunt, Borbonio tantum infensi; & Vaticanæ nostræ Basilicæ calamitatem extremam. In ipsos enim Sacerdotes Divinis addictos laudibus sævitum videmus cædibus. Cæterum Beneficii hujus collatio ejus generis est, quod ante Trident Concilium Expectativis obtinentibus, vigebat; nam ex libro Descendentiæ frequenter laudato constat, Pompejum de Spiritibus assequutum esse possessionem Beneficiati vacantis per Friderici cædem die 18. Novembris an. 1527. septem videlicet mensibus, antequam Joanni Mariæ Friderici fratri conferretur. Quumque is toto in successionum libro haud occurrat, planum est, eum neque fratris, neque alterius unquam in locum successisse.

(c) Quotquot hucusque attulimus collationum exempla, circumstantia ista vacant. Præterea iisdem his litteris prohibetur Archipresb. una cum Canonicis Beneficium primo vacans alii conferre. Non igitur, tanquam necessarius, Archipresb. assensus memoratur; sed officiosa illius sedulitas laudatur, solatium quærentis Pazillio ob cædem fratris.

(d) Ordinaria Beneficiatorum tum antipue, tum recentioris plantationis collatio ad Archipresbyterum, & Capitulum per-

cuiquam providere, aut alias disponere, seu se intromittere quoquomodo præsumant. Ac decernentes ex nunc, te ad vacationem Beneficii hujusmodi in dicta Basilica per Franciottum Cardinalem, & Capitulum præfatos, ac alios, ad quos pertinet, recipiendum, Stallumque in Choro ejusdem Basilicæ tibi assignandum fore, necnon præsentes litteras sub quibusvis specialibus, vel generalibus reservationibus, limitationibus, & derogationibus etiam similium vel dissimilium gratiarum, quomodolibet pro tempore factis, minime comprehensas, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo concessas existere, & censeri: sicque per quoscumque Judices, sublata eis quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabilibus fratribus nostris Castellimaris, & Casertan. ac Feltren. (a) Episcopis pe Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios te, vel Procuratorem tuum nomine tuo, in corporalem possessionem Beneficii, si vacat, aut cum vacaverit ut præfertur, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum ad Beneficium hujusmodi, ut est moris, admitti; tibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi, Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo: Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in dicta Urbe speciales, vel generales præfatæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quibus omnibus te, in assecutione dicti Beneficii vacaturi, volumus anteferri; sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si Archipresbytero, & Capitulo præfatis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis, & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes. Nulli ergo &c. nostræ absolutionis, collationis, provisionis, inhibitionis, decreti, & mandati infringere &c. Si quis autem &c.

Ab Archipr. & Capitulo recipiendus ad primam vacation.

Possessionem ei dandam de more committit.

Obstantia quæcumque removet.

Perinde removet obstantia a Capitulo.

Rite dispensat super possessione & Juram. per Procurator.

Datum Viterbii (b) Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo octavo, quartodecimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno quinto.

Instru-

pertinebat, quod patet ex suprà allatis. Attamen Indulta, & Privilegia generalem hanc regulam quandoque excipiunt. Sic e. g. per obitum familiarium S. R. E. Cardinalium vacantia ab ipsisCardd. conferuntur ex Privilegio a Gregorio XI. iis concesso, ut notat Comesius *ad Reg. 31. Cancell.* Quamobrem jure Pontifex, præter Archipresb. & Canonicos, alios etiam Collatores nominat.

(a) Feltrensis Episcopi nomen silentio præteriri non debet. Erat is Thomas Campegius Laurentii Card. frater. Quem scilicet non parum commendat inclyta Bononiensis Familia ferax virorum præstantissimor. Id nihilominus singulare illi contigit, quod Leone X. a quo factus erat Episcopus, decedente, atque Hadriano electo, huic Thiaram Pontificiam in Hispaniam detulit. Ab eodem Venetiarum Nuncius est declaratus; parumque abfuit, quin Pauli IV. Successor crearetur; tanti merito æstimabantur ejus virtutes. Inter Tractatus Juris; apud Rocabertum; & seorsim plura ejus opuscula extant maxime utilia de variis Ecclesiæ Quæstionibus, unde liquet, cujusmodi viris constabat Concil. Trid. cui ipse interfuit. In Aræcæli Ecclesia jacet cum Inscriptione non admodum elaborata, quam videsis ap. Ughell. *in Episc. Feltr.*

(b) Munita loca haud amplius erant opus Pontifici. Die siquidem 17. Februarii mensis, Deo Optimo sic volente, Borbonii milites Roma tandem excesserant, quam profecto desolatam, atque exhaustam, affligere, ac spoliare penitus mense jam decimo cogitabant. Lotrechius Dux Gallorum Neapolim suscepto itinere, pluribusque Regni oppidis in deditionem acceptis, Cæsarianos desides prædæque reliquiis inhærentes excivit, eorumque numerum contagione valde imminutum ad luendas pœnas tot scelerum accersivit. Ugonem Moncatam præ cæteris, referente Jovio, qui ex Arce S. Angeli ad Ænariam Insulam se contulerat, didicerat Pontifex cæsum navali pugna una cum Cæsare Ferramusca (sacrilega multitudine, quæ tamdiu S. Sedem ac Romanos afflixerat partim levibus certaminibus absumta, partim navali eodem prælio cæsa, partim obsidionis incommoda sentiente Neapoli) Duces autem reliquos aut cecidisse, aut in captivitatem abductos. Quamobrem respirabat Roma; & Pontifex jam sibi nihil metuens reliquerat Urbem veterem, mox Romam repetiturus, quam hostibus nimium fidens bis perdiderat. Viterbii autem diuturniorem traxisse moram discimus ex Giberti Veron. Episc. profectione ad eamCivitatem ut Pontificem conveniret; quod factum Septembri mense. Itaque non rediisse Romam credibile est ante Novembrem.

(a) Asca-

Inſtrumentis locationum Domorum aliorumque bonorum ſpectantium ad Capitulum in direptione Urbis amiſſis, conductores jubentur docere de titulo, quo retinent prædictas Domos, aut Bona, ut Baſilicæ inſervientium detrimento caveatur.

Ex Autogr. Archiv. Baſil. Vat. capſ. 5. faſc. 11.

AN. CH. circa 1528.

In direptione Urbis plura Documenta perierant.

Conductores bonor. Baſil. judicialiter conveniendi.

CUm ſicut accepimus Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, varios, & diverſos contractus obligationes, & inſtrumenta cum variis, & diverſis perſonis tam ſuper locationibus Domorum, Caſalium, Vinearum, & aliorum bonorum ſub proprietate ejuſdem exiſtentium, ante miſerabile Urbis excidium cum diverſis perſonis, etiam in dignitate conſtitutis celebraverit, atque contraxerit, quibus tum propter dictum Urbis excidium apud dilectos filios Canonicos, & Capitulum dictæ Baſilicæ etiam publicatis exiſtentibus, tum etiam propter obitum Notariorum de eis rogatorum omnino peritis, & propterea Locatarii, & alii iniquitatis filii de præfata dilapidatione forſan confiſi, etiam quæſtionem dominis refricare non erubeſcunt. Nos igitur indemnitati illius conſulere volentes dilecto filio noſtro in ſpiritualibus Vicario Generali, omnibuſq. aliis, & ſingulis Urbis Judicibus ordinariis delegatis, ſubdelegatis, & quacumque auctoritate fungentibus, tenore præſentium committimus, & mandamus, ut ipſi, vel eorum alter, quibus, vel cui præſens noſter Motus proprius præſentabitur, in omnibus, & ſingulis cauſis coram eis, vel eorum altero motis, & cœptis, movendiſque, & incipiendis in futurum, contra quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, & Sæculares, & in quacumque dignitate conſtitutas, locaque, & Univerſitates quaſcumque de, & ſuper quibuſcumque rebus, & bonis ad dictam Baſilicam ſpectare aſſertis, docto per præfatos Canonicos, & Capitulum, etiam per teſtes, vel alia quæcumque documenta etiam Summarie &c. & quatenus præfatis Dominis Judicibus videbitur expedire, dictas res, & bona ſub proprietate dictæ Baſilicæ Canonicorum, & Capituli extitiſſe, ſive extare, & de ipſorum quaſi poſſeſſione recipiendi, vel exigendi fructus, ſive Cenſus vel reſponſiones dictorum bonorum, vel locorum poſſeſſoribus, ſive detentoribus eorumdem aliquem brevem, & competentem terminum arbitrio ipſorum ad docendum, & oſtendendum legitime, quo jure, Titulo, ſive Cauſa dictas res, & bona poſſident, ſive detinent, præfigant. Eo autem elapſo, & nihil docto; ad conſolidationem utilis, & directi dominii, & eorumdem bonorum relaxationem per eos ſub Cenſuris, & aliis pœcuniarum pœnis arbitrio ipſorum imponendis, aliiſque Juris, & facti remediis opportunis cogant, & compellant cum poteſtate citandi, & inhibendi, aliaque faciendi in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna; Conſtitututionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, ſtatus, & merita cauſarum hujuſmodi etiam forſan motarum, ſitus, & qualitates dictorum bonorum, præfatorumque contractuum, & inſtrumentorum tenores, nomina, & cognomina præfatorum poſſeſſorum, ſive detentorum eorumdem titulos, aliorumque hîc de neceſſitate exprimendorum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes. Volentes inſuper, quod præſentium ſola ſignatura ſufficiat, & coram quocumque Judice, in quibuſcumque cauſis, & contra quaſcumque perſonas, etiam in dignitate conſtitutas fidem faciat, & præſentari, & dimiſſa copia cum originali collationata reſtitui. Inſuper volumus, per Notarium publicum in libris dictæ Eccleſiæ ubi jura alia conſueverunt, præſentes noſtras regiſtrari, regiſtratæque perpetuis futuris temporibus indubitatam fidem faciant, in contrarium facien. non obſtantibus quibuſcumq.

Ut doceant quo jure, vel titulo poſſideant.

Quod intra certum terminum non facientes cogantur juris remediis.

De Mandato Domini Noſtri Papæ Idem Vicarius, & cæteri terminum præfigant, cogant, etiam ſub Cenſuris, & pœnis, & procedant, ut petitur, & Juſtitiam faciant.

Placet &c. J.

Aſca-

Aſcanio Columnæ præcipit, ut ſubditos ſuos Pennenſes cives cohibeat ab ingerendo moleſtiam Veliternenſibus Aucupiorum Campi mortui conductoribus.

Ex Regeſto Epiſtolar. in formaBrev. Clem.VII. an. 1528.'n.48. pag. 822. ap.Arch.Apoſt.Vat:

AN. CH. 1528. 12. *Dec.*

Dilecto Filio nobili viro Aſcanio Columnæ Domicello Romano (*a*) Clemens Papa VII.

Dilecte fili, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Queruntur Capitulum &c. ap. Pont.

Expoſuerunt nuper nobis cum querela dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod, licet ipſi alias jus tam aucupiorum, quam venationum in Caſali Sancti Petri in Formis, vulgo in Campo mortuo nuncupato, ad ipſos pleno jure ſpectante exiſtentium, Proſpero de Civitate Pennæ ſubjecto tuo pro certo inter eos convento tempore locaverint, poſtque finitum locationis hujuſmodi terminum, venationes, & aucupia præfata quibuſdam hominibus Veliternis ad certum tempus vendiderint; nihilominus nonnulli de dicta Civitate Subditi tui Veliternos ipſos in aucupiis, & venationibus hujuſmodi perturbarunt, illiſque retia, & alia inſtrumenta tam ad aucupandum, quam ad venandum apta violenter abſtulerunt, eorumque etiam nonnullos captivos fecerunt, in grave ipſorum Capituli & Canonicorum præjudicium, & non modicum dictorum Veliternorum detrimentum. Quare Capitulum, & Canonici præfati nobis humiliter ſupplicarunt, ut Veliternos ipſos affictuarios ſuos, ſuadente juſtitia, tibi commendare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, etſi ſcimus, non oportere quæ æquitatis, & juſtitiæ ſunt tibi commendare; tamen nobilitatem tuam hortamur, & in Domino requirimus, ut pro tua in Nos & Apoſtolicam Sedem reverentia, ac in res Eccleſiaſticas, qualis hæc eſt, obſervantia, ſubditis tuis, qui Veliternis præfatis in aucupiis, & venationibus hujuſmodi moleſti ſunt, jubere velit, atque ita facere, ut captivos ipſos relaxent, eiſque retia ipſa & inſtrumenta erepta reſtituant, neque impoſterum illos quovis modo, vel quæſito colore ſuper aucupiis, & venationibus hujuſmodi moleſtare habeant, neque præſumant, in quo rem nobilitatis tuæ virtuti convenientem & Nobis plurimum gratam facturus es.

Turbatas venationes Campi mortui.

Pontifex intercedit pro Capit.

Suaviter petens quæ fieri jure debent.

Datum Romæ ſub annulo Piſcatoris die XII. Decembris, M.D XXVIII. Pontificatus noſtri Anno ſexto,

Principem Orangiæ orat, ut Eccleſiam S. Martini Theatinæ Diœceſ. in Aprutio juris Capit. Vat. invaſam ab Actoribus Regiæ Cameræ, reſtitui mandet in jus priſtinum.

Ex eod. Regeſto Clem. VII. n. 48. pag. 1849. ap. Arch. Apoſt. Vat.

AN. CH. 1528. 20. *Dec.*

Principi Orangiæ (*b*). Clem. P. VII.
Dilecte fili, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Abbatia S. Martini de Fara

Expoſitum Nobis fuit pro parte dilectorum filiorum Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod licet Eccleſia Sancti Martini in Valle Theatin. Diœceſis (*c*) Menſæ Capitulari dictæ Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica perpetuo annexa, ac nomine dicti Capituli pacifice, & diutine poſſeſſa fuerit; nuper tamen, cum Abbas de Valignano, qui dictæ Eccleſiæ fructus in arrendam acceperat, defunctus eſſet; Agentes ibi pro Camera Regia, neſcitur qua ex cauſa, aut colore, poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ acceperunt, & in ea intruſi perſeverant. (*d*) Quare pro parte ipſorum Capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Eccleſiæ ſuæ indemnitatem tuæ nobilitati commendare vellemus. Nos igitur, qui ex Offi-

Invaſa a Regia Cam. Officialibus

(*a*) Aſcanius Columna una cum Vaſtio deditionem fecerant in navali prælio nuper memorato, ductique erant a Philippo Auria Victore in Liguriam. Non multo autem poſt Andreas Auria, qui mutata voluntate Cæſarianas partes ſequebatur, utrumque in Ænaria Inſula expoſuit pridie, quam Cæſariani ad Averſam Caſtris Gallorum potirentur medio Auguſto menſe, qui gloriæ, & vitæ Lotrechii fuit ultimus. Quo ſcilicet tanto Duce D. O. M. uſus fuit ad avertenda extrema mala ab urbe, & ad plectendos Sacrilegos Direptores; non vero ad eripiendum Cæſari Regnum, unde contagione primum, poſtea vi & armis ejecti fuerunt Galli milites.

(*b*) Borbonio in prima Urbis aggreſſione cæſo Philibertus Aurantius cum Ugone Moncata, & Ferdinando Alarcone teterrimæ calamitatis Pontificiæ, & Urbanæ ductor, parenſque erat ſuperiori anno. Simultates a Clemente jam deferbuerant, res enim erat de inſtaurando Florentino Principatu; idcirco ejus pietas, & juſtitia his literis celebrantur.

(*c*) Conſulendus Bullarii noſtri *to.* 1. *pag.* 44. *not.* *b.* Item videnda Bulla Nicolai V. hoc To. *pag.* 134. Patebit enim, Eccleſiam hanc S. Martini, de Fara etiam nuncupatam, pacifice poſſideri a Capitulo octavo jam & ſeptuageſimo anno.

(*d*) Has litteras ſuum effectum ſortitas eſſe nos docent aliæ Pauli III. (*in Archivo Baſil. capſ.* 21. *faſc.* 69.) quas infra exhibebimus; iis enim approbat locationem ejus Eccleſ. ad annos centum.

(*a*) Exem

Suaviter monetur Orangius

Officii nostri debito conservationi Ecclesiarum præcipueque dictæ Basilicæ consulere, & intendere debemus, tuam nobilitatem a cujus mente aut notitia hæc haud prodire credimus, hortamur plurimum in Domino, velit dictum Capitulum, vel pro eo agentes, ad possessionem suam pristinam restitui, & in ea conservari mandare. Faciet tua Nobilitas rem tua pietate, & justitia dignam, nobisque admodum gratam.

Suavius eidem imperatur a Pontif.

Datum Romæ sub annulo Piscatoris die xx. Decembris M. D XXVIII. Pontificatus nostri anno sexto.

Beneficiatis & Clericis canere nescientibus sustituendos alios ad id idoneos decernit, qui percipiant fructus ad eosdem spectantes pro horis Canonicis cantu peragendis.

Ex Autogr. Archiv. Basil. Vat. caps. 7. fasc. 296. Item lib. B. fol. 150. & lib. I. fol. 86. (a)

AN. CH. 1529. 29. Aug.

CUm nihil nobis magis curæ sit, quam quod Divinus Cultus assidue observetur, & in Ecclesiis, maxime in Alma Urbe nostra in Divinis laudabiliter serviatur; Cumque in Ecclesia Sancti Petri de Urbe certus numerus Benefitiatorum, & Clericorum pro cantandis Divinis Officiis institutus sit, qui & Benefitiati, & Clerici Chori nuncupantur, & prout non sine animi nostri displicentia audivimus, multi ex his, vel pueri, vel canere nescientes, vel nolentes existant; quapropter Divinus Cultus maxime est diminutus; volentes nos talibus inconvenientiis, quantum cum Deo possumus obviare, Dilectis filiis F. Sanctæ Mariæ in Domnica Diacono Cardinali Ursino, ac pro tempore Archipresbytero existen., necnon Canonicis, & Capitulo dictæ Basilicæ tenore præsentium committimus, & mandamus, quatenus dictos Benefitiatos, & Clericos nunc, & pro tempore existentes, & qui canere sciunt, congruis temporibus, & horis, Canonicas horas in Choro, vel ubi Divinum Officium in dicta Basilica dici contigerit, cantent, ipsis autem non cantantibus, vel aliquibus nescientibus canere, ut de aliis loco ipsorum, qui dictæ Ecclesiæ pro eis deserviant, providere debeant infra breve eis bene visum temporis spatium moneant, & requirant: quo elapso, & ipsis sic monitis, non providentibus, ipsi, vel alter eorum, aut Camerarii dictæ Basilicæ, de alio, seu aliis loco ipsorum provideant, ac de fructibus, quos eisdem Benefitiatis, & Clericis ratione servitii eorum satisfacere deberent, dictis sic deputatis respective satisfaciant absque alio dictorum Benefitiatorum, & Clericorum respective desuper habendo consensu, de restantibus nihilominus ipsis Benefitiatis, & Clericis respective integre satisfacto, tenore præsentium sub excommunicationis majoris, & interdicti respective sententiis, quoad ipsos Canonicos, & Capitulum committimus, & mandamus, quacumque appellatione etiam non frivola non obstante, cum non sit conveniens, ut ubi de cultu Divino agitur, per jurium apices, ac litium anfractus procedatur. Mandamus nihilominus nunc, & pro tempore in Alma Urbe nostro, & pro tempore existenti Romani Pontificis Vicario (b), ut in præmissis illis, & cuilibet ipsorum assistat, Contradictores quoscumq. per Censuras Ecclesiasticas, & Personarum capturam, similibus appellationibus non obstantibus, compescendo. Volumus autem, quod præsens mandatum in Archivio dictæ Basilicæ reponatur, & in libris ejusdem ad perpetuam rei memoriam adnotetur, & quod de cætero in admissione cujuslibet Benefitiati, vel Clerici una cum aliis Ecclesiæ Constitutionibus de observando juretur;

Beneficiator. & Clericor. officium canendi peritia.

Ad canendum obligantur qui sciunt:

Substituendi alii eorum loco qui nesciunt,

Parte fructuum iis assignata.

Decreto vis Constitutionum adjicitur.

Placet & ita motu proprio mandamus. J.

Die

(a) Exemplum potius Autographi, quam Autographus ipse est, quod in Archivo extat. Quum autem alia duo supperant exempla, seu Transumta; inde satis superque habemus ad rem neque gravem, nec diuturnam. Nam Paulus III, Successor Clementis, has literas revocavit, ut suo loco palam fiet. Cæterum mirabitur fortasse aliquis studium tam immodicum Pontificis erga Basilicam semel, & iterum direptam tanto cum omnium ordinum detrimento, ut Chorali cultu destitutis Divina Officia peragendi facultatem elargiri oportuerit absque ejusmodi cultu, contra Instituta Majorum. Præterquam quod rapinis junctæ cædes eam, ut credibile est, vastitatem intulerunt Basilicis, & Ecclesiis Urbis; ut nullus delectui locus remanserit. Pontificis tamen studium erga Divinum cultum in nostra Sacrosf. Basilica quamquam Paulus III. moderatus est, ut immodicum; nihilominus quod Prædecessorum Institutis inhæreret, non improbavit; ejusque Successores, præcipue Paulus V. quodammodo instaurarunt.

(b) Archipresbyteri Basil. Vat. jurisdictio antiquissima, quam, ut notat Cohell. (*notit. Cardin. c. 59.*) nonnulli repetunt ab Episcopis Sylvæ Candidæ, & quam multo auctiorem reddidit Paulus III. (*Bullar. vet. to. 1. const. 35.*) omnes causas civiles, criminales, & mixtas Canonicorum, Beneff. &c. cum quibusvis aliis personis, locis, Collegiis &c. dirimendas & terminandas demandans Archipresbytero, jurisdictio hæc inquam a Clemente non subjicitur Vicario, qui tum erat Episcopus, neque ulla utebatur auctoritate in Archipresbyteros, Clerumque & personas iisdem subditas; sed opportunum Vicarii auxilium, rerum causis id exigentibus, paratur Archipresbytero, & Canonicis, ut Decretum istud tutius, ac vehementius exequantur.

(a) De

Registratio ejusd. Motus pr. 1529.

Die Dominica vigesima nona mensis Augusti Anni a Nativitate Domini Millesimi quingentesimi vigesimi noni, præsens Motus proprius intimatus fuit Reverend. Dominis Canonicis & Capitulo supradictis in Sacristia dictæ Ecclesiæ aggregatis, qui cum debita, qua decuit, reverentia receperunt, & per me Marianum Quarrum ejusdem Ecclesiæ Beneficiatum & Notarium registrari debere mandarunt, quem per alium mihi fidum de verbo ad verbum registrari feci, ut superius continetur &c: in cujus fidem una cum signo meo solito, & consueto manu mea propria me subscripsi.

Intimatio ejusd. Capit. &c. an. 1535.

Anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimo quinto Indictione octava die vero Dominico XXIII. mensis Octobris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini Domini Pauli Papæ III. anno primo Reverendus Pater Dominus Julius Corvinus Vicarius, & Canonicus suprascriptæ Venerabilis Basilicæ, facta commissione mihi Notario publico infrascripto de legendo suprascriptum motum proprium & illo per me lecto alta, & intelligibili voce coram Dominis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis dictæ Basilicæ congregatis in Sacristia dictæ Basilicæ, & loco Capitulari solito intimavi requirens, & interpellans eosdem super tenorem, & formam illius omni meliori modo &c. rogans &c. Actum in dicta Sacristia præsentibus ibidem Dominis Raphaele de Monte, & Nicolao Lupo testibus &c. rogatis &c.

Franciscus Spina publicus Notarius de præmissis rogatus subscripsi.

Ascanio Columnæ gravissimorum criminum, tum quæ ipse perpetraverat, tum quorum complex fuerat in utraque direptione Urbis, veniam humiliter petenti largitur, ut prævia confessione, satisfactione &c. a quovis Confessario possit absolvi in foro conscientiæ tantum dummodo: ablata Basilicæ Vat. &c. restituat.

Ex Regesto Epistolar. in forma Brev. Clem. VII. an. 1529. n. 49. pag. 1404. ap. Arch. Ap. Vat.

AN. CH. 1529. 31. *Aug.*

Dilecto filio nobili viro Ascanio Columnæ Domicello Romano (*a*).

Clemens Papa VII.

S. Sedes a via salutis devios revocat.

Dilecte fili, Salutem & Apost. Benediction. Immensa Apostolicæ Sedis, piæ Matris benignitas, ne antiquus hostis, tanquam leo rugiens, insectari non cessans, quos perdat ex grege Salvatoris nostri Jesu Christi sanguine redempto, partis triumphis victor exultet, Christifideles omnes, eos præsertim, quos alias comprobatæ fidei sinceritas erga Romanam Ecclesiam non immerito commendat, ut eo firmiori nitantur fidei columna, quo gratiarum ubertate frui se noverint pleniori, ab iniquitatis faucibus prorsus eripere satagit, & ad optatæ salutis semitam reducere sollicitudine paterna procurat. Exponi siquidem nobis nuper fecisti, quod licet alias quondam Ugone de Moncada tunc pro Vice-Rege in Regno Neapolitano se gerente (*b*), nonnullis etiam Sedi præfatæ immediate subjectis tam Domicellis, quam aliis complicibus forsan instigantibus, annuendo, in invasione & spolio Almæ Urbis (*c*) Palatiique nostri Apostolici & forsan Basilicæ Sancti Petri primo, & deinde in crudeli universæ Urbis præfatæ, ejusque districtus depopulatione, & direptione per Cæsarei exercitus Milites facta te (*d*) etiam, contra nostram, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium personas machinando, & contra proprium forsan fidelitatis juramentum & intervenisse, & aliquatenus præfuisse, & propterea homicidiis, sacrilegiis, rapinis, deprædationibus, violationibus, adulteriis, stupris, & aliis atrocioribus delictis, & excessibus tam per Milites tibi subditos, quam alios, causam, opem, auxilium, & favorem præstitisse, & forsan ablatorum, & deprædatorum, saltem tolerando, participem esse, & fuisse dici possis. De præmissis tamen, & aliis quomodolibet per te incursis erroribus ab intimis doles, & intrepida imposterum amplius ad devia non declinandi fiducia, salutarem pœnitentiam subire, & peragere supremis exoptas affectibus. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut lapso dexteram porrigere, & laqueos,

Delicta & peccata Oratoris

Causam præcipue sceleribus aliorum præbentis

Expianda proponuntur S. Sedi.

(*a*) De hoc nuper loquebamur *pag. 398. not. a.*

(*b*) Prorex Lanojus Cajetæ erat mortuus quum venit Romam Generalis Ordinis Minor. a Carolo V. missus, ut de Pontifice liberando ageret; nempe Octobri mense; Ugo autem, ad quem extendebantur mandata Cæsaris Prorege, tunc erat. Idque ex Guicciard. *l.* 18. & ex Jov. *l.* 25. luculente discimus. His autem ex literis intelligimus, quod Lanojo etiam vivente, prima nimirum in direptione Urbis, cujus Caput ductorque erat Ugo, eodem Proregis munere functum esse.

(*c*) Paul. Jovius in fine *lib.* 25. hæc de Ugone breviter; *Ferunt, Clementem, ubi ex literis, quas ad eum ex ipsa Philippi victoris Prætoria perscripseram, de eventu ejus navalis pugnæ certius didicit, vel obid. magnopere fuisse lætatum, quod ipse Ugo Moncata, & Cæsar Feramusca præcipue cecidissent; quorum ille occupato Vaticano, & Sacrariis Augustissimi Templi direptis primum intulerit vulnus &c.*

(*d*) Quæ sequuntur, Commentariis non indigent. Ascanius ipse proprio fatetur ore, qui, quæ, & quot scelera perpetraverint in utraque direptione urbis.

(*a*) Hinc

queos, si quibus propterea irretitus existis, dissolvere, aliasque animæ tuæ saluti in præmissis pia venia consulere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui misericordis Christi vices gerentes in terris, misereri magis, quam ulcisci, & anxio emendationis post excessum desiderio, amplam clementiæ januam recludere consuevimus, hujusmodi supplicationibus inclinati, te, in foro conscientiæ tantum, ab hujusmodi, & aliis etiam criminis lesæ Majestatis, rebellionis, & aliis quantumcumque enormibus, enormissimis, & atrocissimis excessibus, & reatibus, necnon quibusvis excommunicationis, suspensionis, anathematis, interdicti, maledictionis æternæ, & aliis gravissimis sententiis, censuris, & pœnis tam per sacros Canones, seu Sedem Apostolicam, & tam per nos, quam per Imperiales, & municipales Constitutiones contra similia perpetrantes editis, & promulgatis; ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, sine alicujus præjudicio absolvimus, & absolutum fore nunciamus, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, præmissorum occasione quomodolibet contractam, necnon processus, sententias, & condemnationes quascumque desuper initos & confectos, penitus abolemus, revocamus, cassamus, & irritamus: teque in pristinam Nativitatem, & eum in quo ante præmissa quomodolibet eras statum, in omnibus & per omnia, acsi nunquam in talia incidisses, & hodie in humanæ vitæ lucem prodiisses, etiam sine alterius præjudicio restituimus. Et nihilominus, ut Sacerdotem idoneum secularem, vel regularem, quem malueris, in tuum possis eligere Confessorem, qui tua confessione diligenter audita, te a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, inrerdicti, anathematis, maledictionis, aliisq. Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis hujusmodi in Te a jure vel ab homine, ex quibusvis tam præmissis, quam aliis occasionibus, vel causis in genere, vel in specie, qualitercumque latis, inflictis, & promulgatis; etiamsi earum vel alterius ipsarum absolutio Sedi Apostolicæ specialiter, vel generaliter reservata existat, votorumq. & jurisjurandi trasgressionibus, homicidiorum, sacrilegiorum, stuprorum, & violationum reatibus, necnon aliis quibuslibet criminibus, excessibus, & delictis, de quibus corde contritus, & ore confessus, seu ex oblivione non confessus fueris, quantumcumque enormibus, etiam si talia sint, super quibus Sedes Apostolica foret omnino consulenda, illorum omnium, & singulorum circumstantias, nomina, expressiones, numeros, qualitates, quantitates, tempora, & loca, quibus commissa, seu perpetrata, tractata, vel agitata fuerunt, etiamsi per operis evidentiam, sententiam, vel confessionem, notoria aut manifesta sint, etiam quæ quomodolibet dubitationem inducere possint, quod si expressa fuissent, præsentes litteras verisimiliter non concessissemus, præsentibus, etiamsi nominatim & in individuo, cum qualitatibus, quantitatibus, temporibus, circumstantiis, & locis specificata fuissent, pro expressis habentes, semel dumtaxat, & infra festum Nativitatis B. Mariæ Virginis proxime futurum, debitam tibi absolutionem, & restitutis bonis in direptione Urbis hujusmodi ablatis, ac alias in forma Ecclesiæ consueta impendere, ac vota quæcumque per te quomodolibet emissa in alia pietatis opera commutare, & pro commissis tibi pœnitentiam salutarem injungere; necnon, recepto prius a te juramento, quod de cætero similia non committes, nec committentibus auxilium, consilium, vel favorem præstabis, plenam absolutionem & remissionem a pœnis, & culpa tibi concedere valeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus. Non obstantibus præmissis ac felicis recordationis Pauli II. Pii etiam II. Sixti IV. Innocentii VIII. Alexandri VI. Julii similiter II. & Leonis X., ac aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, necnon etiam nostra noviter contra collectas & insultus facientes aut homicidiis participantes; seu illa, & alia hujusmodi seu etiam atrociora, & gravissima, & enormissima perpetrantes editis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, legibusque, & statutis, & juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, necnon privilegiis, indultis, & litteris Apostolicis, quibus, illorum tenores & formas, etiamsi ad eorum derogationem trina impetratio, aut alia exquisita forma servanda foret, pro expressis, & in individuo, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod pœnitentiam per Confessorem per Te eligendum hujusmodi tibi injungendam adimplere omnino tenearis, alias præsentes nullius sint roboris, vel momenti. Quodque idem Confessor visitationis Sepulchri Dominici, Apostolorum Petri & Pauli de Urbe, & Jacobi in Compostella, & Religionis, ac Castitatis vota commutare nullatenus possit.

Datum Romæ sub annulo Piscatoris die ultima Augusti M. D XXIX. Pontificatus nostri anno sexto.

Eum absolvit foro conscientiæ:

Processus &c. etiam factos evocat.

Pro reservatis usque Ca... facultatem ejus Confessario.

Semel tantum: restitutione ablator. pœnitentia &c. de more injunctis

Constitutionibus contrariis derogat.

Vota aliqua excipit minime permutanda.

Coronationem Caroli V. Bononiæ ab ſe factam cum duplici corona, Ferrea, & Aurea teſtatur ex variis cauſis. Quam perinde ac Modoetiæ, aut Mediolani, & Romæ factam in Baſilica Principis Apoſtolor. habendam decernit.

Ex Regeſt. Capitulor. Nicol. V. Leon. X. & Clem. VII. n. 34. Armar. 31. pag. 43. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1530. 24. Febr.

In feſto Cathedræ S. Petri 22. Febr.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Cum proximo Februarii menſe, celebri Cathedræ Petri die (*a*), cui, diſpari quamvis merito, pari tamen poteſtate ſucceſſimus, dilectus filius noſter Wilhelmus (*b*) tituli Sanctorum Joannis, & Pauli Presbyter Cardinalis in Capella Palatii Civitatis noſtræ Bononien., quam in præſentiarum habitamus, Miſſarum ſacra noſtro juſſu eſſet peracturus, & priuſquam ad ipſam Capellam accederemus, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Quintum Imperatorem ſemper Auguſtum noſtra ex auctoritate inunxiſſet, reliquaſque Cæremoniis vetuſto more circa id fieri ſolitas peregiſſet (*c*), Nos, qui poſtea hujuſmodi cæremonis, & unctione peractis, Capellam ingreſſi fuimus, infra ipſarum Miſſarum ſolemnia Regia, Imperatoriaque Inſignia eidem Carolo tradidimus, ejus Caput Corona ferrea decoravimus, abhinc deinde triduum, in ipſo ſcilicet die Mathiæ Apoſtoli feſto, qui primus dies natalis ipſi Carolo illuxit, eum aurea corona (*d*) inſigniri volentes, ex Palatio per penſile tabulatum ad hoc ipſum inſtructum ad Eccleſiam Sancti Petronii acceſſiſſemus, Pontificiam Miſſam celebraturi, &, cum ipſe Carolus Imperator hiis omnibus perfunctus eſſet, quæ ad hujuſmodi cæremonias exiguntur, primo videlicet ante aram ad hunc uſum ſuper tabulato erectam in Canonicum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe per nonnullos ejuſdem Baſilicæ Canonicos Bononiæ tunc temporis degentes, & ibidem præſentes receptus, deinde oratione una ad hanc celebrationem accommodata, in Eccleſiæ hujuſmodi foribus per Præneſtinum, rurſus altera intra fores per Sabinenſem Epiſcopos, ſuper caput ipſius Caroli alta voce prolatis, idem Imperator ad quamdam Capellam divertit, ubi cultu & ornatu Diaconorum indutus, & inde ad Sedem pro eo paratam accedens, ibidemque ab Epiſcopo Oſtienſi

Carol. V. inungitur, & coronatur corona Ferrea.

In feſto San-[...] cti Mathiæ 2[...] Febr. fit Canon[...] cus S. Petri.

Cætera m[...] coronam Imp[...] rialem ſuſcepi[...] rus exequitu[...] Pontifex e[...] coronat.

(*a*) Hinc ſuppetit novum ac multo locupletiſſimum teſtimonium unius feſti Cathedræ Romæ celebrari ſoliti, ante Pauli IV. Conſtitutionem de alio feſto Cathedræ die 18. Januarii quam Romanam appellat, Antiochenæ nomine tributo uni illi antiquiſſimæ, quam memorat Clemens VII. vide noſtram Diſſert. *Anaſt. to. IV. pag.* 150.

(*b*) VVillelmus Enchenvvoertius, vulgo Enchavordius apud Belgas natus patria Silvæducenſis Cardinalis unicus ab Hadriano VI. creatus tridui ante obitum. Acceptiſſimus iſte erat Carolo V. In S. Mariæ de Anima, quo transferri curaverat Hadrianum ex Baſilica noſtra, & ipſe jacet; ubi ſpectatur inſcriptio ſatis prolixa inciſa marmore, ab Ughello relata *in addit. ad Ciac.* quæ præ aliis rebus geſtis hujus inclyti viri, meritiſque honoribus, queis Hadrianus, & Clemens VII. eum cumularunt, hæc præſefert ad rem noſtram; *Etiam a Clemente VII. Eccleſia Trajectenſi boneſtatus eſt. Carolo V. Imperatori libentiſſ. quem ab illo coronam Imperii accipientem inunxit.*

(*c*) Coronationem hanc omnium ſupremam Bononiæ peregit Clemens VII. annis 78. poſtquam Nicolaus V. coronarat Romæ Fridericum III. Nam Friderici filium Maximilianum coronaturus Julius II. an. 1590. poſtmodum bello petiit; quare Imperator non coronatus deceſſit. Utraque autem coronatio & Romana, & Bononienſis a Superioribus multum diſcrepat. Siquidem tam Fridericus Romæ, quam Bononiæ Carolus utramque coronam, Ferream, & Auream contra morem majorum per manus Pontificis ſuſceperunt. De Friderici coronatione uberrime agit Auguſtini Patritii Cæremoniale ab electo Corcyrenſi editum *lib. 1. ſect. 5. cap. 3.* cauſam etiam indicans cur Modoetiæ, aut Mediolani corona ferrea redimitus non fuerit. Coronatio autem Caroli V. ſuprema omnium abunde patet ex his literis. Atque hinc primo diſcimus, unctionem præmiſſam eſſe coronationi Auguſti in Regem Langobardorum, etiamſi per manus ejuſdem Ponficis coronam ferream ſuſciperet, a quo poſt tridui auream ſuſcepturus erat, cui ſolemnis inunctio præmittebatur, more majorum, ut ex præd. Cæremoniali.

(*d*) Totam hanc Cæremoniam conferri oportet cum prædicto Cæremoniali *cit. loc.* Profecto videre erit, quæ antiqui juris ſunt noſtræ Baſilicæ, in qua cœpta eſt coronatio hujuſmodi a S. Leone III. qui Carolum M. coronavit, omnia peracta eſſe in Eccleſia S. Petronii. Capellam ipſam S. Mariæ in Turri (*Tab. Ichnogr. Alfar. n.* 149.) Ara erecta in tabulato penſili quodammodo præſeferebat; ibique in Canonicum S. Petri a noſtris Canonicis eo profectis ad hunc finem Imperator de more eſt receptus. Perinde eſt de Altari S. Mauritii (*Alphar. ibid. n.* 22.) ad cujus imitationem parata, atque ornata eſt Capella, ut antequam coronam auream ſuſcepturus accederet ad Pontificem, a Cardinali Oſtienſi inungeretur. Pauli Jovii (*lib.* 27.) teſtimonium hic præterire non poſſum, quippe cui fides integra in rebus hujuſmodi eſt habenda; *Erant omnia*, inquit, *ad imaginem Vaticani Templi conſtituta, & novæ Sacellis appellationes impoſitæ, ut ea ſigillatim ad veterem conſuetudinem ex Pontificiis libris reſponderent. Affuere igitur Romani Sacerdotes, quibus Sacra Vaticani templi ſunt commendata. Ii ad Aram Cæſarem ſuſceperunt, linteaque ſacerdotali tunica ſuperinjecta in Collegium ejus Sacerdotii cooptarunt. Eum Salviatus Card. in verba ex libris Pontificiis concepta ſacramento adegit; ita ut in ſumma libens juraret, ſe Pontificiæ dignitatis perpetuo futurum eſſe defenſorem. Ab hac ara duarum turrium nuncupata duo Diaconi Cardinales, Salviatus ſcilicet ipſe, & Ridulphus ambo ex patruelibus Pontificis nepotes ad templi limen deducunt. Flexo genu ſupplicantem Piccolomineus Presbyter Card. certis precationibus expiatum in Sacellum S. Gregorii perducit. Ibi lintea tunica deponitur. Sandalia Margaritis, & gemmis picta ſtatim induuntur, & Dalmatica veſte in morem Diaconi prius aſſumta, paludamento demum conveſtitur. In eo habitu procedenti Puccius Card. ad porphyreticam rotam, quæ eſt ad Vaticani templi medium mitratus occurrit. Ingeniculatus Cæſar ad aram maximam obvertitur, ſolemnique altera precatione, ut ejus imperium ſtabile, perpetuum, victoriarum pietatis plenum faxit, Deo Max., in cujus manu ſunt regna, commendatur.* Quid afferri poteſt illuſtrius ad litterarum ſententiam explanandam?

(*a*) Per-

Ostiensi inunctus (*a*), ad conspectum nostrum venit. Nos vero Missam prosequentes, Evangelio latina græcaque lingua nondum enunciato, eadem, quæ nudiustertius Regia, Imperialia insignia Imperatori contulimus. Annulum in primis ejus digito anulari imponentes, deinde ensem adversus fidei hostes vibrandum ad ejus femur accingi fecimus: deinde vero aurea corona caput ejus coronavimus, ac postmodum Sceptrum, peculiare Regibus insigne, ac globum totius Mundi imaginem repræsentans in ejus manus tradidimus, & ad pacis osculum, quo Christus nascens, prædicans, moriens, resurgens, ac regnans, Ecclesiam suam dotavit, admisimus. Quibus rite peractis, ille in Solium Imperiale dextero lateri nostro pene contiguum sese recepit, Sacrificio deinde absoluto, & omnibus, quæ veteri ex instituto in hujusmodi coronatione fieri solent peractis, ad Palatium, unde profecti eramus, equo insidentes regressi fuimus; & ne animis curiosis ambigi possit, an ferrea corona (*b*) quæ olim Modoetiæ, vel in Ecclesia Mediolanensi, & aurea, quæ per Romanum Pontificem Romæ in dicti Petri Basilica exhiberi fuit solita, jam utraque Bononiæ ad supplices Imperatoris preces, & ex causis legitimis id suadentibus (*c*), per nos exhibita, tantumdem virium, & stabilitatis obtineat, acsi ambæ statutis in locis, more veteri traditæ, susceptæque fuissent, ut hic scrupulus ex animis evellatur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus, & ad posteritatem transmitti volumus, omnia prædicta hoc tenore hocque in loco gesta, perinde firma, valida, & inconcussa esse, ac suum robur, & stabilimentum obtinere; ac si illa ferrea coronatio vel Modoetiæ, vel Mediolani, hæc aurea vero Romæ in dicta Basilica (*d*), servatis omnibus cæremoniis servari solitis, celebrata, factaque fuissent: sicque per quoscumque Judices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales interpretandum, judicandum, ac sententiam promulgandam, adempta eis aliter interpretandi, judicandi, & sententiam promulgandi facultate, auctoritate & tenore prædictis decernimus: supplentes ex certa scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulos defectus tam juris, quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem. Nos enim cum eodem Carolo, cum quo alias felicis recordationis Leo Papa Decimus secundum carnem frater Patruelis, & Prædecessor noster ut Regnum Neapolitanum una cum Imperio retinere posset per suas litteras dispensavit (*e*), pro potiori cautela, ut Regnum Neapolitanum ipsum una cum Imperio, quoad vixerit retinere libere & licite valeat, quibusvis constitutionibus, &

Utramque Coronationem Bononiæ factam.

Vult accepi, ac si Modoetiæ, & Romæ facta esse.

Auctoritat. Apost. id confirmat.

Leonis X. exemplo cum eo dispensat, ut Neap. Regnum & Imp. una retineat

---

(*a*) Pergam literas illustrare cum Jovio: *Ascenditur demum versus aram maximam, ubi Innocentio Cibo Cardinale letanias præeunte, alternis precibus pie pronunciatis Divi divæque omnes propitiantur. In lectisternio supplicanti Cæsari Campegius Card. adstitit, & de scripto orationculam, ut auspicato coronaretur, religiose recitavit. Inde mox Cæsar a Farnesio, quoniam is erat senatus princeps, & Cardinalium vetustissimus, intra Sancti Mauritii Sacellum est deductus, ubi diffibulata Dalmatica, humeros, & brachium dextrum sacro oleo, adjectis puris, & piis orationibus inungitur.* Minutissima hæc quidem relatio Cæremoniali apprime respondens conferenda est cum Apostolicis hisce literis, quibus alteram orationem traditur recitatam, antequam Carolus Diaconalem ornatum indueret. Cætera omnia tum quæ præcedunt, tum quæ sequuntur, neque a Cæremoniali, neque ab Historico ullatenus discrepant. Processionis sumtuosissimæ post coronationem, Convivium tantæ par Majestati; Magnatum qui aderant nomina, & honores, ac cætera omnia siquis nosse optat, ejusdem Jovii minutissimam narrationem perlustret. Satis nobis sunt, quæ attulimus.

(*b*) De hac Corona, abs re non erit huc afferre quæ habentur in Cæremoniali. Primo siquidem (*Sect. 5. cap. 3.*) legitur: *Quæ corona ferrea (quamvis aurea sit) nuncupatur.* Rursusque in fine *sect. 5. Quæ quidem corona ideo appellatur ferrea; quod laminam quamdam habeat ferream in summitate: alioquin aurea & pretiosissima.* Ita Augustinus Patritius scriptis memorialibus libris fidem adhibens, idemque oculatus testis rei, quam descripsit præsens, quum ea corona Romam allata fuit Friderici tempore. Eamdem vero diligentissime descriptam a Paulo Jovio, qui eam inspexit Bononiæ, non est, cur prætercam. *Præsto igitur affuere,* inquit, *Modoetiensium Legati, quorum erant Principes Polydorus Vectius, & Paulus Velanius, qui ad retinendam veteris prærogativæ dignitatem, vetustissimi operis coronam, & annalium codices antiquitate pernobiles detulère. Ea erat sine florentibus pinnis in simplicem & latum orbem circumducta, ferro introrsus tempora præcingente, sed exterius auro & gemmis exornata.* Hæc afferre visum est, Recentiorum disputationibus prætermissis ad rem onerandam, quam ornandam aptioribus.

(*c*) Causas alii alias adducunt. Vastatæ urbis calamitatem avertisse Cæsarem vult Jovius. At Guicciard. *lib.* 20. contendit allatas e Germania literas eo Cæsarem accersentes, ita Electoribus flagitantibus Diætarum gratia, veram, simulatamve causam fuisse, cur Carolus Romam profecturus, iter instituerct Bononiam. Mihi quidem videtur, nec Cæsari tantum fuisse animi, ut Urbem paulo ante cædibus, ac rapinis, omnique inhumanitatis genere fœdatam a suis, velut triumphator inviseret: nec Pontifici, aut Romanis semel, & iterum deceptis libuisse, tertium adventare armatos milites, amicos licet, ac tranquilla omnia pollicentes.

(*d*) Non alibi quam in Basilica Vaticana coronandi Imperatorem consuetudo cœpit a Caroli M. coronatione omnium prima, extremo anno octavi seculi. Ubi vero causæ gravissimæ intervenerunt, a consuetudine discessum legimus. Itaque tria omnino suppetunt exempla celebratæ solemnitatis in Basilica Lateranensi. Primum an. 1134. quum Petro Leonis Pseudo-Pontifice armatis militibus occupante Vaticanum, Innocent. II. Lotharium II. coronavit in Lateranis. Deinde an. 1312. quum Cardinales Legati Clementis V. Avenione sedentis, Roberto Siciliæ Rege Civitatem Leoninam, & Vaticanum suis copiis occupante, Henricum VII. coronare apud Lateranum compulsi sunt. Postremo de Ludov. Bavaro an. 1328. apud Platinam in Joanne XXII. legimus: *Apud ædes Laterani jussu Cleri populique Ro. a Stephano Columna coronatur.* Sed Pagius Junior, qui recte execrationem appellat Ludov. Bavari coronationem (*Joan. XXII. num. 57.*), in Vaticana Basilica peractam novit. Hujusmodi autem exempla nequaquam officiunt Basilicæ Vaticanæ privilegio, quod jure asseritur a Clemente VII. his Apostol. literis.

(*e*) Pontificiis legibus cautum erat, ne Rex Neapolis Imperator eligi posset. At Hispaniarum Rex Ferdinandus Leone Pontifice erat mortuus, *Hispaniæ, Neapolis, atque Siciliæ Regnis Carolo Nepoti jure hæreditario relictis,* ut ait Panvinius, qui infra de eodem electo Imperatore sic loquitur: *Maximiliano Cæsare defuncto Carolus nepos Hispaniarum Rex Francisco Francorum Regi competitori prælatus, Imperator designatus est, legis venia a Leone, septem millibus aureorum annuorum impetrata, qua cautum erat, ne Neapolitanus Rex Cæsar deligi posset.* Quæ quidem dispensatio, ut validior esset, a Clemente his literis confirmatur.

& ordinationibus Apostolicis, ac legibus Imperialibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate & tenore præmissis, de specialis dono gratiæ dispensamus. Quo circa omnibus Christifidelibus, Vassallis, & Subditis præfati Imperii, cujuscumque conditionis existant, etiamsi Regali, & Pontificali dignitate præfulgeant, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & pro quanto gratiam nostram caram habent, districte præcipiendo mandamus, quatenus præfato Carolo Imperatori, ut tenentur, efficaciter pareant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, voluntatis, decreti, dispensationis, & mandati, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Regni & Imp. subditis obedientiam injungit

Literarum Apostolicarum auctoritas.

Datum Bononiæ, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo nono, Sexto Kalendas Martii Pontificatus nostri anno septimo.

Obligatio in forma Cameræ Apostol. de solvendis Ducatis septingentis Capitulo Vat. infra annum pro Card. Laurentio Puccio, qui mille Ducator. quotannis erat debitor ob alienationem Casalium, de quibus supra.

Ex Regesto Instr. Cameral. Hadriani VI., & Clem. VII. num. 20. pag. 207. ap. Arch. Ap. Vat.

Die XXVIII. Junii 1531.

AN. CH. 1531. 28. Jun.

Reverendissimus Dominus Andreas Cardinalis de Valle (*a*) præsens sponte &c. promisit solvere Capitulo Principis Apostolorum de Urbe Ducatos septingentos, sive scutos, infra unum annum, pro Reverendissimo Domino Laurentio Cardinali Sanctorum Quatuor, pro quibus &c. obligavit se in pleniori forma Cameræ Apostolicæ, juravit &c. præsentibus Romæ in domo ipsius Domini Reverendissimi Cardinalis Domino Alberto de Spinellis de Regio laico, & Nicolao de Amelia Clerico, testibus ad hoc rogatis &c. (*b*)

Baldo Ferratino confert administrationem Capellæ Juliæ per cessionem Barthol. patrui, quem Capellæ ejusdem Institutor Julius II. perpetuum Administratorem declaraverat.

Ex Regesto CLVIII. Bullar. Clem. VII. pag. 374. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1532. 21. Jan.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Magistro Baldo Ferratino (*c*), Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Notario, & familiari nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Merita personalia Baldi Ferrat.

Grata devotionis & familiaritatis obsequia, quæ Nobis, & Apostolicæ Sedi hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut illa tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque regimen, & administratio Capellæ Juliæ nuncupatæ, sub invocatione Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, in Basilica Principis Apostolorum de Urbe per felicis recordationis Julium Papam Secundum Prædecessorem nostrum

Administratio perpetua Capellæ Juliæ.

(*a*) Ante Cardinalatum erat Canonicus nostræ Basil. & Regens Cancellariæ, ut notat Victorell. ad Ciac. qui a Petro de Valle Patritio Rom. se monitum tradit, Documenta extare, quæ Andream Archimandritam Messanæ, & S. Philareti apud Calabros, necnon Trium fontium Abbatem fuisse testantur. Hunc Clemens una cum Card. Cæsio, tribusque aliis præstantissimis Sacri Collegii viris præfecit congerendæ pecuniæ ad Ecclesiæ ditionem tuendam in rebus trepidis. Præterea plures in administrationem Ecclesias habuit, ut ex Act. Consistor. Ughell. observat: nam Cajacensem, Galipolitanam, Neocastrensem, Umbraticensem, Crotonensem, Sulmonensem, & Valvensem administravit. Quare in extremis rerum angustiis post Borboniam direptionem Cardinalis maxime opulentus præsidio esse potuit Card. Puccio, qui pro S. Sede maximo alieno ære opprimebatur.

(*b*) Syngraphæ, seu obligationis ætas maxime attendi debet. Sextus jam mensis fluebat anni quinti, quum permutatio ac venditio Casalium Capituli facta erat: nec citra triennium compensatio producenda fuit ex pactis conventis. Infra autem videbimus, productum fuisse tempus auctoritate Apostol. ad aliud triennium; necnon produci iterum ead. auctoritate ad integrum novennium: ita tamen ut Card. Puccius annuos mille ducatos decem Julior. nomine locationis exsolvat Capitulo.

(*c*) Inter Amerinæ hujus nobilis familiæ præstantissimos viros & hunc recensui. De Bartholomæo Baldi patruo item dixi. Utriusque nominis, meritorum, honorum hæredes sub Clementis successoribus memorandi erunt. Baldus autem hic instar Patrui duas administravit Ecclesias Liparitanam, & Amerinam. Magistratus gessit insignes in Aula Romana: Præfectus Fabricæ, Cancellariæ Regens, Præses Romandiolæ, ac demum Gubernator urbis S. Pio V. Pontifice, quo in præstantissimo munere obiit supremum diem, translato cadavere Ameriam, ubi jacet in Cathedrali Ecclesia in Sacello, quod sibi & suis ipse extruxerat. Ughell. *Episc. Amerin.* Vide quæ diximus supra *pag.* 364. *not.* a & 388. *not.* b.

(*a*) Huc

ſtrum fundatæ & inſtitutæ (*a*), ex eo, quod dilectus filius Bartholomæus Ferratinus electus Soran.; qui tunc Canonicus dictæ Baſilicæ per eumdem Prædeceſſorem Rector, & Adminiſtrator ejuſdem Capellæ, cum plena & libera poteſtate poſſeſſionem Prioratus, & aliorum Beneficiorum tunc expreſſorum, eidem Capellæ per ipſum Prædeceſſorem perpetuo unitorum apprehendendi, illorumque fructus exigendi, percipiendi, levandi, ac in uſus tunc expreſſos convertendi, ac eorum fructus ad Triennium, vel aliud etiam longum tempus locandi, & arrendandi, ac in uſus, & utilitatem ipſius Capellæ convertendi, cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, Apoſtolica auctoritate conſtitutus, & deputatus extitit, prout in litteris Apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur (*b*), conſtitutioni, & deputationi de eo factis hujuſmodi, hodie in manibus noſtris ſponte, & libere ceſſit, Noſq. ceſſionem ipſam duximus admittendam; ceſſaverit, & ceſſet ad præſens. Nos volentes, te, qui etiam ſignaturæ juſtitiæ Referendarius, & continuus commenſalis noſter, necnon ut aſſeris; præfati Bartholomæi ex fratre nepos exiſtis, ac Canonicatum, & præbendam ejuſdem Baſilicæ, inter alia obtines, præmiſſorum obſequiorum, & meritorum tuorum intuitu, favore proſequi gratioſo, teque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; tibi regimen, & adminiſtrationem Capellæ hujuſmodi, cujus fructus, ut etiam aſſeris, nulli ſunt, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium committimus, ac concedimus, & aſſignamus, teque in ejuſdem Capellæ Rectorem, & adminiſtratorem cum poteſtate, & facultate exigendi, percipiendi, locandi, & arrendandi, ac convertendi in, & cum ea fructus eidem Capellæ applicatos, quoad vixeris, conſtituimus, & deputamus; ac quoad illa in præfati Bartholomæi locum ſubſtituimus, & ſurrogamus. Quocirca venerabilibus Fratribus noſtris Vigornien. & Caſertan. (*c*) ac Caſtelli Maris Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium ſeu alios faciant auctoritate noſtra te poſſeſſione, ſeu quaſi (*d*), poteſtatis regiminis, & adminiſtrationis, ac facultatis prædictarum, juxta conceſſionis, commiſſionis, & aſſignationis, ac conſtitutionis, & deputationis, ac ſubſtitutionis, & ſurrogationis earumdem continentiam, & tenorem, pacifice gaudere: non permittentes, te deſuper per Archipresbyterum pro tempore exiſtentem (*e*), & dilectos filios Capitulum dictæ Baſilicæ, ſeu quoſcumque alios, quomodolibet indebite moleſtari; Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius Baſilicæ, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque. Aut ſi Archipresbytero & Capitulo præfatis, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo &c. noſtræ abſolutionis, commiſſionis, conceſſionis, aſſignationis, conſtitutionis, deputationis, ſubſtitutionis, ſurrogationis, & mandati infringere &c. Si quis autem &c.

A Capitulo ... prorſus indepen-dente.

Vacans per liberam ceſſionem

Confertur adminiſtranda eidem Bilto ad vitam.

Demandat de more poſſeſſion.

Et defenſio contra Archipr. & Capit. moleſtias.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo, Pridie Kalendas Februarii Pontificatus noſtri anno nono.

Antonio

(*a*) Huc revocari oportet quæ ſupra habentur in ipſa Julii II. Bulla inſtitutionis *pag.* 358. *& ſeqq.*

(*b*) Ibid.

(*c*) De JoanneBaptiſta Bonciannio mentio incidit in literis Leonis X. *pag.* 370. *not.* b. Quapropter abs re non erit hîc ſubjicere, quod, Caſertanus licet eſſet Epiſcopus, Romæ plurimum excelluit honoribus & rebus geſtis. Quumque eſſet acceptiſſimus Clementi VII. quo Pontifice erat Datarius anno 1525. die 14. Septembris vota a primis Clericis Regularibus Theatinis in noſtra Vaticana Baſilica ſolenniter emiſſa, nomine Pontificis ipſe excepit. Quatuor erant ii Clerici Inſtitutores. Joannes Petrus Caraſa, & S. Cajetanus Thienææ illuſtris Vicetinæ familiæ germen, præcipue memorantur. Ille, qui ad ſummum Pontificatus apicem evectus Paul. IV. eſt dictus, nomen dedit Clericis. Quum enim Theatis olim Epiſcopus (vulgo *Chieti*) eſſet, ab Epiſcopatu ejus Theatinorum nomen acceſſit Clericis. Cajetanus autem eorum primus, qui & SS. numero adſcribi meruit, jure Inſtituti parens, & Patronus habetur: Vide Fontanin. *Cod. Can. pag.* 458. ſed præcipue Bened. XIV. *de Beat. & Canoniz. lib.* 4. *par.* 2. *c.* 6. *n.* 10. *edit. Rom. pag.* 581.

(*d*) Recte ait quaſi poſſeſſionem. Nam Patruus Bartholomæus a Julio II. inſtitutus erat Commiſſarius, & Adminiſtrator Bonorum Capellæ Juliæ abſoluta cum poteſtate, quin Archipresbytero, aut Capitulo ſubjecta eſſent eadem Bona: quare in alienatione Caſalis Piſciarelli cautum fuit, ut ejuſdem Adminiſtratoris conſenſus minime expeteretur. Baldus autem in eamdem adminiſtrationem eodem jure ſuccedens, 60. Ducatis aureis de Juliis decem annui reditus ſpoliata eadem Bona adminiſtranda ſuſcipiebat, necnon Prioratu Albanenſi.

(*e*) Biennio ante ſub finem menſis Maji 1530. Franciotto Urſino abdicante, Archipresbyter S. Petri eſt electus Franciſcus Cornelius Presb. Card. S. Pancratii, qui anno 1534. die 17. Aprilis titulum S. Cæciliæ, eodemque anno die 5. Sept. S. Praxedis titulum eſt adeptus, quem retinuit ad an. 1541. die 15. Martii, quum optavit tit. S. Mariæ Transtiberim. Hunc reliquit die 14. Novembr. ejuſd. anni factus Epiſcopus Albanus, ad breve quidem tempus: nam die 15. Febr. ſequentis an. 1542. Præneſtinus evaſit Epiſcopus. Hæc indicare oportuit: quum enim Grimaldo teſte fuerit Archipresbyter noſtræ Baſil. ab exeunte menſe Maji 1530. ad Septembrem pariter exeuntem 1543.

an. 13

Antonio Card. Puccio Laurentii Nepoti prorogat ad novennium assignationem Casalium, aliorumve bonorum Capitulo Vatic. annui reditus mille Ducatorum in compensationem alienatorum ab Avunculo; ita tamen, ut solvat quotannis eidem Capitulo Ducatos mille, nomine affictus, seu locationis.

Ex Regest. Epist. Brev. Clem. VII. an. 1532. par. 1. pag. 98. ap. Arch. Apost. Vat.

AN. CH. 1532. 20. Februar.

Dilecte fili noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dudum per bonæ memoriæ Laurentium Episcopum Prænestin. Cardinalem Sanctorum Quatuor Coronatorum nuncupatum, Avunculum tuum, tunc in humanis agentem, & dilectum filium nostrum Franciottum Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconum Cardinalem de Ursinis nobis exposito, quod licet alias, cum pro nostrarum, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ necessitatum subventione pecuniis indigeremus (*a*), dilecti filii Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe certa Casalia tunc expressa, ad eorum Mensam Capitularem legitime spectantia, valoris, quem præsentibus haberi volumus pro expresso (*b*) cum uno extra Portam Turrionis ad Laurentium Episcopum, & alio de Manliana nuncupato, ratione Præpositurae Sanctæ Cæciliæ de Urbe Ordinis Humiliatorum (*c*), ad Franciottum Cardinalem præfatos Casalibus legitime spectantibus, cum pacto & conditione, quod liceret dicto L. Episcopo Casalia permutata libere vendere. Quodque infra Triennium teneretur idem L. Episcopus præfatis Capitulo alia Casalia, ex quorum fructibus annis singulis mille Ducati auri de Camera perciperentur, consignare, seu cum effectu curare, quod dictæ Mensæ Capitulari aliquod Monasterium, seu bona valoris mille quingentorum Ducatorum similium unirentur; alioquin, lapso dicto Triennio. Casalia in permutatione data hujusmodi, eorumdem Capituli libera essent, liceretque eis illorum possessionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, cum certis aliis etiam pactis, & conditionibus tunc expressis permutassent. Cum tamen sicut eadem expositio subjungebat, ipse Episcopus propter Urbis direptionem (*d*), & bella, quæ duobus & ultra anteactis annis viguerant, Casalia pro recompensa hujusmodi consignare non potuisset, quamvis unum litigiosum Monasterium, valoris mille quingentorum Ducatorum, in Terris Ecclesiæ consistens eidem Mensæ Capitulari, reservatis illius fructibus uni ex Collitigantibus jus in eo habere prætendenti, quoad viveret, eidem Mensæ Capitulari uniri curasset, & tam ipse Episcopus, quam Franciottus Cardinalis infra dictum Triennium, cujus finis tunc instabat, adimplere id, ad quod tenebantur, & ad quod præfatus L. Episcopus in pleniori Cameræ forma se obligaverat, non confiderent; & propterea tam ipse L. Episcopus, quam F. Cardinalis nobis humiliter supplicassent, ut dictum Triennium ad aliud Triennium prorogare dignaremur: Nos eorumdem Episcopi, & Franciotti Cardinalis

Pontificis & S. Sedis necessitates Capitulum alleverat;

Suppeditans Casalia annui reditus mille Ducator. ut venirent.

Cum pacto compensationis infra trienn.

Compensatio prorogat ad aliud triennium.

an. 13. mens. 4. quum Viterbii obiit supremum diem; inconstantiam, seu vices titulorum adnotasse lucem afferet Apostolicis literis Pauli III. quæ proferentur ante Cornelii obitum, cui successit Alexander Card: Farnesius Pauli nepos, qui Cardinalitiæ dignitatis graduum mutatione Cornelio longe præstitit.

(*a*) Casalia singillatim enumerata in superioribus, alienata erant ineunte anno 1527. a Nativitate Domini, post direptionem Civitatis Leoninæ, Basil. Vatic. & Palatii Apost. ab Hugone Moncata, & Columniis factam. Quare non modo pactum triennium, sed alterius etiam prorogatio elapsa erat; nec stabilium bonorum compensatio ad mensam Capitularem pervenerat.

(*b*) Ex literis Apostolicis; quas datas an. 1526. 17. Dec. attulimus supra *pag.* 385. constat, Casalium omnium pretium fuisse Ducatorum auri (ad decem Julios pro singulis) viginti millia, qui relati fuerunt in Montem fidei, ab hoc Pontifice institutum, de quo ibi loquuti fuimus *not.* c.

(*c*) De horum Ordine Natal. Alex. (*Sec.* 13. & 14. *Hist. Eccl. c.* 7. *art.* 5.) ubi opponit Urspergensi Abbati Jacobum de Vitriaco summis efferentem laudibus Humiliatos *c.* 28. *Hist. Occid.* necnon S. Antoninum, & alios Auctores. Quidquid autem sit de eorum ordine, quem S. Pius V. extinxit; ad Humiliatos spectabat id temporis Monasterium S. Cæciliæ, hujusque Præpositura seu Commenda ad Card. Franciottum Ursinum. Humilitati enim non Abbati, sed Præposito parebant, ut docent Monumenta ap. Ughell. *to.* 3. *pag.* 120. & 122. His quidem temporibus Monasterium quoque Monialium S. Cæciliæ fundatum erat. Nam, ut testatur Fr. Hyacinthus de Nobilibus in Chron. Monasterii Campi Martii ap. Martinell. *Rom Sac. pag.* 196. D. Maura Magalotta Romana cum aliquot Monialibus Clemente VII. annuente ex prædicto Monasterio Campi Martii profectæ, Transtiberinum S. Cæciliæ fundaverunt. Cujusmodi fundationis Bullam dedit Pontifex in Arce S. Angeli die 25. Junii anno Pontif. 4. nimirum 1527. calamitosissimæ Borbonianæ direptionis tempore. Manlianæ autem Villæ cum ejus Latifundio possessionem Moniales non sunt adeptæ nisi post extinctum Humiliatorum ordinem, quod ex earum Archivo petendum.

(*d*) Primam scilicet, quæ Leoninæ civitatis fines non præteriit. Ante enim quam altera teterrima Borboniorum direptio fieret, Casalia omnia alienata erant, ut constat ex literis tam multis, quas supra attuli. Hisce autem, heu nimium veris causis! celeberrimam inundationem Tiberis adjunxisset, cujus infausta monumenta hodieque legimus ad S. Mariæ super Minervam; ad Arcem S. Angeli; ad D. Mariæ de populo; super caput Pasquini, & alibi; & de qua in Diario Blasii Baroni *lib.* 1. *c.* 271. hoc testimonium legitur: *Fu si grande l'inondazione del Tevere in Roma in tempo di Clemente VII.* (1530. 24. die Septembr.) *che superò otto palmi tutte le inondazioni precedenti, e fu di grave danno alla Città, che avanzò il danno fatto nell'anno* 1527. *per il sacco dato da' barbari.*

(*a*) Ani-

Ne Capitulum ex pacto invaderet Manlianam & aliud Casale

dinalis in ea parte supplicationibus inclinati, Triennium prædictum ad præmissa adimplendum ad aliud Triennium ; ita quod interim non liceret præfatis Capitulo aliquid contra Casalia cum Casalibus eorum permutata hujusmodi innovare , nec illorum possessionem capere , dummodo interim de affictu mille Ducatorum similium singulo anno dictis Capitulo satisfieret, per quasdam nostras in forma Brevis litteras prorogavimus, & extendimus, prout in Instrumento super permutatione confecto , & litteris prædictis plenius continetur. Cum autem , sicut nobis nuper exposuisti , præfatus Laurentius Episcopus morte præventus , tuque , & dilecti filii Robertus etiam Avunculus tuus , ac alii de Pucciis , quos tecum idem Laurentius Episcopus in suis bonis universales hæredes instituit, promissionem , & obligationem per ipsum Laurentium Episcopum factas implere cum effectu intendatis , si Vobis ad id faciendum competens tempus concedatur . Nos attendentes ea , quæ pro dictæ Romanæ Ecclesiæ subventione ab ipso Laurentio Episcopo sunt gesta , ob temporis defectum non debere in tuam, & aliorum cohæredum jacturam cedere , tuis & cohæredum hujusmodi in hac parte supplicationibus inclinati, Triennium per dictas litteras prorogatum , in quo , ut asseritis , existitis , & cujus finis forsan instare dignoscitur , ad novennium a fine Triennii prorogati (*a*) hujusmodi computandum , ita quod , dicto Novennio durante, dummodo interim tu , & Cohæredes tui præfati dictis Capitulo de mille Ducatis similibus , loco Affictus , annis singulis respondeatis , minime liceat præfatis Capitulo contra Casalia cum Casalibus eorum permutata hujusmodi , vel in tuum , aut Franciotti Cardinalis , seu cohæredum tuorum prædictorum præjudicium , innovare , nec ipsorum permutatorum Casalium possessionem capere , auctoritate Apostolica per præsentes extendimus pariter , & ampliamus. Non obstantibus Constitutionibus , & ordinationibus Apostolicis , ac obligationibus , & promissionibus per te, & dictum Laurentium Episcopum factis , necnon omnibus illis , quæ in dictis literis voluimus non obstare , ceterisque contrariis quibuscumque .

Moritur Card. L. Puccius , ad quem spectabat compensatio Capituli.

Hæredibus prorogatur ad Novennium

Modo solvant mille Ducatos annuos nomine conductus Capitulo.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xx. Februarii MDXXXII. Pontificatus nostri anno nono (*b*).

PAULUS III.

(*a*) Triennium istud prorogatum excurrit usque ad anni 1532. finem. Inde autem fluere incipit novennium prorogatum Card. Antonio & cohæredibus Laurentii Puccii Cardinalis, usque ad exitum anni 1541. Interim inferuntur quotannis in Mensæ Capitularis ærarium mille Ducati , quanti erat reditus Casalium alienatorum : ne Capitulum juxta Pacta conventa possessionem ineat Casalis Villæ Manlianæ, & alterius Transtiberini sæpe in superioribus literis memoratorum.

(*b*) Animadvertimus supra *pag.* 395. *not. a* hujusmodi literis in forma Brev. Pontificem inire annos a Nativitate , seu communem sequi rationem ineundi annum Civilem a Januario mense : secus enim Pontificatus nonus in 1531. conveniret, non in sequentem.

(*a*) Quanta

PAULUS III.

Clementi VII. Alexander Farnesius die 12. Octobris 1534. hoc est, altero postquam Cardinales in Conclave secesserant, die, summa Electorum consensione (*a*), ac universa Urbe plaudente (*b*), sufficitur, sumtoque Pauli III. nomine, die 3. insequentis Novembris coronatur. Sedit annos 15. ac dies 28., si ab electione supputatio ducatur; quippe 10. Novembris 1549. ex hac luce migravit. Hoc Pontifice adnitente, Concilium Tridentinum die 13. Novembris an. 1545. primum incepit.

Capellaniam ad Altare B. Mariæ de Conventu *in Basilica Vaticana primo vacaturam, a Clemente VII. Valentino Sormeto concessam Paulus approbat, quamvis, ob Clementis obitum, Literæ Apostolicæ conscriptæ non fuerint.*

Ex Regesto XXIV. Bullar. Paul. III. pag. 81. apud Archiv. Apostol. Vatic.

AN. CH. 1534. 3. *Novemb.*

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Valentino Sormeto Clerico Nucerin. Diœcesis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Rationi congruit, & convenit honestati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu, litteræ Apostolicæ confectæ non fuerint, suum sortiantur effectum. Dudum siquidem cum tu liti & causæ inter te, ut asserebas, & dilectum filium Johannem Franciscum de Benignis perpetuum Capellanum in Basilica Sancti Petri de Urbe, super perpetua Capellania sub invocatione Sanctæ Mariæ in Conventu in dicta Basilica (*c*), quam etiam ad te de jure spectare asserebas, coram certo causarum Palatii Apostolici Auditore, seu ejus Locumtenente, indecisæ pendenti, ac omni juri tibi in illa vel ad illam quomodolibet competenti, in manibus felicis recordationis Clementis Papæ septimi Prædecessoris nostri sponte & libere cessisses, eumdem Johannem Franciscum in possessione dictæ Capellaniæ, in qua existebat, quantum in te erat, pacificum dimittendo, & dictus Prædecessor Cessionem hujusmodi duxisset admittendam, idem Prædecessor volens tibi asserenti te Venerabilis fratris nostri Johannis Dominici Episcopi Portuen. tunc Sabinen (*d*) familiarem continuumque Commensalem, & dictum Johannem Franciscum Clericum Cameracen. existere apud eumdem Prædecessorem, de vitæ ac morum honestate aliisque probitatis & virtutum meritis multipliciter commendato, ne ex cessione hujusmodi nimium dispendium patereris, de alicujus subventionis auxilio providere, ac præmissorum meritorum intuitu, gratiam facere specialem, Teque a quibusvis excommunicationis &c. innodatus existebas,

Oborta inter Innocentianos controversia Sormetus causam deserit.

(*a*) Quanta in Pauli III. electione fuerit Cardinalium consensio, docet Biasius Cæsenas Sacrarum Cæremoniarum Magister ita scribens: *Die 12. Octobris 1534. mane Sacro celebrato, habita est Cardinalium Congregatio, Pontificiæque leges ad Romani Pontificis electionem pertinentes, lectæ; post duas horas* (mirum!) *electio Cardinalis Farnesii in Pontificem Maximum peracta est. Absoluto prandio, Cardinales temperare sibi non poterant, quin illum adorarent, & pro ratis pedes oscularentur.* Verum ipsomet Blasio monente, in Sacellum ingressi, omnium nomine Cardinalis Senensis Episcopus Portuensis ita Farnesium est alloquutus: *Spiritus Sancti gratia, te, Alexander Farnesi, Ostiensis Antistes, & Collegii Princeps, totius Sacri Collegii nomine, & meo, eligimus in Romanum Episcopum, & totius Catholicæ Ecclesiæ Pastorem.* Quas voces communis Cardinalium plausus excepit, ac fausta illa acclamatio; *Sic eligimus, dicimus, & pronuntiamus in nomine Domini.* Assensum probarunt suffragia Syngraphis expressa, quæ, præter morem, in Sacrum Calicem, non obsignata, sed aperta conjecta fuere, ut Jovius testatur.

(*b*) Summum Romanorum ex hac electione plausum, ac in gratulationem effusa vota vel inde licet colligere, quod die 29. Octobris tres currus triumphales quarta noctis hora ante Palatium Vaticanum tracti fuerint, multis facibus circumsepti, ut Pontifici spectaculo essent, ac delectationi. Peracta vero Coronatione, nimirum quinta Novembris die, equestris pugna in Area Vaticana fuit instituta, primoribus Romanorum Civium decertantibus, quos inter, Ascanium de Columna, Jo. Baptistam de Sabellis, ac Julianum de Cæsarinis idem Blasius Cæsenas memorat. Cur vero tanto plausu ac lætitia Romanos perfuderit Pauli electio, duplex affertur caussa. Altera quod eximiæ Cardinalem Farnesium Virtutes ornarent; altera quod tandem aliquando Civis Romanus ad Petri Cathedram fuisset evectus; quippe post Martinum V. hoc est spatio centum & ultra annorum, nemo ex Romano cretus sanguine inter Summos Pontifices relatus fuerat. Etsi vero Paulus III. ex inclyta ac vetustissima Farnesiorum Romana familia ortum duxerit, extra Urbem tamen, hoc est Canini (alii Carinum vocant) tunc paternæ ditionis loco, nunc Castrensis Ducatus oppido natus est, teste Panvinio, Platinæ Continuatore, Cabrera, & Jo. Palatio; quibus favet communis ac perpetua traditio in memorato Canini oppido, ubi extat adhuc Arx, ac in Arce Cubiculum, in quo Alexander Farnesius, mox Paulus Papa III., fertur in lucem editus.

(*c*) Consulenda quæ de hac Capella pridem adnotavi *pag. 344. not. a.*

(*d*) Joannem Dominicum de Cupis intellige, olim Basilicæ nostræ Canonicum, mox Archiepiscopum Tranensem a Leone Pontifice electum, cui ex Archiepiscopatu quem gesserat, Cardinalis Tranensis cognomen adhæsit. Eum Ughellus Portuensem ac S. Rufinæ Episcopum creatum affirmat die 26. Februarii 1535. Castiganda tamen Autoris supputatio, seu potius Librarii incuria; jam enim ex hoc Diplomate compertum est, illum an. 1534. inter Portuenses Episcopos a Paulo III. recenseri.

* præsentium

ftebas, ad effectum * . . . . dumtaxat consequendum, absolvendo &c. censens, nec non omnia & singula Beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura; quæ etiam ex quibusvis dispensationibus Apostolicis obtinebas & expectabas, ac in quibus & ad quæ jus tibi quomodolibet competebat, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque essent, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores pro expressis habens, sub Data videlicet decimo septimo Kalendas Julii, Pontificatus sui anno decimo, tibique, Johanne Francisco cedente, etiam ex causa permutationis, vel decedente, seu Capellaniam prædictam quomodolibet dimittente, vel amittente, aut illa alias quovis modo vacante, etiam apud Sedem Apostolicam, liceret tibi ad eamdem Capellaniam, quæ sine cura erat, & cujus fructus, redditus, & proventus quadraginta Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annnum, ut etiam asserebas, non excedebant, vigore litterarum desuper conficiendarum, quas dictus Prædecessor vim validæ & efficacis provisionis tibi de illa ex tunc, prout ex ea die cum vacaret, & e contra, Apostolica auctoritate factæ, obtinere decrevit, liberum habere accessum & ingressum; illiusque corporalem possessionem per te vel alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere, & absque alia tibi desuper facienda provisione retinere, ipsius Johannis Francisci ad id expresso accedente consensu, eadem auctoritate Apostolica de speciali gratia indulsit, decernens ex tunc irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, necnon privilegiis, indultis, & litteris Apostolicis, dilectis filiis Populo Romano sub quibuscumque tenoribus & formis, aut cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque, & aliis decretis, etiam iteratis vicibus concessis, ac per Prædecessorem & Sedem prædictam approbatis & innovatis, quibus inter alia caveri dicebatur expresse, quod Beneficia Ecclesiastica dictæ Urbis aliis quam Civibus Romanis, & Civium Romanorum filiis conferri non possent, & aliter de illis, etiam per Romanum Pontificem pro tempore existen. & Sedem eamdem pro tempore factæ Collationes, & aliæ dispositiones nullæ essent, quodque eisdem privilegiis, indultis,

Eidem Sormeto regressus in Capellaniam conceditur.

Clausulæ derogatoriæ.

& litteris Apostolicis nullatenus, aut nonnisi modo & forma in illis expressis derogari posset, quibus omnibus dictus Prædecessor noster, etiamsi pro eorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad id servanda esset, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, pro sufficienter expressis habens, illis alias in suo robore permansuris, ea vice dumtaxat specialiter & expresse derogavit; quodque tu Civis Romanus & Civis Romani filius non existebas, contrariis quibuscumque; aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum e'us litteras impetrassent, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet esset processum; Quibus omnibus dictus Prædecessor te in assecutione dictæ Capellaniæ voluit anteferri, sed nullum per id eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari; seu si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem esset Sede indultum, quo ad receptionem, vel provisionem alicujus minime tenerentur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possent, quodque de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existeret, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeret quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda esset in eisdem litteris mentio specialis. Aut si præsens non fores ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam ipsam accederes, corporaliter illud præstares. Ne autem de absolutione, indulto, decreto, & derogatione prædicta, pro eo quod super illis ipsius Prædecessoris, ejus superveniente obitu, litteræ confectæ non fuerit, valeat quomodolibet hæsitari, tuque illorum frustreris effectu, volumus, & similiter auctoritate Apostolica decernimus, quod absolutio, indultum, decretum, & derogatio præ-

dict. hujusmodi, a dicto die decimo septimo Kalendas Junii suum sortiantur effectum, perinde ac si super illis ipsius Prædecessoris litteræ sub ejusdem diei data confectæ fuissent, prout superius enarratur; quodque præsentes litteræ ad probandum plene absolutionem, indultum, decretum, & derogationem Prædecessoris hujusmodi ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. *Literarum exequutio Delegatis imponitur.* Quocirca venerabilibus Fratribus nostris Castelli maris & Ariminen. & Casertan. Episcopis per Apostolica Scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra te facultate Juris accedendi & ingrediendi, ac in eventum accessus & ingressus hujusmodi, possessione dictæ Capellaniæ, juxta indulti prædicti continentiam & tenorem, pacifice gaudere; non permittentes te desuper per quoscumque indebite molestari, Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus omnibus supradictis &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, decreti, & mandati infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo quarto, tertio nonas Novembris, Pontificatus nostri anno primo (*a*).

Decretum Clementis VII. qui Prioratum S. Balbinæ Hippolyto Cardinali Mediceo ad sex menses concesserat, Paulus confirmat, quamvis, Prædecessore vita functo, Literæ Apostolicæ conscriptæ non fuerint.

Ex lib. ccxxx. Regest. Bullar. Pauli III. pag. 221. apud Archiv. Apost. Vatican.

AN. CH. 1534. 3. Novembr.

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Æquum reputamus & congruum, ut ea quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu, litteræ Apostolicæ confectæ non fuerint, suum sortiantur effectum. Cum itaque Prioratus Sancti Salvatoris in Ecclesia Monasterii Sanctæ Balbinæ de Urbe (*b*) Sancti Benedicti, vel alterius Ordinis, qui alias tunc certo modo vacans, bonæ memoriæ Herculi tituli Sanctæ Agathæ Presbytero Cardinali tunc in humanis agenti Apostolica auctoritate commendatus fuerat, *Prioratus S. Balbinæ vacat per obitum Cardinal. Rangon.* Commenda hujusmodi, ex eo quod dictus Hercules Cardinalis apud Sedem Apostolicam debitum naturæ persolverat (*c*), cessante adhuc eo, quo ante Commendam ipsam vacaverat modo, tunc vacasset, felicis recordationis Clemens Papa Septimus Prædecessor noster volens ut dilectus filius Hippolitus Sancti Laurentii in Damaso Diaconus Cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius (*d*), ut statum suum juxta Cardinalatus sublimitatis exigentiam decentius tenere, ac expensarum onera quæ cum jugiter de necessitate subire oportebat, facilius sufferre valeret, de alicujus subventionis auxilio providere, ac gratiam facere specialem, Motu proprio, non ad ipsius Hippoliti Cardinalis, vel alterius pro eo præfato Prædecessori desuper oblatæ petitionis instantiam, sed de ejus mera liberalitate, & ex illius certa scientia, sub datum videlicet tertiodecimo Kalendas Augusti Pontificatus sui anno undecimo, Prioratum prædictum, *A Clem. VII. Cardinali Mediceo conceditur* cujus fructus, redditus, & proventus quadringentorum Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut ipse Prædecessor acceperat, non excedebant, quovis modo, quem, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultaret, præfatus Prædecessor pro expresso haberi voluit, aut ex cujuscumque persona per liberam resignationem cujusvis de illo in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, aut Constitutionem piæ memoriæ Johannis Papæ XXII. etiam Prædecessoris nostri, quæ incipit, Execrabilis, vel assecutionem alterius Beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati, vacaret, etiamsi tanto tempore vacasset, quod ejus collatio juxta Lateranensis Statuta Concilii, ad Sedem eamdem legitime devoluta,

(*a*) Si ea, quæ sub hujusce Constitutionis initium de Pauli III. Coronatione adnotavimus, huc transferantur, patet. hasce literas ipsomet Coronationis die fuisse evulgatas.

(*b*) Hunc S. Balbinæ Prioratum Basilicæ Vaticanæ tandem sociavit Pius IV. editis literis Apostolicis an. 1564. XII. Cal. Julii, quas infra suo loco producemus, ac explicabimus. itaque haud immerito præsens Diploma inter monumenta, quæ ad Basilicam nostram pertinent, recensemus.

(*c*) Hercules de Rangonibus, quem Paulus hic designat, a Leone X. inter Purpuratos Ecclesiæ Patres adscriptus, quo tempore a Cæsarianis militibus Roma diripiebatur, in Arce S. Angeli, in quam confugerat, mense Augusti 1527. occubuit, sive ex vi morbi, sive ex pestilentia, quam Cadaverum fœtor adeo vehementem produxerat, ut vel ipsum Clementis VII. cubiculum in ipsamet Hadriana mole tandem invaserit, teste Victorell. *in addition. ad Ciaconium.*

(*d*) Hippolytus Medices is est, Leonis X. nepos, & Clementis VII. Consobrinus, ab eodem Clemente an. 1529. inter S.R E. Cardinales relatus, quum decimum octavum, aut decimum nonum ætatis annum ageret. Multis præterea honoribus, sacrisque dignitatibus, ac Ecclesiæ reditibus insignitus, etiam Titulo S. Laurentii in Damaso, ac splendido Vicecancellarii munere fuit nobilitatus. De eo plura Ciaconius.

(*a*) Ge-

luta; ipſeque Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter reſervatus exiſteret, & ad eum conſueviſſet quis per electionem aſſumi, eique cura etiam juriſdictionalis immineret animarum, ſuper eo quoque inter aliquos lis, cujus ſtatum idem Clemens Prædeceſſor haberi voluit pro expreſſo, penderet indeciſa, dummodo dicta die tertiodecimo Kalendas Auguſti non eſſet in eo alicui ſpecialiter Jus quæſitum, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem Hippolito Cardinali, per eum ad ſex menſes a die habitæ per eum pacificæ poſſeſſionis computandos dumtaxat, etiam una cum Sancti Laurentii, quæ denominatio ſui Cardinalatus exiſtebat, ac omnibus & ſingulis aliis Eccleſiis ac Monaſteriis & Beneficiis eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, Secularibus, & Regularibus, quæ ex quibuſvis conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum & Commendam ac adminiſtrationem, ac alias obtinebat, & impoſterum obtineret, ac penſionibus annuis, quas ſuper quibuſvis fructibus, redditibus, & proventibus eccleſiaſticis ſibi reſervatis percipiebat, & percipiet in futurum, tenendum, regendum, & gubernandum, ita quod liceret ſibi, debitis & conſuetis ipſius Prioratus ſupportatis oneribus, de reſiduis illius fructibus, redditibus, & proventibus diſponere & ordinare, ſicuti illum in titulum pro tempore obtinentes de illis diſponere & ordinare potuerant, ſeu etiam debuerant, alienatione tamen quorumcumque illius bonorum immobilium & precioſorum mobilium ſibi penitus interdicta, dicta Apoſtolica auctoritate commendavit. Non obſtantibus recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, & Lateranenſis Concilii ultimo celebrati, & aliis Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque: Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſeu Commendis ſibi faciendis de Prioratibus hujuſmodi, vel aliis Beneficiis eccleſiaſticis dictæ Urbis, ſpeciales vel generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet eſſet proceſſum, quibus omnibus eumdem Hippolitum Cardinalem in aſſecutione dicti Prioratus dictus Clemens Prædeceſſor voluit anteferri, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem Prioratuum ſeu Beneficiorum aliorum, præjudicium generari; ſeu ſi dilectis filiis Abbati & Conventui dicti Monaſterii, ac pro tempore exiſtenti Presbytero, ſeu Diacono Cardinali, ſub cujus titulo dicta Eccleſia forſan exiſtebat, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem eſſet Sede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime tenerentur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſent; quodque de Prioratibus hujuſmodi, vel aliis Beneficiis eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeret provideri, ſeu Commenda fieri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſteret, per quam, litteris ipſius Clementis Prædeceſſoris, ſi deſuper confectæ fuiſſent, non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeret quomodolibet vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda eſſet in eiſdem litteris mentio ſpecialis. Voluit autem præfatus Clemens Prædeceſſor, quod Prioratus prædictus debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarum cura in eo, ſi quæ illi immineret, nullatenus negligeretur, ſed ejus congrue ſupportarentur onera antedicta, quodque dictus Hippolitus Cardinalis, infra eoſdem ſex menſes, Prioratum prædictum, quem ex tunc, niſi interim aut alias ad id ſecum ſufficienter diſpenſatum eſſet, vacare, & illius Commendam hujuſmodi ceſſare decrevit, dimittere omnino teneretur, & inſuper ex tunc irritum & inane decrevit ſi ſecus ſuper hiis a quoque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Ne autem de Commenda & decreto prædictis, pro eo quod ſuper illis ipſius Clementis Prædeceſſoris litteræ, ejus ſuperveniente obitu confectæ non fuerint, valeat quomodolibet hæſitari, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod Commenda & decretum Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi, perinde a dicta die tertiodecimo Kalendas Auguſti ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Clementis Prædeceſſoris litteræ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur; quodque præſentes litteræ ad probandum plene Commendam & decretum Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolut. &c. infringere &c. Si quis autem &c.

Prioratus conceſſio ad ſex menſes facta.

Bonorum alienatio interdicitur.

Clauſulæ derogatoriæ Clementis Literis adjectæ.

Earumdem litterarum valor etſi confectæ non fuerint.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto, tertio nonas Novembris, Pontificatus noſtri anno primo.

Julii

Julii II. Conſtitutionem de Præfecto Capellæ Juliæ per Capitulum Baſilicæ Vaticanæ eligendo, approbat, & confirmat; ideoque Baldum Farratinum a Clemente VII. ejuſmodi Præfectura donatum, removendum decernit.

Ex Regeſto 49. Brevium Pauli III. Epiſt. 157. in Archiv. Apoſtol. Vatican.

Dilectis filiis Canonicis & Capitulo Baſilicæ Sancti Petri de Urbe.

PAULUS PAPA III.

AN. CH. 1534. *Kal. Decembr.*

Dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Capella Julia a Julio Papa erecta.

Dudum ſiquidem poſtquam felicis recordationis Julius Papa Secundus Prædeceſſor noſter tunc in humanis agens, ut accepimus, in quadam Capella ſub invocatione Nativitatis Beatæ Mariæ, olim per piæ memoriæ Sixtum Papam quartum etiam Prædeceſſorem noſtrum ſimiliter tunc in humanis agentem, in Baſilica veſtra Principis Apoſtolorum ædificata, in qua ipſius Sixti Cadaver tumulatum fuerat, Julia nuncupanda, & in qua, eodem Julio Prædeceſſore etiam vita functo, illius Cadaver ſepeliri voluerat (*a*), duodecim Cantores, ac totidem Scholares & duos Magiſtros, unum Muſicæ alterum Grammaticæ, qui inibi ſingulis diebus horas Canonicas decantare tenerentur, ſtatuerat & ordinaverat, ac eidem Capellæ, pro eorumdem Cantorum, Scholarium, & Magiſtrorum ſubſtentatione, certa tunc expreſſa Beneficia univerat, ac certa bona, & cenſus etiam tunc expreſſa, pro ſuſtentatione præmiſſa, juxta providam diſtributionem & diſpoſitionem unius ex Canonicis dictæ Baſilicæ, per illius Capitulum eligendi, ad quem omnimodam Capellæ & Cantorum, Scholarium & Magiſtrorum, ac fructuum, Beneficiorum, & bonorum prædictorum adminiſtrationem perpetuo pertinere voluerat, faciendam, applicaverat, & appropriaverat; & ne in alium, quam præmiſſum uſum, ſeu aliam cauſam converterentur, inhibuerat, ac pro ea prima vice quondam Bartholomæum Farratinum Epiſcopum Cluſin. tunc in humanis agentem, & in minoribus conſtitutum, ac dictæ Baſilicæ Canonicum, quoad viveret, Capellæ prædictæ Adminiſtratorem cum plena & libera poteſtate poſſeſſionem Beneficiorum unitorum, ac bonorum, & cenſuum prædictorum propria auctoritate apprehendendi, ac illorum fructus exigendi, & ſolvendi, aliaque tunc expreſſa faciendi, deputaverat, prout in ejuſdem Julii Prædeceſſoris litteris deſuper confectis plenius dicitur contineri (*b*); cum idem Bartholomæus Epiſcopus regimini & adminiſtrationi Capellæ hujuſmodi, in manibus felicis etiam recordationis Clementis ſeptimi etiam Prædeceſſoris noſtri ſponte & libere ceſſiſſet, dictus Clemens tunc de præmiſſis litteris, & voluntate Julii Prædeceſſoris, ac aliis in eis contentis, ut creditur, ignarus, & nulla ſaltem explicite ei facta mentione, quod in dictis litteris Julii caveretur, quod poſt obitum dicti Bartholomæi, deputatio dicti Canonici Adminiſtratoris ad Capitulum dictæ Baſilicæ ſpectaret & pertineret, ceſſionem ipſam tunc admittens, adminiſtrationem prædictam dilecto filio Baldo Farratino tunc electo Liparen. (*c*) per eum, quoad viveret, conceſſit, eumque Adminiſtratorem Capellæ hujuſmodi deputavit, ſeu deputari conceſſit, prout in ſupplicatione & litteris deſuper forſan conceſſis, quarum tenores, ac

Capellæ Præſidem certis ſub conditionibus deſignat.

Primus Capellæ Adminiſter, ejuſque authoritas.

Bartholomæo Ferratino Baldus item Ferratinus ſufficitur.

(*a*) Geminum in veteri SixtinaCapella extitiſſe ſepulcrum luculenter teſtatur Grimaldus noſter *in lib. Inſtrum. pag.* 134. Altero nimirum Sixti IV. oſſa claudebantur; in altero Julii II. cineres erant conditi. Primum ex ære fudit Antonius Pollajolus periti ſſimus Artifex, qui tumulum excitavit, cum materia, tum opere commendatiſſimum; Alterum humile erat, nullaque lapidum aut metallorum ſtructura nobilitatum; quippe celeberrimum Julii Pontificis Cœnotaphium oſtentat Eccleſia S. Petri ad Vincula. In luctuoſa Urbis direptione ſub Clemente VII. Julii ſepulcrum ſacrilega militum manus violare non erubuit. Ne autem pari audaciaSixti IV. tumulum effoderet ac diriperet, ſolida, ex qua compactus erat, materia obſtitit. Fruſtra enim prædones vim adhibuerunt, ut molem æream effringerent. Capella Sixtina a Paulo V. dejecta, ac rurſus ædificata, utriuſque Pontificis oſſa in Capellam Sanctiſſimi Sacramenti translata ſunt, ubi nobile Sixti IV. monumentum adhuc viſitur. Porro Urbani VIII juſſu a Chori Capella uterque tumulus receſſit, quod æreum monumentum Sixti IV. mole ac amplitudine ſua impedimento eſſet, quominus Sacra Myſteria a Clero Baſilicæ expeditius perficerentur. Id patet ex *Actis Viſitation. an.* 1625. quæ in noſtro Archivo ſervantur.

(*b*) Halce literas ſuperius recitavimus *pag.* 345.

(*c*) Quo tempore Julius II. Capellæ Juliæ adminiſtrationem conceſſit Baldo Farratino, nondum is Baſilicæ Vaticanæ Clero fuerat adſcriptus. Quippe, ſi Grimaldo audiamus, *in Ser. Canonicor. pag.* 37. idem Baldus Farratinus nonniſi an. 1519. Bartholomæo ejus Patruo, ac Baſilicæ Vaticanæ Canonico Coadjutor datus eſt: neque in Canonicum evaſit ante diem 14. Auguſti an. 1534., eodem Grimaldo teſte. Etſi vero idem Baldus ante hujuſce Conſtitutionis ætatem jam inter Vaticanos Canonicos numeraretur, adhuc ejus adminiſtratio Capitulo Baſilicæ gravis erat; tum quia Clemens VII. uni extra Canonicorum numerum Præfecturam demandaverat; tum etiam quia inconſulto Ca[pi]tulo, Pontifex Adminiſtrum delegerat. Quæ duo Julii II., qui Capellam fundaverat, voluntati, ac mandato aperte repugnabant. Hinc Pauli III. Decreto Farratinus Præfectura exuitur, ac Capitulum S. Petri ad primæva jura regreditur.

(*a*) Harum

ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis haberi volumus, plenius continetur (a). Nos, qui ea, quæ pro divini cultus conservatione & augmento, etiam a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus provide facta dignoscuntur, in fundatione præsertim, firma & illibata permanere, prout decens est, exoptamus, ne præmissorum prætextu litteris ipsius Julii in aliquo derogatum, vel liberæ facultati eligendi ipsum Canonicum eisdem Capitulo per eas concessæ, obviatum videatur, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, declaramus & decernimus, per admissionem cessionis dicti quondam Bartholomæi, & deputationem ipsius Baldi, ut præfertur, minime derogatum fundationi & litteris ipsius Julii Prædecessoris nostri prædictis, quominus Capitulum dictæ Basilicæ habeat eligere unum ex Canonicis, qui habeat curam & administrationem dictæ Capellæ, juxta providam ordinationem, & tenorem litterarum ipsius Julii Prædecessoris. Et si quid contra ordinationem, & litteras dicti Julii, in præmissis emanaverit, id per præoccupationem ac importunitatem, & verborum conculcationem, & alias contra intentionem ipsius Clementis, & mentem, ut creditur, emanasse, nec eisdem litteris Julii Prædecessoris per prædictas, & alias quascumque litteras aut supplicationes quasvis, etiam derogatoriarum derogatorias, & alias etiam prægnantes, aut amplissimas clausulas continentes, ullatenus derogatum, ac per eas dicto Baldo nullum desuper jus, aut juris colorem acquisitum fuisse aut esse, eosdemque Capitulum ad electionem unius ex Canonicis dictæ Basilicæ ad administrationem hujusmodi, non ad vitam, sed ad annum tantum duraturam, procedere posse, qui (b) necnon idem Baldus, pro tempore quo jam administravit, nec non heredes dicti Bartholomæi pro tempore quo ipse Bartholomæus administravit, rationem administrationis & villicationis ipsis Canonicis & Capitulo reddere debere, & ad id cogi & compelli posse & debere, prout de aliis administrationibus & Officiis dictæ Basilicæ est solitum fieri; ac desuper contra eosdem Capitulum, aut per eos ad administrationem hujusmodi eligendum, & pro exercitio administrationis Capellæ deputandum, per dictum Baldum de spolio aut attentatis agi, neque gesta per ipsos revocari ea occasione, ipsumque Baldum, & alios quoscumque desuper adversus Capitulum, & per eos eligendum, regula de non tollendo jus quæsitum uti non posse, ac litis pendent. per dictum Baldum super præmissis forsan introductam, in qua, ut accepimus, ad commissionem causæ, & citationis executionem, & forsan inhibitionem processum extitit, quominus declaratio, decretum, & voluntas nostræ hujusmodi suum debitum consequantur effectum, nullatenus obstare, aut in aliquo obesse. Sicque per quoscumque Judices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpetrandi facultate, judicari & diffiniri debere, & quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate, etiam per Nos, scienter vel ignoranter hactenus, vel imposterum actum fuerit, irritum & inane, & quod præsentes vitio subreptionis, seu defectus intentionis, aut alias notari non possint, decernimus, volumus, & declaramus. Non obstantibus præmissis omnibus, ac quibusvis Apostolicis constitutionibus & ordinationibus, & regula de non tollendo jus quæsitum, quatenus opus sit, statutisque, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque & indultis, ac litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, illorum omnium tenores, necnon modos, & formas ad id servandos pro individuo servatis, ac litis statum & merita veriora, & alia quæ hic exprimenda essent, pro expressis habentes, motu & scientia similibus, quoad præmissa specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Baldi electio contra Julii sanctionem facta,

Rescinditur.

Jus eligendi Capitulo Vaticano attribuitur

Contraria quæcumque eliminantur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die prima Decembris M. DXXXIV. Pontificatus nostri anno primo.

Fran-

(a) Harum literarum neque Autographum, nec Specimen ullum occurrit hactenus.

(b) Hic subjicitur sensus obscurus, & erroneus, quem tamen in Apographo castigare Religioni duximus.

(a) Hæc

Franciſcum Sibillam commendat, ut in Vaticanæ Baſilicæ negociis expediendis, præſidio juvetur.

Ex Cod. LII. Brevium Pauli III. pag. 226. in Archiv. Apoſtol. Vatican.

AN. CH. 1535. 10. *Auguſt.*

Paulus Papa tertius. Univerſis & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, necnon quarumcumque Civitatum, Terrarum, & Locorum noſtrorum Gubernatoribus, Locumtenentibus, & Officialibus, quocumque nomine nuncupatis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum ſicut exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Canonici & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, dilectum filium Franciſcum Sibillam eorum Commiſſarium vel Procuratorem ad exigendum & recuperandum nonnullos cenſus, & alia ipſorum Canonicorum & Capituli credita, & quædam etiam alia tunc expreſſa faciendum cum poteſtate ſubſtituendi, per eorum patentes litteras conſtituerint, & deputaverint; Nos cupientes ut idem Franciſcus commiſſum ſibi procurationis officium facile & favorabiliter exequatur, univerſitati veſtræ & cuilibet veſtrum in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna præcipimus & mandamus, quatenus eidem Franciſco, ac ſubſtituendis ab eo in his, ad quæ eorum mandata ſe extendent, favorabiliter aſſiſtatis, & favores & auxilia præbeatis opportuna.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Anulo Piſcatoris 10. Auguſti 1535. Anno primo.

Decernit, ut Menſæ Capitularis Prædia ruſtica novis Colonis ac Conductoribus locari poſſint, iis, quibus pridem locata fuerant, nequaquam interpellatis.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. capſ. 5. faſc. 11.

AN. CH. 1536. 13. *Aug.*

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum ſicut fide dignorum relatione accepimus, & plene informati ſumus, licet ab immemorabili tempore citra, & maxime, ex quo etiam memoria hominum non exiſtit, pro tempore exiſtens Archipresbyter Baſilicæ veſtræ Principis Apoſtolorum de Urbe, & vos filii Capitulum, Bucciæ in Transtyberin, & Campi mortui in Latii partibus nuncupata, & alia prædia ruſtica, ſive Caſalia, Tenutas veſtræ Menſæ Capitularis ejuſdem Baſilicæ, etiam ante finitum tempus tunc inſtantium Inquilinorum, ſeu Conductorum, etiam anticipata alicujus gratitudinis, vel aliquorum annorum ſolutione, etiam cum eiſdem precio, pactis, vel precii & aliorum pactorum augumentatione, maxime in evidentem ipſius menſæ utilitatem, novis Inquilinis, ſeu Conductoribus, etiam meliores condictiones offerentibus, aliis Conductoribus, ſive Inquilinis prioribus non requiſitis, nec interpellatis, aut aliter aviſatis conducere volentibus, locare, & concedere conſueveritis, ac locationes, & conceſſiones per vos factæ, validæ, & efficaces, ſuoſque effectus ſortitæ fuerint, prout etiam de præſenti eſſe, & ſortiri debent; nihilominus ab aliquibus nimium ſcrupuloſis dicatur aſſeri, quod, prout dicitur ſancitum, & receptum in Palatiis ſive domibus Urbis de conſuetudine, vel vigore forſan ſpecialium decretorum Cameralium (*a*), etiam in vim litterarum apoſtolicarum aliquorum ex Prædeceſſoribus noſtris confirmatorum, ſeu innovatorum, ipſorum Palatiorum, & domorum locationes, novis Inquilinis non interpellatis, ſive aviſatis, eiſdem antiquis Conductoribus, ſive Inquilinis, ſi pro eodem precio, noviſque pactis, & conditionibus ſub certis modis, & formis in illis expreſſis, pro tempore factas, nullius roboris, vel momenti exiſtere, quinimo ipſas novas locationes eiſdem inquilinis factas eſſe, & cenſeri debere, idem etiam in Prædiis ruſticis, ſive Caſalibus, & tenutis etiam ipſius Baſilicæ, ſeu menſæ aſſeratur obſervari debere: Ac propterea vos novas locationes novis Inquilinis, de Prædiis, ſeu Caſalibus, vel

Vetuſta in Prædiis locandis Baſilicæ conſuetudo

In controverſiam vocatur.

(*a*) Hæc in Urbe Roma lex obtinet, ut Domorum inquilini ejici non poſſint, ſi pares cum novis conditionibus offerant conditiones, aut penſionum auctaria. Lex iſta Camerali cuidam Decreto innititur, cujus meminere Fenzonius, & Conſtantinus in Commentariis ad ſtatutum Urbis; ille nimirum *cap.* 126. *num.* 21. hic vero *Adnotation.* 24. *art.* 5. *num.* 324. Quo vero tempore, quave occaſione Decretum iſtud a Camerà Apoſtolica promulgatum fuerit, uterque tacet. Nos interim ex hiſce literis colligimus hanc ſanctionem ætate Pauli III. eſſe antiquiorem. Hinc Privilegium, quod vocant *Inquilinatus*, etiam hodie in uſu eſt, niſi Conductor in locationis Syngrapha Privilegio illi conceptis verbis renuntiaverit.

(*a*) Hac

vel Tenutis prædictis, antiquis Inquilinis non requisitis, minime facere posse, ac ejusdem Bucciæ dilecto Filio Angelo de Bubalis Civi Romano, & aliis factas, seu faciendas non tenere, quinimo dilectis Filiis Antonio de Frajapanibus, & Ortensio de Palinis etiam Romanis, ejusdem Bucciæ, & alias Tenutas, seu Casalia hujusmodi ipsis, aliisque antiquis Inquilinis non interpellatis, vel non avisatis, factas censeri, ac exinde jus eis quæsitum esse; Et si præmissa procederent, in nimis grave præjudicium ipsius mensæ cederent, maxime cum de facili contingere, & evenire posset, quod novi Conductores majus pretium, & alias meliores conditiones, & pacta oblaturi, se retraherent, considerantes quod ab antiquis Conductoribus æqualia precium, conventiones, & pacta facere offerentibus, & acceptantibus, superarentur; ac propterea ipsi antiqui Conductores majus præjudicium, vel meliores conditiones, & pacta offerre curarent, certi, ut præfertur, quod etiam cum augumento pretii, & melioribus conditionibus, ab eisdem Casalibus sive tenutis non possint expelli, sicque etiam publica utilitas impediretur; cum plerumque similes novi Conductores inter alia alargationem, & expantanationem ipsorum prædiorum, sive Casalium, vel tenutarum desiderare, ac facere, ac ipsa loca elargata, & expantanata ad culturam redigere consueverunt. Nos non minus ipsius Basilicæ, quam publicæ utilitati consulere, & omnem hæsitationis materiam in præmissis submovere, necnon prædictorum & aliorum Casalium, se tenutarum hujusmodi situs, confines, qualitates, denominationes, & valoses, ac quæcumque Litium & Causarum super præmissis, seu illorum occasione inter vos, & dictos Antonium, Angelumque, & Ortensium, & quoscumque alios pendentium, status, & merita, & etiam Palatii Apostolici Causarum Auditorum, seu Locatenentium, & aliorum Judicum, & collitigantium, ac se exponentium, & contradicentium nomina, cognomina, & qualitates & opposititiones, & contradictiones præsentibus pro sufficienter expressis habere volentes, motu proprio, vobis quod omnium & singulorum Casalium, & Tenutarum dictæ Mensæ vestræ locationem, sive locationes novis conducere volentibus pro precio, seu preciis, ac cum pactis, seu conditionibus cum quibus vestrarum, & mensæ prædictæ conditionem efficere poteritis meliorem, etiam tunc instantibus, sive præcedentibus,

Sublata consuetudine, multis Basilica gravatur incommodis.

& prioribus Inquilinis non monitis, nec avisatis, aut interpellatis, vel requisitis, facere libere, & licite valeatis, ac quod etiam tam prædictæ, & aliæ forsan factæ teneant, ipsique Angelus, & alii novi Conductores, quibus sic jam, ut præfertur, factæ fuerunt, quam de cetero faciendæ novæ locationes hujusmodi, Tenutas, & Prædia, sive Casalia ipsa sic locata libere & licite intrare, tenereque & habere, & omnino assequi possint, & debeant, nec propterea impediri possint, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes, Angelum, & alios novos Inquilinos, propter præmissa, priores Inquilinos spoliasse, seu attemptasse dici, aut censeri, ac possessionem per eos earumdem novarum locationum vigore pro tempore adeptam, per viam attemptati, seu cujusvis spolii revocari non posse, ipsisq. antiquis Inquilinis actionem spolii, vel attemptatorum non competere, nec desuper agere possint; & sic in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Judices & Commissarios, etiam ejusdem Causarum Palatii Apostolici Auditores in quavis causa, & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpetrandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Ac mandantes Venerabili Fratri Hugoni Episcopo Regien. moderno, & pro tempore existenti dictæ Urbis Gubernatori (a), ac Castellimaris, & Calertan. Episcopis, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quotiens pro parte vestra fuerint requisiti, solemniter publicantes, vobisque, ac novis Inquilinis præfatis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, eisdem antiquis Inquilinis amotis, in eorumdem Casalium, sive Tenutarum possessione Angelum, & alios novos Inquilinos inducentes, & inductos manutenentes, faciant auctoritate nostra tam easdem factas, quam faciendas novas locationes, & concessiones hujusmodi firmiter observari, vosque, ac novos Inquilinos præfatos illis pacifice gaudere, non permittentes vos, aut eosdem novos Inquilinos desuper contra præsentium tenorem per priores Inquilinos, seu quoscumque alios quomodolibet indebite molestari; contradictores, molestatores quoslibet, & rebelles per Censuras, & pœnas Eccle-

Pontifex favore Basilicæ Sanctionem edit.

Judices, qui Decretum exequantur, designat.

(a) Hac ætate Urbis gubernium, ac Regii Lapidi Episcopatum administrabat Ugo ex Comitibus Rangoniis Mutinensibus, quem Paulus III. in hoc Diplomate subindicat. Ab anno 1510., Ughello teste, ad Regiensem Ecclesiam translatus est, ubi supremum diem obiit an. 1540., in gravioribus negociis expediendis singulari Vir prudentia ac dexteritate celeberrimus.

(a) Jam

Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, eorum arbitrio moderandas, quacumque appellatione postposita, compescendo; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis. Nos enim eisdem Episcopis quoscumque quorum intererit, etiam in Romana Curia, & extra eam citandi, necnon prædictis Judicibus, & aliis omnibus quibus, & quotiens inhibendum fuerit, etiam sub similibus censuris, & pœnis inhibendi, plenam & liberam facultatem concedimus per præsentes. Non obstantibus præmissis, ac nostra de non tollendo cuiquam Jure quæsito, & quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Urbis, & Basilicæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; & reformationibus, & decretis etiam quocumque, etiam immemorabili tempore observatis, quæ adversus præmissa nullatenus suffragari posse volumus, contrariis quibuscumque. Aut si prioribus Inquilinis præfatis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Clausulas irritantes adjicit.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub anulo Piscatoris die tertia Augusti millesimo quingentesimo trigesimo sexto, Pontificatus nostri anno secundo.

Instante Capitulo S. Petri, Locatio Bonorum Abbatiæ S. Martini de Fara, ab eodem Capitulo ad centum annos statuta cum universitate ac hominibus ejusdem Castri, Apostolica authoritate confirmatur.

Extat Autographum in Archiv. Basil. capf. 69. fasc. 21.

AN. CH. 1536. 15. August.

Beatissime Pater. Nuper devoti Oratores vestri Canonici, & Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe cupientes eorum, & dictæ Basilicæ, ac illius Mensæ Capitularis utilitati consulere, omnes & singulos fructus redditus & proventus Monasterii Sancti Martini de Fara inter Montes Aprutin. Ordinis Sancti Benedicti Theatin. diœc. dudum eidem Mensæ apostolica auctoritate uniti (a), cum omnibus & singulis eorum & dicti Monasterii juribus, jurisdictionibus, commoditatibus, & adjacentiis, ac actionibus, etiam officii Judicis, & beneficii juris, devotis Oratoribus vestris Universitati & hominibus Terræ Faraciolæ inter montes ex diœc. hujusmodi, qui tunc eisdem Canonicis & Capitulo pro subventione Basilicæ, & relevandis necessitatibus suis centum scuta auri, ad rationem decem Juliorum pro quolibet Scuto (b), in prompta pecunia persolverunt pro se ac heredibus & successoribus suis ad centum annos ex tunc immediat. sequentes, pro annuo affictu seu pensione, aut responsione ducentorum ducatorum auri in auro largorum (c) in celebritate omnium Sanctorum ex tunc proxime sequen. incipien. Romæ absque aliqua exceptione, & omni mora cessante, eisdem Canonicis, & Capitulo persolvendorum, cum eo inter alia, quod Universitas & homines præfati, unum, vel plures, idoneum, seu Fidejussores idoneos de solvendo summam prædictam quolibet anno, modo, & forma præmissis, de triennio ad triennium dictis centum annis durantibus dare, & Monasterium, ac illius Ecclesiam, domos, molendinum, Valcheriam, Purgatorium, & alia ad illa spectantia & pertinentia, suis sumptibus, & expensis quantamcumque summam ascendentibus, absque ulla defalcatione affictus, seu pensionis, vel responsionis hujusmodi, manutenere, meliorare, restaurare, & conservare, ac sub certis tunc expressis modo & forma, Ecclesiæ ejusdem Monasterii in divinis deserviri facere, ac singulis viginti annis centum annorum hujusmodi, renovation. locationis, & concessionis hujusmodi petere, & litteras desuper opportunas expedire, & in signum recognitionis duas faculas ceræ albæ ponderis duarum librarum, ultra præmissa, cum effectu dare teneantur, atque collatio, provisio, & omnimoda dispositio quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium, ad collationem, eorumdem Canonicorum, & Capituli, ratione dicti Monasterii quomodolibet spectantium, Canonicis & Capitulo præfatis liberæ remaneat, & certis aliis etiam tunc expressis pactis,

Bona Abbatiæ S. Martini de Fara Basilicæ Vaticanæ subjecta.

Ad centum annos locantur.

Conditiones locationi appositæ.

Beneficiorum collatio eidem Basilicæ reservata.

(a) Jam tum ab an. 1451. hæc Abbatia Nicolai V. Diplomate, quod supra recitavimus *pag.* 135. in Basilicam Vaticanam translata fuit.

(b) Hisce temporibus tanti æstimabatur Scutum aureum, quanti nostra ætate valet Scutum sive Scutatum commune. Sequiori ævo Scuti aurei valor paulatim crevit, atque eo usque adauctum est pretium, ut Julios Romanos sexdecim cum dimidio conficiat. De hoc auct. is consule idus Xaverius Scilla.

(c) Sive Ducatorum auri de Camera. Consulantur quæ supra adnotavimus *pag.* 354. *not.* f.

(a) Duo

pactis, & conditionibus locarunt, & concesserunt, prout in Instrumento publico desuper confecto plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, locatio, & concessio hujusmodi in evidentem Basilicæ, & Mensæ hujusmodi cesserint, & cedant utilitatem, & Oratores præfati cupiant locationem, & concessionem hujusmodi pro illarum subsistentia firmiori S. V. & Sedis Apostolicæ confirmationis munimine roborari, supplicant humiliter S. V. Oratores præfati, quatenus fructuum, reddit. provent. jurium, jurisdictionum, commoditatum, & adjacentiarum hujusmodi situs, confines, qualitates, quantitates, denominationes, designationes, ac veros annuos valores, necnon Instrumenti prædictorum tenorem pro expresso habentes, aliquibus probis viris in partibus illis commorantibus, ut fructibus, reddit. provent. juribus, jurisdictionibus, commoditatibus, & adjacentiis prædictis prius coram eis specificatis, conjunctim procedentes, de præmissis se diligenter informent, & si per informationem dandam, ita esse, & locationem, & concessionem prædictas in evidentem Basilicæ, & mensæ prædictarum utilitatem cessisse, & cedere repererint, illas, ac prout illas concernunt, omnia, & singula in dicto Instrumento contenta, & inde secuta quæcumque auctoritate Apostolica approbent, & confirment, ac plenum firmitatis robur obtinere, & ab omnibus inviolabiliter observari debere decernant. Necnon omnes & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, suppleant, et si præmissa per eos fieri contigerit, ut præfertur, eosdem Universitatem, & homines in corporalem, realem, & actualem possessionem, seu quasi fructuum, & aliorum præmissorum eis, ut præfertur, locatorum, & concessorum ponant, & inducant, ac positos, & inductos manuteneant, & defendant; necnon de fructibus, & aliis præmissis, & locatis, & concessis integre, & cum effectu responderi faciant, ac eis in præmissis opportunæ defensionis præsidio, etiam sub Censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis eorum arbitrio moderandis, assistant, committere, & mandare dignemini de gratia speciali; non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac fel: rec: Pauli PP. II. S. V. Prædecessor, necnon Basilicæ, & Monasterii, ac Ordinis prædict. iuramento &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus, necnon, absque tamen illius præjudicio, lite super eisdem fructibus, & aliis præmissis contra eosdem Canonicos, & Capitulum forsan instituta, seu alias super illis quomodolibet penden. ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

Locationis utilitas.

Apostolica confirmatio petitur a D. legatis præstanda.

Concess. ut petitur, in præsentia D. N. PP. P. Neocastren.

Papa per Delegatum subscribit.

Et cum absolutione a Censuris ad effectum &c. & cum cum concessione, & mandato, ac pro omnibus, & singulis præmissis pro dictis Oratoribus latissime extenden., & cum facultate citandi, & inhibendi etiam per edictum publicum, constito summarie &c. de non tuto accessu, ac sub sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, illas reiteratis juribus aggravando &c. Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, & cum derogatione de una, & duabus, non tamen tribus dietis, ac quarumcumque aliarum Constitutionum, Statutorum, &c. necnon Privilegiorum, Indultorum, & literarum Apostolicarum, aliorumque quorumlibet contrariorum latissime extenden., & quod status litis, & causæ hujusmodi, ac nomina, & cognomina Judicum, & collitigantium exprimi, seu pro expresso haberi, ac præmissorum omnium & singulorum etiam tenorem dicti Instrumenti, immo &c. situs, qualitatum, denominationum, annexorum dictorum, nominum, cognominum, aliorumque necessariorum major, & verior specificatio fieri possit in litteris.

Concess. P. Neocastren.

Ad supplicationis summa capita, iterata subscriptio.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum decimo octavo Kalendas Septembris anno secundo.

Con-

(a) Duo hic notatu digna; ipsa cum primis subscriptionis forma; deinde subscriptionis Author, sive Delegatus. Qui Dataciæ Apostolicæ praxim explicant, hi omnes fatentur, Signaturam, sive supplicis libelli summam Pontifici oblatam, aut ab ipsomet Pontifice subscribi iis verbis *Fiat ut petitur*, ac initiali litera nominis, quod ex Baptismo Pontifex servat, apposita; aut a Papæ Delegato, qui Signaturæ Præfectus dicitur, obsignari. Quo casu subscriptio hisce verbis concipitur, *Concessum ut petitur, in præsentia D. N. Papæ*, litera initiali nominis, ac dignitatis, quam Delegatus obtinet, superaddita.

Quis vero hoc indicio *P. Neocastren.* hic exprimatur, superest inquirendum. Paulum Capisuccum ex nobili Romana familia cujus laudes ac genealogiam Ughellus peculiari opere evulgavit, ac rursum prosequitur in serie Episcoporum Neocastrensium, hic designari, indubia res est. Quippe Paulus Capisuccus hoc tempore Signaturæ gratiæ Præfecturam gerebat. Vir sane omnium virtutum laude conspicuus, atque inter Basilicæ Vaticanæ Canonicos nulli secundus. Præterea Sacræ Rotæ Auditor ac Decanus, Leoni X., Hadriano VI., Clementi VII., ac Paulo III. sub quo decessit an. 1539., fuit acceptissimus, dignus idcirco qui plurium annorum spatio Vicarius Generalis eorumdem Pontificum in Urbe Roma fuerit confirmatus.

(a) Hasce

Judices, qui locationem, de qua in ſuperiori Supplicatione, rite expendant, deſignantur, quibus neceſſaria jurisdictio confertur, ut Contractum, ac pacta illa adjecta, authoritate Apoſtolica approbent; reſervata tamen favore Capituli Beneficiorum collatione.

Ex Aurograph. in Archiv. Baſil. Vatic. capſ. 21. faſc. 69.

AN. CH. 1536. 15. Auguſt.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Sulmonen., & dilecto filio Matteuzio de Lippis Archipresbytero Eccleſiæ Sancti Nicolai de terra Terantolo Theatinæ dioec. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Ex commiſſi nobis deſuper paſtoralis officii debito, Baſilicarum, & Eccleſiarum quarumlibet utilitati intendentes, illa, quæ propterea facta fuiſſe dicuntur, ut firma, & illibata perſiſtant, libenter, cum a nobis petitur, mandamus apoſtolico munimine roborari. Dudum ſiquidem a felicis recordationis Paulo PP. II. Prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis (a). *Pauli II. Conſtitutio inſeritur.* Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus judiciis ſit rectitudo juſtitiæ, conſcientiæ puritas obſervanda, id multo magis in commiſſionibus alienationum rerum eccleſiaſticarum convenit obſervari, in quibus de Chriſti patrimonio, & diſpenſatione pauperum, non de proprio cujuſque peculio agitur aut tractatur. *Quanta Delegatis cautio adhibenda in Bonorum Eccl ſiæ alienationibus.* Quapropter oportet, ut in examinandis hujuſmodi alienationum cauſis, quæ a Sede Apoſtolica in forma Si in evidentem utilitatem cedant, oneratis eccleſiaſticorum Judicum conſcientiis, delegantur, nihil favor uſurpet, nihil timor extorqueat, nulla expectatio præmii juſtitiam, conſcientiamq. ſubvertat. Monemus igitur, & ſub interminatione divini judicii omnibus Commiſſariis, & Delegatis hujuſmodi diſtricte præcipimus, ut caute, & diligener attendant cauſas in litteris Apoſtolicis per ſupplicantes expreſſas, illaſque ſollicite examinent, atque diſcutiant, teſtes, & probationes ſuper narratorum veritate recipiant, & ſolum Deum præ oculis habentes, omni timore, aut favore depoſito, Eccleſiarum indemnitatibus conſulant, nec in læſionem, aut detrimentum earum decretum quomodolibet interponant. *In Delegatos pœnæ.* Si quis autem Commiſſarius, aut Delegatus conſcientiæ ſuæ prodigus, gravamen, aut detrimentum Eccleſiæ per gratiam, timorem, vel ſordes alienationi conſenſerit, aut decretum, vel auctoritatem interpoſuerit, inferior quidem Epiſcopo, ſententiam excommunicationis incurrat, Epiſcopus vero, aut Superior, ab executione officii per annum ſe noverit ſuſpenſum, ad extimationem detrimenti Eccleſiæ illati nihilominus condemnandus, ſciturus, quod ſi ſuſpenſione durante damnabiliter ſe divinis immiſcuerit, irregularitatis laqueo ſe involvet, a quo nonniſi per Summum Pontificem poterit liberari. *Pœnæ item in alios.* Is vero, qui dolo, vel fraude, aut ſcienter in detrimentum Eccleſiarum, alienationem fieri procuraverit, aut per ſordes, vel impreſſionem, alienationis decretum extorſerit, ſimilem ſententiam excommunicationis incurrat, a qua nonniſi per Romanum Pontificem poſſit abſolvi, ad reſtitutionem nihilominus rerum alienatarum cum fructibus, quandocumque de præmiſſis conſtiterit, condemnandus. Volumus autem quod Delegati, & Commiſſarii prædicti, de pœnis conſtitutionis noſtræ ſpecifice moneantur, & in quibuſcumque litteris Commiſſionum hujuſmodi, hoc ſtatutum noſtrum inſeratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ monitionis, præcepti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto Id. Maii Pontificatus noſtri anno primo.

Rei ſeries. Et deinde, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac univerſitatis, & hominum terræ Ferracciolæ inter montes Aprutin. Theatin. dioec. petitio continebat, præfati Capitulum, inter quos, & certum eorum adverſarium coram certo cauſarum Palatii Apoſtolici Auditore ſuper fructibus, redditibus, & proventibus Monaſterii Sancti Martini de Fara inter dictos Montes Ordinis Sancti Benedicti dictæ dioec. dudum Menſæ Capitulari ipſius Baſilicæ apoſtolica

(a) Haſce literas ſub initium Conſtitutionum Pauli II. ſuperius indicatas (*pag.* 193.) non etiam tranſcriptas, re melius diſcuſſa, integras hic, prout in præſenti Diplomate inſeruntur, repræſentamus; tum quia egregiæ quidem ſunt, ac dignæ quæ omnium oculis ſubjiciantur, ac animo inhæreant; tum etiam quia Sanctionis, quam edimus, integritati ſtudemus; nec ſatis æquum putamus, Diploma, quod a Prædeceſſore depromptum Succeſſor Pontifex recitat, miſſum facere, ac ineditum relinquere.

(a) Immę-

ſtolica auctoritate uniti, ſeu illorum locatione ab eiſdem Capitulo dicto Adverſario, ut dicitur facta, lis, & cauſa indeciſa pendet, poſtquam in cauſa hujuſmodi ad nonnullos actus, extra tamen concluſionem, proceſſum fuerat, cupientes eorum, & Baſilicæ, ac Menſæ prædictarum utilitati conſulere, omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus Monaſterii hujuſmodi, cum omnibus, & ſingulis eorum, & dicti Monaſterii juribus, juriſdictionibus, commoditatibus, & adjacentiis, ac actionibus, etiam officii Judicis, & beneficii juris, præfatis univerſitati, & hominibus, qui tunc eiſdem Capitulo pro ſubventione ipſius Baſilicæ, & relevandis eorum neceſſitatibus centum ſcuta auri, ad rationem decem juliorum pro quolibet ſcuto, in prompta pecunia perſolverunt pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis ad centum annos tunc immediate ſequentes, pro annuo affictu, ſeu penſione, aut reſponſione ducentorum Ducatorum auri in auro largorum, in celebritate omnium Sanctorum a tunc proxime ſequenti incipiendo, Romæ abſque aliqua exceptione, & etiam mora ceſſante, eiſdem Capitulo perſolvendorum, cum uno inter alia, quod univerſitates, & homines prædicti, unum, vel plures idoneum, ſeu idoneos fidejuſſorem, vel fidejuſſores de ſolvendo affictum, ſeu penſionem, aut reſponſionem hujuſmodi quolibet anno, modo & forma præmiſſis de triennio in triennium, dictis centum Annis durantibus, dare, & Monaſterium, ac illius Eccleſiam, domos, Molendinum, Valcheriam, Purgatorium, & alia ad illa ſpectantia, & pertinentia, ſuis ſumptibus, & expenſis quantumcumque magnis, & exceſſivis, ac ad quamcumque ſummam aſcendentibus, abſq. ulla defalcatione affictus, ſeu penſionis, vel reſponſionis hujuſmodi, manutenere, meliorare, reſtaurare, & conſervare, ac ſub certis tunc expreſſis modo, & forma, Eccleſiæ ejuſdem Monaſterii in divinis deſerviri facere, ac ſingulis viginti annis centum annorum hujuſmodi, renovationem locationis, & conceſſionis hujuſmodi petere, & litteras deſuper opportunas expedire, ac in ſignum recognitionis duas faculas ceræ albæ ponderis duarum librarum, ultra præmiſſa, cum effectu dare teneantur, quodque collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio quorumcumque beneficiorum eccleſiaſticorum, ad collationem, proviſionem, & quamvis aliam diſpoſitionem eorumdem Capituli, ratione dicti Monaſterii quomodolibet ſpectantium, pro tempore vacantium, Capitulo præfatis libere remaneant (a), & certis aliis etiam tunc expreſſis pactis, & conditionibus locarunt, & conceſſerunt, prout in publico inſtrumento deſuper confecto dicitur plenius contineri. Quare pro parte Capituli, & univerſitatis, & hominum hujuſmodi, aſſerentium locationem, & conceſſionem prædictas in evidentem earumdem Baſilicæ, & menſæ ceſſiſſe, & cedere utilitatem, ac præfatos univerſitatem & homines, poſſeſſionem, ſeu quaſi fructuum, & aliorum præmiſſorum, eis, ut præfertur locatorum, & conceſſorum, aſſecutos fuiſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut locationi, & conceſſioni prædictis, pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliaſque in præmiſſis oportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, ac fructuum, reddituum, proventuum, jurium, juriſdictionum, commoditatum, & adjacentiarum hujuſmodi qualitates, quantitates, denominationes, deſignationes, & veros annuos valores, ac inſtrumenti tenorem, necnon litis, & cauſæ ſtatum, & merita, ac Auditoris hujuſmodi nomen, & cognomen præſentibus pro expreſſis haberi volentes, ipſoſque Capitulum, & univerſitatem, ac homines, & eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi ſervata forma preinſertar. litterarum, & fructibus, redditibus, proventibus, juribus, juriſdictionibus, commoditatibus, & adjacentiis prædictis prius coram vobis ſpecificatis, de locatione, & conceſſione hujuſmodi, & quod illæ in evidentem utilitatem Baſilicæ & menſæ prædictarum ceſſerint & cedant, vobis conjunctim procedentibus, legitime conſtiterit, locationem, & conceſſionem prædictas, ac prout illas concernunt, omnia, & ſingula in dicto Inſtrumento contenta, & inde ſecuta quæcumque, licita tamen, & honeſta, approbare, & confirmare, ac plenum firmitatis robur obtinere, &

Bonorum Monaſterii S. Martini locatio a Capitulo facta

Locationis duratio ac Penſio annuatim ſolvenda.

Cautiones ac conditiones adhibitæ.

Beneficiorum collatio Capitulo reſervata.

Contractus utilitas.

(a) Immerito igitur Theatini Epiſcopi contra Baſilicæ noſtræ Capitulum moleſtias circa Beneficiorum collationem excitarunt. En monumentum locupletiſſimum, quo hæc juriſdictio non ſolum probatur, ſed inſuper ſpeciali quodam jure eidem Capitulo non ad breve tempus, ſed diuturniori centum annorum ſpatio, quamdiu nimirum præſens locatio duratura erat, exercenda reſervatur.

Pontificis auctoritate confirmatur.

& ab omnibus inviolabiliter observari debere, decernere, nec non omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplere, & nihilominus, si approbationem, confirmationem, decretum, & suppletionem hujusmodi, vigore præsentium per vos fieri contigerit, ut præfertur, easdem universitatem, & homines in possessionem, seu quasi fructuum, & aliorum præmissorum, eis, ut præfertur, locatorum, & concessorum ponere, & inducere, ac in ea, seu in jam, ut præfertur, assecuta possessione manutenere, & defendere, de fructibus, redditibus, proventibus, & juribus prædictis integre, & cum effectu responderi facere, ac eis in premissis efficacis defensionis præsidio, etiam sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis vestro arbitrio moderandis, assistere auctoritate nostra curetis (a). Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac Basilicæ, & Monasterii, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, necnon, absque tamen illius præjudicio, lite, & causa prædictis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Plena Delegatis jurisdictio confertur.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo tricesimo sexto, decimo octavo Kal. Septembris, Pontificatus nostri Anno secundo.

Constitutione perpetuo valitura decernit, ut Casalia, Latifundia, ac Prædia quæcumque rustica, ad Basilicas, Ecclesias, sive Monasteria ac pia loca in districtu Urbis spectantia, novis Conductoribus, antiquis etiam non interpellatis, locari possint.

Ex Originali in Archiv. Basil. Caps. 5. Fasc. 11.

AN. CH. 1536. 20. August.

PAulus Episcopus Servus Servorm Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Specialis cura Pontificis pro Ecclesiis in Urbe existentibus.

Si diffusis per Orbem terrarum Ecclesiis, Monasteriis, & piis locis Apostolica nos decet provisione consulere, ampliori sollicitudine Ecclesiis, Monasteriis, & piis locis in Urbe, & ejus districtu constitutis, quorum cura strictiori jure nobis imminere dinoscitur, nos convenit providere, ac illorum necnon eis præsidentium, & in eis divinis obsequis mancipatarum personarum, excisis ab eis contentionum dispendiis, profectui jugiter intendere. Sane cum sicut accepimus, licet tam venerabiles Fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam Ostien., & Portuen. Episcopi Cathedralium, ac Presbyteri, & Diaconi Basilicæ Principis Apostolorum, & Sancti Joannis Lateranen., ac beatæ Mariæ Majoris Archipresbyteratuum, necnon aliarum Ecclesiarum, quibus præsunt, Titulorum, & Diaconiar., quam dilecti filii ipsarum Basilicæ Principis Apostolorum, & Sancti Johannis, ac aliarum Ecclesiarum prædictarum Capitula, necnon universorum Monasteriorum quorumvis Ordinum Abbates, & Conventus, aliiq. Clerici seculares Beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura in Urbe consistentia obtinentes, ac piorum locorum Rectores, Gubernatores, sive Administratores, Tenutas, sive Casalia, & alia Prædia rustica ad Ecclesias, Archipresbyteratus, Titulos, & Diaconias, necnon Monasteria, & Mensas tam Capitulares, quam Conventuales, ac alia Beneficia, & pia loca ipsius Urbis spectantia, etiam ad longum tempus, vel alias pro annuis affictibus, sive responsionibus arrendari, seu in affictum concedi, vel locari solita, antiquis, sive tunc instantibns illorum Colonis, aut Inquilinis, vel alias ea tenentibus non interpellatis sive requisitis, aliis novis Inquilinis, Colonis, sive alias noviter conducere volentibus, cum pactis, & conditionibus de & pro quibus suam, ac Ecclesiarum, Mensarum, Archipresbyteratuum, Titulorum, Benefitiorum, & piorum locorum prædictorum conditionem efficere possint meliorem, arrendare, & locare, ac in affictum, & alias concedere consueverint, ac arrendationes, locationes, & concessiones hujusmodi, etiam insciis, immo etiam invitis antiquis Colonis, sive Inquilinis, effectum habuerint, & sortitæ fuerint, nihilominus a nonullis dicatur prætendi, & asseri, arrendationes, sive locationes, & in affictum concessiones de Tenutis sive Casalibus, & prædiis Prædictis, antiquis, sive tunc instantibus Colonis, vel Inquilinis, & alias tenentibus prædictis non requisitis factas, non solum nullas, & invalidas existere, sed prout in Palatiis, &

Vetus in Urbe consuetudo locandi bona Ecclesiastica novis Colonis, insciis antiquis.

A nonnullis impugnatur.

(a) Harum literarum specimina Judicibus delegatis, hoc est Bernardino Fumarello Sulmonen. Episcopo, ac Archipresbytero Mathæuzio tradita fuisse, liquet ex Notarii testimonio, quod huic Diplomati subjicitur. Quocirca locationis contractum, annuente Pontifice, exequutioni fuisse demandatum, indubia res est.

(a) En

&Domibus ipsius Urbis,& aliis Prædiis Urbanis receptum sive statutum esse dicitur, hoc etiam in ipsisTenutis, seu Casalibus, & Prædiis observari solitum esse, & observari debere, videlicet quod tales novæ arrendationes, sive locationes, & in affictum concessiones, eisdem novis Inquilinis, sive Colonis, non interpellatis, sive requisitis antiquis, sive tunc instantibus Colonis, sive Inquilinis factæ, pro eisdem pretiis, pactis, & conditionibus eis illa acceptantibus, & habere volentibus, antiquis Colonis, vel Inquilinis censeantur, & intelligantur factæ, ac propterea etiam super arrendationibus, sive locationibus, & concessionibus hujusmodi novis Inquilinis factis, dictis antiquis non interpellatis, inter ipsos antiquos, & novos Colonos, sive Inquilinos, sive Conductores quæstiones quandoque exortæ fuerint, & in dies oriantur, ac in futurum majores oriri formidentur; Nos quæstionum hujusmodi materiam succidere, & penitus amputare volentes, ex certa nostra scientia, hac nostra in perpetuum valitura Constitutione, pro potioris cautelæ suffragio, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod de cetero tam ipsi Episcopi, & alii Presbyteri, ac Diaconi Cardinales, quam Abbates, & aliarum Ecclesiarum Prælati, necnon quarumcumque Ecclesiarum Capitula, & quorumvis Ordinum Monasteriorum Urbis hujusmodi, etiam Conventus, & Clerici in eadem Urbe Beneficia ecclesiastica obtinentes, necnon piorum locorum Rectores, & Administratores, deTenutis, Casalibus, Prædiis, & aliis immobilibus bonis, & Prædiis rusticis, in dictæ Urbis Territorio, seu districtu existentibus (a), antiquis Colonis, sive Inquilinis, vel aliis ea tenentibus non requisitis, nec interpellatis, novas arrendationes, seu concessiones, & in affictum locationes novis Affictuariis, sive Conductoribus, & habere volentibus, pro pretio, & cum pactis, sive condictionibus de ac pro quo, vel quibus suam, & Ecclesiarum, Mensarum, Monasteriorum, Archipresbyteratuum, Titulorum, Diaconiarum, & Beneficiorum prædictorum conditionem efficere potuerint meliorem, ad annum, vel aliud tempus, ita tamen quod si agatur de majori tempore, quam dispositione Juris, vel Sacris Constitutionibus concedatur, licentia desuper a Sede apostolica habeatur, dare, & concedere, ipsosq. novos Affictuarios, sive Conductores capere, recipere & habere, ac assequi posse, nec novæ arrendationes, concessiones, & locationes hujusmodi, ipsis antiquis, sive tunc instantibus Colonis, aut Inquilinis, vel tenentibus censeantur, vel sint factæ; sed ipsi antiqui Coloni, sive Inquilini, & alii Tentores, finitis temporibus suarum arrendationum, sive locationum, & concessionum, a Tenutis, sive Casalibus, & aliis Prædiis prædictis sint ipso facto omnino exclusi. Decernentes irritum, & inane quicquid secus super hiis per quoscumque scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Ac volentes, præsentes, ut illæ omnibus innotescant, in Acie Campi Floræ, & Basilicæ Principis Apostolorum, & Ecclesiæ Sancti Johannis Lateranen. prædictarum, nenon Cancellariæ apostolicæ valvis per aliquos ex Cursoribus nostris affigi, ac omnes, & singulos arctare, & afficere, acsi eis singulariter & personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti ordinationis, decreti & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Pontifex consuetudinem servandam decernit.

Clausulæ irritantes.

Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo sexto, tertiodecimo Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Ne superiores Literæ Apostolicæ, favore Ecclesiarum Urbis generatim concessæ, ullum inferant detrimentum alteri Constitutioni in commodum Basilicæ S. Petri pridem evulgatæ, Capitulum Vaticanum rogat Pontificem; & Pontifex annuit.

Ex Autograph. in Arch. Basil. Vatic.

AN. CH. 1536. 6. Sept.

Iteratæ Capituli preces super Prædiorum locatione.

BEatissime Pater. Licet S. V. nuper Motu proprio &c. devotæ Creaturæ vestræ Francisco tituli Sanctæ Praxedis Archipresbytero (b), devotisque Oratoribus vestris Canonicis, & Capitulo Basilicæ Sancti Petri de Urbe per suas in forma Brevis litteras certo modo indulserit, & concesserit, quod Tenutas, & sua Casalia, aliaque Prædia

(a) En Privilegii limites; quippe nonnisi Latifundia in Urbis districtu posita comprehendit. Consule quæ in sequenti Diplomate adnotantur.

(b) Franciscus inquam Cornelius, de quo supra actum, ac infra rursus agemus in notis ad Bullam *sub dat. Kal. Octobris* 1543.

(a) Pri-

dia rustica novis Inquilinis sive Colonis locare, & concedere possint, antiquis Colonis, sive Inquilinis non interpellatis, & quod etiam jam factæ locationes novis Inquilinis, ut præfertur, non interpellatis, sint validæ, & efficaces. Quia tamen postea Sanctitas Vestra desuper certam generalem Constitutionem perpetuis futuris temporibus duraturam edidit, & tam quo ad futurum, quam quoad præsentia prospexerit, & disposuerit; prout tam in singulis in forma Brevis Literis, quam Constitutionibus, & aliis concessionibus desuper emanatis, quas & illorum tenores pro expressis haberi placeat, plenius continetur, posset forsan animis scrupulosis in dubium prætendi, & asseri, per generalem Constitutionem & provisionem hujusmodi, dictæ primæ concessioni subsequutam, fuisse derogatum (a), Creaturamque, & omes prædictos dicta priori Concessione minime juvari; Igitur ad hujusmodi dubium tollendum S. V. supplicant Creatura, & omnes præfati, quatenus ne ejusdem prioris concessionis effectu frustrentur, & quæ in augumentum sunt edita, non afferant diminutionem, sibi, quod tam prioribus litteris in forma Brevis, quam Constitution., & provision. prædicta tam quo ad futura, quam quo ad præsentia, conjunctim vel divisim, prout sibi magis utile, & expediens fuerit, libere, & licite uti, prædictaque sibi modo prædicto suffragari valeant, concedere, & indulgere dignemini de gratia speciali. Non obstan. præmissis, ac Constitution., & ordinat. Apostolicis, omnibusque illis, quæ in Litteris, & Constitutionibus præmissis, & aliis voluit non obstare, ceterisque in contrarium facien. non obstantibus quibuscumque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

Cur nova supplicatio fuerit instituta.

Pontifex annuit, ac per Delegatum subscribit.

Concess. ut petit. in præsentia D. N. PP. P. Neocastren.

Et cum absolutione a Censuris ad effectum &c. & de concession., & indult. prædict. etiam cum omnibus, & singulis clausulis, decretis, aliisque in omnibus, & per omnia, prout in Litteris constitut. provision., & aliis prædictis, quæ etiam ad partem, & quo ad omnes, & singulas partes sint repetit. & pro repetitis, ac de verbo ad verbum expresś. & insert. &c. habeantur. Et quod præmisś. omn., & singularum litterarum, ac constitut., & quarumcumque aliarum Scripturarum, tam publicarum, quam privatarum, major, & verior specificatio fieri possit, & quod præsentium sola signatura sufficiat, quæ fidem faciat in judicio, & extra, per Breve, si magis videbitur.

Concess. P. Neocastren.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum octavo Id. Septembris anno secundo.

Alexandro Felici puero novenni conceditur regressus in Capellaniam S. Mariæ Prægnantium, quam dimiserat, & ingressus in Beneficium Basilicæ Vaticanæ, quum primum vacaverint.

Ex lib. XLII. Regesti Bullar. Pauli III. pag. 212. in Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1536. 3. Octobr.

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Alexandro Felici de Mignanis Clerico Romano, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Laudabilia tuæ puerilis ætatis indicia, ex quibus, prout fide dignorum Testimoniis accepimus, verisimiliter concipitur, quod succedentibus tibi annis, te in virum debeas producere virtuosum, Nos inducunt ut illa tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque hodie tu, cui alias de perpetua Capellania ad Altare Sanctæ Mariæ Prægnantium situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe (b) quæ de jurepatronatus Laicorum seu Clericorum aut eorum mixtum forsan existit, tunc per liberam resignationem dilecti filii Valeriani de Focis nuper

Alexander Felix Capellaniam dimittit.

(a) Privilegium a Paulo III. favore Basilicæ Vaticanæ concessum literis superioribus in forma Brevis, latius patet quam commune Privilegium ceteris urbis Ecclesiis indiscriminatim attributum. Illud quippe Prædia omnia complectitur Basilicæ nostræ subjecta, nullo aut regionis aut loci statuto limite; hoc vero nonnisi Prædia ac Latifundia in Urbis districtu posita expresse nominat. Justus igitur Capitulum Basilicæ nostræ incessit timor, ne forte posterius Diploma priori damnum inferret. Hinc iteratæ ad Pontificem preces, quibus ille annuit, ut peculiares Vaticanæ Basilicæ prærogativas ab aliis ceterarum Ecclesiarum secerneret.

(b) Hujusce Altaris ejusque Sacelli, originem ac varias vices paucis complector. A Joanne Cajetano de Ursinis Bonifacii VIII. nepote anno 1335., ut patet ex nostro Benefactorum Martyrologio, fuit primo excitatum juxta Oratorium S. Mariæ de Cancellis, Alpharano teste; qui addit, idem Altare a Cardinali Jordano Ursino Basilicæ nostræ Archipresbytero fuisse instauratum, ac exornatum, dote insuper illi statuta. Hinc jure merito Ursinorum familiæ Juspatronatus accessit. Dejecta per Julium Pontificem superioris Basilicæ parte, eadem B. M. V. Imago clara miraculis, ipsomet Alpharano referente sub *num.* 43. *Ex adverso Organi in mediana navi contra meridiem ad occidentem in parietem novum translata fuit.* At rursus posteriori hac Vaticani templi parte sub Paulo V. solo æquata, in Cryptas Vaticanas, peculiari statuto Sacello, ubi hodie adhuc perstat, eadem vetustissima B. M. de Prægnantibus Tabella pertransiit. Quod mulieres brevi pariturae fusis ad hoc Altare precibus præsens auxilium, ac incolumitatem fuerint consequutæ, & etiamnum consequantur, vetus *S. Mariæ Prægnantium* nomen adhuc perseverat; alio item *S. Mariæ Angelorum* cognomine superaddito, quo Imago in nupero Oratorio media inter duos Angelos fuerit collocata.

(a) In

nuper ad dictum Altare perpetui Capellani, de illa quam tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam, vacante, sub data videlicet undecimo Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno secundo, provideri concesseramus, concessioni gratiæ hujusmodi, litteris Apostolicis desuper non confectis, in eisdem manibus sponte & libere cesseris, nosque cessionem hujusmodi admittentes, de Capellania prædicta adhuc tunc ut præfertur vacante, & antea dispositioni Apostolicæ, quatenus de dicto Jurepatronatus non esset, reservata, eidem Valeriano providerimus, seu provideri concesserimus, nos tibi, qui ut asseris in nono vel circa tuæ ætatis anno constitutus existis, cuique etiam hodie, ut in certos tunc expressos eventus liceat tibi ad quoddam perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum Beneficiatum nuncupatum in dicta Basilica liberum habere accessum & ingressum, per alias nostras litteras indulsimus (a), ac tecum, ut in hujusmodi eventum, Beneficium & Capellaniam prædictam recipere, & insimul, quoad viveres, retinere valeres, dispensavimus, prout in eisdem litteris plenius continetur, ne ex cessione hujusmodi nimium dispendium patiaris, de alicujus subventionis auxilio providere, ac præmissorum Indiciorum intuitu specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon omnia & singula Beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, quæ ex quibusvis Apostolicis dispensationibus, non tamen in dicta Basilica, obtines, & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, redditum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, tibi, quod dicto Valeriano cedente; etiam ex causa permutationis, vel decedente, seu Capellaniam prædictam alias quomodolibet dimittente, vel amittente, & illa quovismodo etiam per privationem aut provisionem dicto

Eadem Capellania Valeriano Beneficiato confertur.

Alexandro ingressus ad Beneficium conceditur quam primum vacaverit.

Valeriano ut præfertur facta, nulla & invalida existente, vacante etiam apud Sedem Apostolicam, liceat tibi ad dictam Capellaniam quæ sine cura est, & cujus fructus redditus & proventus septem ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum ut etiam asseris non excedunt, vigore præsentium, quas vim validæ & efficacis provisionis tibi de illa ex nunc prout ex tunc & e contra Apostolica auctoritate factæ, obtinere decernimus, liberum habere accessum & ingressum, illiusque corporalem possessionem pro te vel alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere, & absque alia tibi de illa desuper facienda nova provisione retinere, ac si illam per triennium pacifice & quiete justo & Canonico titulo possedisses, Apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium de speciali gratia indulgemus. Quocirca venerabilibus Fratribus nostris Casertan. & Cajetan. ac Cæsenat. Episcopis per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra te facultate juris accedendi & ingrediendi, ac in eventum accessus & ingressus hujusmodi possessione dictæ Cappellaniæ juxta Indulti prædicti continentiam & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes te desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis ac dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Archipresbytero pro tempore existenti, & dilectis filiis Capitulo ejusdem Basilicæ, ac Populo Romano sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis, quibus inter alia caveri dicitur expresse quod Beneficia Ecclesiastica dictæ Urbis aliis quam Civibus Romanis & originariorum Civium Romanorum filiis conferri non possint, & alias de illis etiam per Sedem prædictam pro tempore factæ collationes, & quævis aliæ dispositiones nullæ sint, quodque eisdem Privilegiis & Indultis nullatenus

Eidem regressus in Capellaniam tribuitur.

Judices executores designantur.

Contraria quæcumque removentur.

(a) In serie Beneficiatorum quam Grimaldus attexuit, ita legimus *pag. 289. D. Alexander Felix die 13. Augusti 1537. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum Valeriani, vigore regressus.* Præmiserat autem idem Author, Valerianum, quem non *de Focis* appellat, sed *Jacobi*, jam tum ab anno 1490. possessionem Beneficiatus in Basilica nostra accepisse. Hæc si vera sint, jam patet Valerianum istum, cum Beneficio, tum Capellania ad Altare S. Mariæ Prægnantium fuisse decoratum. Quo vita functo, Alexander Felix decennis puer utrumque Titulum est assequutus; hoc est Capellaniam, quam primum dimiserat, vigore regressus; Beneficium vero, quod nunquam obtinuerat, vigore ingressus (*regressum* Grimaldus perperam nominat) quem a singulari Pontificis beneficentia impetraverat.

(a) Vides

tenus, aut nonnisi modo & forma in illis expressis derogari possit, quibus, illorum tenores ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus. Quodque tu, qui ut similiter asseris, in Urbe natus es, Civis tamen Romanus & Civis Romani originarii filius forsan non existis, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in Urbe prædicta speciales vel generales dictæ Sedis litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dictæ Capellaniæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari. Seu si præfatis Archipresbytero & Capitulo, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si in eventum accessus & ingressus hujusmodi præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis & Consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Basilicam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, indulti, mandati, derogationis, voluntatis, & decreti infringere &c.

Expectativas pridem concessas suspendit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo sexto, tertio Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno secundo (a).

Pecunias a Canonicis, Beneficiatis & Clericis Basilicæ Vaticanæ ante Beneficiorum possessionem solvendam; necnon dimidiam fructuum primi anni partem ab iisdem percipiendam, quam Clemens VII. in Sacrarii commodum converterat, Paulus III. etiam in alios sacros usus transfert; ipsi vero Sacrario Oblationes omnes, quæ ad Altare majus deferuntur, concedit.

Ex Autographo in Archiv. Basil. Caps. 3. Fasc. 8.

PAULUS PP. III.

AN. CH. 1537. 13. Martii.

Clementis VII. Decretum favore Sacrarii Basilicæ.

CUm sicut accepimus, fel. rec. Clemens PP. VII. Prædecessor noster, cupiens Sacristiam Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Ecclesiastcis vestimentis, ornamentis, & aliis ad cultum divinum, & dictæ Basilicæ ornatum & decorem necessariis tunc destitutam, diminutam, & male provisam, eisdem reparari, Motu proprio omnes, & singulas pecunias, & alias res, quas novi Canonici, Beneficiati, & Clerici dictæ Basilicæ in & pro introitus admissione, & possessionis adeptione Canonicatuum, Præbendarum, Benefitiorum, & Clericatuum, tam vacantium, quam vacaturorum dare consueverunt & debent, necnon integram medietatem omnium & singulorum fructuum, reddituum, & proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum, etiam distributionum quotidianarum primi anni Canonicatuum, Præbendarum, Benefitiorum, & Clericatuum hujusmodi, per certas ejus litteras dictæ Sacristiæ, & ejus usui perpetuo applicaverit, concesserit, & assignaverit, prout in dictis litteris, quas hic pro insertis & expressis haberi

(a) Vides hic Pontificatus annos incipere ab ipsa Pontificis Consecratione. Si enim ab electione petendum esset initium, Paulus III. die 30. Octobris 1536. quo tempore præsentes literas edidit, non secundum, sed tertium Pontificatus annum numeraret; jam enim annus alter desierat die 12. Octobris, qua nimirum ad summum Ecclesiæ gubernium ascenderat.

(a) Pro

haberi volumus, latius continetur (*a*), ex applicationeque, concessione, & assignatione pecuniarum, fructuum, & emolumentorum hujusmodi, Sacristia prædicta vestimentis, ornamentis, & aliis necessariis satis restaurata extiterit, & piæ menti dicti Clementis satisfactum; Nos qui dictam Basilicam non minori dilectione prosequimur, quique non minus quam ipse Clemens ornatum dictæ Basilicæ paternis affectibus desideramus; rationabileque & congruum censentes, ut ex fructibus, & reditibus prædictis, Sacristiæ, & alii Ministri dictæ Sacristiæ, eidem, & Missis, quæ in dicta Basilica quotidie celebrantur, inserviunt, Accoliti nuncupati, spe præmii ex dictis fructibus &c. recipiendi, ad Sacristiæ, & aliis præmissis solertius inserviendum alliciantur & invitentur, expensæq. cerarum, olei, & aliarum rerum necessariarum, quæ tam pro usu Sacristiæ & Basilicæ, Chorique & majoris Altaris ejusdem, quam etiam pro ornatu, & apparatu occurrenti singulis annis in Sacristia ejusdem Basilicæ fiunt, exinde solvantur; idcirco Motu simili nos omnia & singula salaria Sacristarum, Accolitorum, & aliarum personarum, dictæ Sacristiæ, & pro cura ejusdem Sacristiæ & Basilicæ deservientium, quantitatem quamcumque cerarum, sive faculæ sint, sive Torciæ, ac olei, & aliarum rerum hujusmodi, quæ in eadem Sacristia & Basilica quotannis comburetur & consumabitur; expensas etiam quæ in diversis festivitatibus pro ornatu, & apparatu . . . . . . dictæ Basilicæ erunt necessariæ, ex fructibus, proventibus & redditibus prædictis solvi, & satisfieri volumus atque mandamus. Et nihilominus volentes quod dicta Sacristia in aliquo relevetur, omnes, & singulas Oblationes, largitiones, & eleemosinas majoris Altaris dictæ Basilicæ per Capitulum dictæ Basilicæ percipi solitas, dictæ Sacristiæ applicamus, concedimus, & assignamus. Volumusque etiam quod Archipresbyter, Vicarius, Canonici, ac Camerarii dictæ Basilicæ, omnium, & singulorum præmissorum curam suscipiant, præmissaque omnia, & singula cum omni studio, diligentia, & integritate exequantur, ipsosque ab omnibus, & singulis censuris &c. ad effectum præmissorum absolventes, & absolutos fore censentes, præmissis, ac constitut., & ordinat. Apostolicis, & litteris dicti Clementis, quas tamen, & in eis contenta confirmamus, & innovamus, statutisque, & consuetudinibus dictæ Basilicæ juramento &c. roboratis, aliisque in contrarium facien. non obstantibus quibuscumque. Volumus etiam quod præsentium sola signatura sufficiat, & per Notarium publicum dictæ Basilicæ in libris ejusdem registrari debeant (*b*).

Nova Pontificis in Sacrarii beneficium œconomia.

In quos usus pecunia sit convertenda.

Oblationes majoris Altaris Sacrario addicit.

Hasce literas exequendas decernit.

Placet, & ita mandamus A.

Joanni Baptistæ de Comitibus perpetuo Beneficiato in Basilica Vaticana, & Capellæ Apostolicæ Diacono, concedit, ut quamdiu, ob servitia Sedis Apostolicæ, a Basilica aberit, fructus omnes, ac si eidem Basilicæ interesset, percipiat.

Ex Cod. IX. pag. 429. Brevium Pauli III. in Archiv. Apost. Vatican.

AN. CH. 1538. 30. April.

PAulus Papa tertius. Dilecto filio Johanni Baptistæ de Comitibus perpetuo Beneficiato in Basilica Sancti Petri de Urbe (*c*) familiari nostro. Dilecte fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exigunt ea, quæ nobis & Apostolicæ Sedi hactenus impendisti, & te impensurum speramus, servitia, ut dispendiis tuis, quantum cum Deo possumus, occurramus. Cum itaque tu, qui in Capella nostra Diaconus ac

(*a*) Pro dissimili temporum conditione dimidiam fructuum primi anni partem Romani Pontifices in Basilicæ Vaticanæ commodum dissimili item œconomia distribuerunt. Nicolaus III. (*tom. 1. Bullar. Basil. pag. 277.*) hanc pecuniarum solutionem decrevit. Eamdem Eugenius IV. (*ejusd. Bullar. tom. 2. pag. 91.*) addita excommunicationis pœna, confirmavit. Clemens item VII. Prædecessorum decretum ne dum restituit, sed ampliavit, additis etiam in Sacrarii utilitatem muneribus ac pecuniis, quas Canonici, Beneficiati, & Clerici possessionem accepturi donare consueverant, (*eod. tom. 2. pag. 377.*) Tandem Paulus III. hoc Diplomate reditus ac emolumenta pridem Sacrario attributa, etiam in Sacrarii Ministrorum stipendium, ac alios Basilicæ sacros usus convertit. Ita nimirum ob tenuatos fructus, ac imminutos oblationum proventus agendum erat. Successu temporis hoc ipsum Pauli III. Decretum immutatum est, quod, ut videbimus, temporum vicissitudo aliam agendi rationem suaserit.

(*b*) Etsi in hisce Apostolicis literis nulla temporis nota obsignetur, nihilominus sub initium Constitutionis ad oram paginæ diem 13. anni 1537. adnotavimus. Hac in re sequuti sumus indicium, quod in parte posteriori chartæ, cui hoc Diploma inscribitur, apparet. Sic enim legimus: *Præsenta.um in Capitulo die 13. Martii 1537.* Pridem fortasse literæ fuerant conscriptæ; verum, cum statum tempus ignotum sit, diem qua traditæ fuerunt designavimus.

(*c*) Quo primum tempore Joannes Baptista de Comitibus inter Vaticanæ Basilicæ Beneficiatos adscriptus fuerit, Grimaldus omittit, qui tamen emortualem ejusdem Beneficiati diem designat hisce verbis: *Obiit dictus Joannes Baptista die 8. Mart. 1562.*

ac Capellanus & continuus commensalis noster existis, & ut asseris, præter perpetuum beneficium Beneficiatum nuncupatum in Basilica Brincipis Apostolorum de Urbe, nullum aliud Beneficium Ecclesiasticum obtines, nos in hac nostra a dicta Urbe absentia sequendo, & in eadem Capella continue serviendo, & tui Diaconatus officium exercendo (*a*), non solum dictæ Basilicæ, sed universali Ecclesiæ deservire videaris. Nos ne ex hoc tuo servitio dispendium & damnum reportes, providere volentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, ut donec ad dictam Urbem redierimus, & nos sequutus fueris, omnes & singulos fructus, redditus, & proventus tam ordinarios quam extraordinarios dicti Beneficii, etiam in distributionibus quotidianis consistentes, quos ac si dicto Beneficio etiam in quibuscumque Solemnitatibus inservires, cum omni integritate percipere ac levare libere & licite possis & valeas, ac si ipsi Beneficio, ut præfertur inservires, auctoritate Apostolica concedimus & indulgemus per præsentes; mandantes in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna dilectis filiis Vicario & Capitulo dictæ Basilicæ, & ipsius Capituli Camerario Beneficiato, & aliis ad quos spectat, quatenus tibi vel Procuratori tuo de fructibus, redditibus, & proventibus prædictis, juxta tenorem præsentium, integre & cum effectu respondeant, vel responderi faciant. Non obstanibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac dictæ Basilicæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis tam Archipresbytero &c. dictæ Basilicæ, quam Vicario & Capitulo, ac aliis prædictis quomodolibet concessis, ceterisque contraris quibuscumq.

Beneficiatus de Comitibus Sedis Apostolicæ servitio addictus.

Omnes Beneficii distributiones, licet absens, percipit.

Contraria non officiunt.

Datum sub Anulo Piscatoris Placentiæ (*b*), die ultima Aprilis 1538. Pontificatus nostri anno quarto.

Prædecessorum vestigiis inhærens, locationes Bonorum Basilicæ, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, sive eorum consanguineis aut famulis quoquo modo factas, irritas declarat. Judices statuit, qui controversiam de anticipatis solutionibus, ac melioramentis dirimant; ac litem, quæ inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos feruebat, extinguant.

Ex Autographo in Archiv. Basil. Caps. 8, Fasc. 11.

AN. CH. 1541.

Summor. Pontificum Sanctionibus Bonorum Basilicæ locatio interdicta.

MOtu proprio &c. Cum sicut nobis innotuit, postquam a felic. recordat. Sixto quarto & Clemente septimo (*c*), & forsan aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris nonnullæ litteræ, seu signaturæ in forma Motus proprii locationes & concessiones Casalium, & Bonorum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Clericis, Benefitiatis, aut etiam Canonicis, seu aliis Personis ejusdem Basilicæ, etiam sub censuris, & pœnis, ac cum decreto irritante fieri prohibentes, seu illas alias quomodolibet concernentes, successive emanaverant, & tam in antea, quam postmodum nonnulla Casalia, & alia Bona dictæ Basilicæ, diversis etiam ejusdem Basilicæ Personis, seu pro eis, aut eorum intuitu locata, seu concessa fuerint; in quibus etiam asseritur, per easdem Personas, seu earum aliquam, quædam melioramenta, & notabiles expensas, ac

Sanctiones violantur.

(*a*) Olim Diaconatus Ministerium in Pontificia Capella, in qua nimirum non ipsemet Pontifex, sed aut Cardinales, aut Episcopi Sacrum obeunt, a Clericis etiam inferioris notæ exercebatur. Alexandri vero VII ætate major huic Sacro muneri accessit dignitas ac nobilitas. Quippe providus P ntifex celeberrima Constitutione edita *die* 10. *Junii* 1657. rejectis nonnullis Officiis quæ venalibus accensebantur, decrevit, ut e celeberrimo trium Patriarchalium Ecclesiarum Clero eligerentur tres Canonici, quorum alter Presbyteri Assistentis, ut ajunt; alter Diaconi; tertius Subdiaconi munia exercerent. Nemo ergo miretur, si norit Pauli III. temporibus Diaconatus officium in Missarum solemniis quæ in ipsa Pontificis Capella peragebantur, Basilicæ Vaticanæ Beneficiato fuisse concreditum.

(*b*) Ut pacem inter Carolum V. ac Franciscum I. Galliæ Regem Paulus conciliaret, nihil intentatum reliquit. Decrevit tandem Niciam accedere, ut dissidentes Principes colloquio exciperet, ac fœdus componeret. Die 23. Martii 1538., ex Diario Angeli Massarelli apud Raynald. *num.* 9. ab Urbe discessit. Insequentis Aprilis die 7. Lucam ingressus, post biduum Parmam, inde Placentiam se contulit, ubi usque ad initia mensis Maji moram traxit. Hæc indubia sunt ex Actis Consistorialibus à memorato Raynaldo relat. *sub num.* 10. Quo tempore igitur Placentiæ substitit, nostram hanc edidit Constitutionem, desinente Aprili promulgatam. Plura non addam, quoniam satis hæc sunt ad hasce literas illustrandas, quod unum mihi propositum; nihil deinde solicitus plura ex Historia consarcinare, ne forte specioso eruditionis prætextu extra chorum prosiliam.

(*c*) Hasce Sixti IV. ac Clementis VII. literas supra retulimus *pag.* 229. *&* 380. Etsi vero utriusque Pontificis Decreto, & pœnis gravioribus in refractarios statutis, Basilicæ Vaticanæ Bonorum locatio aut cupiam ex Clero, aut eorum consanguineis & familiaribus fuerit interdicta, non ideo tamen a vetito contractu abstinuerunt. Hinc lites ac controversiæ inter Canonicos, Beneficiatos & Clericos exarserunt, quæ deinde in Judicium delatæ sunt. Quis vero controversiarum finis fuerit, e sequenti Paulino Motu proprio patebit.

(*a*) De

Hinc litium occasio.

ac anticipatas solutiones, tam pro eis, quam eorum occasione facta fuisse, inter dilectos Filios Capitulum Basilicæ prædictæ ex una, & Benefitiatos nuncupatos, & Clericos ex alia Partibus, super validitate, & invaliditate, seu rescissione locationum Casalium, & bonorum hujusmodi, ac melioramentorum, expensarum, & solutionum hujusmodi restitutione, rebusque aliis in actis &c. deductis, quæstionis materia orta, & lis coram diversis Cardinalibus, seu aliis Judicibus delegatis introducta fuerit, & adhuc pendeat indecisa; Nos, quorum est lites inter omnes, præsertim Ecclesiasticas Personas, exortas, quantum possumus, de medio submovere, ut majori animi quiete divinis laudibus valeant insistere, per Prædecessores nostros proinde ordinata observanda esse censentes, & attendentes non convenire inter Capitulum, & Benefitiatos, & Clericos prædictos litium fomenta consoveri, ac propterea volentes liti hujusmodi finem imponere, nec non singularum literarum prædictarum, ac locationum hujusmodi, seu desuper confectorum Instrumentorum, ac inde sequutorum quorumcumque modos, formas, qualitates, circumstantias, & tenores, necnon litis statum, & causæ hujusmodi merita pro expressis haberi volentes, ex certa nostra scientia causam ad nos advocamus, & litem hujusmodi, alias quam quoad infrascripta, penitus extinguimus, ac partibus ipsis desuper perpetuum silentium imponimus, necnon quibusvis Judicibus, quavis auctoritate, etiam Cardinalatus honore fungentibus, ne in causa hujusmodi ulterius procedere, vel de illa se intromittere quoquomodo præsumant, districtius inhibemus, ac irritum &c. decernimus; & nihilominus litteras Motus proprii, tam Sixti, quam Clementis, & aliorum Prædecessorum hujusmodi, & in eis contenta quæcumque, cum opportuna juris, & facti, si quis fuerit, defectuum suppletione approbamus, & confirmamus, ac innovamus, & quatenus opus sit, de novo concedimus, perpetuæ quoque firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere decernimus, necnon quas contra illarum formam, & tenorem factas esse cognovimus de quibuscumque ipsius Basilicæ, seu ejus Mensæ Casalibus, Hospitiis, Tabernis, Hortis, Domibus, & aliis quibusvis Bonis locationes, & locationum prorogationes, vel alias concessiones ipsis Collitigantibus, ac eorum aut horibus, & pro eis, seu eorum intuitu, aut alias etiam eorum attinen., Consanguineis, Familiaribus, aliisque similibus hactenus quomodolibet factas, ac ex nunc, prout ex tunc, & e contra quibuslibet Canonicis, Benefitiatis, Clericis, & aliis dictæ Basilicæ Personis, seu pro eis, aut eorum intuitu, seu eorum Consanguineorum attinentibus, Servitoribus, familiaribus, aut aliis similibus imposterum faciendas, cassamus, irritamus, & annullamus, ac nullius roboris vel momenti fuisse, & esse, nullumque effectum sortiri unquam posse, ipsisque Baldo Episcopo (*a*), & Christophoro (*b*), seu aliis pro eis agentibus, sub excommunicationis, ac indignationis nostræ pœnis injungimus, & mandamus, ut Casalia prædicta in Festo Sancti Angeli de Mense Septembris proxime futuri vacua, libera, & expedita in manibus Capituli dimittere, & relaxare, ex nunc etiam propria auctoritate, & absque vitio spolii, & attemptatorum per Capitulum ipsum, seu deputatos ab eo recipienda, possidenda, concedenda, locanda, & retinenda, volumus, & decernimus. Et nihilominus dilectis Filiis nostris Gaspari Sancti Apollinaris Contareno nuncupato (*c*), & Jo. Petro Sancti Clementis Titulorum Presbyteris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ut causam solutionis, aut compensationis meliorамentorum, & restitutionis anticipatarum solutionum per Conductores factorum, fructuumque, & expensarum, ac damnorum, & interesse cognoscant, audiant, terminent, & decidant; ita tamen, quod dubia, seu difficultates resolutæ per dilectum filium nostrum Gasparem Cardinalem Contarenum nuncupatum, & duos Aulæ nostræ Consistorialis Advocatos secum adhibitos, firma, & resoluta remaneant, nec amplius in dubium verti valeant; quodque Capitulum, Benefitiati, & Clerici sub excommunicationis, ac indignationis prædictis, & mille Ducatorum auri Cameræ, partim Cameræ Apostolicæ, & partim non contravenienti parti applican., pœnis ipso facto absq. aliqua

Pontifex lites perimit.

Prædecessorum decreta confirmat.

Vetitas locationes irrita declarat.

Prædia a conductoribus restitui mandat.

Quædam litium Corollaria a judicibus delegatis examinanda.

(*a*) De quo toties supra egimus.

(*b*) Christophorum Cincium intellige, quem Paulus infra clarioribus verbis nominat, & Vaticanæ Basilicæ Canonicum vocat. Porro, teste Grimaldo, jam tum ab anno 1526. in Canonicorum Collegium fuerat adscitus. A ceteris abstineo, quoniam in sequenti Diplomate opportunior recurret sermo.

(*c*) Ex nobili Contarena familia Veneta, a Paulo III. anno 1531. die 21. Maji Sacro Cardinalium Collegio cooptatus *ex Raynald. num. 7.* Ab ejus virtutibus ac egregiis operibus recensendis supersedeo; Longa quippe panegyrica Oratio de eo prostat apud Ciaconium. Hoc unum omnium loco sufficiat, nimirum, hunc probatæ virtutis Virum, an. 1536. die 8. Aprilis inter Cardinales, quibus Pontifex Concilii celebrandi curam imposuit, in Consistorio fuisse designatum; ac deinde semel & iterum Legationis munere ad Carolum V. difficillimis hisce temporibus fuisse nobilitatum. De variis Cardinalatus Titulis ad quos ascendit, multa disputantur, quæ a nostro instituto aliena sunt. Obiit Bononiæ die 14. Augusti 1542. ea animi fortitudine, quam plurimum commendat Jo. de Casa *ap. Raynald. ad hunc an. num. 22. & seq.*

aliqua Judicis declaratione, vel ministerio per contrafacientes incurrendis, teneantur, & debeant solemniter, ut moris est, ac in forma valida, & consueta obligari, ac solemnia desuper Instrumenta conficere de stando juri, ac omni, & toto eo observando, ac idem solvendo, ad quod per ipsos Cardinales condemnabuntur, seu quidquid per ipsos Cardinales judicatum, & determinatum extiterit. Et similiter Venerabilis Frater noster Baldus Episcopus Ferratinus, & Christophorus Cincius Canonici ejusdem Basilicæ, sub censuris, & poenis eisdem, de fructibus, poenis, & aliis, prout condemnabuntur, satisfacere debeant & teneantur, ac omnino satisfaciant respective, & tam Benefitiati, & Clerici, seu Capitulum, quam Baldus Episcopus, & Christophorus præfati, unicæ ac soli sententiæ per dictos Cardinales ferendæ, absque ullius appellationis, seu alterius reclamationis spe, quas etiam non frivolas, seu alias jure admittendas, ex certa scientia tollimus penitus & amovemus, sub censuris, & poenis prædictis, stare, illique omnino parere debeant, & obligati ex nunc existant, statuimus, committimus, & mandamus, dictasque obligationes, ac instrumenta desuper conficienda, ex nunc confirmamus similiter, & approbamus, ac ea inconcussæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere, etiam cum suppletione defectuum etiam substantialium volumus, & ordinamus. Decernentes, & declarantes, omnes Mageses, & alia laboreria, non tamen foena, neque paleas per dictos Baldum Episcopum, & Christophorum, seu alios pro eis in Terris Casalium ab eis detentorum, pro cultura anni proxime sequentis factas, Conductores dictorum Casalium, extimatione per duos Peritos, unum videlicet pro parte ipsorum Baldi Episcopi, & Christophori, & alium pro parte Beneficiatorum, seu eorum Procuratorem eligendos, et si ipsi duo Periti eligendi discordes fuerint, per tertium per nos eligendum, seu duos ex ipsis tribus sic eligendis, facta, solvi, & de illarum sic extimato pretio eisdem Baldo, & Christophoro per ipsos Conductores, antequam Casalibus, & Bonis ipsis frui incipiant, satisfieri debere; sic tamen, quod per hujusmodi solutionem, Benefitiatis & Clericis prædictis in lite, quoad expensas, damna, fructus, & interesse, & poenas, & alia, nullum præjudicium generetur, sed ipsi Baldus, & Christophorus, si condemnentur, totum illud pretium, quod ratione Magesarum, aliorumque præmissorum receperint, restituere, vel recompensare, prout dicti Cardinales judicabunt, teneantur; & insuper eosdem Baldum Episcopum, & Christophorum in Festo Sancti Michaelis Archangeli mensis Septembris præsentis anni millesimi quingentesimi quadragesimi primi (*a*), ad omnia Casalia per eos retenta, & per tertias etiam Personas quomodolibet obtenta, ut præmittitur, sub poenis, censurisque præmissis, ac damnis, & interesse, relaxanda, & cum effectu consignanda, teneri, & astrictos existere; volentes insuper, ac etiam decernentes, quoad præmissa omnia, solam nostram Signaturam sufficere, & ubique in judicio, & extra fidem facere, nec alterius probationis adminiculum requiri debere, ac juxa ejus tenorem judicandum fore, absque alia litterarum desuper expeditione, Regula non obstante, vel litteras desuper in forma Brevis, in quibus singulæ Clausulæ prædictæ latissime extendi possint, cum præmissorum omnium, & aliorum necessariorum majori, & veriori expressione, ac opportuna exequutorum deputatione, etiam sub censuris & poenis Ecclesiasticis, cum potestate aggravandi &c. Invocato &c. expediri posse. Non obstantibus præmissis, ac regula nostra de non tollendo jure acquisito, quam minime unquam obstare, nec opponi posse. Et quia re ipsa discussa, & plene per nos cognita, utilitati dictæ Basilicæ, ac quieti Ecclesiasticarum, præsertim dictæ Basilicæ Personarum, ac rei veritati ita expedire cognovimus, & pro comperto habemus, illi, aliisq. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ dicti Prædecessores in eorum litteris prædictis voluerunt non obstare, etiam latissime extenden. derogamus; sicque per quoscumque Judices &c. etiam Auditores &c. aut Cardinales &c. judicari &c. sublata &c. potestate, irritum quoque &c. decernimus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Decernit, ut partes sententiæ acquiescant.

Quædam conditiones in concordia servandæ.

Quo tempore Prædia dimittenda a Conductoribus.

Contraria e medio tollit.

Placet Motu proprio. A.

Pro-

(*a*) Patet igitur hoc eodem anno præsentem Pauli Motum proprium fuisse promulgatum. Qua quidem ratione moti, sub harumce literarum initium hunc eumdem annum 1541. obsignavimus.

(*a*) Repe-

Prohibet ne Bona ac Latifundia Basilicæ Vaticanæ alienentur, quod Capitulum viginti Ducatorum millia in subsidium Romanæ Ecclesiæ contulerit. Par beneficium ceteris Ecclesiis offert, si pari solicitudine Apostolicæ Sedis necessitatibus opem ferant.

Ex Regesto II. Brevium Pauli III. Epistol. 354. apud Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1542. 25. April.

Turcarum contra [illegible] [illegible].

Capitulum Vaticanum multam auri vim in Ecclesiæ subsidium confert.

Pontificis in Capitulum benignitas.

Par beneficium ceteris Ecclesiis offert, si pecuniam persolvant stato tempore.

AD futuram rei memoriam. Cum nuper, postquam ad occurrendum periculis quæ Christianæ Reipublicæ ex magnis Belli apparatibus per immanissimum Turcharum Tiramnum, ad invadendam & occupandam Christianitatem terra marique factis, imminere videbantur (a), nonnulla Casalia, res, & bona Ecclesiarum, Basilicarum, Monasteriorum, ac Beneficiorum ecclesiasticorum, tam in alma Urbe nostra quam alibi consistentium, sub certis modo & forma tunc expressis alienare, per alias nostras sub Plumbo expeditas litteras, de venerabilium Fratrum nostrorum consilio & assensu in Consistorio nostro secreto deveneramus, dilecti filii Capitulum Basilicæ Sancti Petri de dicta Urbe, ut ab alienatione Casalium suorum abstinere dignaremur, Nobis humiliter supplicaverint, ac subventionem viginti millium Ducatorum auri de Camera nobis obtulerint, summamque hujusmodi postmodum effectualiter persolverint; Nos, etsi prout necessitas nobis ob hujusmodi pericula imminens exigebat, longe majorem subventionem ab eisdem Capitulo, ex venditione Casalium & bonorum ad mensam Capitularem ipsius Basilicæ pertinentium, habere debuissemus & potuissemus (b), tamen videntes animi promptitudinem, & celeritatem eorumdem Capituli ad nobis subveniendum, ipsiusque promptitudinis aliquam rationem habere (c), & dictos Capitulum benigno & liberali favore, etiam pro desiderio quod nobis inest, ut Ecclesiarum bona potius augeantur, quam minuantur, prosequi volentes, oblatione, & solutione hujusmodi contenti fuimus, & ob illam a venditione Casalium & bonorum dictæ Mensæ abstineri fecimus. Licet autem ob id, quod pericula hujusmodi in dies graviora fiunt, ad alienationem Casalium & bonorum reliquarum Basilicarum, Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum prædictorum, absque ulteriori mora, deveniendum esset, tamen pro desiderio prædicto, & ut hii quos præmissa concernunt, videntes nostram erga eos benignitatem & liberalitatem, instar dictorum Capituli, celeriter nobis in tanto discrimine subvenire procurent, etiam erga eos liberales atque benevolos, quantum nobis possibile est, nos exhibere volumus, Motu proprio, & apostolica auctoritate per præsentes statuimus, & ordinamus, quod si aliarum Basilicarum, Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac Beneficiorum prædictorum Capitula, Conventus, & personæ ad quas spectat, juxta subventionem & solutionem per dictos Capitulum Basilicæ Sancti Petri, ut præfertur, factam hujusmodi, pro rata Casalium & bonorum suarum Ecclesiarum, Basilicarum, Monasteriorum, & Beneficiorum prædictorum, infra tempus per dilectum filium Guidonem Ascanium Sancti Eustachii Diaconum Cardinalem, nostrum, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium (d) statuendum, nobis subvenerint, & solverint, ab alienatione Casalium, & bonorum Basilicarum Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum hujusmodi abstineant, & Casalia, ac bona ipsa vendi non debeant. Quod si infra dictum tempus, sub-

(a) Repetenda hîc quæ Solymanus Turcarum Imperator, ad Christianorum internecionem, instructis terra marique viribus, moliri decreverat. An. 1537. Regnum Neapolitanum ingressus, ac inde ejectus, rursum anno 1542. ad invadendum Occidentis Imperium arma convertit, ac in Hungariam illatis copiis, Arces aliquot munitissimas cepit. Gravioris mali metu correptus Pontifex, ut exercitum pararet, Helvetios milites stipendio conduxit. Cumque tot tantisque belli sumptibus Pontificium ærarium par non esset, vectigalia constituit. Atque hæc quidem, ut opinor, caussa fuit, quæ Pontificem impulit, ut Basilicam Vaticanam, ceterasque Urbis Ecclesias ad graviorem pecuniarum summam persolvendam adegerit.

(b) Statuerat Pontifex, ut e sequenti Motu proprio patebit, integram pecuniæ summam ex alienatione Prædiorum, quorum annui fructus tria Scutorum millia conficerent, percipiendam, colligere. Abstinuit tamen, ac minori oblato censu, tandem acquievit.

(c) Capituli nostri diligentia commendatur, quod lubenti promptoque animo Ecclesiæ necessitatibus opem tulerit. Atque hæc summo jure illi debetur laus, sive ingentem pecuniarum vim, in Ecclesiæ beneficium collatam, sive expeditam manum quæ opes profudit, inspicias. Clementis VII. difficili ac ærumnosa ætate vigintiduo aureorum millia, ex Prædiorum alienatione collecta, ut patet e superioribus Clementis literis ministravit. Paulo III. imperante, viginti millia Ducatorum auri persolvit. Si ceteras Urbis ac Orbis Ecclesias hac ætate percurras, haud ita facile paris munificentiæ ac studii erga Romanam Ecclesiam occurrent exempla.

(d) Guidonem Ascanium Sfortiam Patre Bosio S. Floræ Comite, & Constantia Pauli III. filia natum intellige. Ab eodem Pontifice Sacra Purpura donatus, ac plurium Ecclesiarum administratione, ipso etiam Basilicæ Liberianæ Archipresbyteratu, ac S. R. E. Camerariatu, ut Legationes omittam, decoratus, obiit an. 1564. ac in eadem Liberiana Basilica, in quam beneficentissimum se præbuerat, sepultus est. Adeas Ciaconium.

(a) Nempe

subventionem & solutionem hujusmodi non fecerint, ad venditionem & alienationem Casalium & bonorum hujusmodi, juxta dictarum litterarum tenorem, omnino procedetur; super quibus præfato Guidoni Ascanio Cardinali Camerario omnem opportunam facultatem & auctoritatem, etiam Contradictores, renitentes, & rebelles per ecclesiasticas censuras & poenas, ac alia opportuna juris remedia, appellatione postposita, compescendi; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, per easdem præsentes dicta auctoritate concedimus. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ in dictis litteris voluimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Decernentes quod præsentium transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Contra morosos debitores durius agitur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die xxv. Aprilis Millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus nostri anno octavo.

Concordiam inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos initam, confirmat. Scuta viginti millia pro gravioribus Ecclesiæ necessitatibus pridem soluta, acceptat. Ut solutionis onus Basilicæ Vaticanæ impositum minus grave sit, nonnulla Privilegia concedit.

Ex lib. ccxxx. Regest. Bullar. Pauli III. pag. 221. apud Archiv. Apost. Vatican.

Paulus Papa III.

AN. CH. 1542. 4. Maji.

Dudum siquidem, sive nuper orta materia quæstionis inter dilectos filios Benefitiatos, & Clericos Basilicæ Sancti Petri de Urbe, & suos litis Consortes ex una, & Capitulum, & venerabilem Fratrem nostrumB. (a) FerratinumEpiscopum Liparen. in una, & in alia parte dilectum etiam filium Christophorum Cintii dictæ Basilicæ Canonicos, quibus nonnulla, sive diversa Casalia Basilicæ præfatæ per Canonicos, & Capitulum prædictos etiam ad longum tempus locata, & tempora locationum prædictarum, mediantibus certis notabilium pecuniarum summis anticipatæ solutis, & melioramentis in illis per ipsos B., & Christophorum faciendis, prorogata fuerunt, de, & super nullitate, & invaliditate dictarum locationum, & illarum prorogationum, ac computatione, seu compensatione anticipatarum solutionum, & melioramentorum hujusmodi, cum fructibus ex dictis Casalibus per ipsos Bartholomæum, & Christophorum perceptis, ipsis Benefitiatis, & litis Consortibus computationem, seu compensationem prædictam fieri prætendentibus, Canonicis vero, & Capitulo, ac B., & Christophoro prædictis, compensationem hujusmodi minime fieri, sed dicta melioramenta facta, una cum anticipate solutis hujusmodi restitui, & ulterius etiam damna, & expensas sibi refici, & refundi debere, & nonnulla alia prætendentibus partibus ex altera; liteque, & causa de, & super præmissis & illorum occasione coram dilecto filio nostro Gaspare Tituli Sancti Apollinaris Presbytero Cardinali Contareno nuncupato (b), dilecti etiam filii nostri Francisci Tituli Sanctæ Praxedis Presbyteri Cardinalis Cornelii nuncupati (c) dictæ Basilicæ Archipresbyteri a Romana Curia tunc absentis, Locumtenente, auctoritate ordinaria, sive ex delegatione Apostolica, inter Benefitiatos, Clericosque, & litis Consortes agentes ex una, Capitulumque, & Canonicos, ac B., & Christophorum litis Consortes hinc inde partibus ex altera, introducta, dilectis filiis Jacobo de Puteo nostri Palatii Apostolici causarum Auditore (d), & Antonio Gabrielis, & Fabio de Aranchabone Consultoribus a dicto Gaspare Cardinali electis, & successive illis per nos adjuncto dilecto filio Hieronymo de Justinis Aulæ ejusdem Palatii Advocatis, inter dictas hinc inde partes aliquandiu litigato, & vigore certi rescripti, etiam Motu proprio a nobis emanati, inter alia, locationibus, & prorogationibus prædictis cassatis, & dilecto filio nostro

Controversiæ super Prædiorum locatione status ac merita.

Judicum nomina.

Pontifex locationem rejecit.

(a) Nempe Baldum Ferratinum, de quo toties in litteris Apostolicis occurrit mentio.

(b) Olim inquam nuncupato. Siquidem die 11. Februarii 1542. ad Titulum *S. Praxedis* fuisse promotum Ciaconius affirmat.

(c) Hic etiam Titulus Cardinalatus indicatur quem Cardinalis Cornelius pridem obtinuit. Hoc quippe tempore ad Titulum *S. Mariæ Transtiberim*, qui postremus illi fuit, gradum fecisse fateamur oportet, ut nempe Cardinali Contareno S. Praxedis Titulum liberum vacuumque relinqueret.

(d) Mox sub Julio III an. 1551. in Cardinalium Collegium cooptatus.

(a) Sup-

nostro Joanne Petro Tituli S.... Presbytero Cardinali Theatino nuncupato (*a*), causam, sive causas compensationis, sive computationiselioramentorum, & anticipatæ solutorum prædictorum, rebusque aliis tunc expressis audien. cognoscen. & nobis referen. commisimus, & nonnulla alia tunc expressa mandavimus, statuimus, & decrevimus: cumque lite hujusmodi sic coram Gaspare, & Joanne Petro Cardinalib. præd. indecisa penden. & imminentibus Christiani nominis hostis Turcharum Tyranni immanissimi, & aliis necessitatibus nostris, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, unde, ut illis subveniri commode posset, facultates & redditus Cameræ Apostolicæ non sufficerent, & nihilominus omnino pro Belli & aliorum prædictorum provisione, de excessiva pecuniarum summa esset in promptu providendum; Nosque propterea una cum venerabilibus Fratribus nostris ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus inter alia, ut tot Casalia dictæ Basilicæ, ex quibus perciperentur annui redditus trium millium scutorum, venderentur decrevissemus, & jam dictæ venditioni manus apponeretur; Nos Capituli, & Canonicorum prædictorum, asserentium ex alienatione hujusmodi eidem Basilicæ nimis enorme damnum, & læsionem inferri, instante etiam venerabili Fratre nostro A. Episcopo Albanensi Card: Sanctorum Quatuor (*b*), humilibus supplicationibus inclinati, alienationem hujusmodi postponen., de habendis tantum viginti millibus scutis contenti remansimus, & cum Canonici, & Capitulum prædicti hujusmodi viginti millia scuta nobis solvenda in promptu etiam non haberent, sed illa essent exquirenda, diversis tractatibus etiam Capitularibus super hoc præcedentibus, tandem inter præfatum A. Cardinalem, & dilectum filium B. (*c*) Clericum Thesaurarium nostrum generalem, Canonicos, & Capitulum, ac B., & Christophorum præfatos, primo certa Capitula vulgari sermone in scriptis redacta, & successive nonnulla, quæ addenda, & declaranda fuere, per unum primum declararunt, & addiderunt, & de novo forsan pacti fuerunt; cumque illis nobis relatis, assereretur reperiri alios meliorem conditionem offerentes, & dictis Canonicis seu Benefitiatis, seu ab ipsis, vel per ipsos respective, specialiter, ut asserebant, ad hoc deputatis, una cum A. Cardinali, & B. Thesaurario præfatis coram nobis constitutis, re maturius discussa, & intellecta, repertum fuisset, eosdem B., & Christophorum pro novis Conductionibus Casalium hujusmodi præ ceteris in ejusdem Mensæ Capitularis utilitatem, meliorem, & utiliorem conditionem offerre, nobisque intervenientibus, ut litibus, & discordiis hujusmodi sopitis, inter Benefitiatos, & suos consortes amoenitas, & pacis dulcedo plantata perduret, ipsique Canonici, Benefitiati, & Clerici liberius Altissimo valeant famulari, desuper modo infrascripto convenerunt, & concordarunt, & finaliter in executionem, & pro adimplemento præmissorum Canonici, & Capitulum prædicti, postea capitulariter convenientes, lites prædictas execrantes, & ab illis discedere volentes, per aliud etiam vice, & nomine dictorum Benefitiatorum, & illis adherentium liti, & causæ, seu litibus, & causis prædictis cesserunt, & ulterius etiam cedere promiserunt, & Casalia prædicta cum augumento annui pretii mille ducentorum scutorum similium, ultra id quod anterius solverant, ad duodecim annos tantum B. & Christophoro prædictis locarunt & arrendarunt, & nihilominus postremo pro habendis dictis viginti millibus scutis nobis solvendis annuum Censum mille quadringentorum scutorum similium super nonnullis ex dictis Casalibus tunc expressis constituerunt, & illum dicto Christophoro pro dictis viginti millibus scutis, & cum de retrovendendo, & redimendo, seu in totum, vel in partem simul, vel successive liberando, seu affrancando, & nostro beneplacito reservato, & nonnullis aliis pactis, & conditionibus tunc expressis per Instrumentum vendiderunt (*d*) aliasque, & alia promiserunt prout in Capitulis, & singulis Instrumentis prædictis successive desuper confectis latius continetur. Nos itaque, quod locatio, seu arendamentum prædictum in evi-

Alios litis fomites ad Delegatum amandat

Turcarum in Christianos molimina.

Pontifex ad belli sumtus censum a Basilica solvendum imponit.

Varii pro Censu solutione tractatus.

Ex locationum auctario census solvendus.

Litis cessatio, ac viginti millium Scutorum statuta solutio.

(*a*) Supple: S. *Mariæ Transtiberim*, quo Titulo hac ætate fruebatur Joannes Petrus Carrafa egregius S. R. E. Cardinalis, quem Pontifex hic indigitat. Theatini cognomen ab Archiepiscopatu Theatino, quem primum dimiserat, ac deinde Pauli III. jussu adire coactus est, nomen illi inditum. Nulla Albanensis Ecclesiæ hic mentio, quam serius, hoc est an. 1543. die 17. Octobris Ughello teste, administrandam suscepit. Dies me deficeret, si quæ in Cardinalis hujusce laudes conferre possunt, huc transferrem. Multa paucis conficiam, si dixero, novum Collegium Presbyterorum, quos Theatinos vocant, ab eo fuisse institutum; Cardinalitiam dignitatem eidem invito ac reluctanti fuisse collatam; tandemque ad Petri Cathedram fuisse evectum sumto Pauli IV. nomine; qua de re suo loco pluribus agendum.

(*b*) En Antonium Cardinalem Puccium, de quo supra nonnulla adnotavimus. Cardinalis *SS. Quatuor* nominatur; hoc quippe titulo insignitus fuit a Clemente VII. tunc cum anno 1531. Sacra Purpura donatus est. Præterea Episcopus *Albanensis* appellatur; jam enim a die 15. Februarii præsentis anni 1542. huiusce Ecclesiæ Episcopus fuerat renunciatus. Hæc Ughellus.

(*c*) Initialis hæc litera B. quæ proprium Thesaurarii Generalis nomen subindicat, Bernardinum Heluinum exprimit, qui Pauli III. ætate, antequam ad Anglonensem Ecclesiam transiret, Pontificii ærarii præfecturam exercuit. De eo Ciampinus loquitur in Dissertat. *de Collegio Abbreviatorum de Parco majori* p. 19. & Ughellus in serie Anglonensium Episcoporum.

(*d*) Ex hac facti serie liquet, Christophorum Cincium Basilicæ nostræ Canonicum, in Prædiorum locatione auctarium obtulisse; ac Censum a Capitulo impositum, solutis Scutis viginti millibus, quæ in Pontificium ærarium collata sunt, redemisse. Vir ergo fuit nobilitate ac multa divitiarum copia spectabilis, dignus cui publici ærarii Præfectura fuerit concredita.

evidentem Capituli, & illius Mensæ Canonicorumque & Beneficiatorum præd. utilitatem cedit, & quod ne Casalia prædicta vendantur, constitutio, & venditio dicti census pro viginti millibus scutis nobis solvendis, est Capitulo, & Mensæ prædictis minus damnosa; Nec non, & de omnibus aliis & singulis præmissis, illorumque circumstantiis universis ad plenum informati, & coram quibus inter dictos Jacobum, Hieronymum, Antonium, & Fabium, ipso Gaspare a Romana Curia absente, inter alia, de, & super melioramentorum & pecuniarum prædictarum anticipate solutarum,& melioramentorum prædictorum cum fructibus, & Casalibus prædictis a B., & Christophoro prædictis hactenus perceptis, compensatione, seu illorum solutione, non modicum de jure altercatum, & hæsitatum fuit, ambiguitates & dubia, quemadmodum nobis convenit, & incumbit, tollere, & ne lis hujusmodi fiat immortalis, providere volen., Motu proprio, & ex nostra scientia, ac de potestatis plenitudine prædictis, & nonnullis aliis causis rationabilibus animum nostrum moven. quatenus opus sit, cessionem prædictam admitten., & nihilominus etiam sine cessione hujusmodi, aut aliqua illius admissione, omnino in perpetuum causam, sive causas hujusmodi ad Nos avocan., & litem, seu lites prædictas, illius, seu illarum statum & merita, nomina, & cognomina Judicum, & Collitigan. pro expressis habentes, extinguimus, & hinc inde partibus silentium imponimus. Et ulterius arrendamentum, seu arrendamenta, & census impositionem, & illius venditionem, capitulaque, nec non singula Instrumenta prædicta desuper confecta, ac prout præmissa concernunt, omnia, & singula in illis contenta, & inde sequuta quæcumque, rata, & grata habentes, illa omnia, & singula approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos, etiam quarumcumque, tam accidentalium, quam substantialium solemnitatum, quæ de jure, consuetudine, vel alias forsan intervenire debuissent, & deberent, forsan omissarum, nec non etiam alios juris, & facti, ac alios etiam majores, & incognitos, ac inexcogitatos quoscumque defectus, qui forsan intervenerint in eisdem, supplemus, ac illa omnia, & singula per hinc inde Partes inviolabiliter observari debere,& invitos ad illarum observationem cogi, constringi, & compelli posse, volumus. Et insuper fatemur, & in verbo nostro Roman. Pontific. recognoscimus, & attestamur, habuisse, & recepisse in contanti, promptaque, & numerata pecunia ab eisdem Capitulo, & Canonicis dicta viginti millia scut., & de illis sic habitis, & receptis dictos Canonicos, & Capitulum, cum pacto de ulterius quidquam in perpetuum non petendo, quietamus, absolvimus, & liberamus, in omni, qua possumus, meliori forma. Et præterea etiam Canonicos, & Capitulum prædictos, pro præmissis, & illorum occasione, aliqualiter recompensare, & in futurum ab ulterioribus gravaminibus, & aliis similibus relevare, & indemnes conservare volentes, pari Motu &c. Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices de cetero in perpetuum ab omni simili alienatione Casalium, & quorumcumque aliorum Bonorum immobilium ejusdem Basilicæ, & illius Mensæ, etiam alienationis vocabulo largissime sumpto, abstinere, & quod etiam ipsi Successores nostri abstinebunt, & etiam per annos quinque proximos, & immediate sequentes, ipsum Capitulum, & Canonicos aliquibus decimis, vel quibuscumque aliis, etiam pro necessitatibus etiam ejusdem Romanæ Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ, etiam in fidei necessitate, vel alias imponen. impositionibus aut taxationibus non gravare seu molestare, quodque etiam Successores nostri prædicti non gravabunt, nec molestabunt, tenore præsentium in validi, & efficacis contractus inter nos, & Sedem Apostolicam, & Romanam Ecclesiam, & Canonicos, & Benefitiatos prædictos initi, pro nobis, & eisdem Successoribus nostris in simili verbo Rom. Pont. promittimus, & etiam obligamus. Et etiam quia justum fore censemus, quod etiam membra capiti succurrant, & subveniant, volumus, & ordinamus, quod omnes, & singuli Capellas, & quæcumque alia Beneficia in eadem Basilica obtinentes, & etiam pensiones etiam super illarum, & illorum, ac Canonicatuum, ac Præbendarum ejusdem Basilicæ fructibus, qui etiam forsan in quotidianis distributionibus consistunt, percipientes, & levantes, etiam forsan quamcumque illarum exemptionem habentes, illa non obstan., etiamsi de illis integraliter solvendis ipsi Canonici, Capellani, aut Benefitiati se specialiter, & expresse, etiam in forma Cameræ Apostolicæ, etiam addito juramento se obligassent; ita quod liceat dictis Canonicis portionem, dictos Canonicos, Capellanos, & Benefitiatos, ac Pensionarios tangentem, etiam propria auctoritate libere, & licite capere, habere, & levare, ac exigere, & respective retinere possint, & quia in solutionem viginti mill. scutorum hujusmodi una cum prædictis Capitulo, & Canonicis concurrant, & contribuant, volumus, concedimus, & indulgemus. Quinimo etiam eosdem Capellanos, & Benefitiatos ad proportionabilem hujusmodi solutionem, etiam invitos, ita quod,

Pontifex litem extinguit, contractum probat, & pecuniæ solutionem acceptat.

Capitulum a censu liberat.

Ab aliis gravaminibus e[...]mit.

Pensionarios, ac alia Beneficia obtinentes, ad census [...]ionem adigit.

quod etiam inviti cogi, & compelli possint, specialiter, & expresse teneantur, obligamus. Et ulterius etiam ipsis Capitulo, & Canonicis, Cappellanis, & Benefitiatis, etiam omnes, & singulas decimas jam hactenus impositas, etiam forsan non publicatas, vel non intimatas, vel etiam non solutas gratiose remittimus, & condonamus, & ipsos tam conjunctim, vel divisim ab illorum solutione liberamus, & pariformiter etiam eosdem in meliori, qua fieri possit, forma quietamus. Et postremo forsan quandocumq. omnibus, vel singulis præmissis contraveniri, vel contradici quomodolibet in judicio, vel extra, contingerit, ipsos sic contravenientes, vel contradicentes, ut præfertur, ad refectionem, & solutionem melioramentorum, & refusionem anticipate solutorum prædictorum, nulla excomputatione in fructibus dictorum Casalium fienda, obligamus, ac teneri, & obligari, & etiam invitos ad prædicta, cogi, & compelli, & constringi libere, & licite posse concedimus, & indulgemus, præsentesque, quarum etiam solam signaturam sufficere, seu per Breve, vel sub plumbo litteras desuper expediri posse volumus, & illas etiam, absque alia illorum verificatione, vel productione ad plene omnia, & singula præmissa tam in judicio, quam extra proban. sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, nec in contrarium probationem admitti, ac de obreptione, subreptione, & intentionis defectu, vel quocumque alio defectu impugnari non posse concedimus, & indulgemus, sicque &c. judicari &c. sublata &c. irritumque, & inane &c. decernimus; non obstan. juramento prædicto, præmissis, & constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutisq., & consuetudinibus Basilicæ, & Capituli, necnon Urbis, juramento &c. firmatis statutis, nec non felicis recordationis Pauli secundi Prædecessoris nostri de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac Sixti quarti, Clementis septimi, ac aliorum quorumcumque Prædecessorum nostrorum, locationes de Casalibus hujusmodi ipsis Canonicis etiam sub excommunicationis, censurisque, & pœnis, & aliis ibidem expressis fieri prohibendo, & illas factas annullando, aliisq. Privilegiis, Indultis, latissime extendendis, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis,

Clero Basilicæ Privilegium conceditur.

Præsentes literas omnino servandas decernit.

Clausulæ derogatoriæ.

Fiat motu proprio A.

Et cum absolutione a censuris, ad effectum de & pro omnibus etiam in casibus &c. regula non obstante latissime extendend. & de admissione cessionis, & etiam sine illa de advocatione causæ, etiam prædict., & quorumcumque etiam aliorum immobilium dictæ Basilicæ bonorum, inter Benefitiatos, & litis consortes suos, ac Capitulum, & Canonicos prædictos, & extinctione litis, impositione perpetui silentii rata & grata inibitione, approbatione, & confirmatione, defectuum suppletione, absolutione, liberatione, voluntate, statuto, ordine, decreto, promissione, obligatione, recognit., confessione, omnibusq. aliis, & singulis supradictis, & etiam infrascriptis, quæ etiam quoad omnes & singulas partes specialiter, & expresse repetita, & pro repetitis habeantur, latissime exten., & cum derogatione tam Sixti, quam Clementis & etiam nostris mandatis & prohibitionibus & aliis contrariis quibuscumque; etiam quascumque censuras, & pœnas in se continen., etiamsi forsan B., & Christophorus prædicti illas incurrissent latissime extenden. & cum opportuno mandato etiam Præsidentibus, & Clericis Cameræ Apostolicæ, quod præsentes, vel desuper conficiendas literas in libris, necnon viginti millia scut. hujusmodi in computis Cameræ, ut moris est, per introitum, & exitum poni faciant, & litteras patentes quietantiæ facien. latissime absque aliqua contradictione, & quod præmissorum omnium, & singulorum, litium, & causarum stat. & merita, nominumq., & cognominum Judicum, & Collitigantium, etiam causarum, etiam forsan infectivarum, & ex quibus, vel propter quas forsan jus etiam dictis B., & Christophoro in præmissis omnibus, vel singulis non competat, & Casalium, & aliorum Bonorum numer. situat. confin., ac qualitat. verique annui valoris, fructuumque dictorum Casalium, & tempor. quo etiam B., & Christophorus, & alii præfati &c. aut possession. fructuum perceptorum summæ, & aliarum circumstantiarum, ac Sixtinarum, nostrarum, ac Clementinarum, & aliorum mandator. etiam quarumcumq. aliarum Scripturarum prohiben. etiam cum totali, vel parte illarum insertione sub conditionali, vel dispositiva narrativa, & alias prout ipsis videbitur major & verior specificatio fieri possit etiam in litteris desuper facien.

Novæ ac efficaciores adduntur clausulæ.

Fiat A.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum quarto nonas Maji anno octavo.

Duas Capellanias, alteram ad Altare S. Beraldi in Vaticana Basilica, alteram ad Altare S. Jacobi in Ecclesia S. Martinelli erectas, confert Camillo Tognino.

Ex Regesto Pauli III. lib. CXX. pag. 9. in Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1542. 17. *Maji.*

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Camillo Tognino perpetuo Capellano ad Altare Sancti Beraldi situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe (*a*), Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnia Beneficia ex tunc in Octobre & certis aliis tunc expressis mensibus, usque ad certum tempus similiter tunc expressum, & ad præsens nondum elapsum, extra Romanam Curiam alias quam per resignationem vacatura, collationi & dispositioni nostræ reservavimus, decernentes ex tunc irritum & inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Cum itaque postmodum una ad Sancti Beraldi in Basilica Principis Apostolorum, & altera ad Sancti Jacobi in Parochiali Ecclesia Sancti Martinelli Regionis Arenulæ (*b*) de Urbe sita altaria, perpetuæ Capellaniæ, quas quondam Paulus de la Vetera (*c*) ad dicta Altaria perpetuus Capellanus dum viveret obtinebat, per obitum ejusdem Pauli, qui de Mense Octobris proxime præterito extra Curiam prædictam diem clausit extremum, vacaverint & vacent ad præsens, nullusque de illis præter nos hac vice disponere potuerit sive possit, reservatione & decreto obsistentibus supradictis, nos tibi præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis &c. absolutum fore censentes, nec non omnia & singula Beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, quæ etiam ex quibusvis dispensationibus Apostolicis obtines & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumq. fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, Capellanias prædictas, quæ sine cura sunt, ac quarum insimul fructus, redditus, & proventus viginti quatuor ducatorum auri de Camera, secundum communem extimatioem, valorem annuum ut asseris non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo quem, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa, præter quam per obitum apud Sedem Apostolicam resultet, præsentibus haberi volumus pro expresso, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Pauli, vel cujusvis alterius de illis in dicta Curia

Pauli Decretum de Beneficiorum reservatione.

Capellaniarum vacatio per obitum.

(*a*) In literis Clementis VII. supra relatis *pag.* 378. *Bernardus* legitur; in hac vero Paulina Constitutione scribitur *Beraldus*; hinc in notis ad memoratas Clementis literas conjiciendo affirmavimus, *Bernardum* sive *Beraldum*, cujus nomini Altare in Basilica Vaticana dicitur erectum, ac perpetua Capellania nobilitatum, perinde accipiendum ac *Berardum*, qui una cum sociis ex Ordine Minorum inter Martyres a Sixto IV. relatus fuit. Cumque nec ejusmodi Altaris, nec Capellaniæ illi conjunctæ uspiam meminerit Tiberius Alpharanus in notissima Tabula Ichnographica Basilicæ Vaticanæ, animadvertimus fieri potuisse, ut Scriptor Alpharanus, qui in eadem Tabula nonnulla Altaria subindicat sibi ignota, & hanc ipsam S. Berardo dicatam Aram ignoraverit. Re tamen incudi iterum subjecta, difficultates, quibus conjectura nostra gravatur, nolumus dissimulare. Si enim tempus huiusce Constitutionis, hoc est annum 1542. cum Alpharani ætate commensuremus, haud facile inducimur ut credamus scriptorem coævum, & Basilicæ Vaticanæ servitio addictum, ea quæ ad Basilicam S. Petri spectabant, quæque ille ex professo tractanda suscepit, penitus ignorasse. Ratum est Alpharanum anno 1567. inter Clericos Basilicæ nostræ fuisse relatum; Ratum item indubiumque est, hunc ipsum Scriptorem, Julii Herculani, qui an. 1558. Beneficium Basilicæ nostræ est assequutus, monitis ac magisterio multum profecisse. Sed & illud fateri oportet, Altare D. Beraldo nuncupatum, in posteriori Basilicæ parte, quæ Alpharani tempore nondum dejecta fuerat, extitisse, quum illius meminerit Paulus III. cujus ætate reliqua Basilicæ veteris pars adhuc supererat. Qui vero fieri potuit, ut anno 1558. quo Julius Heraulanus Beneficium accepit, aut etiam 1756. quo Alpharanus in Clericum Beneficiatum evasit, hoc est brevi temporis intervallo, Altaris ac Capellaniæ memoria penitus exciderit, ac perpetuo silentio obruta fuerit? Fatemur Alpharanum ea quæ antiquioris erant ætatis nescire potuisse; at idem sentire de iis quæ Scriptoris ævum non excedunt, ratio non patitur. Accedit, quod in Altarium ac Capellaniarum Basilicæ Vaticanæ vetusta serie, S. Bernardi, *Beraldi*, aut *Berardi* nomen nullibi occurrit. Præterquamquod in Fratrum Ordinis Minorum Annalibus, aut in accurata quam VVaddingus texuit Historia, nulla eiusmodi Altaris in *Basilica* S. Petri incidit mentio. Id tamen Scriptores Minoritæ non tacuissent; Siquidem non modicum S. *Beraldo* accederet decus, si de eius peculiari cultu in Templo Vaticano suppeterent testimonia. Quodnam ergo in ejusmodi negocio iudicium ferendum est? Suspicari quis posset, S. *Beraldi* nomen in Autographum Scriptoris oscitantia irrepsisse, atque genuino vocabulo omisso, corruptum fuisse suppositum. Id nobis affirmare non licet, ne divinare videamur. Rem igitur difficilem ac salebrosam, propositis hinc inde quæ pro utraque parte militant argumentis, aliorum arbitrio definiendam relinquimus.

(*b*) *S. Martinelli* cognomen huic Ecclesiæ, quæ S. Martino dicata erat, vulgus attribuit ob angustam sacræ ædis molem. Idem vocabulum ad posteros transiit, ac nostra etiam ætate obtinuit, quamdiu Ecclesia illa stetit; quippe paucis ab hinc annis, quam ruinam minaretur, & jam nulli esset usui, solo æquata fuit. Eam in Regione Arenulæ positam fuisse Diploma præsens affirmat; & merito quidem; quippe Plateæ Sacri Montis Pietatis erat contermina. Sacræ ædis Aream occupat ingens ædificium, quod Regia *S.* Jacobi Hispanorum Ecclesia nuper extruxit.

(*c*) *Paulum de la Vetera* Grimaldus noster inter Vaticani Templi *Beneficiatos* recenset, aitque anno 1528. *Beneficii* possessionem adiisse, ac an. 1531. eodem Beneficio se abdicasse. De illius obitu nihil memoriæ prodidit; constat vero ex præsenti Diplomate Paulum mense Octobris 1541. supremum diem obiisse.

(*a*) Multis

Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, vacent, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateranensis statuta Concilii, ad Sedem præfatam legitime devoluta, ipsæque Capellaniæ dispositioni Apostolicæ specialiter vel alias generaliter reservatæ existant, & super eis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo earum dispositio ad nos hac vice pertineat, cum omnibus juribus & pertinentiis suis Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illis etiam providemus. Decernentes, prout est, irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attemptari. Quo circa venerabilibus Fratribus nostris Feltren. & Cæsenaten. ac Vasionen. Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios, te, vel Procuratorem tuum nomine tuo, in corporalem possessionem Capellaniarum, juriumque & pertinentiarum prædictarum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum ad Capellanias hujusmodi prout est moris admitti, tibique de illarum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi; Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis constitutionibus, ac dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in dicta Urbe speciales vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum; quibus omnibus te in assequutione dictarum Capellaniarum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assequutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si præsens non fueris ad præstandum de observandis statutis & consuetudinibus dictæ Basilicæ solitum juramentum, dummodo in absentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad ipsam Basilicam accesseris, corporaliter illud præstes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, collationis, provisionis, mandati, decreti, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Earum collatio.

Judices executores designantur.

Contraria non obstant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, sextodecimo Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno octavo.

Tiberio Crispo Basilicæ Vaticanæ Canonico liberam Testamenti condendi facultatem concedit.

AN. CH. 1541. 11. April.

Ex Cod. XXVI. Brevium Pauli III. num. 233. in Archiv. Apost. Vatic.

Paulus Papa tertius. Dilecto filio Tiberio Crispo Canonico Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe (a).

Dilecte fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Quia humanæ vitæ conditio cursum habet instabilem, & ea quæ visibilem habent essentiam, tendunt visibiliter ad non esse, tu hac salubri cogitatione præmonitus, diem tuæ peregrinationis extremum dispositione testamen-

Providam testamenti condendi curam laudat.

(a) Multis nominibus ac dignitatibus conspicuus. Quippe a Paulo III. Perusinæ primum, mox Hadrianæ Arcis Præfectura insignitus, ac Grimaldo teste, die 11. Februarii 1537. Vaticanæ Basilicæ Canonicatu nobilitatus, tandem ab eodem Pontifice die 9. Decembris 1544. Sacro Cardinalium Collegio adscriptus fuit. Præter Legationis munus, quod Perusii ac in Umbria exercuit, Ecclesias Suessanensem, & Amalphitanam in Regno Neapolitano positas administravit; Nepesinam & Sutrinam in Hetruria, & anno 1565. ad Sabinensem ascendit. Obiit an. 1566. Sutrii aut Capranicæ, prout diversa Scriptorum fert opinio.

mentaria desideras prævenire. Unde nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, qui Arcis nostræ Sancti Angeli de Urbe præfectus, ac cubicularius noster secretus & familiaris continuus commensalis es, & ut asseris, Canonicatum & Præbendam Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe inter alia obtines, ut de quibuscumque bonis mobilibus & immobilibus & se moventibus, & pecuniarum summis, non tamen Altaris seu Altarium, aut aliis sacris usibus destinatis, ad te nunc & pro tempore quomodocumque, & quocumque jure, modo, via, forma, causa & occasione spectantibus, cujuscumque qualitatis, quantitatis, pretii, vel valoris aut summæ, seu conditionis fuerint, etiamsi ex proventibus ecclesiasticis dicti Canonicatus & Præbendæ, aut quorumcumque Monasteriorum, ac aliorum Beneficiorum ecclesiasticorum cum cura & sine cura, secularium, & quorumvis Ordinum regularium per te nunc & pro tempore in titulum & commendam, & alias quomodolibet obtentorum, & pro tempore obtinendorum, seu annuarum pensionum super quibusvis fructibus, redditibus, & proventibus ecclesiasticis, aut similium fructuum, reddituum, & proventuum ecclesiasticorum, loco pensionum annuarum tibi apostolica auctoritate assignatarum, & reservatarum, aut in posterum assignandarum, & reservandarum, ac alias ad te pervenerunt, aut imposterum pervenerint, etsi te ad aliquam Cathedralem seu Metropolitanam Ecclesiam, aut aliquam aliam dignitatem, seu honorem & gradum promoveri contingat, & alias qualitercumque, quomodocumque, & undecumque per te etiam ex ingenio, labore, & industria tuis acquisita, seu tibi donata fuerint, vel acquirentur & donabuntur imposterum, libere testari, & de illis tam per viam testamenti, seu codicillorum, vel epistolarum, aut donationis, tam inter vivos, quam causa mortis, seu alterius dispositionis, ac in quosvis pios & non pios usus, & inter quascumque personas etiam incapaces & illegitimas, sive Consanguinei vel Servitores, aut alii, etiamsi ex te procreati fuerint, disponere & illa legare, erogare, relinquere, & donare, prout tibi videbitur, & duxeris faciendum, libere & licite possis & valeas (*a*) plenam, liberam, & omnimodam licentiam & facultatem per præsentes concedimus & indulgemus; ac ex nunc Testamentum, codicillos, epistolas, dispositiones, legata, erogationes, relicta, & donationes quascumq., per te præsentium vigore quomodolibet facienda, & omnia, & singula, quæ inde sequentur, valida & efficacia fore, & plenam firmitatem obtinere debere, ac eis in quorum favore facta fuerint, suffragari debere; irritum quoque & inane, si secus super his a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus; ac omnes & singulos tam juris, quam facti, & quarumcumque solemnitatum defectus, si qui intervenerint in eisdem, si tales fuerint, de quibus mentio specialis habenda foret, supplemus. Non obstantibus litteris felicis recordationis Alexandri Papæ sexti Prædecessoris nostri, & aliis editis, & edendis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Basilicæ, & Ecclesiarum, vel Monasteriorum & Beneficiorum prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusvis, & sub quibuscumque tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis & decretis quomodolibet concessis, quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter & expresse derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus.

Annuit, ut Canonicus Sancti Petri Testamentum condat.

Etiam ad causas profanas.

Testamentum validum ac legitimum declarat.

Opposita e medio tollit.

Datum Placentiæ (*b*) sub Anulo Piscatoris die 11. Aprilis Anno M. D XLIII. Pontificatus nostri Anno nono.

Ad

(*a*) Clericis Jure vetitum testamentum de bonis ecclesiasticis condere ad causas profanas. An ex vi consuetudinis id exequi valeant, disputant Canonistæ. Nemo tamen qui sobrie sapiat, dubitare poterit, quin ex Romani Pontificis dispensatione, ac Privilegio, liceat id Clericis. Ad omnem igitur dubitationem amputandam Paulus III. hoc procudit Diploma in gratiam Canonici Basilicæ Vaticanæ; moxque Julius III. an. 1550. peculiari Sanctione, cui initium *Etsi universis*, ad Clericos omnes Romæ degentes extendit, & Paulus V. nova Constitutione quæ incipit *In eminenti* an. 1606. confirmavit.

(*b*) Patet igitur ex Data Diplomatis, Paulum III. Placentiam iterum accessisse. Cur Pontifex provectæ ætatis huic itineri se commiserit, docet Historia. Duplex Paulum urgebat sollicitudo, altera ut tamdiu optatam inter Cæsarem ac Galliæ Regem pacem iniret; altera ut Concilii Tridentini negocium promoveret. Primo igitur Placentiam divertit, ubi mense Aprilis hasce dedit literas; inde Bononiam adiit, ibique, suadente Cardinali Sadolero, Carolum V. convenire decrevit, ac in Castrum Buxeti se recipere, ubi die 21. Junii ejusdem anni 1543. Imperatorem est alloquutus. Quis vero tantarum curarum exitus fuerit, nostra non interest hic referre. Ilud vero tacere nolim, Pontificem pro re Christiana tot tantosque subiisse labores, ut Sigismundus Poloniæ Rex de vigili illius cura jure merito fuerit gratulatus. Plura addit Raynaldus, à quo ea dumtaxat hausimus, quæ instituti nostri limites non excedunt.

(*a*) Fon-

Ad purgandum ſervandumque fontem in Platea S. Petri, Jacobum Meleghinum Architectum deſignat.

Ex Cod. XXVIII. Brevium Pauli III. pag. 75. in Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1543. 26. *Sept.*

PAulus Papa tertius, Dilecto filio Jacobo Meleghino Architecto Ferrarien. familiari noſtro.

Dilecte fili; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Inducti meritis, ac ſervitiis erga nos tuis, ac ſperantes quod pro tuo ingenio, id quod tibi commiſerimus, diligenter exequeris, tibi officium curandi, ac expurgandi manutenendique fontem plateæ Sancti Petri de Urbe (*a*), quod quondam Bartholomæus de Ambroſinis, dum viveret, obtinebat, cum ſalario, ac honoribus & oneribus ſolitis & conſuetis, ad vitam tuam concedimus per præſentes. Mandantes dilectis filiis Præſidentibus, ac Clericis Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & aliis ad quos ſpectat, ut te ad dictum officium, ejuſqe liberum exercitium admittant, & admiſſum tueantur; & ſimiliter ad quos pertinet, ut de Salario debito etiam a tempore obitus dicti Bartholomæi tibi reſpondeant; conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die vigeſima ſexta Septembris anno M. D XLIII. Pontificatus noſtri anno nono.

Alexandro Cardinali Farneſio Archipresbyteratus Baſilicæ Vaticanæ confertur.

Ex lib. CLV. Regeſti Bullar. Pauli III. pag. 175. in Archiv. Apoſtol. Vatican.

AN. CH. 1543. 1. *Octobr.*

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Alexandro Sancti Laurentii in Damaſo Diacono Cardinali de Farneſio nuncupato (*b*) Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ad perſonam tuam, quam Divina Clementia magnis illuſtravit muneribus gratiarum, paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, & attente perſpicientes quod tu Romanam Eccleſiam, cujus honorabile membrum exiſtis, tuorum honoras plenius magnitudine meritorum, dignum quin potius debitum reputamus, ut illam tibi reperias in exhibitione gratiarum munificam, & in tuis oportunitatibus liberalem. Cum itaque, ſicut accepimus, Archipreſbyteratus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quem bonæ memoriæ Franciſcus Epiſcopus Præneſtin. in Titulum ſeu Commendam ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, per obitum ejuſdem Franciſci Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, ſeu Commenda ipſa per obitum hujuſmodi, ceſſante adhuc eo quo dum eidem Franciſco Epiſcopo commendatus fuit vacabat modo, vacare

Cardinalis Cornelii Baſil. Vatican. Archipresbyteri obitus.

(*a*) Fontem indigitat ab Innocentio VIII. an. 1490. ædificatum in platea Vaticana, de quo loquuntur Martinellius, & Torrigius a P. Bonannio relati *in Templi Vatican. Hiſtoria cap. 32.* Varias fons iſte vices ſubiit; quippe a Paulo V. nova aquarum acceſſione auctus, novoque ornatu decoratus, ſub Alexandro VII. in eum locum translatus eſt, quem hodie occupat in ea fori parte quæ ad Vaticanum Palatium accedit. Siquidem fons alter recentior eſt, ac ſub Innocentio X. primum extructus, tandem Innocentii XI. ætate eam aquarum copiam perenni fluxu emittere cepit, quam, etſi temporum injuria paulisper imminutam, omnes mirantur.

(*b*) Ex Petro Aloyſio, Parmæ ac Placentiæ Duce, ac Hieronyma Urſina, hoc eſt ex familia utrimque nobiliſſima natus eſt. Quum decimum quartum, aut decimum quintum ætatis annum ageret, ab avo Paulo II. Sacra Purpura donatus, primo S. Angeli, mox S. Laurentii in Damaſo Diaconiam obtinuit. Acceſſit ſplendidum Vicecancellarii munus; atque Eccleſiarum Montis Regalis, & Avenionenſis, necnon Archipresbyteratus S. Mariæ Majoris ac Vaticanæ Baſilicæ regimen illi creditum. Quiſquis tot tantaſque dignitates in Cardinali Farneſio, qui vigeſium tertium ætatis annum nondum expleverat, cumulatas animadvertit, caveat ne intemperanti Pontificis amori id tribuat; quum potius Cardinalis Farneſii meritis ac eximiis virtutibus id conveniat. Quanta enim vel in recenti juventa præditus fuerit maturitate, ac prudentia, probavit eventus, ac inſequens ætas magna cum laude, ac maximo Eccleſiæ commodo tranſacta. Noſtri non eſt inſtituti alias Eccleſiaſticas Dignitates illi ſupperadditas, regalem munificentiam, pauperum curam, ſacrorum ædificiorum ſtructuras ſingillatim enumerare. Proſtant hæc apud Ciaconium, ac Synchronos Scriptores, inter quos eminent eximius vates Hieronymus Fracaſtorius, & Cardinalis Sadoletus. Quod ad rem noſtram, noſtramque Baſilicam attinet, juvat meminiſſe, Alexandrum Cardinalem Archipresbyterum, longo annorum curriculo, nimirum annis fere quadraginta ſex, quibus Baſilicæ Vaticanæ præfuit, ita ſe geſſiſſe, ut de tanti Viri gubernio Baſilica noſtra ſibi plaudat, ſibique jure merito gratuletur. Ex multis, quæ Grimaldus noſter in ſerie Archipresbyterorum *pag. 133. & ſeqq.* fuſiori calamo ſcribit, hæc ſeligimus. Sedandis diſcordiis, componendis litibus, Chori ſervitio inſtaurando totus incubuit. Diuturniorem de Prædiis, quæ juſſu Clementis VII. Baſilica alienaverat, controverſiam ita compoſuit, ut neque emtores, nec venditores quidquam detrimenti inde paſſi fuerint; reddita nimirum emtoribus Prædiorum poſſeſſione; venditoribus vero aliis ſuffectis reditibus, qui damnum ſarcirent. Præterea in munificentiam effuſus, nobile Pauli III. ſepulcrum, egregio Jacobi de Porta opere inſculptum, excitavit; duo Candelabra argentea plurimis auri laminis tecta, quæ aurea idcirco vulgo audiunt, Crucemque illis ſociam, opus peritiſſimi artificis Antonii Faventini, tredecim aureorum millibus emta, dono dedit; Calicem aureum, pollubrum ac urcelos argenteos teſtamento legavit; Sacello Veronicæ dotem conſtituit. Hæc indicaſſe ſat erit, ne alioquin in brevioribus Diplomatum Commentariis panegyricam orationem admiſcuiſſe videamur.

(*a*) De

care noscatur ad præsens (a), nos tibi, qui ut etiam accepimus, in vigesimo tertio vel circa tuæ ætatis anno constitutus existis, ut statum tuum juxta Cardinalatus sublimitatem decentius tenere valeas, de alicujus subventionis auxilio providere, ac præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, Motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate Archipresbyteratum prædictum qui inibi dignitas principalis existit, & cujus ac illi annexorum fructus, redditus, & proventus quingentorum ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus non excedunt (b), sive ut præmittitur, sive alias quovis modo, quem, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet, præsentibus haberi volumus pro expresso, aut ex alterius cujuscunque persona, seu per liberam resignationem dicti Francisci, vel cujusvis alterius de illo in dicta Curia vel extra eam etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, aut constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ XXII. Prædecessoris nostri quæ incipit, Execrabilis, vel assecutionem alterius Beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati, vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit quod ejus collatio juxta Lateranensis Statuta Concilii ad Sedem Apostolicam legitime devoluta, ipseque Archipresbyteratus dispositioni Apostolicæ specialiter, vel quia dignitas principalis existit ut præfertur, generaliter reservatus existat, & ad illum consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, super eo quoque inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datæ præsentium non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum, cum annexis hujusmodi, ac omnibus juribus & pertinentiis suis Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illo etiam providemus. Quo circa venerabilibus Fratribus nostris Cesenat. Adjacen. & Liparen. Episcopis per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios, te vel Procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem Archipresbyteratus & annexorum, juriumque ac pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, facientes te vel pro te Procuratorem prædictum ad Archipresbyteratum hujusmodi, ut est moris admitti (c), tibique de illius, & eorumdem annexorum fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi; Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi etiam Prædecessoris nostri & aliis Apostolicis constitutionibus, ac dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus ipsius Basilicæ speciales, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in dicta Urbe generales ejusdem Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dicti Archipresbyteratus volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem dignitatum vel Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si dilectis filiis Capitulo dictæ Basilicæ vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus ipsius Basilicæ, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque

Archipresbyteratus Basilicæ annui fructus.

Idem Archipresbyteratus Cardinali Farnesio confertur.

Contraria non officiunt.

(a) De Cardinali Francisco Cornelio Vaticanæ Basilicæ Archipresbytero actum supra *pag.* 405. *not.* e. Nonnulla de ejus obitu hic addenda, quæ novam lucem afferunt. Eum Viterbii fato cessisse fatentur omnes; De stato mortis tempore non omnes conveniunt. Alii penes Ciaconium die 26. Septembris 1543., alii prima Octobris die obiisse putant, quibus assentitur Ughellus in Prænestinis Episcopis. Hanc tamen postremam sententiam rejiciendam esse aperte docet hujusce Diplomatis Chronologia. Quum enim Calendis Octobris Archipresbyteratus Basilicæ S. Petri per obitum Cardinalis Cornelii vacans, Alexandro Farnesio fuerit attributus, fieri non poterat ut die eodem quo Cornelius occubuit, & Nuncius Romam pervenerit, & literæ Apostolicæ confici ac evulgari potuerint. Itaque in mensem Septembris emortualem diem rejiciamus necesse est.

(b) Nimirum quotidianis Distributionibus in hac summa comprehensis. Secus, Canonicatuum (idem de Archipresbyteratus fructibus, qui Canonicorum redditibus commensurantur, ex Bulla Julii II. superius relata *pag.* 351.) emolumenta ab hisce Distributionibus sejuncta, centum Ducatorum auri summam non excedunt; atque hoc quidem statuto pretio, in libris Cameræ Apostolicæ taxantur, ut pridem in Julii II. literis animadvertimus.

(c) Die quarta Octobris solemni pompa Archipresbyteratus possessionem accepit ipsemet Cardinalis Farnesius, ut constat ex Instrumento Notarii Francisci Spinæ, cujus acta in Archivo Basilicæ nostræ asservantur.

(a) Jam

que toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nos enim tecum ut Archipresbyteratum prædictum vigore præſentium recipere, & etiam una cum Sancti Laurentii in Damaſo, quæ denominatio tui Cardinalatus exiſtit, ac Montis regalis, cui quoad vixeris, necnon cui ad certum tempus tunc expreſſum, & ad præſens nondum elapſum, Adminiſtrator in ſpiritualibus & temporalibus per Sedem prædictam deputatus, & deinde illi in Archiepiſcopum præfectus exiſtis, Avinionen., ac omnibus & ſingulis aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris de dicta Urbe dignitate inibi principali, ac aliis Archipresbyteratibus, necnon Hoſpitalibus & piis locis, ceteriſque Beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumvis ordinum regularibus, quæ ex quibuſvis conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, commendam, adminiſtrationem, ac alias obtines, & impoſterum obtinebis, ac quibuſvis fructibus, redditibus, & proventibus eccleſiaſticis loco penſionum annuarum, ac penſionibus annuis ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & proventibus tibi reſervatis & aſſignatis, ac reſervandis & aſſignandis, quos & quas percipis, & percipies in futurum, quoad vixeris retinere libere & licite valeas, defectu ætatis præmiſſæ quem ad hoc pateris, in illius anno prædicto vel circa conſtitutus (a), ut præfertur, ac Lateranen. etiam generalis Conciliorum, & quibuſvis aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus ſupradictis, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, dicta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus. Proviſo quod primo dictus Archipresbyteratus debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarum cura in eo, ſi qua illi immineat, nullatenus negligatur. Et inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ collationis, proviſionis, mandati, diſpenſationis, decreti & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Cardinali Farneſio Archipresbyteratus una cum ceteris Dignitatibus aſſociatur.

Ætatis defectum, ac cetera quæ obeſſe poſſet, removet.

Conditio a Pontifice adjecta.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio, Kalendis Octobris, Pontificatus noſtri anno nono.

Alexandro Cardinali Farneſio, ejuſque in Archipresbyteratu Baſilicæ Vaticanæ Succeſſoribus plenam tribuit juriſdictionem cognoſcendi ac definiendi cauſas quaſcumque, cum ad Perſonas, tum ad bona Capituli quovis modo ſpectantes, Civiles, & Criminales, excepta dumtaxat cauſa Sanguinis, & Corporis afflictiva.

Ex Autographo in Archivo Baſil. Capſ. 6. Faſc. 12.

AN. CH. 1543. Novemb.

Motu proprio &c. Cum dilectus filius Alex. Sancti Laurentii in Damaſo Diac. Card. Farneſius S. R. E. Vicecancel. ſecundum carnem Nepos noſter nuper Archipresbyteratum Eccleſiæ Principis Apoſtolorum de Urbe tunc certo modo vacan. aſſecutus fuerit, & nos eidem Alexandro, dum alias Archipresbyteratum Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe obtineret, ne Canonici, & Capitulum, ac Cappellani dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris pro rebus, & negotiis ſuis, & dictæ Eccleſiæ coram diverſis Urbis Judicibus litigare, & conveniri contingeret, laboribus, & expen. fatigarentur, omnes, & ſingulas cauſas tunc præſentes & futuras, tam contra ipſas, quam per ipſos contra quaſcunque perſonas quovis nomine nuncupatas, Collegium, Capitulum & univerſitatem motas, & movendas, etiam civiles, & criminales, & ſuper quibuſcumque pecuniarum ſummis, cenſibus, canonibus, reſponſionibus, etiam inſtrumentales, etiam ex obligationibus in ampliore forma Cameræ Apoſtolicæ orientes, coram quibuſcunque Urbis Judicibus, etiam S. R. E. Cardinalibus, & Rotæ Auditoribus, ad nos advocantes, illas præfato Alexan. Card. etiam ſummarie, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ſola facti veritate inſpecta, & quatenus opus eſſet, extrajudicialiter audiendas & decidendas commiſiſſemus, prout in aliis diverſis reſcriptis, etiam Motu proprio &c. manu noſtra ſignatis, quas, & illorum totos tenores, & compendia, ac ſi de verbo ad verbum præſen-

Cardinalis Farneſii Archipresbyteri S. Mariæ Majoris judicatio.

(a) Jam præmonuerat Pontifex, Alexandrum Farneſium nonniſi tres ſupra viginti ætatis annos numerare. Nil mirum igitur, ſi diuturniori tempore Cardinalis Alexander Archipresbyteratum Baſilicæ S. Petri occupaverit, nimirum annis fere ſex & quadraginta; quippe recente adhuc, juventa ad hujuſce Dignitatis regimen aſcenderat.

(a) Hunc

sentibus inserta forent, pro sufficient. expositis & insertis haberi volumus, ipseque Alexander Card. & Archipresbyter in dicta Basilica Venerab. fratrem nostrum Franciscum Sfondratum electum Sarnen. (a) Vicarium suum constituerit, & deputaverit; Nos, qui dictam Basilicam Sancti Petri, & illius Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, & dictæ Basilicæ perpetuos Capellanos, & alios in eadem Basilica deservientes, non minori dilectione, quam præfatam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris prosequimur, paremque etiam respectum ad dictum Alexandrum Card. & Archipresbyterum habentes, omnes, & singulas jurisdictiones, potestates, auctoritates, & facultates sibi alias tamaqum dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris Archipresbytero concessis, ad eundem Alexandrum Card. ad præsens Basilicæ prefatæ Archipresbyterum, suosque in dicta Basilica Successores extendimus, & ampliamus. Et nihilominus, motu & scientia similibus, omnes, & singulas causas, etiam benefitiales, profanas, sive mixtas, etiam compromissas, tam civiles, quam criminales, inter dictos Canonicos, & Capitulum, ac Beneficiatos & Clericos atque Capellanos respective, seu quemcumque eorum ex una, & quascunque alias personas, Loca, Collegia, vel Universitates, quæ inter dictos Canonicos & Capitulum, vel eorum quemlibet ex una, & Beneficiatos, Clericos, seu Capellanos prædictos, vel quemcunque eorum coram quibuscumque Judicibus ordinariis, extraordinariis, Commissariis, & executoribus, etiam S. R. E. Cardinalibus & Rotæ Auditoribus, & Locatenentibus, super quibuscumque rebus, bonis, & pecuniarum summis, verten., & penden. partibus ex altera respective, ad nos per præsentes advocantes, illamque & illas in statu, & terminis in quibus ad præsens reperiuntur, & quas in futurum moveri de novo contigerit, tam active, quam passive, etiam per præfatos Canonicos & Capitulum, Beneficatos, Clericos, & Capellanos, seu eorum quemlibet contra quascunque personas quovis nomine nuncupatas, Collegium, Capitulum, & universitatem, Societates, hospitalia, & loca quæcumque, quantumcumque respective privilegiatos, & privilegiata, etiam per præfatos Canonicos & Capitulum contra Benefitiatos, Clericos, & Capellanos prædictos, super quibuscunque pecuniarum Summis, Beneficiis Ecclesiasticis, censibus, Canonibus, responsionibus, etiam vinearum, rebusque, & bonis, ad quamcunque summam pecuniarum, numerum, quantitatem, & valorem ascenden. rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, & deducendis, & illorum occasione, cum omnibus & singulis suis inciden., dependen., emergen., annexis, & connexis, eidem Alexandro Archiepiscopo & præfato electo Sarnen. Vicario, necnon ejusdem Alexandri Successoribus summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, & quatenus opus sit, executive etiam manu regia, absque terminis, etiam substantialibus, & alicujus telæ judiciariæ observation., sine confection. regestri sive extractus, quacumq. appellatione postposita, etiam non frivola, audien., cognoscen., deciden. fineque debito terminan., tenore præsentium, etiam de novo committimus, & mandamus, præsentibus, perpetuis futuris temporibus, duraturis (b) cum potestate dictas partes respective, & omnes alios, quos opus fuerit, & sua communiter, vel divisim interesse putantes, in executione citationum nominan. in Romana Curia, & extra eam, etiam per edictum publicum, constito summarie, & extrajudicialiter de non tuto accessu, citandi, ac eisdem omnibus, & singulis Judicibus supradictis, ac quibus, & quoties oportuerit, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & pecuniariis poenis suo arbitrio moderan., & applican. etiam per simile edictum inhiben., & in eventum non paritionis, pœnas, & censura prædictas damnabiliter incurrisse, & incidisse declarandi, aggravandi, reaggravandi, interdicendi, & brachii secularis auxilium invocan. loco vero sententiæ, seu sententiarum prolatarum, mandatum & mandata executiva in forma solita, & consueta decernen., illudque, vel illa, & quidquid per vos, vel alterum vestrum judicatum fuerit, exequen., expensas quascunque taxandi, & moderandi, in causisque & omnibus, & singulis præmissis, vel eorum qualibet seu quolibet præmissorum, etiam singulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, procedendi, necnon Canonicos & Capitulum, ac Benefitiatos, Clericos, & Capellanos prædictos sive eorum quemlibet a vinculo Juramenti, ad effectum agendi, aliisque censuris Ecclesiasticis, & pœnis, quatenus oportuerit, absolvendi, omniaq. alia, & singula facien. geren., & exercendi in præmissis necessaria, seu quomodoli-

Ad Basilicæ Vaticanæ Archipresbyterum extenditur.

Imo amplior conceditur: I. quoad personas omnes.

II. quoad Causas.

III. Quoad ordinem judicialem.

IV. Quoad potestatem pœnas irrogandi, & mandata decernendi.

Etiam a censuris absolvendi

(a) Hunc Virum clarissimum in Vicarium Basilicæ nostræ sibi delegerat Cardinalis Farnesius. Nimirum hic ille est Franciscus Sfondratus, quem Mediolanensis Respublica in negociis administrandis solertissimum experta est; nec minus sedulum in gravioribus rebus gerendis probavit Romana Ecclesia. A Paulo III. Romam vocatus, atque inter Apostolicos Referendarios adscriptus, mox Sarnensi Sacerdotio decoratus, Vaticanæ Basilicæ Vicarius præfuit. Tandem quo tempore apud Carolum V. Legati munere fungebatur, Sacra Purpura ab eodem Pontifice donatus est. Antequam negociis Ecclesiæ tractandis incumberet, uxorem habuit, ex qua Nicolaum filium suscepit, qui mox in Romanum Pontificem electus est, sumto nomine Gregorii XIV. Vel hoc unum sat est, ut Patris gloriam ex filii moribus ac sapientia metiamur.

(b) Huic perenni jurisdictioni Archipresbyterorum omnium Basilicæ Vaticanæ modum imposuit Paulus III, in sequenti Motu proprio, quem consulas.

(a) Huic

Contraria non obstant.

dolibet opportuna (*a*). Non obstan. præmissis, ac constitution., & ordinat. Apostolicis, stilo Palatii, Regula Cancellariæ Apostolicæ prohiben. mandata executiva alias quam sub plumbo expediri posse, facultatibus, & jurisdictionibus Cardinalibus, & quibusvis aliis Judicibus supradictis sub quavis verborum forma, & clausulis urgentissimis per nos eisdem concessis, & innovatis; quas etiam & illarum tenores, ac si de verbo ad verbum specialis mentio facta foret, pro expressis haben., ceterisque contrariis quibuscumque. Statum, & merita causæ & causarum prædictarum, nominaque, & cognomina, qualitatem partium, & personarum prædictarum, necnon rerum Collegii, Capituli, & Universitatum, præmissorumque omnium, & singulorum, & alios de necessitate exprimendorum tenores pro plene, & sufficienter expensis haben. Et quod præsentium sola Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat. Fiat Motu proprio. A.

Nova Motus proprii confirmatio ac declaratio.

Et quod præsentis nostri Motus proprii sola Signatura sufficiat, & ubique in judicio, & extra fidem faciat, Regula in contrarium edita non obstan., & de extensione, ac nova commissione & mandato predictis ad vitam prædicti Reverendissimi Alexandri Cardinalis, seu quamdiu Archipresbyteratum dictæ Basilicæ S. Petri obtinuerit tantum, & quoad causas criminales, citra pœnam Sanguinis, & corporis afflictivam, & quoad causas penden. inter alios, quam ipsius Basilicæ personas, pro rebus Capitulum, Benefitiatos, ac Clericos, nec non Cappellanos, & Basilicam Sancti Petri hujusmodi tangentibus dumtaxat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kal. Novembris Anno nono (*b*).

Superiores literas favore Cardinalis Farnesii Basilicæ Vaticanæ Archipresbyteri ad importunam instantiam ac præoccupationem promulgatas, approbat; ac volens & lubens, nova, si oporteat, concessione confirmat.

Ex Autographo in Archiv. Basil. Caps. 6. Fasc. 12.

PAULUS PAPA III.

Motum proprium supra editum commemorat.

Motu proprio &c. Cum nuper Nos peculiari affectione Basilicam Principis Apostolorum prosequentes, & ad Alexandrum dictæ Basilicæ Archipresbyterum, & nobis secundum carnem nepotem, respectum habentes, omnes & singulas causas etiam beneficiales, prophanas, sive mixtas, tam civiles, quam criminales, citra tamen pœnam Sanguinis, & corporis, seu afflictivam, inter Canonicos, & Capitulum, & Beneficiatos, & Clericos, & Cappellanos, seu quemcumque eorum ex una, & quasdam alias personas, fora, ac Collegia, & universitates, super quibuscumque rebus, bonis, & pecuniarum summis, ad dictam Basilicam, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & Cappellanos tangen., verten., & penden. partibus ex altera, ad nos advocantes, easdem, ac omnes, & singulas alias tam motas, quam movendas, active, & passive, dicto Alexandro summarie, simpliciter, & de plano audien., & deciden., & alias prout in nostris aliis Litteris in forma Motus proprii dicto Alexandro directis sub datum Romæ Kalendis Novembris Anno nono, commisissemus, nostræque intentionis, & mentis semper fuerit, & sit, potestates, facultates, auctoritates ac jurisdictiones eidem Alexandro Archipresbytero concessas, & suis in eadem Basilica deputatis Vicariis, per præinsertum nostrum Motum proprium, vel alias, non tollere, seu diminuere, sed potius ampliare, atque fovere, dictamque Basilicam, & Capitulum amplius propterea sublevare expetentes,

(*a*) Amplissimam hanc Archipresbyteri jurisdictionem, non a jure, sed ab homine petendam esse fatemur. Nihilominus qui sequuti sunt Archipresbyteri Basilicæ Vaticanæ, parem ex Pontificum beneficentia ac delegatione, ut infra videbimus, nacti sunt authoritatem. Nec impar nupero Eminentis. Archipresbytero tribuenda esset jurisdictio (quippe in Clementis XI. Diplomate suo loco proferendo, quæ olim Cardinali Farnesio, eadem Cardinali Albano jura conceduntur) nisi Constitutio Innocentii XII., a qua Clementinum Indultum non recedit, certos limites statuisset, causasque omnes ad statutos Romanæ Curiæ Judices revocasset. Numquid ergo Cardinalis Archipresbyteri jurisdictio penitus sublata est? Id affirmare nefas. Ea quippe, quæ a jure conceduntur Privilegia, nullis vicibus sunt obnoxia. Archipresbyteris Basilicæ S. Petri, ex Nicolai III. celebertima Sanctione relata in superiori Bullarum tomo *pag.* 177. *& seqq.* illud proprium, ac culiare est (ut Episcoporum Sylvæ Candidæ authoritatem, quam in Archipresbyteros nonnulli derivatam censent, omittam) ut Vaticani Cleri mores rite componant, refractarios, etiam censurarum ope coerceant, jurgia ac lites dirimat. Neque hanc authoritatem imminutam voluit, imo potius indemnem servavit Innocentii XII. Constitutio hisce conceptis verbis declarans, *quod per præsentem ordinationem non censeatur ullo modo adempta Cardinalibus Archipresbyteris . . . eorumque Vicariis, aliisque Deputatis facultas, seu jurisdictio in his, quæ concernunt servitium Ecclesiæ seu loci pii, circa disciplinam ecclesiasticam, & morum correctionem.*

(*b*) Anni Pontificatus non ab electione, sed a coronatione omnino ducendi; alioquin incidimus in an. 1542., quo tempore ut e superioribus literis compertum est, Cardinalis Farnesius Archipresbyteratum Basilicæ Vaticanæ nondum fuerat assequutus.

tes ideo præmissa maturo animo etiam magis perpenden. recognoverimus præmissum Motum proprium, quo ad Basilicam Principis Apostolorum, & Canonicorum illius, & ejus bona tangen., ad importunam instantiam aliquorum,& præoccupationem a nobis emanasse, volentesque, ut dictus Alexander Archipresbyter, & ejus in dicta Basilica deputati, & deputandi Vicarii, jurisdictiones, auctoritates, potestates, & facultates, ut præfertur, per prædictas litteras sibi concessas, valide, & juxta illarum tenorem exercere possint; Idcirco Motu proprio nostro, & ex certa scientia nostra, prædictas nostras litteras sub dat. Kalend. Novembris anno nono, cum omnibus, & singulis jurisdictionibus, potestatibus, auctoritatibus, facultatibus & clausulis in eis contentis quibuscumque reintegramus, ac dicto Alexandro, suoque in dicta Basilica deputato, seu deputando pro tempore Vicario (*a*) jurisdictiones, auctoritates, potestates, & facultates in eisdem expressas confirmamus, & quatenus opus sit, de novo concedimus, omnesque alias & singulas causas, tam motas, quam movendas in futurum, & tam active quam passive, & alias juxta formam dictarum litterarum ad nos advocamus, & eisdem de novo, juxta earumdem litterarum formam, cum omnibus, & singulis earum inciden. &c. audiendas &c. committimus, & mandamus. Cum potestate citan. & inhiben. &c. & in eisdem, ac qualibet earumdem, juxta dictarum litterarum tenorem & formam, procedendi, aliaque faciendi in præmissis, & circa ea, & eorum quodlibet necessaria, & opportuna. Non obstantibus præmissis, & Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præinserto nostro Motu proprio, & illius toto tenore, & continentia, ac inde secutis quibuscumque, ac si dictus Motus proprius, quo ad dictam Basilicam, & jurisdictiones, facultates, & auctoritates, & potestates dicti Alexandri, & ejus Vicarii non emanasset, quem, & in eodem contenta quæcumque, quo ad præmissa tollimus, cassamus, & irritamus, stiloque Palatii, & aliis, quæ juxta dictarum litterarum sub dat. Romæ Kal. Novembris tenorem obstare minime volumus, ceterisque etiam contrariis non obstan. quibuscumque; Statum, & merita causarum prædictarum, nominaque, & cognomina collitigan., ac dictarum litterarum totos tenores, & compendia, ac aliorum hic magis specifican., & exprimen. ac si de verbo ad verbum expressa, & inserta forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis haben. & nihilominus etiam irritum & inane, & nullius roboris vel momenti fore, & esse quicquid contra formam, & tenorem, & ad impedimentum, vel in derogationem præsentium, & aliarum litterarum nostrarum, & in eis contentorum fieri contigerit decernimus. Volumusque etiam quod præsentium sola signatura sufficiat, ac etiam in Judicio, & extra ubique fidem faciat, & dimissa Copia collationata, restitui debeant. Placet. A. (*b*)

Ejus defectus aperit.

Jurisdictionem limitat, eamque confirmat.

Opposita eliminat.

Prioratus S. Salvatoris in Monasterio S. Balbinæ de Urbe, quem Cardinalis Farnesius dimiserat, Richardo de Mazatostis in Commendam traditur.

Ex Autograph. in Archiv. Basil. Caps. 65. Fasc. 184.

AN. CH. 1545. 23. Julii.

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Richardo de Mazatostis Clerico Romano, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut illa tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque Prioratus Sancti Salvatoris in Monasterio Sanctæ Balbinæ de Urbe, Sancti Augustini, vel alterius Ordinis (*c*), quem dilectus Filius Alexander Sancti Laurentii in Damaso Diaconus

(*a*) Si Pauli III. Motum proprium superius editum cum præsenti conferas, hoc unum discrimen intercedere animadvertes, quod in priori Diplomate amplissima jurisdictio cum Archipresbytero, tum ejus in Archipresbyteratu successoribus tribuitur; hic contra, unius Cardinalis Farnesii Personam non prætergreditur. Quare hac in parte Motus proprii pridem editi amplitudo limitatur, non ratione quidem auctoritatis, sed temporis, quod Cardinalis Alexandri vitam ac gubernium non excedit. Hac addita moderatione, Privilegium antea commune, fit peculiare, ideoque longe majus ac nobilius. Pauli tamen exemplo ducti, ceteri Pontifices in alios Vaticanæ Basilicæ Archipresbyteros parem jurisdictionem contulere, ut ex Diplomatibus favore Cardinalium Burghesii, Barberini, aliorumque patebit infra. Modum tandem imposuit Innocentii XII. Constitutio, quam supra innuimus, & de qua iterum, quum scilicet Clementis XI. Diplomata illustrabimus, recurret sermo.

(*b*) Hic Motus proprius, quem ex Pii IV. literis infra recensendis exscripsi, nota temporis caret. Quia vero alterum ejusdem Pontificis Diploma *nuper* editum præsupponit, putavi extra annum 1545. non esse protrahendum. Potissimum vero quia cum præcedentes literas de ampliori Cardinalis Farnesii jurisdictione Cal. Novembris editas corrigat, ac revocet, verosimile admodum est, Pontificem Privilegio, quod irritum noverat, aliud validum illico supposuisse.

(*c*) Ex Pii IV. Constitutione edita die 12. Julii 1564 quam suo loco producemus, Prioratus iste Mensæ Capitulari Basilicæ Vaticanæ attributus fuit. Hinc non abs re hasce Apostolicas literas, quæ ad Prioratum eumdem pertinent, hic adjicimus. Plura non addimus, ne materiem quæ infra opportunius tractanda erit, præoccupare videamur.

conus Cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, ex concessione apostolica in commendam nuper obtinebat, commenda hujusmodi, ex eo quod dictus Alexander Cardinalis illi hodie in manibus nostris sponte, & libere cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, cessante adhuc eo quo ante commendam ipsam vacabat modo, vacare noscatur ad præsens, nos tibi, ut commodius sustentari valeas, de alicujus subventionis auxilio providere, ac præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, nec non omnia, & singula Beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis Ordinum regularia, quæ etiam ex quibusvis concessionibus & dispensationibus apostolicis in titulum, & commendam, ac alias obtines, & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, redditum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi concessionum, & dispensationum tenores, nec non quarumcumque pensionum annuarum tibi super quibusvis fructibus, redditibus, & proventibus ecclesiasticis assignatarum quantitates, necnon verum, & ultimum dicti Prioratus vacationis modum, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio, etiam in corpore juris clausa resultet, præsentibus pro expressis habentes, Prioratum prædictum, cujus, & illi forsan annexorum fructus, redditus, & proventus quadringentorum Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut asseris non excedunt, quovis modo, & ex cujuscumq. persona, seu per liberam resignationem cujusvis de illo in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut Constitutionem felicis recordationis Johannis PP. XXII. Prædecessoris nostri, quæ incipit, Execrabilis, vel assecutionem alterius Beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati, vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio, juxta Lateranen. Statuta Concilii, ad sedem Apostolicam legitime devoluta, ipseque Prioratus dispositioni Apostolicæ specialiter reservatus existat, & ad illum consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, super eo quoque inter aliquos lis, cujus statum, & merita, nomina, & cognomina Judicum, & col-

Prioratus vacat ex dimissione Cardinalis Farnesii.

litigantium, ac jus & titul. eorum etiam nullos, & infectivos, ac causas annullativas & infectivas præsentibus habere volumus pro expressis, pendeat indecisa, dumodo tempore dat. præsentium non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum, cum annexis hujusmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis, tibi per te, quoad vixeris, etiam una cum omnibus, & singulis Beneficiis ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus, & regularibus, quæ in titulum, & commendam, ac alias obtines, ut præfertur, & imposterum obtinebis, ac pensionibus prædictis, quas percipis, & percipies in futurum, tenendum, regendum, & gubernandum; ita quod liceat tibi, debitis & consuetis ipsius Prioratus supportatis oneribus, de residuis illius fructibus, redditibus, & proventibus disponere, & ordinare, sicuti illum in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt; alienatione tamen quorumcumque illius bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium tibi penitus interdicta, auctoritate apostolica commendamus. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Cæsenat. & Parentin, ac Laviernen. Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se vel alium, seu alios, te vel procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem Prioratus, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum ad dictum Prioratum, ut est moris, admitti, tibique de illius, & annexorum eorumdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi, Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii PP. VIII. etiam Prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis Constitutionibus, ac dicti, seu alterius Monasterii aut Regularis loci, a quo dictus Prioratus forsan dependet, & Ordinis prædicti, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super provisionibus seu commendis sibi faciendis de Prioratibus hujusmodi, speciales, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dicti Prioratus volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Prioratuum seu Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu si Præsbytero

Richardo pleno jure confertur.

Exequutores designantur.

Contraria non efficiunt.

tero Cardinali tituli Sanctæ Balbinæ pro tempore existenti (*a*), vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint, quodque de Prioratibus hujusmodi, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri, seu commenda fieri per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cujuscumq. tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso quod dictus Prioratus debitis propterea non fraudetur obsequiis, & animarum cura in eo nullatenus negligatur, sed ejus congrue supportentur onera antedicta; & insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, commendæ, mandati, voluntatis, & decreti infringere &c. *Conditiones adjicit.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo quadragesimo quinto, Tertio Idus Julii, Pontificatus nostri Anno Undecimo.

Nonnulla quæ ad Sacrarii Basilicæ commodum, ad Chori servitium, pacemque in Clero statuendam conferre possunt, provido consilio decernit, eaque Archipresbytero exequenda committit.

Ex Autograph. in Archiv. Basil. capsf. 7. fasc. 269

PAULUS PAPA III.

AN. CH. 1546. 15. April.

Motu proprio &c. Cum dudum vanæ discordiæ, & lites inter Canonicos, Benefitiatos, ac Clericos Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe ortæ essent, illasque pluribus, & diversis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus diversis temporibus alias demandaverimus, nec tamen hactenus diffinitæ fuerint, & postremo judicio dilectorum filiorum nostrorum Alexandri Sancti Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Archipresbyteri dictæ Basilicæ, & Francisci Sfondrati, tunc Episcopi Sarnen. ipsius Vicarii commisimus, qui controversiis diligenter prius discussis, ut res omnimodum finem consequeretur, nobis omnia retulerunt; Nos vero intendentes huic negocio finem imponi, & omnes litium, ac discordiarum fomites præcidi, Motu simili &c. In primis Motum proprium felicis recordationis Clementis Papæ septimi Prædecessoris nostri factum die vigesima prima Februarii millesimo quingentesimo vigesimo quinto (*b*) quo inter. alia disponitur de applicandis Sacristiæ ipsius Ecclesiæ Sancti Petri emolumentis introitus, & medietatis proventuum Canonicatuum, & Beneficiorum, ac Clericatuum primi Anni quo quis ingressus fuerit, illum approbamus, & confirmamus, illumque in omnibus & per omnia observari volumus, & mandamus. Et nihilominus quoad caput alterius Motus proprii dicti Prædecessoris, quo providit contra Benefitiatos, & Clericos, qui canere nesciunt, vel nolent (*c*), illud dignis ex causis revocamus; & nihilominus declaramus intentionis nostræ esse quod cultus Divinus in hoc non diminuatur, nec quod prædicti munere canendi eximantur, in quo, ultra antiquarum constitutionum dispositionem (*d*), mandamus ipsi Alexandro Cardinali, seu ejus Vicario, ut etiam juxta mentem nostram in hiis declaratam, in hoc provideant. Quo vero ad aliud caput, in quo controvertitur inter dictas partes de loco Cantoribus assignando in pompa Processionum, ordinamus juxta sensum veteris Constitutionis, ut dicti Cantores non excedant

Controversiæ in Clero Basilicæ fervent.

Eas Pontifex extinguit.

Clementis VII. Motum proprium ex parte confirmat.

Ex parte rejicit.

Aliis discordiæ capitibus occurrit.

(*a*) Hoc tempore Cardinalis Otho Truschés, seu Turchesius S. Balbinæ Titulum quem anno 1543. una cum Cardinalatu a Paulo III. acceperat, adhuc servabat; nec illum dimisit nisi sub Julio III. a quo ad Titulum S. Sabinæ translatus est. Adeas Ciaconium.

(*b*) Motus proprius Clementis VII. supra relatus *pag.* 377. aliam præsefert Datam, nempe *Nonis Februarii*. Quocirca dierum dissensio a ut Scriptoris oscitantiæ, aut, quod verosimilius videtur, alteri Motui proprio per Clementem edito, quo priorem confirmavit, tribuenda.

(*c*) Hunc item Motum proprium adeas *pag.* 339.

(*d*) Divina officia a Clero Basilicæ Vaticanæ singulis diebus in Choro cum cantu esse persolvenda veteres Romanorum Pontificum Constitutiones relatæ *tom.* 1. Bullarii nostri, ipsaque Nicolai III. celeberrima Bulla passim affirmant. Qui sane ritus nostra etiam ætate accurate servatur.

(*a*) Audie

dant medium inter classem Canonicorum, & Benefitiatorum, ac Clericorum (a). In reliquis vero contentionum capitibus, quoniam percipimus satis provisum, si Constitutiones, & Decreta nostra, ac Prædecessorum nostrorum, maxime concordia a bonæ memoriæ Julio etiam Prædecessore nostro approbata (b) executioni mandentur, ideo committimus prædictis Alexandro Cardinali Archipresbytero, seu ejus Vicario, ut juxta illa provideant, eaque omnino observari faciant; hoc nihilominus nostro decreto ad præsens declarantes, quod cum ex antiqua Constitutione sancitum sit, Benefitiatos non habere vocem aliquam, nec potestatem in Capitulo, nisi ubi de alienatione Bonorum immobilium, vel jurium ageretur, exceptionem intelligendam esse, etiam ubi tractaretur de locatione Casalium ultra novennium, vel Domorum ultra tertiam Generationem, etiamsi hactenus prædicta, ultra illud tempus sine ipsorum Benefitiatorum interventu locari consueverint. Volumus autem, quoad præmissa, solam præsentis Motus proprii signaturam sufficere, & ubique fidem facere in Judicio, & extra illud, quacumque constitutione, seu Regula non obstan., seu litteras desuper per Breve nostrum, si videbitur, expediri posse.

Earum collatio,

Beneficiatorum juribus consulit

Placet, & ita Motu proprio mandamus. A. (c)

Petro Francisco Pallavicino jus tribuit accessus & ingressus ad Capellaniam Innocentianam quum primum vacaverit.

Ex Lib. CLXXXVII. Bullar. Pauli III. pag. 26. in Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1546. 3. *Maji.*

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Petro Francisco Pallavicino Clerico Januen. (d), Militi Sancti Petri (e) familiari nostro, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Grata devotionis & familiaritatis obsequia, quæ Nobis & Apostolicæ Sedi hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non vitæ ac morum honestas &c. Cum itaque hodie tu, cui nuper, cum Venerabilis Frater noster Franciscus Pallavicinus Episcopus Alerien., qui unam ex quatuor perpetuis Capellaniis per felicis recordationis Innocentium Papam Octavum Prædecessorem nostrum in Basilica Principis Apostolorum de Urbe institutis, in Commendam ex concessione Apostolica nuper obtinebat, Commendæ hujusmodi in manibus nostris sponte & libere cessit, nosque cessionem hujusmodi duximus admittendam, de Capellania prædicta quovis modo, quem haberi volumus pro expresso, vacaret, sub dat. vide-

Una ex Capellaniis Innocentianis vacat ex dimissione Commendatarii

(a) Hodie nullus huic Controversiæ locus; quandoquidem in Processionibus Cantores & Musicos qui Clero præeunt canendi onus explent.

(b) Consulenda hæc Julii Constitutio, supra relata *pag.* 340.

(c) Etsi præsens Motus proprius data careat, eam tamen illi affiximus, quæ illius promulgationi apposita legitur in calce ipsiusmet Motus propriis. In integrum hujusce promulgationis tenorem juvat exscribere.

Alexander Farnesius Tituli Sancti Laurentii in Damaso Diaconus Cardinalis, & S. R. E. Viceccancellarius, Basilicæ S. Petri de Urbe Archipresbyter. Vobis omnibus & singulis Dominis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Basilicæ præfatæ, de mandato Sanctissimi D. N. Papæ Pauli Papæ III., & auctoritate nostra qua fungimur, suprascriptum Motum proprium per præsentes insinuamus, notificamus, & ad vestram, & cujuslibet vestrum scientiam, & notitiam deducimus, mandamusque dictum Motum proprium, & omnia in eo contenta per vos & vestrum quemlibet inviolabiliter observari. Volumus etiam præsentes in valvis Sacristiæ dictæ Basilicæ per solitum Mansionarium affigi debere, ac dimissa Copia collationata, infrascriptum Motum proprium restitui, illamque vim validæ & efficacis insinuationis, notificationis, & præcepti, ac si vobis, & vestrum cuilibet personaliter insinuata, & notificata forent, habere volumus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ in ædibus nostris die xv. mensis Aprilis 1546. Pontificatus prælibati SS. D. N. Anno XII.

A Bononien. Vicarius &c.

Quæret aliquis: Quisnam Basilicæ Vicarius ex hac subscriptione sit intelligendus? Quærenti faciam satis. Bononiensem Ecclesiam hoc tempore administrabat Alexander Campegius. Hunc ergo in Vicarium Basilicæ Cardinalis Farnesius sibi elegerat. Quæ tamen Francisco Sfondrato ejusdem Basilicæ Vicario, eadem & Campegio ejus Successori sors obtigit. Quippe uterque ad Sacram Purpuram evectus est pari virtute, etsi impari ætate. Campegius namque sub Julio III. inter Cardinales relatus, brevi eam dignitatem tenuit, morte sublatus. Hujusce Viri decori & illud accedit, quod, Concilio Tridentino Bononiam translato, ejusdem Concilii Patres ultra anni spatium in suis ædibus exceperit, ubi gravissima Synodi illius negocia pertractarunt.

(d) Ex Ughelli testimonio an. 1551. die 30. Maji Aleriensis Ecclesiæ Coadjutor electus est cum spe futuræ successionis, annuente Francisco Pallavicino Aleriensi Episcpoo ejus Patruo, cujus paulo infra in hisce literis Pontifex meminit. An vero successu temporis locus fuerit regressui favore Petri Francisci Pallavicini, penitus ignoramus. Illud certo novimus, eumdem Petrum, exacto Coadjutoris munere, ad Aleriensem Episcopatum pervenisse, eamque dignitatem tenuisse usque ad annum 1571. quo, juxta Ughelli Chronologiam, Aleriensi Ecclesiæ novus successor datus est.

(e) Hosce milites instituit Leo X. an. 1521. Rei seriem a P. Bonanni traditam *in Catal. Ordin. Equest. & militar. pag. 95. tertiæ editionis*, paucis complectar. Ne in Aluminis fodinis, quæ tempore Pii II. apud Forum Clodii, vulgo *la Tolfa*, detectæ fuerant, fraus ulla subesset, memoratus Leo Pontifex Militum ordinem erexit, quibus vigilem super fodinis curam demandavit. Erant hi numero quatuorcentum & unus, omnes sub uno Collegio comprehensi, quos idem Pontifex Equites creavit, indita illis ac eorum primogenitis potioris nobilitatis prærogativa. Eosdem Lateranensis Palatii Comites elegit, certa illis addita stipe, quod Apostolicæ Sedi ad bellum contra Turcas inferendum mille Florenos auri viritim suppeditassent. Præterea *Milites S. Petri* appellari voluit; ideoque torquem aureum ante pectus gestandum illis concessit, in cujus antica parte imago S. Petri, in postica vero Pontificis insignia erant insculpta. Alia item supperaddidit Privilegia, quæ in Constitutione cui titulus *Sicut prudens*, late recensentur. Hic Ordo primævam nobilitatem servavit usque ad ætatem Pauli III. qui Privilegia a Leone olim concessa, probavit, confirmavitque. Insequenti tempore paulatim imminutus, tandem evanuit. Evanuit inquam equestris dignitas, ac fodinarum custodia. Quippe in Cancellaria Apostolica superest adhuc Collegium illud in quamplura *Officia*, quæ *vacabilia* vulgo appellantur, distributum.

(a) Ante-

Petro Francisco Pallavicino conceditur, a quo etiam dimittitur.

videlicet quarto nonas Aprilis Pontificatus nostri anno duodecimo concessimus provideri, concessioni gratiæ hujusmodi, litteris Apostolicis desuper non confectis, per dilectum filium Johannem Franciscum etiam Pallavicinum Clericum Januen. Procuratorem tuum ad id a te specialiter constitutum, in eisdem manibus sponte ac libere cesseris, Nosque cessionem tuam hujusmodi admittentes, de dicta Capellania, ut præfertur, vacante, dilecto filio Francisco Ruffo Clerico Nicien. Diœcesis Apostolica auctoritate providerimus, seu provideri concesserimus, Nos tibi, qui etiam asseris, præfatum Franciscum Episcopum ex Civitate Januen. oriundum existere, ne ex dicta tua cessione nimium dispendium patiaris, de alicujus subventionis auxilio providere, ac præmissorum obsequiorum & meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis &c. absolutum fore censentes, nec non omnia & singula Beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, quæ etiam ex quibusvis dispensationibus Apostolicis obtines & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros valores annuos, ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, tibi, quod dicto Francisco Ruffo cedente, etiam ex causa permutationis, vel decedente, aut Capellaniam prædictam alias quomodolibet dimittente, vel amittente, & illa quovis modo vacante etiam apud Sedem prædictam, liceat tibi ad Capellaniam eamdem quæ sine cura est, ac cujus fructus, redditus, & proventus quinquaginta Ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut etiam asseris, non excedunt, vigore præsentium, quas vim validæ & efficacis provisionis tibi de illa ex nunc prout ex tunc, & e contra, eadem Apostolica auctoritate factæ, obtinere decernimus, liberum habere accessum & ingressum, illiusque corporalem possessionem per te vel alium seu alios propria auctoritate absque vitio spolii seu attemptatorum, aut aliquo Judicis mandato, vel aliqua declaratione, libere apprehendere, & absque tibi de illa de novo facienda provisione, retinere in omnibus & per omnia, perinde ac si Capellaniam prædictam, post illius pacificam triennalem possessionem, in favorem dicti Francisci Ruffi resignasses, & accessus hujusmodi ex resignatione sic facta tibi concessus fuisset, prædicti Francisci Ruffi ad hoc expresso accedente consensu, dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia indulgemus; decernentes ex nunc irritum & inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Cæsenat. & Albinganen. ac Burgi Sancti Sepulchri Episcopis &c. mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum faciant te &c. possessione dictæ Capellaniæ pacifice gaudere juxta præsentium continentiam & tenorem; non permittentes te desuper per dictum Franciscum Ruffum, seu quoscumque alios quomodolibet indebite molestari; Contradictores &c. compescendo. Non obstantibus &c. *Cetera quæ sequntur verba repetas e superioribus Bullarum formulis, quæ similes omnino sunt*; quibus hac vice dũtaxat harum serie specialiter & expresse derogamus; quodque tu Civis Romanus aut Civis Romani filius non sis, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in dicta Urbe speciales, vel generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dictæ Capellaniæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari. Seu si dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Basilicæ, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi vel aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ inpediri valeat quomodolibet, vel differri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, indulti, decreti, mandati, & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Nova Capellaniæ collatio.

Eidem Pallavicino ingressus in Capellaniam tribuitur.

Nuperi Capellani consensus accedit.

Bullæ executores.

Contrariis derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Dominicæ Incarnationis millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, quinto nonas Maji, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Ex-

Excommunicationis latæ ſententiæ pœnam Romano Pontifici reſervatam intorquet contra eos omnes, qui negociis quæ in Capitulo tractantur interſunt, & ſecretum revelant.

Ex Apograph. in Cod. II. Inſtrum. Franciſci Spina pag. 280. in Archiv. Baſil.

AN. CH. 3. *Auguſt.*

R*Everendus Pater Dominus Hieronymus Macchabæus Epiſcopus Caſtren., dictæ Baſilicæ Canonicus, & Illmi. Domini Noſtri præfati familiaris, de Commiſſione, ut aſſeruit, ſibi facta per dictum SSmum. præſentavit dictis Rndis. Dominis Vicario, & Canonicis unum Motum proprium ejuſdem SSmi. ſuper non revelandis negotiis tractatis, & concluſis in Capitulo, prout in dicto Motu proprio, cujus tenor ſequitur, & eſt talis, videlicet:* Paulus PP. III.

Decretum Capituli a nonnullis violatum.

Cum ſicut accepimus ſæpius contigerit, quod per Archipresbyterum, ſeu ejus Vicarium, & Canonicos Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, capitulariter, ut moris eſt, congregatos, capitulariter tractata, geſta, ſtatuta, & ordinata, per nonnullos etiam ibidem intereſſentes publicata, & revelata fuerint, ac publicentur, & revelentur in dies, & ex publicatione, & revelatione hujuſmodi non modicum dictæ Baſilicæ & Capitularibus prædictis allatum ſit præjudicium, & afferatur;

Hinc graviora damna.

Nos in præmiſſis opportune providere volentes, Motu ſimili &c. Archipresbytero, ſeu ejus Vicario, & Canonicis, necnon Beneficiatis, & Clericis Baſilicæ hujuſmodi, aliiſque quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, & Secularibus, etiamſi Pontificali, vel alia quavis, præfulgeant dignitate, qui Capitulo ipſius Baſilicæ de cetero quandocumque celebrabitur, interfuerint, ne de cetero perpetuis futuris temporibus in ipſo Capitulo pro tempore tractata, geſta, ſtatuta, & ordinata, quibuſvis perſonis tacite, vel expreſſe, per ſe, vel alium, ſeu alios, abſque ipſius Capituli licentia publicare, vel revelare audeant, ſive præſumant, ſub excommunicationis latæ Sententiæ, a qua niſi per Nos, vel Succeſſores noſtros, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolvi non poſſint, ipſo facto incurrenda pœna diſtrictius inhibemus, ac præcipimus, & mandamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & dictæ Baſilicæ etiam juramento &c. roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis conceſſis, confirmatis &c. quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis, &c. tenores illorum &c. hac vice latiſſime derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque; præſentis Motus proprii ſolam Signaturam ſufficere, atque fidem facere, regula contraria non obſtan. decernentes plene, & ita mandamus. A.

Excommunicatio latæ ſententiæ Summo Pontifici reſervatæ in reos irrogatur.

Quem dicti Reverendi Domini Vicarius, & Canonici debita cum reverentia receperunt, eo prius mihi Notario legen. tradito, & per me eundem alta & intelligibili voce perlect. Super quibus &c. Actum ubi ſupra (c) præſentibus eiſdem teſtibus &c. rogatis.

Et ego Franciſcus Spina publicus Notarius de præmiſſis rogatus adfui.

Cadaver Laurentii Cardinalis SS. Quatuor Coronatorum, quod in Baſilica Vaticana tumulatum fuerat, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in Archipresbyterum ac Capitulum inflicta, effodi jubet, ut in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam ſepulturæ mandetur.

Ex Originali in Arch. Baſil. Capſ. 71. Faſc. 315.

AN. CH. 1546. 9. *Octobr.*

PAulus Papa Tertius. Motu proprio &c. Dilectis Filiis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, per præſentes in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub majoris excommunicationis latæ ſententiæ pœna per eorum ſingulos incurrenda, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus viſis præſentibus, Cadaver, ſeu oſſa

Pontificis mandatum, ac addita illi cenſura.

(a) Antequam Hieronymus Macabæus Caſtrenſem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſciperet, Baſilicæ Vaticanæ nomen dedit. An. 1536., ex Grimaldi ſerie, inter Beneficiatos electus, anno 1545. (in Ughello per errorem legimus 1547.) Canonicatum in eadem Baſilica, ac Capellæ Juliæ Præfecturam eſt aſſequutus. Inſuper, eodem Grimaldo teſte, an. 1572. Clericis Beneficiatis adſcriptus fuit, etſi poſt menſes aliquot Clericatum dimiſerit. Duo hic animadverſione digna; Alterum, quod una ſimul & Canonicum & Clericum in eadem Baſilica egerit; alterum, quod duo Beneficia, ut ajunt *incompatibilia, & ſub eodem tecto* inſimul ſociaverit, factus uno eodemque tempore Epiſcopus, Canonicus, Clericus; quamvis nupero Concilii Tridentini Decreto id fuerit interdictum. Verum hæc Privilegia ſingulari Summorum Pontificum in Virum optime meritum beneficentiæ tribuenda.

(b) Ex Inſtrumenti contextu colligimus, præſentem Motum proprium a Notario perlectum traditumque fuiſſe Vicario & Canonicis Baſilicæ Vaticanæ die 3. Auguſti 1546. Hanc temporis notam & nos obſignavimus, quum certiorem aſſequi non potuerimus.

(a) Hic

Cadaver Card. Laurentii Pucci in Basil. tumulatum,

ossa bon. mem. Laurentii Episcopi Prænestin. Cardinalis Sanctorum quatuor Coronatorum, (*a*) quod seu quæ in Capella Sancti Andreæ sita in dicta Basilica depositum, seu deposita jacent, dum pro parte dilecti Filii nostri Roberti tituli SS. etiam quatuor Coronatorum Presbyteri Card. majoris Pœnitentiarii, dicti Laurentii Episcopi Fratris germani, fueritis requisiti, absque alicujus juris, seu emolumenti exactione exhumari, ac inde ad Ecclesiam Monasterii S. Mariæ supra Minervam transportari permittant. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Basilicæ Statutis, ac consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, etiam per nos concessis, & confirmatis, ceterisque in contrarium facien. non obstantibus quibuscumque. Placet, & ita mandamus. A. (*b*).

Alio transfertur.

Capellania ad Altare S. Andreæ in Basilica Vaticana confertur Philippo Podio.

Ex Regesto Bullar. Pauli III. lib. CXCI. pag. 150. apud Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1547. 22. Junii.

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Philippo Podio perpetuo Capellano ad Altare Sancti Andreæ (*c*) situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, familiari nostro; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Capella ad Altare S. Andreæ a possessore dimittitur.

Grata familiaritatis obsequia, quæ nobis hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon vitæ ac morum honestas &c. Cum itaque perpetua Capellania ad Altare Sancti Andreæ situm in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, quæ de Jure Patronatus laicorum, videlicet nobilium Familiæ de Piccolominibus existit, per liberam resignationem dilecti filii Emiliani Nicolai de Gilio nuper ad dictum Altare perpetui Capellani, de illa quam tunc obtinebat in manibus nostris sponte factam, & per Nos admissam, vacaverit & vacet ad præsens, Nos tibi dilecti filii nostri Jacobi Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconi Cardinalis de Sabellis nuncupati (*d*) obsequiis insistendo, etiam continuo commensali nostro, præmissorum obsequiorum & meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis &c.

Alteri confertur, & quare.

Cetera verba, sive verborum formulas in Bullis apponi solitas, ex aliis Constitutionibus quas supra retulimus, repetas, pro expressis habentes, ac Jurispatronatus hujusmodi, quoad medietatem Patronorum dictæ Capellaniæ (*e*) hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogantes. Capellaniam prædictam, quæ sine cura est, & cujus fructus, redditus, & proventus viginti quatuor Ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum ut asseris, non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo, quem præsentibus haberi volumus pero expresso, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per similem resignationem dicti Emiliani vel cujusvis alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte factam, aut assecutionem alterius Beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati, vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit &c. dummodo tempore datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum, & alterius medietatis dictorum Patronorum ad hoc expressus accedat assensus, cum omnibus juribus & pertinentiis suis Apostolica tibi auctoritate

Patronorum in electione dissensio.

(*a*) Hic est Laurentius Puccius Florentinus a Leone X. an. 1513. Sacra Purpura donatus, qui Romæ fato functus an. 1531. in Basilica S. Petri sepultus est.

Cur e Vaticana Basilica Cardinalis Laurentii ossa in Templum S. Mariæ supra Minervam translata fuerint, ibique sepulturæ mandata, docet sequens epitaphium novo tumulo superpositum, ex quo etiam peculiares hujusce Cardinalis dotes virtutesque cognoscimus. Illud ex Ciaconio sic habet: *Laurentio Puccio Episcopo Prænestino Cardinali SS. Quatuor, Majori Pœnitentiario, singularis probitatis, ac amabilitatis, & in Apostolicis negotiis experto; qui vixit annos 73. mensem unum, dies novem, juxta Leonis PP. X., ut mandaverat, sepulcrum, Robertus Puccius Cardinalis SS. Quatuor, Major Pœnitentiarius Fratri optimo, ac benemerenti faciendum curavit. Mortem obiit an.* 1531.

(*b*) Stata Chronologica supputatio, qua hasce literas obsignavimus, a tempore quo Motus proprius Capitulo Basilicæ Vaticanæ fuit exhibitus, petitur. Ita vero in aversa chartæ hujus parte legimus: *Præsentatum* (Diploma) *in Capitulo, & lectum die 19. Octobris 1546.*

(*c*) De hoc Altari, illique conjuncta Capellania consule Bullam Alexandri VI. *pag* 283. & notam illi subjectam sub *lit. b*

(*d*) Ex nobili Romana Sabelliorum familia cretus, ac Pauli III. consanguineus, ab eodem Pontifice an. 1539. Diaconus Cardinalis creatus est, Ecclesiæque Neocastrensis Administrator. Alias, easque præstantissimas a Pauli successoribus Dignitates obtinuit, quas hic missas facimus, quod Viri qui ad an. 1587. vitam produxit, in literis Apostolicis insequentium Pontificum recurret mentio.

(*e*) Ex contextu Bullæ Alexandri VI. supra traditæ *pag.* 283 perspicuum est, Franciscum Cardinalem Piccolomineum Capellaniam ad Altare S. Andreæ instituisse ea lege, ut Juspatronatus ad germanos fratres Jacobum & Andream ex eadem familia, eorumque filios, nepotes, ac descendentes perpetuo spectaret. Itaque in geminam Piccolomineorum lineam Jus illud divisum, ex voce, ut ajunt, duplici integrum coalescebat. Alterutro autem Patronorum deficiente, nonnisi Sedis Apostolicæ Decreto valida erat Capellaniæ collatio. Ita plane accidit Pauli III. ætate, Patronis nimirum in duas partes distractis. Quod deerat supplevit Pontifex, ac super *Patronorum medietate* dispensavit.

ritate conferimus, & de illa etiam providemus. Quocirca venerabilibus Fratribus Cæsenat. Veronen., & Torcellan. Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo &c. faciat te, vel pro te Procuratorem prædictum ad dictam Capellaniam ut est moris admitti, tibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi; Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædecessoris &c. Aut si aliqui &c.

Clausula derogatoria.

Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, derogationis, collationis, provisionis, mandati, voluntatis, & decreti infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, decimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Basilicæ Vaticanæ domum Canonico Christophoro Cincii ad inhabitandum concessam, prævio Archipresbyteri, & Capituli consensu, a Mensa Capitulari separat, ac Capellæ Juliæ perpetuo addicit.

Ex Autograph. in Archiv. Basil. Caps. 65. Fasc. 184.

AN. CH. 1547. 7. Julii.

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ex cura universalis Ecclesiæ nobis desuper, meritis licet imparibus, commissa, hiis, quæ pro Ecclesiarum, & Basilicarum quarumlibet, præsertim Principis Apostolorum de Urbe decore, & divini cultus augumento per Romanos Pontifices Prædecessores nostros statuta, & ordinata fuerunt, ut suum consequantur effectum, operarias manus libenter apponimus, aliasque desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem felicis recordationis Julius PP. II. Prædecessor noster, cum Capellam Juliam nuncupatam in Basilica Principis Apostolorum hujusmodi sub invocatione Beatæ Mariæ fundasset, per suas litteras statuit, & ordinavit, quod ex tunc de cetero perpetuis futuris temporibus in ea duodecim Cantores, & totidem Scolares, & duo Magistri, unus videlicet Musicæ, alter vero Grammaticæ manutenerentur, ad hoc, ut ex hujusmodi cantorum collegio ipsius Prædecessoris Cappellæ Palatii, ad quam consueverunt Cantores ex Galliarum, & Hispaniarum partibus accersiri, cum nulli fere in dicta Urbe ad id apti educarentur, cum opus foret, subveniri posset; quodque Cantores præfati, singulis diebus horas Canonicas decantare tenerentur, prout in eisdem litteris plenius continetur (a). Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris nostri Hieronymi Episcopi Castren. (b) petitio continebat, idem Hieronymus Episcopus, qui etiam Canonicatum, & Præbendam ejusdem Basilicæ ex dispensatione Apostolica obtinet, ac ipsius Capellæ administrator ad præsens existit, cupiat juxta Statutum, & ordinationem Prædecessoris hujusmodi duos Magistros, unum videlicet in Musica, & cantu, alterum vero in Grammatica, qui Clericos, seu Scolares tam Capellæ, quam Basilicæ prædictorum, in Musica, & cantu, ac Grammatica hujusmodi instruant, & erudiant, seu instruere, & erudire possint, habere, & manutenere, nec ad hoc aliqua certa domus deputata sit, si domus seu Camera Canonicalis, ad Canonicatum, & Præbendam dictæ Basilicæ, quos dilectus Filius Cristophorus Cincius ipsius Basilicæ Canonicus obtinet, legitime spectans, & in Claustro ejusdem Basilicæ juxta suos confines consistens (c), quam dictus Cristophorus, cum fere omnes aliæ domus, seu cameræ Canonicales dictæ Basilicæ, propter novam præfatæ Basilicæ constructionem, sint dirutæ, & solo æquatæ, ac nullus Canonicus aliquam ex domibus, seu Cameris Canonicalibus super extantibus inhabitet, non habitat, sed aliis pro annua pensione triginta quinque ducatorum auri in auro de Camera locare consuevit, ab eisdem Canonicatu & Præbenda perpetuo dismembraretur, &

Julius II. mansionem pro Cantoribus Capellæ Juliæ instituendum decrevit.

Domus Canonicali huic usui satis apta.

(a) Adeas hasce literas superius prolatas pag. 349.

(b) Nimirum Hieronymi Macabæi Castrensis Episcopi, de quo supra.

(c) Erat igitur domus isthæc in Basilicæ Vaticanæ vicinia. Statum illius locum definire non ausim; Suspicior tamen & hanc ipsam ædem aut in nova posterioris Basilicæ partis structura sub Paulo V., aut sub Alexandro VII., quo tempore Porticus excitavit, fuisse dejectam.

Tri-

& separaretur, ac eidem Capellæ sub nuncupatione Gymnasii (c) Capellæ Juliæ, pro usu, & habitatione dictorum Magistrorum, qui Clericos, & Scolares Capellæ, & Basilicæ prædictarum, ut præfertur, instruant, & erudiant, etiam perpetuo concederetur, & assignaretur, ex hoc profecto Statutum, & ordinatio Prædecessoris hujusmodi, quoad Magistros prædictos, suum possent consequi effectum. Quare pro parte ejusdem Hieronymi Episcopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut primo dictam domum, seu Cameram, a Canonicatu, & præbenda prædictis perpetuo dismembrare, & separare, ac eidem Capellæ sub nuncupatione prædicta, pro usu, & habitatione duorum Magistrorum prædictorum etiam perpetuo concedere, & assignare, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, secundum communem extimationem, etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, eumdem Hieronymum Episcopum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon fructuum, redditüum, & proventuum dictæCapellæ verum annuum valorem præsentibus pro expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, primodictam domum, seu Cameram, a Canonicatu, & præbenda prædictis, ipsius Christophori, ac dilectorum filiorum nostrorum AlexandriSancti Laurentii in Damaso DiaconiCardinalis de Farnesio nuncupati, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii, qui Archipresbyteratum ejusdem Basilicæ ex dispensatione Apostolica obtinet, nec nonCapituli ipsiusBasilicæ ad hoc expresso accedente consensu, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo dismembramus & separamus, ac eidem Capellæ sub invocatione Gymnasii Capellæ Juliæ hujusmodi pro usu, & habitatione duorum Magistrorum, unius videlicet in Musica, & cantu, alterius vero in Grammatica, qui Clericos, & Scolares Capellæ, & Basilicæ prædictarum in musica, & cantu, ac grammatica prædictis instruant, & erudiant, ita quod domus, seu Camera hujusmodi nullo unquam tempore alteri, quam præmisso usui applicari possit, & liceat; & ex nunc præfatoHieronymoEpiscopo nomine dictæ Capellæ per se, vel alium, seu alios corporalem possessionem dictæ domus, seu cameræ, ejusque membror. jurium, & pertinentiar. quorumcunque propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ipsius Cristophori, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, eorumdem Cristophori, & Alexandri Cardinalis, & Vicecancellarii, ac Capituli etiam ad hoc expresso accedente consensu, auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuo concedimus, & assignamus. Non obstantibus voluntate nostra prædicta, & Lateranen. Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis, ac quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Basilicæ, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, dismembrationis, separationis, ac concessionis, & assignationis infringere&c. Si quis autem&c.

Eadem domus a Mensa Capitulari separatur, & Capellæ Juliæ addicitur.

Contraria non officiunt.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, Quarto nonas Julii, Pontificatus nostri Anno Tertiodecimo.

Car-

(c) Triplex igitur huic Capellæ cognomen accessit: Alterum *Juliæ* a Julio II. ejus Fundatore; alterum *Nativitatis B.V.M.* in cujus honorem Pontifex Capellam instituit: tertium *Gimnasii* quod ipsemet Julius Gymnasium in quo pueri ad Musicam & Grammaticam sub gemino Præceptore instruerentur, erigendum decreverit. At propria & opportuna domus deerat, quæ tyrones exciperet; hinc Paulus III., instante Capellæ Præside, ædem a Mensa Capitulari divulsam, Capellæ Juliæ addixit, ut ea in Gymnasium converteretur. Sequiori ætate mos iste docendi pueros Musicam ac Grammaticam abiit in desuetudinem. Nemo quippe in Cantorem eligitur, qui aut canere aut legere nesciat. Nulla vero cura est an Grammaticam norit; nec ulla Musicos urget solicitudo, ut quæ canunt, intelligant.

(a) Ex

Cardinali Federico de Cæsis, qui Ecclesiam S. Mariæ *de Roza*, alias de *Funeris* sibi commendatam dimiserat, ejusdem Ecclesiæ reditus tribuuntur; ac insuper ad illam, quum primum vacaverit, regressus conceditur.

Ex Lib. CCXIV. Regest. Bullar. Pauli III. pag. 1. apud Archiv. Apostol. Vatican.

AN. CH. 1547. 10. *August.*

PAulus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Federico Tituli Sancti Pancratii Presbytero Cardinali de Cæsis nuncupato (*a*), Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad Personam tuam, quam Divina Clementia magnis illustravit gratiarum muneribus, Paternæ dirigentes considerationis intuitum, & attente prospicientes quod tu Romanam Ecclesiam cujus honorabile membrum existis, tuorum honoras plenius magnitudine meritorum, dignum, quin potius debitum reputamus, ut illam tibi reperias in exhibitione gratiarum munificam, & in tuis opportunitatibus liberalem. Cum itaque hodie tu qui Parochialem Ecclesiam Sanctæ Catherinæ de Roza (*b*) alias de Funeris nuncupatam (*c*), de Urbe, ex concessione & dispensatione Apostolica in Commendam tunc obtinebas, Commendæ hujusmodi in manibus nostris sponte & libere cesseris, nosque cessionem hujusmodi admittentes, Ecclesiam prædictam tunc certo modo vacantem, dilecto filio Flaminio Centolino Clerico Civitatis Castellan. Diœcesis, per eum ad certum tempus tunc expressum tenendam, regendam, & gubernandam, Apostolica auctoritate commendaverimus, & deinde contulerimus, ac de illa etiam providerimus, seu commendari & conferri ac provideri concesserimus; Nos tibi, ne ex cessione hujusmodi nimium dispendium patiaris, sed ut statum tuum juxta Cardinalatus sublimitatem decentius tenere, ac expensarum onera, quæ te jugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre valeas, de alicujus subventionis auxilio providere, ac præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, necnon omnia & singula Ecclesias, Monasteria, & Beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, quæ ex quibusvis dispensationibus & concessionibus Apostolicis in Titulum & Commendam ac alias obtines, & expectas, necnon in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit; quæcumque; quotcumque, & qualiacumque sint, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi dispensationum & concessionum tenores, nec non quorumcumque fructuum, reddituum, & proventuum ecclesiasticorum loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proventibus tibi reservatorum & assignatorum, quantitates præsentibus pro expressis habentes, tibi omnes & singulos fructus, redditus, & proventus dictæ Parochialis Ecclesiæ (*d*) per te, quoad vixeris, vel alium seu alios tuo nomine, propria auctoritate, etiam una cum Sancti Pancratii, quæ Titulus tui Cardinalatus existit, ac omnibus & singulis aliis Ecclesiis, Monasteriis, & Beneficiis ecclesiasticis cum cura & sine cura, secularibus & regularibus, quæ in Titulum & Commendam, ac alias obtines, ut præfertur, & imposterum obtinebis, ac aliis fructibus, & proventibus ecclesiasticis, nec non pensionibus annuis, quos & quas percipis & percipies in futurum, percipiendos, exigendos, & levandos, ac in tuos usus & utilitatem convertendos, loco pensionis annuæ, ipsius Flaminii ad hoc per dilectum filium Stephanum Centolinum Clericum prædictæ Diœcesis Procuratorem suum, ad hoc

Cardinalis Cæsius Ecclesiam hanc dimittit.

Alteri conceditur.

Fructus tamen eidem Cardinali assignantur.

(*a*) Ex vetusta ac nobili Cæsiorum familia Romana. A Paulo III. Sacram Purpuram, & S. Pancratii titulum accepit; mox sub Julio III. & Paulo IV. ad alias Ecclesias translatus est. Adeas Ciaconium, & Ughellum. De tanti Viri pietate ac munificentia aliquid infra delibabimus.

(*b*) A Templo D. Rosæ Viterbiensis ibi primum erecto, cognomen istud repetit Ludovicus Totti (*Roma moderna* pag. 173.) Hæc tamen sententia apertissimo laborat Anachronismo; siquidem B. Rosæ obitus sequiori ævo, hoc est Alexandri IV. tempore contigit; at contra Cælestinus III. an. 1192. ut ex primo Bullarum nostrarum tomo patet *pag.* 74. Ecclesiæ *S. Mariæ Dominæ Rosæ* aperte meminit. Ejus item meminere Petrus Mallius, & Cencius Camerarius, ut *ex not. b.* eidem Constitutioni subjecta perspicuum est. Itaque aliunde, & fortasse a pia quapiam muliere quæ Ecclesiam ædificaverat, cognomen defluxit.

(*c*) Hodie *S. Caterina de Funari*, antiquo nomine adhuc servato. A funibus, sive funium artificibus, qui olim hunc locum inhabitabant, cognomen multi derivant. Cur vero inter Basilicæ Vaticanæ Constitutiones, hanc, quæ ab instituto aliena videtur, referamus, jam pridem monuimus *tom.* 1. *pag.* 74. *not. a.* Nimirum isthæc S. Catharinæ Ecclesia olim Monasterio S. Catharinæ prope Porticum S. Petri, quod Basilicæ Vaticanæ subjectum erat, conjuncta fuit. Hinc in utramque Ecclesiam S. Petri Capitulo jus inerat. Consulantur Martini V. Apostolicæ literæ, quas supra retulimus *pag.* 73.

(*d*) Hujusce Ecclesiæ reditus memoratus Cardinalis Cæsius non in proprios usus, sed in Divini cultus, ac pauperum beneficium erogavit. Siquidem an. 1564. Templum D. Catharinæ quale hodie visitur, a fundamentis excitavit, ac deinde congrua dote, ac sacra Supellectile instruxit, ut ex monumento lapidi insculpto, quod in ejusdem Templi Sacrario asservatur, legentibus patet. Tantum opus Cardinalis Cæsius aggressus est cum ex pietatis qua fervebat stimulo, tum precibus ac hortamentis S. Ignatii Societatis Jesu Fundatoris, qui in hunc ipsum locum pauperes puellas in urbe vagantes una collegerat.

hoc ab eo specialiter constitutum, expresso accedente consensu, dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium reservamus, concedimus, & assignamus, tibique, quod, dicto Flaminio cedente vel decedente, seu Parochialem Ecclesiam prædictam alias quomodolibet dimittente vel amittente, & illa quovis modo vacante, etiam apud Sedem Apostolicam, aut Commenda & provisione seu concessione de illa eidem Flaminio facta hujusmodi, ex quavis causa nulla & invalida existente, aut quovis prætextu effectum sortiri nequeunte, liceat tibi ad dictam Parochialem Ecclesiam, cujus fructus, redditus, & proventus quinquaginta ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum, ut asseris, non excedunt, libere habere regressum, illiusque corporalem possessionem per te vel alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere, & tam tuæ prioris Commendæ, quam præsentium vigore, absque alia tibi desuper facienda Commenda, eamdem Commendam ut prius, quoad vixeris, retinere in omnibus & per omnia, perinde ac si cessionem prædictam minime fecisses, ejusdem Flaminii ad hoc per dictum Stephanum Procuratorem suum etiam ad hoc ab eo specialiter constitutum, expresso accedente consensu, auctoritate & tenore prædictis de speciali gratia indulgemus. Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus Fratribus nostris Feltren. & Cæsenat. ac Ypporegien. Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra te vel Procuratorem tuum nomine tuo libera perceptione fructuum, reddituum, & proventuum tibi per præsentes reservatorum prædictorum, nec non facultate juris regrediendi, & in eventum regressus hujusmodi, possessione dictæ Parochialis Ecclesiæ pacifice gaudere, juxta reservationis, concessionis, & assignationis ac indulti prædictorum continentiam & tenorem, non permittentes te desuper per prædictum Franciscum seu quoscumque alios quomodolibet indebite molestari, Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrariis, aut si prædicto Flaminio vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod de fructibus, redditibus, & proventibus prædictis, quamdiu illos perceperis, omnia onera eidem Parochiali Ecclesiæ incumbentia perferre omnino tenearis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reservationis, concessionis, assignationis, indulti, decreti, mandati, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Etiam regressus conceditur.

Judices executores designantur.

Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, quarto Idus Augusti, Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Constitutiones Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti in Basilica S. Petri, approbat & confirmat.

Ex Autographo in Archiv. Basil. capf. 5. fasc. 11.

AN. CH. 1548. 22. Sept.

Confratrum Societatis Constitutiones.

Paulus Papa tertius. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum dilecti filii Confratres Confraternitatis Corporis Christi in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, pia devotione & religionis zelo ducti, quasdam Constitutiones concernentes ejusdem Confraternitatis directionem & conservationem, & ad Omnipotentis Dei laudem & gloriam, cultum, & honorem Sanctissimi Sacramenti, pluribus capitibus distinctas fecerint; Nosque ipsas Constitutiones revideri & diligenter examinari fecerimus, & bonas, rectas, & honestas esse repererimus; eorumdem Confratrum, ac dilecti etiam filii, & secundum Carnem Nepotis nostri Alexandri Cardinalis de Farnesio S. R. E. Vicecancellarii dictæ Basilicæ Archipresbyteri, & ejusdem Confraternitatis Protectoris, super hoc nobis humiliter porrectis precibus inclinati, Constitutiones ipsas, illarumque tenores præsentibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus & approbamus (b) eisque perpetuæ firmitatis robur adiicimus; con-

Tamquam honestæ probantur

A Pontifice confirmantur.

(a) Ex verbis hisce patet, Paulum III. hujusce Confraternitatis statuta probasse; An vero ejus instutionem item probaverit, ex præsentis Sanctioris tenore definire non licet. Sunt qui Societatis initia antiquiora credant; sunt etiam qui ejus originem a Pauli III. ætate repetant. Utraque opinio facile componitur, si dicamus, hanc Societatem in Basilica S. Petri ante Paulum III. introductam, tandem sub hoc Pontifici nova quapiam forma, methodoq;, ac statutis decoratam, in Confraternitatem coaluisse. Id patet ex verbis sequentis Diplomatis, quibus Pontifex aperte fatetur, *Confraternitatem hanc secularem ... ad curam & cultum SS. Sacramenti, ab se canonice fuisse institutam.* Fatetur item Gregor. XIII. in cujus literis, quas in sequenti tomo recitabimus, conceptis verbis legimus, Paulum III. Societatis hujusce *institutionem ac statuta probasse*

constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die vigesima secunda Septembris Anno millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, Pontificatus nostri anno decimo quarto.

Omnibus, qui in solemnitate Corporis Christi, vel in ejus Octava, aut festo SS. Apostolorum Simonis & Judæ, Capellam SS. Sacramenti visitaverint; item Confratribus ejusdem Societatis occasione ingressus in illam, Plenariam Indulgentiam concedit. Plurium quoque annorum varias Indulgentias elargitur iis, qui erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum nonnullos pietatis ac Religionis actus exercent.

Ex Regesto III. Brevium Pauli III. an. 1548. num. 42. apud Archiv. Apostol. Vatican.

PAULUS PAPA III.

AN. CH. 1548. 22. Sept.

AD perpetuam rei memoriam. Cum proxime elapsis mensibus, Nobis id ordinantibus & mandantibus, ea pars Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, quæ adhuc extabat, mundata, apta, & quasi instaurata, portisque ac novis Altaribus & picturis exornata, & in ejus medio insignis, & pulchra Capella in honorem & ad conservationem Sacratissimi Corporis Christi constructa fuerit (a), ad Christifidelium & præsertim peregre venientium consolationem, & deinde una Confraternitas secularis sub titulo ejusdem Corporis Christi, ad curam & cultum Sanctissimi Sacramenti, & ad quamplura pia charitatis opera exercenda inibi canonice instituta fuerit; Nos cupientes dictæ Confraternitatis Confratres, & ceteros Christifideles ipsam Basilicam visitantes, spiritualibus donis & gratiis peramplius excitare, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, seu statutis a jure temporibus confitendi propositum habentibus, qui in Festo Corporis Christi vel aliqua die ejus Octavæ, vel in festo Apostolorum Simonis & Judæ dictam Capellam devote visitaverint, & pie inibi oraverint, necnon omnibus qui dictam Societatem ingressi, in die sui ingressus, vel aliqua ex septem diebus immediate sequentibus, sua peccata confessi fuerint, & Eucharistiam sumpserint, plenariam omnium & singulorum peccatorum suorum indulgentiam & remissionem concedimus. Hiis vero Confratribus, qui vel in festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, aut in festo, vel in aliqua die Octava festi Corporis Christi dictam Eucharistiam sumpserint, ducentum; & tam eis quam ceteris Christifidelibus, quoties infra annum in ipsa Capella idem fecerint, quadraginta; insuperque ipsis Confratribus, qui vel in Processione, vel ad infirmos Sanctissimum Sacramentum cum lumine comitati fuerint, centum; qui vero sine lumine, quinquaginta; & Consororibus dictum Sacramentum comitari nequeuntibus, quæ, audito signo Campanæ, ter Orationem dominicam, & toties Salutationem Angelicam pro salute infirmi flexis genibus recitaverint, totidem centum; ceteris vero Christifidelibus dictum Sacramentum cum vel sine lumine comitantibus, quinquaginta; Et Confratribus qui semel in mense ante ipsum Sacramentum in ipsa Capella existens, quinquies ipsam orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam in memoriam Passionis ejusdem Domini nostri, ac pro pace salute, & tranquillitate Reipublicæ Christianæ recitaverint, centum; & tam ipsis quam ceteris Christifidelibus, qui in sextis feriis

Paulus III. Basilicam ornat.

Confraternitem SS. Sacramenti instituit.

Confratribus Indulgentiam plenariam confert.

Alias partiarias Indulgentias quamplures tribuit.

(a) Posteriorem veteris Basilicæ partem nondum dejectam, in qua Divina officia celebrabantur, Paulus III. restituit, ornavit, tantoque studio instauravit, ut in ea Divina Mysteria commode peragi potuerint. Murum intermedium cumprimis excitavit, ut Basilicæ partem solo æquatam, ab ea quæ adhuc supererat, dissociaret. Excelsi parietis specimen exhibet Grimaldus, & ex Grimaldo Ciampinus *de Sac. ædific. Tab. XV.*: Præterea, ut legimus in monumentis apud P. Bonanni *in Templi Vatican. Histor. cap. 14. A sinistro latere ad Aquilonem transferri fecit Organum ex priori loco sex porphyreticis columnis suffultum, sub quo transferri fecit etiam Corpora SS. Processi & Martiniani, simul cum altari & Statua B. Petri in throno sedendis, ex priori Oratorio ubi olim erant, necnon imaginem Deiparæ Virginis, quæ erat in parietibus supra Oratorium S. Leonis Papæ. Iidem SS. Sacramenti, ac SS. Simonis & Judæ Altare ornamentis plurimis auxit.* Ibi enim legebatur: *Altare SS. Sacramenti, & SS. Simonis & Judæ a Paulo III. ornatum.* Ejusmodi ornamenta late percenset Tiberius Alpharanus num. 44.; & Jacobus Grimaldus in actis Instrumentor. pag. 22. addit, nobilem picturam a Perino de Vagio coloribus fuisse expressam. Sed præ ceteris locupletissime Vasarus Scriptor coævus, Sacellum Sanctissimæ Eucharistiæ ab Antonio a S. Gallo extructum affirmat, Ciborium vero a celeberrimo Sculptore Donato efformatum ait *in lib. 2. in vita Perin de Vago* seu *Vagio.*

(a) Etiam

feriis cum quinque orationibus dominicis, & totidem salutationibus Angelicis, vel in diebus Dominicis cum tribus similibus orationibus, & salutationibus, ac unomredo genibus flexis Sacramentum in dicta Capella repositum salutaverint, quadraginta annos de injunctis seu debitis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Praeterea ipsis on fratribus, qui in die Octavae festi ejusdem Corporis Christi Processioni solemni, quae fiet quando Sanctissimum Sacramentum reponetur (*a*), cum lumine interfuerint, eamdem Indulgentiam, etiam quoad suffragandum animabus in Purgatorio existentibus, concedimus, quae celebrantibus, seu celebrari facientibus in Ecclesia Sanctae Potentianae de Urbe (*b*) concessa est. Et insuper ipsis Confratribus licentiam eligendi Confessorem, qui eos ab omnibus quantumvis gravibus, etiam Sedi Apostolicae reservatis, exceptis contentis in Bulla in die Coenae Domini legi solita, semel in vita, & in mortis articulo absolvere, & pro commissis poenitentiam salutarem injungere, & Indulgentiam plenariam pariter semel in vita, & in mortis articulo elargiri possit, concedimus. Quodque temporibus Stationum dictam Capellam visitando, & inibi devote orando, easdem Indulgentias consequantur, quas consequerentur, si Ecclesias pro Stationibus deputatas visitarent, indulgemus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Peculiarem Indulgentiam in die octava Corporis Christi elargitur.

Alia Confratrum Privilegia.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die vigesima secunda Septembris millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

(*a*) Etiam nostra aetate Processio ista solemni ritu peragitur, cui nonnumquam Summus Pontifex, & quotannis quamplures S. R. E. Cardinales interesse solent.


(*b*) Quaenam haec fuerit Indulgentia, neque ex ullo satis idoneo Ecclesiae illius monumento, neque ex Monachorum, qui in ea degunt, relatione assequi licuit. Fortasse Pontifex Privilegium Altari S. Petri in eadem Ecclesia erecto concessum indigitat. Illud autem ex lapidis inscriptione, quae recentiorem tamen aetatem redolet, est ejusmodi. *In hoc Altari*, sic habet Inscriptio, *S. Petrus pro vivis & defunctis, ad augendum fidelium multitudinem Corpus & Sanguinem Domini offerebat, & est Altare Privilegiatum pro Suffragiis Defunctorum.* Haec si vera sunt, Plenariam pro Defunctis Indulgentiam in hac Constitutione Pontifex elargitur.

Mendas, quæ exciderunt, in altero Collectionis Tomo castigabimus.

REGESTUM.


a. b. c. d. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Ss. Tt. Vv. Xx. Yy. Zz. Aaa. Bbb. Ccc. Ddd. Eee. Fff. Ggg. Hhh. Iii. Kkk. Lll.


Omnes sunt Duerniones.



ROMAE
Excudit Jo: Maria Salvioni Typographus Pontificius Vaticanus
In Archigymnasio Sapientiæ.
M. D. C C L.

SUPERIORUM FACULTATE.




SPECIAL
OVERSIZE
92-B
28235
V. 2
THE GETTY CENTER
LIBRARY


LIBRARY OF THE SOCIETY OF WRITERS TO H. M. SIGNET